Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XVI
G
30
NAPOLI

XVI
G.
30.

Digitized by Google

Digitized by Google

HIPPOLYTI

GRASSETTI

MVTINENSIS

E SOCIETATE IESV,

ANATOME

NECIS PRODITORIÆ.

Digitized by Google

Digitized by Google

HIPPOLYTI
GRASSETTI
MVTINENSIS
E' SOCIETATE IESV
ANATOME
NECIS PRODITORIÆ,

CONTINENS ACCVRATAM INSPECTIONEM eorum omnium, quæ ad Homicidij Proditorij fabricam ſpectant. Opus nouum atque omnibus in vtroque foro Iudicibus neceſſarium.

Ad Eminentiſſimum & Reuerendiſſ. D.D. CAROLVM ROSSETTVM,
S. R. E. Cardinalem, Fauentiæ Epiſcopum.



LVGDVNI,
Sumptibus BENEDICTI CORAL, in vico Mercatorio,
ſub ſigno Victoriæ.

M. DC. LX.

CVM PERMISSV SVPERIORVM, ET APPROBATIONE.

Digitized by Google

Digitized by Google

CAROLO
CARDINALI
ROSSETTO

Hippolytus Graſſettus Societatis IESV.

H*VNC Librum, quem vix conducibilem rebar ad eruditionem meam, iubeor nunc efficacem credere ad alienam. Iubeor inquam à te, Eminentiſſime Antiſtes, qui vt me ſemper, & mea intuitu æquo dignatus es, hanc ſuper ſteriliori argumento placitorum congeriem, quam feriari didiceras apud me, & legere haud ita pridem ipſemet ingenio acer, doctrinaque præpollens voluiſti, & nunc è ſinu meo, in quo ſicuti vitam nacta erat, ita & ſepulcrum ex mea ſententia commerebatur, in publicam lucem accerſis. Edo igitur opus, meum quidem origine, ſed tuum ex impartita ſibi auctoritate: & quàm timidus ex meæ conſcientia tenuitatis, tàm audax ex tuæ cenſura ſapientiæ; perplaceo*

Digitized by Google

mihi, dum veneror præfixum diſputationi nomen eruditiſſimi Principis, quod accidat auctori decorum, ipſique doctrinæ, contra Momi dicacitatem, ſoſpitale. Agnoſce itaque, ſi lubet, & deama in colluuie proditoriarum, de quibus ſcribo, impuritatum, candorem obſeruantiæ in te meæ, & patere, vt profitear adulandi exors, bene ominatam mihi obtigiſſe laboris mercedem, quòd tanto Mœcenati probatus ſim diſceptando, & diſceptationem euulgando paruerim. Parendo autem id inſuper compendij refero, vt ſi quid in diſceptatione, tanquam exlex, ad doctarum mentium puteal reprobari poſſe videretur, non mihi venia, ſed tibi à temetipſo foret deprecanda, indicendumque per me audacter illud Vatis Burdigalenſis ad Imperatorem diſcipulum.

Auſonius in Epigrãmate ad Theodoſiũ Aug.

Tu modo iuſſiſſe, pater Romane, memento:
Inque meis culpis da tibi tu veniam.

Amplificent ſuperi decora tua, generoſe Cardinalis, qui capiti tuo Anglicanas inter ſecures ſtrenuè in diſcrimen pro Religione prouecto meritum oſtrini geſtaminis, non alio meliori pretio parabile, quàm ſanguinis aleâ, quæſiuiſti, diuque te ſeruent in Chriſtianæ Reipublicæ commodum, & huius, cui tantoperè faues, Societatis tutamentum.

Ad

Ad Lectorem.

ISTE in veſtibulo operis amice Lector, duoque prædiſce.

Vnum eſt, me ad explicanda proditionis inuolucra, quæ tot Doctores ad huc vſque vel metu difficultatis, vel tædio laboris contricta reliquerunt, appuliſſe animum non ex innata electione, ſed ex repetitia occaſione, immixtus enim conſilio peritorum ab Illuſtriſſimo quodam Antiſtite, vt votum communicarem meum ſuper ancipiti cauſa neſcio cuius vxoricidæ, azylum intra Eccleſiam affectantis, corrogaui hinc inde ad rem initio nonnulla, quæ poſtmodùm, nutrice ſpeculatione, per quotidianam ſenſim acceſſionem coaluerunt in librum. Me tamen, meaſque lucubrationes haud equidem faciebam tanti, vt crederem ſolari me poſſe detriti capitis iacturam detritione typorum, nomen, & famam, inuita obliuione, ad ſeros vſque nepotes tranſmittentium: at alieni norma iudicij, alienæ energia auctoritatis arrogarunt haud expectanti decus ex chalcographia, non vertendum ludibrio, quia non quæſitum vltrò, ſed aliunde illatum, & non libidine gloriæ, ſed obſequij neceſſitate admiſſum. Perlege ergo æquiore animo, quæ circa duriorem materiam, nullo fermè opitulatore, improbus labor inter alias ſexcentas, quibus tranſuerſim abripior, reculas extudit, lubenſque condona, quæ in clanculario nimis argumento hebetior intelligentia non vidit: & ſi me de nece proditoria non ineptè philoſophatum cenſueris, ſuadeto tibi, auſurum me forſitan, vt aliàs tibi ſit, quod humaniſſima tua cenſura cohoneſtes.

Alterum eſt, me operi meo indidiſſe titulum *anatomes necis proditoriæ:* quia anatomiſtarum in morem, qui arcanam corporum compactionem recluſuri, quidquid ineſt nedum partium maiuſcularum, ſed membranarum tenuiorum, venarum capillarium, fibrarumque minutularum fideli diſſectione ſubiiciunt oculis, ego pariter, vt pleriſque omninò irrepertam, nonnullis autem minus plenè perſpectam homicidij coagmentationem, ſeu fabricam, liquidiſſima diſceptatione commonſtrem, diſtribuo tres in ſectiones opus, & in prima quidem inueſtigo ſubſtantiam ipſam, ſeu, vt philoſophi aiunt, rationem formalem necis proditoriæ, eiuſque tum remotas, tum propinquas cauſas, præmeditationem, propoſitum, induſtriam, inſidias tam ex partibus intentionis, quàm executionis, inſidiarum obiectum, modos, tentamenta, progreſſiones, habitudines, conſectaria, à maſſa nimis

mis rudi eruo, in ſeriem opportunam digero, & ad vſque immunitatis demeritum illuſtre perpolio. In ſecunda verò normam, ad quam dirigenda ſit Eccleſiaſtico Iudici, cognitio necis proditoriæ, aliorumque in Gregorij XIV. ſanctione exceptorum flagitiorum, quæ non palam, ſe obſtetricante clancularia fraude prodierint, ſtatuo. In tertia demum, reuocata ad hypotheſim theſi, immanem quempiam integerrimæ coniugis iugulatorem proditorium non debuiſſe in Matris Eccleſiæ vlnis nanciſci ſalubre perfugium, ſed ritè, ſapienterque laicalis brachij inclementiæ vindici fuiſſe adiudicatum, demonſtro.

Hoc planè ſincerum eſt ſchema noſtræ anatomes, in eum duntaxat collimantis ſcopum, vt monſtrum horrendum, ingens, quod in tenebris concipi, & naſci ſolitum, latebras ad hanc diem, ne probè à multis intelligeretur, obtinuit, quale demum ſit, & quantum, meliori poſthac in lumine pateat.

Auguratur verò animus non paucos fore, quibus, tanquam aſſuetis ad vetuſtas proditionis ideas, rudiores eàs quidem, & arcto nimium limite circumſcriptas, aliqua ex ſanciendis à me noua, & fortaſſe à vero diſſita videantur.

At ſicuti cinctutis illis Cethegis, quibus terra per prolixam planitiem orizonti, quem proſpiciebant, contermina credebatur, non ſtetiſſet loco ſententia, horrorique fuiſſet diuturnus error, ſi porrò à peritioribus geographis deducti vidiſſent terram ipſam à cœlo ſemper æquè ſeiunctam obliquari ſenſim in globum, atque à commeantibus per nec calcatas antea, nec mente conceptas vias deueniri ad obuerſos pedibus noſtris Antipodas, ita ſpero mutandam fore opinionem multis circa eam, quam antea per inobſeruatum indiligentiæ ludibrium perperam intelligebant, proditionem, ſi æquis oculo, & animo intuiti fuerint, quæ de ipſa proditione differit per periodos plures, ſed veraces noſtri libelli farrago. Spero inquam mutandam, atque à non nemine expergefacto ſui caſtigatore vſurpandum ſecum ipſo illud Philoſophi Vatis:

Lucret. lib. 2.

Quid dubitas, quin omne ſit hoc rationis egeſtas?
Nam veluti pueri trepidant, atque omnia cæcis
In tenebris metuunt, ſic nos in luce timemus
Interdum, nihilo quæ ſunt metuenda.

Ne tamen me ita inſipientem cenſeto, ſapientiſſime Lector, vt crediderim poſſe me, quaſi poëtico æſtro percitum, comminiſci per audacem ingenij mei enthuſiaſmum neotericam aliquam, atque exoticam formam, cui *proditionis* nomen, & fidem apud ſcholas, & tribunalia arrogare contenderem. Apagè tam enorme deliramentum. Geſſi in oculis ſemper, oppidóque deueneratus ſum virorum doctorum, quj me præceſſerunt, placita circa quodvis in re morali argumentum, & nominatim circa proditionem: ſed

cum

cum legerem multa ſapienter quidem, ſed ſubobſcurè, & minus diſtinctè effata, nec ſatis concinnè diſpoſita de proditione ipſa,pretium operæ ratus ſum, ſi alienorum ingeniorum fœtum informem ego per imbecillem operam meam illuſtrando, explanando, componendo meliuſculè conformarem, aliquidque laudis à librorum peritis, qui quàm exiliter de proditoria nece inibi diſceptatum fuerit, norunt,reportarem.

Legi omnes, quos affero, auctores, & niſi capitis feruida nimis attentio fefellit, intellexiſſe me autumo. Plures interdum, aliquando paucos, nullum nonnunquam allego; quia vel plures, vel pauci, vel nulli de articulo à me deducto fecere verbum. Si plus librorum,plus temporis,& mentis ſuppetiiſſet,placandam enimverò largioribus hauſtibus ſitim ſciendi tuam enixè curaſſem.

Summaria, vt vocant, præiacio paragraphis, plerunque non merentia ſummarij nomen ob prolixitatem: at in hoc imitari placuit alios doctiores me, qui præſtiterunt id eo conſilio,vt in præcipuis habeat confeſtim Lector ob oculos doctrinam planam,quippe interiectarum allegationum ſalebris facultati intellectrici permoleſtis non aſperatam. Quidquid peccati, quod ambigo, quantum futurum ſit,offenderis in libro meo circa transmutationem, vel omiſſionem vocum, & præcipuè circa arithmeticas notas, id tribuito vel mihi primum exemplar conſcribenti,vel exſcribenti amanuenſi, vel chalcographo, qui verbi cauſa 63. pro 36; 57. pro 75. inuerſo per lubricam oculi feſtinationem,vel laſſitudinem ordine in tam ampla numerorum ſegete facilè vſurpare potuimus.

Poſtremùm id tibi certum, immotumque animo ſedeat, te contra inextricabiles nodos, quibus hæc quotidiana materia mirum in modum implexa eſt, cum victoria luctari non poſſe, niſi librum meum per totam ſectionem primam vtili patientia legas, & neceſſarium rerum plurimarum, atque antea diloricatarum nexum, ſeriemque deinceps intelligas.

Si quid autem eſt in his meis lucubrationibus adultera opinatione conceptum, obliquumque ab intaminata doctrina ſacroſanctæ Catholicæ Romanæ Eccleſiæ,quæ immunitatis parens, ſubſtantiam filiæ,indolemque intelligit ſola, id omne deteſtor, retracto, oblitero.

AVCTORIS EPIGRAMMA
in ſui Operis Argumentum.

PIngitur in noſtro monſtrum Exitiale libello,
Anguineâ quod alit cruda Megera lue.
Haud vnus monſtro pater eſt, haud vnica mater.
Colluuiem in fœdum ſtyx tulit atra genus.
Inſidiæ coiere, doli, mendacia, fraudes,
Lucri amor, & lætus vindice clade furor.
Si cecidiſſe doles vacuas tutamine vitas,
Si ruere obtritâ fœdera ſciſſa fide,
Proditionis id ingenium eſt, vis, pugna, triumphus.
Crimine in vno Orcus, crimina mille fouet.
Herculeæ in monſtra eſt grandis victoria clauæ.
Grandior, hoc monſtrum ſi domuiſſet, erat.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
PARAGRAPHORVM
ANATOMES NECIS
PRODITORIÆ.

SECTIO PRIMA.

De ratione formali necis proditoriæ in ordine ad immunitatem Eccleſiarum.

§.1. HOMICIDAM *proditorium excludi ab immunitate Eccleſiarum?* pag.1
§.2. *Homicidium ſimplex non continere rationem proditorij, nec priuari immunitate.* pag.5
Impulſio, & ratiocinatio quid? pag.7
Impugnatur Boſſij, Grilenzoni, & Paſcalis doctrina de triginta diebus ad præmeditationem requiſitis. pag.9
Solutio quæſtionis principalis. ibid.
§. 3. *Induſtria quid? & quo modo ſe habeat ad appenſamentum, ad propoſitum, & ad inſidias?* pag.11
§. 4. *Hominem diuerſimode poſſe eſſe impotentem ad ſe defendendum.* pag.18
Defenſio quid? ibid.
§.5. *Inſidiæ quid?* pag.20
Inſidiæ ſecundum ordinem intentionis. pag.23
Inſidiæ ſecundùm ordinem executionis. pag.24
Exempla inſidiarum. pag.25
§.6. *Inſidiæ negatiuæ, & poſitiuæ quæ?* pag.28
Omnes inſidias reſpicere impotentiam ſe tuendi, ſed non eodem modo. pag.31
§.7. *Diffidatio quid?* ibid.
§.8. *Non dari rationem proditorij in homicidio per ſolam induſtriam ſine inſidiis commiſſo, & nihilominus dictum homicidium excludi ab immunitate.* pag.34
Dictum homicidium admitti ad immunitatem ſecundùm aliquos. pag.43
Sententia aliorum, & mea in contra-

rum cenſura. pag.47
Leges, & priuilegia ſæpe continere ius commune. pag.48
Cenſura Falionij exceſſiua. pag.49
Fundamentum meæ ſententiæ. *ibid.*
Nihil eſſe ſuperfluum in cit.c.extr. de homic. pag.50
Soluitur alia obiectio contra dicta in hoc. §.8. pag.52
Secundam ſententiam firmatam in hoc §.8. *poſſe per Epiſcopum deduci ad praxim.* pag.53
Conſuetudinem fundatam in ſequela alicuius opinionis probabilis non reddere improbabilem, atque impracticabilem contrariam alioqui probabilem repertam. pag.53
Stylus Curiæ quando faciat ius. pag.55
Reum aſſentati homicidij proditorij gaudere immunitate. pag.58
Opinionem fauentem immunitati non eſſe neceſſariò ſemper præferendam contrariæ. pag.59
Mala illatio per Sperellum facta ex doctrina Franciſci Suarez. pagina 60
Cauſam immunitatis eſſe ciuilem. pagina 61
Corollarium ex dictis in hoc §.8. *pro materia excommunicationis contra duellantes.* pag.70
Non eſſe correctum citat. cap. 1. extra. de homicid. *per Conſtitutionem Gregorij XIV. ſuper immunitate Eccleſiarum.* pag.71
Soluitur fundamentum contrariæ ſententiæ de correctione iuris. pag.75
Corollarium ex nuper dictis de correctione iurium. pag.79
§.9. *Dari rationem proditorij in homicidio commiſſo per inſidias negatiuas, & dicti homicidij reum priuari immunitate.* pag.80
Fundamentum primum meæ ſententiæ. pag.90
Radix deformitatis proditoriæ quæ? ibid.
Quomodo Iudas fuerit proditor? pag.93
Proditorium vnde dictum? pag.95
Proditorium per comparationem ad fidem. pag.96
Proditorium per comparationem ad Dominum, Principem, & Rempublicam. pag.97
Proditio, & proditoria actio quid diſferant. pag.98
Proditorium per comparationem ad occultum, quod propalatur. pag.99
Proditorium ad rem meam. pag.100
Inſidias ſe habere præſuppoſitiuè ad vltimam differentiam proditorij conſtitutiuam. *ibid.*
In proditorio attendi impotentiam proditi in aggreſſione, non autem in conflictu. pag.102
Fundamentum ſecundum meæ ſententiæ, pag.106
Vtilitas Conſtitutionis Gregorij XIV. pag.109
§.10. *Saluari rationem proditorij, etiamſi occiſio inſidioſa proueniat ab inimico occiſi, & occiſorem per inſidias inimicum priuari immunitate.* pag.111
Inimicitia, & rancor quid? *ibid.*
Quid veniat nomine inimicitiæ *in præſenti quæſtione?* pag.119
Solutio quæſtionis principalis. pagina 120
Sententia mea. pag.123
Fundamentum meæ ſententiæ. pagina 125
Eſſentias declarari, non mutari à Legiſlatoribus. pag.126
Primus caſus impotentiæ abſolutæ ad ſe tuendum. pag.127
Secundus caſus impotentiæ moralis ad vlterius præcauendum. *ibid.*
Tertius caſus impotentiæ ad præcauendum ex ſuppoſitione. pag.129
Soluitur argumentum, quo glorioſè innititur contraria ſententia. pag.130
Aliquorum Doctorum mala philoſophatio in hac materia. *ibid.*
Valdè differre fundamentum præcauendi

di obiectiuum, & formale. pagina 132

Intimiditas quid? pag.133

Notabilia circa tritum illud potuit, & debuit ſerie. pag.135

Summa mei diſcurſus circa hanc de inimicitia occiſionis inſidioſi quæſtionem. pag.140

Satisfit obiectioni aduersùs prædicta. pag 141

Corollaria octo ex firmatis in hoc §.10. pag.142

Corollarium 1. ibid.

Coroll.2. pag.143

Coroll.3. ibid.

Coroll.4. pag.144

Coroll.5. pag.145

Coroll.6. ibid.

Coroll.7. pag.147

Coroll.8. pag.148

§. 11. Videri probabile, quòd ſaluetur ratio proditorij in homicidio ex ſolis inſidiis, ita vt non concurrat cum iiſdem inſidiis induſtria cum propoſito, & appenſamento coniuncta, & quòd homicida non induſtrioſus, ſeu non ex propoſito, nec appenſatus, ſed ſolùm inſidioſus priuetur immunitate. pag.149

Non eſſe verum axioma aliquorum, quòd quandocumque pœna ordinaria non eſt locus, ſemper ſit locus immunitati, pag.152

Sententiam communem tenendam eſſe circa propoſitam quæſtionem. pagina 194

§. 12. Dari rationem proditorij in homicidio ex inſidiis poſitiuis, quatenus dicunt diſpoſitionem, & executionem aggreſſionis contra falſam promiſſionem de non lædendo, & perfidum promiſſorem, ſi occidat promiſſarium, non gaudere immunitate. pag.156

Quid de lædente hoſtem? pag.161

Quid de lædente bannitum? pag.162

Quid de dante fidem tertio? pag.165

Quid de lædente prouocatum ad duellum, pendente prouocatione? ibid.

Eodem modo ſubſiſtere proditorium, ſiue pax violata ſit, ſiue treuga, ſiue cautio de non offendendo, & quo modo hæc tria differant inter ſe? pagina 166

Quid de frangente pacem, & fidem ſub verbo, & fide Regis? pag.167

§. 13. Inimico non æquipollere amicum reconciliatum, & hunc, ſi occidat compartem reconciliatam, non gaudere immunitate. pag.168

Odium in vno, & ſecuritatem in alio non repugnare. pag.171

Odium inter homines malè ſupponi inextinguibile. ibid.

§ 14. Dari rationem proditorij in occiſione facta per inſidias poſitiuas quatenus dicunt diſpoſitionem, & executionem aggreſſionis contra affidatum per ſigna amicitiæ, & talem occiſorem priuari immunitate. pag.174

Carollaria ex firmatis in hoc §. 14. pag.178

Notabile in hac materia. pag.182

Qualitatem amicitiæ non ſtare otioſè in ordine ad proditorium. ibid.

§. 15. Sufficere ad proditorium, quòd ſimulatio amicitiæ præceſſerit occiſionem proditoriam, nec requiri, quòd ſit concontemporaneè cum ipſa occiſione. pag.183.

§. 16. Rationem proditorij non alligari ad inſidias poſitiuas, quatenus dicunt ordinationem, & executionem aggreſſionis ſub ſignis amicitiæ vel ab initio veræ, vel ſemper fictæ. pag.184

Sententia mea. pag.192

Fundamentum primum meæ ſententiæ. pag.194

Vnum actibus oſtendere, & aliud in mente habere, non eſſe formaliter prodere. pag.195

Fundamentum ſecundum ſententiæ meæ. pag.203

Oſtenditur vera Bartoli ſententia in propoſito. pag.204

Argumentum pro contraria ſententia ni-

hil concludere. pag. 206

§. 17. *Rationem proditorij præſcindere omnino ab hoc, quòd proditor, & proditus ſint amici, vel inimici, & poſſe conſiſtere de facto cum diſpoſitione eorumdem neutra.* pag. 207

Corollaria ex firmatis in hoc §. 17. pag. 209.

§. 18. *Dari rationem proditorij in occiſione ſecuta inter perſonas connexas, & occiſorem vnius ex connexis non gaudere immunitate.* pag. 213

Notabile in hac materia. pag. 215

§. 19. *Corollarium primum ex firmatis huc vſque in hac diſputatione.* pag. 216

Necantem veneno eſſe proditorium homicidam, & quandonam talis homicida priuetur immunitate. ibid.

Non reſtringi proditorium in venenatione ad eam, quæ fit ſub colore amicitiæ. pag. 223

Non haberi rationem inimicitiæ in proditorio per venenationem. ibid.

Sed gaudetne homicida venenator immunitate? pag. 225

Cauſa phyſica necis quæ? ibid.

Quæ moralis? ibid.

Quæ phyſico-moralis? ibid.

Solutio propoſitæ quæſtionis. pag. 226

Quid de venenante per alium. pag. 228

Quid de cogente violenter ad veneni hauſtum? pag. 229

Caſus curioſus, ſed funeſtus, de volente venenare per ficum. pag. 230

§. 20. *Corollarium ſecundum.* pag. 231

Concurrentes ſolùm moraliter ad necem proditoriam, gaudere immunitate. ibid.

Quid de mandante? ibid.

Quid de conſulente, aſſociante, & ſimilibus? pag. 241

Quid de ducente alium inſidiosè, vt ab alio improuiſus occidatur? pag. 242

Quid de cauſante ſuſpendium alicui per falſum teſtimonium? pag. 243

Quid de Iudice? ibid.

Quid de reuelante adulterium vxoris marito cum intentione, vt maritus in cautam occidat? pag. 244

Quid de ratificante necem proditoriam? ibid.

Quid de liberè complacente de nece proditoria à ſe tempore delirij patrata pag. 245

Quid de maleficis, ſeu ſortiarijs? ibid.

Gaudeantne ſortiarij immunitate, ſi quem ex arte magica occidant? pag. 246

Noua doctrina Ioannis Baptiſtæ Van Helmont. pag. 249

Impugnatur Van Helmont. pag. 250

Hominem non tam dici imaginem Dei, quàm ad imaginem Dei. pag. 251

Dæmonem poſſe per ſe immediatè inferre mortem hominibus, & de facto id facere ex permiſſione Dei, interuenientibus ſagarum coniurationibus. ibid.

Perperam dici à Paulo Grillando, quòd Dæmon non poſſit per ſe nocere corporibus Chriſtianorum. pagina 252

Cabala quotuplex, & quæ mala, & quæ non item? pag. 253

Quid de tenente occidendum ab alio, & de terrente, ne ſe ſubtrahat occidenti? pag. 255

Quid de quatuor conuenientibus ex compacto ad occidendum ſub colore amicitiæ, quorum vnus occidendum teneat, alter aliorum defendentium ingreſſum armis impediat, tertius vulnus infligat, & quartus adſtet? pag. 257

Quid de cauſante hominis necem per decipulas, aut per aliquid ſimile? pag. 258

§. 21. *Corollarium tertium.* 261

Cauſantes abortum fœtus animati eſſe proditorios homicidas, & priuari immunitate, ſi cauſent immediatè. ibid.

Infantem in vtero matris eſſe ſuppoſitum diſtinctum à ſuppoſito matris. pag. 267

Impugnatur Diana, Bonacina, & alij facientes incapacem paſſiuæ proditionis in

Digitized by Google

infantem. pag.269
Quid in dubio animationis fœtus & ſexus? pag.270
Quid de matre adhibente media ad ſui curationem, ex quibus ſequatur abortus? pag.272
Quid de tertio procurante abortum? ibid.
Quid de procurante abortum per terrorem incuſſum prægnanti? pag.274
Quid de cogente prægnantem ad fugiendum, vt ex fuga ſequatur abortus fœtus animati? ibid.
Satisfit obiectioni validæ. pag.275
Fauorem immunitatis Eccleſiarum eſſe excellentiorem fauore iuris Reipublicæ ad punienda delicta. pag 276
Quid de adultero per ſcelus ſuum dante occaſionem marito percutiendi prægnantem, vt abortiatur? pag.277
§. 22. *Corollarium quartum.* ibid.
Occiſores infantium natorum, amentium, ebriorum, & dormientium, aliorumque reſiſtere non valentium, eſſe proditorios homicidas, & priuari immunitate. ibid.
§. 23. *Corollarium quintum.* pag.281
Ad amiſsionem immunitatis ex titulo homicidij proditorij requiri voluntarium directè, & non ſufficere voluntarium indirectè. ibid.
Homicidium directè voluntarium quod? ibid.
Impugnatur doctrina Ioſephi Gibalini. pag.287
Homicidium indirectè voluntarium quod? pag.289
Solutio propoſitæ quæſtionis. ibid.
Corollaria ex nuper dictis. pag.291
Quid de occidente proditoriè Petrum, quem credebat eſſe Paulum? ibid.
Quid de ponente cauſam efficacem homicidij proditorij, ſed concipiente delicti pœnitentiam ante ſecutam offenſi mortem? pag.294
Solutio quæſtionis. pag.295
Quid de occidente per vulnera proditoria, ſed non intẽdente mortẽ? pag.298
Quid de tam grauiter vulnerante ex inſidiis cum directa occidendi voluntate, vt ſecutura ſit infallibiliter aliquo poſt tempore mors, quæ tamen anticipatè inferatur ab aliqua alia ſuperueniente cauſa, verbi gratia, fulmine, ruina domus, &c. pag.299
Quid de inſidiosè occidente, ſed coactè? ibid.
Quid de eo, qui ex intentione occidendi, vulnerauit proditoriè, ſed leuiter ſolùm, cum præuiſione tamen ſecuturæ mortis etiam in caſu iſtius leuitatis, ob ſtatum ægrum vulnerati, vel ob penuriam, aut imperitiam chirurgorum, vel ob carentiam medicamentorum, vel ob prohibitionem applicationis futuram ab ipſo vulnerante? pag.300.
§. 24. *Corollarium ſextum.* ibid.
Ad amiſſionem immunitatis ex titulo homicidij proditorij, requiri actionem exteriorem inductiuam necis, & non ſufficere omiſſionem, ex qua ſequatur mors. ibid.
Corollarium ex modò dictis. pag.305
Regula pro hac materia. ibid.
§. 25. *Corollarium ſeptimum.* pag.306
Homicidium proditorium quid? ibid.
Impugnatur proditorij deſcriptio tradita per Petrum Caballum. pag.308
§. 26. *Corollarium octauum.* pag.310
Omne homicidium proditorium eſſe eiuſdem ſpeciei atomæ. ibid.
Coniungi interdum cum proditorio extraneas malitias. pag.311
Proditorij non dari ſpecies, ſed modos. pag.312
§. 27. *Practicus proceſſus ad necem proditoriam, elicitus ex diſceptatis in hac diſputatione.* pag.313
1. *Ex parte intellectus.* ibid.
2. *Ex parte voluntatis.* pag.314
3. *Denuò ex parte intellectus, & voluntatis.* ibid.
4. *Inſidiæ ſecundùm ordinem executionis.* pag.315
5. *Proditio conſummata.* ibid.

§. 28. *Circumſtantiam proditionis ſuperaddere malitiæ homicidij nouam ſpeciem malitiæ explicandam neceſſariò ex confeſſione ſacramentali.* pag. 316
Parergon. *ibid.*
Reſponſio eruditiſſimi D. Doctoris Petri Franciſci Paſſerini. pag. 321
Sententia mea. pag. 422
Fundamentum primum. *ibid.*
Regula pro qualificandis humanis actionibus quæ? *ibid.*
Fundamentum ſecundum. pag. 324
Iniuria quid? & vnde ſpecificetur? *ibid.*
Ius ad fruendum vita, & ius ad defendendum vitam diuerſa eſſe formaliter inter ſe. *ibid.*
Solutio principalis difficultatis. pag. 328
Homicida proditorius quo modo confiteatur. pag. 329
An teneatur dicere ſe occidiſſe contra datam fidem de non lædendo? *ibid.*
An per promiſſionem circa rem aliàs debitam ex iuſtitia, conferatur nouum aliquod ſpeciale ius promiſſario? pag. 330
An data, & non conceſſa iſtius noui iuris collatione, violator promiſſonis teneatur explicare in confeſſione circumſtantiam promiſſionis? *ibid.*
An neceſſe ſit explicare in confeſſione perſonam prodendam fuiſſe aſſecuratam per mendacia? pag. 332

SECTIO II.

Qualiter cognoſcere debeat Epiſcopus, ſeu ab eo deputatus, de homicidio proditorio, & de aliis criminibus exceptis in iure, & in Bulla Gregorij XIV. ſuper immunitate Eccleſiarum, ad effectum tradendi, vel non, Curiæ ſeculari reum confugam ad Eccleſiam.

§. 29. *PRænotio.* pag. 334
Immunitas Eccleſiarum ſitne de iure diuino, an de Eccleſiaſtico? *ibid.*
Immunitatem hanc eſſe proprie de iure Eccleſiaſtico. pag. 356
Corollarium de auctoritate ſuprema Romani Pontificij circa Eccleſiarum immunitatem priuatiuè ad quemcumque alium. pag. 357
Quid potuerit diſponere Pontifex Romanus circa modum cognoſcendi in cauſa immunitatis Eccleſiarum quo ad delicta excepta? pag. 358
Quid diſpoſuerit de facto Romanus Pontifex circa modum cognoſcendi de delictis exceptis in cauſa immunitatis? pag. 359
Deſiderium Auctoris de exiſtentia cuiuſdam aſſertæ declarationis Eminentiſſimorum DD. Cardinalium circa hanc quæſtionem in forma obligante? *ibid.*
Prima ſententia extrema. pag. 361
Cenſura huius primæ ſententiæ. pag. 362
Impugnatur hæc ſententia. pag. 363
Ab impoſſibili. *ibid.*
A conditione legis. pag. 366
A neceſſitate vitandi ſuperfluitatem in Conſtitutione Gregoriana. pag. 367
Impugnatur doctrina quædam Sperelli, & Vermiglioli. pag. 368
Corollarium contra Auctores primæ ſententiæ. pag. 371
Secunda ſententia extrema. *ibid.*
Cenſura huius ſecundæ ſententiæ. p. 372
Argumentum à reſcripto Clementis VIII. non eſſe firmum. *ibid.*
Argumentum à ſuppoſito Bullæ ſenſu non eſſe certum. pag. 373
Dura, quæ ſequuntur ex hac ſententia, eiuſque falſitatem conuincunt. pag. 375
Videlicet primò non requiri proceſſum. *ibid.*
Secundò ſufficere talem qualem cognitionem. *ibid.*

Ter

Tertiò hanc cognitionem poſſe formari ex proceſſu laicali. pag.376
Quarto non eſſe neceſſariam citationem partis. pag.377
Quintò non eſſe publicandum proceſſum reo. pag.178
Sextò non eſſe debitam conceſſionem dilationum. pag.380
Confirmatur falſitas iſtius ſecundæ ſententiæ. *ibid.*
Quædam poſſe prudenter committi ſoli conſcientiæ, & quædam alia non. pag.381
Competere reo ius ad tutandum ſe intra Eccleſiam à Iudice ſeculari, & permittendam illi eſſe ab Eccleſiaſtico manutentionem dicti iuris. pag.382
Corollarium. pag.384
Quid agendum Epiſcopo dubitanti? ibid.
Quid agendum Epiſcopo in contrarietate motiuorum parium? *ibid.*
Dubium poſitiuum quod? pag.385
Refellitur quædam doctrina Petri Gambacurtæ. *ibid.*
Quid dicendum in ſententia ſuſtinente non eſſe dubium in caſu æqualitatis motiuorum vtrimque probabilium? pag 388
Fauorem immunitatis, & Rei præferendum eſſe fauori iuris ad punienda delicta. pag.390
Quid agendum Epiſcopo in motiuorum imparium contrarietate circa factum? pag.391
Tertia ſententia media. pag.392
Cenſura huius tertiæ ſententiæ. *ibid.*
Confuſio ſcribentium in hac materia.ibid.
Sufficere præſumptiones tum iuris, tum hominis, ſi leues non ſint, in hac cauſa. pag.393
Non ſufficere indicia remota in hac cauſa. pag.396
Non videri improbabile, quod ſufficiant in hac cauſa indicia ſufficientia ad torturam. pag.397
Plura indicia dubitata poſſe coniungi ad faciendum vnum indubitatum, quod ſufficiat in hac cauſa. pag.398
Indicia indubitata ſufficere ad intentum Gregorij XIV. pag 400
Indicia indubitata non exigere, vt res non poſſit aliter ſe habere. pag.401
In quo conſiſtat indubitatio indiciorum? pag.403
Certitudo moralis quæ? pag.405
Quarta ſententia. pag.408
Cenſura huius quartæ ſententiæ. pagina 409
Qui teſtes ſufficiant in cauſa immunitatis? pag.416
Quid de teſtibus ſingularibus. pag.419
In aliis grauiſſimis cauſis poſſe remitti aliquando rigorem iuridicum, & permitti illum probationis modum, qui haberi poteſt. pag.425
§. 30. *Quid agendum Epiſcopo in hoc ſententiarum conflictu, circa materiam lubricam, & obſcuram?* pag.426
Reiicitur quædam Gambacurtæ doctrina. pag.429
Corollarium. pag.430
Incidens quæſtio noua. *ibid.*
§. 31. *Afferuntur, & ſoluuntur argumenta pro prima ſententia.* pag.433
Argumentum primum. pag.434
Argumentum ſecundum. pag.436
Argumentum tertium. pag.437
Argumentum quartum. pag.438
Argumentum quintum. *ibid.*
Argumentum ſextum. pag.439
§. 32. *Quid probandum in facto, & quibus mediis, vt probetur homicidium fuiſſe proditorium in ordine ad immunitatem?* *ibid.*
Probandum eſſe actum occiſionis, & appenſamentum, & qualitatem ſpecificam proditionis. *ibid.*
De probatione proditorij per inſidias negatiuas. pag.443
De probatione proditorij ſub ſignis amicitiæ. pag.446
De probatione proditorij inter connexos. pag.451
De probatione proditorij ſub promiſſione de non lædendo, & ſub pace. pag.452

¶¶¶ SE

SECTIO III.

Applicatio doctrinæ præcedentis ad caſum particularem Fulani vxoricidæ.

§. 33. *Factum.* pag.414.& 457

Fundamentum primum excluſionis vxoricidæ ab immunitate. pagina 458

Coniectura prima appenſamenti ex inimicitia. *ibid.*

Coniectura ſecunda appenſamenti ex minis. pag.460

Coniectura tertia appenſamenti ex loco vulneris, & ex grauitate eiuſdem. pag.461

Coniectura quarta appenſamenti ex obſeruatione oſtij ante vxoricidij perpetrationem in ſuperiori cubiculo. *ibid.*

Coniectura quinta appenſamenti ex epiſtola ſcripta ad Iudicem cauſarum criminalium. *ibid.*

Confeſſionem qualificatam diuidi aliquando poſſe. pag.463

Probationem appenſamenti non poſſe cadere immediatè ſupra appenſamentum. pag.464

Fundamentum ſecundum excluſionis Fulani ab immunitate. pag.465

Primus modus inſidiarum ex promiſſione de non lædendo. pag.466

Secundus inſidiarum modus per ſigna amicitiæ, & quidem. 467

Primò per retentionem in propria domo. *ibid.*

Retentionem hanc fuiſſe voluntatis, non neceſſitatis. *ibid.*

Secundò per concœnationem ad eamdem menſam, & eumdem igniculum. pagina 468.

Concœnationem hanc fuiſſe omnino liberam. *ibid.*

Tertiò per condormitionem in eodem toro. pag.469

Condormitionem hanc fuiſſe omnino ſpontaneam. *ibid.*

Quartò per actum ridendi cum vxore. *ibid.*

Quintò per non repugnantiam Fulani erga obſequia vilia per vxorem ſibi præſtita paulo ante vxoricidium. p.470

Non obſtare, quod ea ſigna nob concurrerant contemporaneè cum homicidio. *ibid.*

Vxorem redditam fuiſſe impotentem ad defenſionem ſui etiam per apprehenſionem connexitatis maritalis. pagina 471

Vxorem fuiſſe impotentem ad reſiſtendum. *ibid.*

Vxorem non apprehendiſſe de facto capitaliſſimum odium Fulani, etiamſi aliquo modo ſciret Zelotypiam. pag.472

§. 34. *Summarium reſponſionum D. Defenſoris anonymi ad motiua per nos excitata contra vxoricidam, diſtributum in articulos viginti cum ſuis reſponſionibus.* pag.473

F I N I S.

CATA

Catalogus Auctorum

Qui citantur in Anatome necis proditoriæ.

A

ABVLENSIS apud Franciſcum Suarez.
Abbas in ſuis commentariis ad ius Canon.
Adamus Burghaber in centuria caſuum conſcientiæ.
Adamus Tannerus ad ſum. Sancti Thomæ.
Æmilius Mar. Manoleiſus ad Bettachinum.
Afflictus ad conſtit. Neapol.
Aiala de traditionibus diuinis, Apoſtolicis, & Eccleſiaſticis.
Alciatus de præſumptionibus, de duello, & in conſiliis.
Alexander in conſiliis.
Alferius in conſiliis.
Altenſtaiq Theologus Mindelhaimenſis in lexico Theologico.
Albericus apud Boerium.
Aluarez Guerrero in theſauro Chriſtianæ Religionis.
Alterius de cenſuris.
P. Aloyſius Albricius in panegyri de S. Stephano.
Alba in conſiliis.
Aluarotus de feudis.
Almathea Gnomaſtica.
Ambroſinus Alexander in ſuis deciſionibus, & in tract. de immunitate Eccleſiarum.
Ambroſinus Tranquillus de modo formandi proceſſum informatiuum.
Sancti Ambroſius, & Auguſtinus apud Raynaudum.
Anaſtaſius Germonius de ſacrorum immunitatibus.
Antonius Scappius de iure non ſcripto.
Antonius Columbus in compendiaria forma procedendi extraordinariè in cauſis criminalibus.
Antonius Bernardus de euerſione ſingularis certaminis.
Antonius Cottonius alias Auſonius Noctinot. in ſumma Diana.
Anelus Perſicus de præcipuo Sacerdotis officio.
Angelus Vancius in diſciplina Clericorum.
Anonymus in allegatione apud Campanilem in diuerſorio Iuris Canonici.
Anonymus alter in conſilio apud Dianam in tomo 6. ſuarum reſolutionum, tract. 1. reſol. 31.
Annibaldus ad Albam.
S. Antoninus in ſumma.
Ancharanus Regienſis in familiaribus iuris quæſtionibus.
Ancharanus alter apud Azor.
D. Andreolus Comes, & Præſes Excelſi Ducalis Conſilij Placentiæ in ſuis controuerſiis.
Antonellus in regimine Eccleſiæ Epiſcopalis.
Angles apud Franciſcum de Lugo.
Annæus Robertus Aurelius in libro rerum iudicatarum.
Ariſtoteles in libris Ethicor. politicor. & moralium Nicomach.
Archidiaconus apud Rodriguez in quæſtionibus Regular.

¶¶¶ 2 Ariſ

Ariſminus Tepatus ad l. Corneliam de ſicar.
Arriaga ad ſummam S. Thomæ in 1. p. & in 1.2.
Archangelus Burgonouenſis de dogmatis Cabaliſtarum.
Aufrerius apud Iuliuum Chartarium.
Auendannus de exequend.mandat.
Aujla de Cenſuris.
Azeuedo apud Caſtro Palaum.
Azor in inſtitut.moralib.

B

Baldus in lectura, & de feudis.
Balzaranus de feudis, & in comment.ad conſtitut.vtriuſque Siciliæ.
Baiardus ad Clarum.
Barboſa in vniuerſo iure Eccleſiaſtico, in collect[illegible]eis Doctorum ad Tridentinum in deciſionibus Apoſtolicis,& de dictionibus.
Baldillus in Theologia morali.
Bannez de iuſtitia, & iure.
Bardello nus in conſiliis.
Battandier in practica criminali.
Bauny in Theologia morali.
Barſæus in floribus Theologiæ.
Bartolus in ſua lectura.
Baſilius Pontius de matrim.
Bardi de conſcientia,& in ſelectis moralibus.
Baronius Franciſcus de effectibus inimicitiæ, & de citatione.
Baſſolis apud Franciſcum de Lugo.
Becanus in ſumma Theolog.
Beda,& Beatus apud Raynaudum.
Beoleus, Paccinellus, & Benaſſaius in conſil.168. apud Farinacium, lib. 2. conſiliorum.
Bellonus Nicolaus in conſiliis.
Bellonus Ioannes Antonius de mandata iuriſdictione.
Berous in conſiliis.
Berarduccius in ſumma Corona.
Bernardus Diaz in practica criminal. canonica.
Bermudez de Caſtro in ſua allegatione apud Catalanum in tract.Amneſtiæ,abolitionis,& indultus.
Bertachinus in repertorio.
Benintendi in deciſionibus Rotæ Bononienſ.
Berno Angrenſis apud Raynaudum.
Bertazzolus Bartholomæus in conſiliis.
Bertazzolus Claudius ad conſilia Bartholomæi.
Bellettus in diſquiſ.clericali.
Binsfeldius in enchiridio Theologiæ paſtoralis.
Blancus in practica criminali, & de indiciis.
Boetius Epo Rordahuſanus Friſius in Heroicis, & Eccleſiaſticis quæſtionibus.
Borellus in ſumma deciſionum.
Bonacina de cenſuris in particuiari, de reſtitutione, de legibus.
Bonacoſſa de præſumptionibus, de ſeruis, vel famulis, in quæſtionibus criminalibus, in communibus opinionibus criminalibus.
Bouadilla apud Caſtro Palaum.
Bordonus in controuerſiis moralibus, & in Tribunali Inquiſitionis.
Borgaſius de irregularitate.
S.Bonauentura apud Grillandum.
Bonifacius Ioannes in libro de furtis.
Boerius in deciſionibus.
Borſius Ioan. Angel. in variis moralibus, de contractu matrimonij,& de effectibus eiuſdem.
Borſius Ægidius in tractatibus criminalibus.
Breſſetus de conſcientia.
Brunorus à ſole in quæſtionibus, & in compendio reſolutorio quæſtionum iuris.
Brunus Conradus de ſeditioſis.
Brunus Franciſcus de indiciis, & tortura.
Brunellus apud Marium Italiam.
Butrigarius apud Farinacium in praxi.
Burſatus in conſiliis.
Burgus de Laudimio.

Digitized by Google

C

CAſtro Palaus in opere morali.
Campegius Camillus ad Zanchinum de hæreticis.
Campegius Ioannes de teſtibus.
Caietanus ad ſanctum Thomam, & in ſummula.
Carafa de duello.
Caſonus de indiciis.
Caſtilius in deciſionibus.
Cataneus Chiemenſis Epiſcopus in ſummula.
Caballus de omni genere homicidij, & in reſolutionibus criminalibus.
Catallinus ad conſtitutiones Ægidianas.
Illuſtriſſimus Caramuel in ſua Theologia morali, & in nouiſſima fundamentali.
Carauita ſuper ritibus magnæ Curiæ.
Calletus ad Pacianum.
Caluinus in lexico iuridico.
Carbo Nicolaus in practica.
Caſtracanus de Societatibus.
Carpanus in commentar. ad cap. homimicida. Nouar. conſtitut.
Carolus Baſcapæus Epiſcopus Nouarienſ. in comment. canonico ad cap. inter alia, de immunitate Eccleſiar.
Capra apud D. Paſſerinum.
Cambanus de clauſulis.
Catellianus Cotta in memoralibus.
Carena de officio S. Inquiſitionis, & de ſtrigibus.
Cagnotus de regulis iur.
Caualerius in deciſ. Rotæ Romanæ.
Carroccius in deciſionibus.
Caualcanus Hortenſius de teſtibus, & de brachio Regio.
Campanilis in diuerſorio Iuris Canonici.
Catalanus in tract. amneſtiæ, abolitionis, & indultus.
Cauſinus de hieroglyphicis.
Canus in relectione de pœnitentia.
Carerius in pract. criminali.
Cenedo in collectaneis.
Cephalus in conſiliis.
Celſus Bargalius de dolo.
Ceuallos in ſpeculo aureo communium contra communes.
Cepolla in conſiliis.
S. Chryſoſtomus apud Raynaudum.
Chaſſaneus ad conſuetudines Burgundiæ.
Chryſippus apud Celſum Bargalium.
Chappeauille de caſibus reſeruatis.
Chartarius Flaminius de executione ſententiæ, capto bannito, & in practica interrogandorum reorum.
Chartarius Iuliuus in deciſionibus criminalibus.
Cherubinus Laertius in Bullario.
Ciarlinus in controuerſ. forenſibus.
Cicero in ſuis operibus.
Ciriacus in controuerſiis.
Clarus in ſuo tractatu iudicij criminalis.
Couarruuias in variis reſolut.
Correa apud Dianam.
Corneus in conſiliis.
Concœnarius in quæſtionibus iuris ſingularibus.
Coratius de communi opinione.
Coninck de Sacramentis, & de Fide.
Comitolus in quæſtionibus moralib.
Coriolanus de caſibus reſeruatis.
Coſpus in iudice criminaliſta.
Corteſius in conſil. matrimonial.
Corradus Ioan. Bapt. in reſponſ.
S. Congregatio apud Sperellum, Dianam, Lezanam, Gauantum.
Crauetta in conſiliis, & de antiquitate temporum.
Criſpoltus in caſibus militaribus.
Crottus Ioannes de teſtibus.
Cuiacius apud Fachineum.
Cumia in practica ſyndicatus, & in commentar. in ritus magnæ Curiæ Siciliæ.
Curtius Senior de teſtibus.
Curtellius apud Del Bene.
Cutellius in codice legum Siculārum.

D

DAnza de pugna Doctorum.
De Alzedo Mauritius de præcellentia Epiſcopalis dignitatis.
De Ameſcua Gomez Balthaſar de poteſtate in ſeipſum.
De Anania Ioannes in commentar. ad ius canon.
De Ancona Auguſtinus apud Leſſium.
De Ancona Petrus apud Cataneum Chiemenſem Epiſcopum in ſummula.
De Arnono Ioannes in epitomatis.
De Arimino Auguſtinus ad Angelum Aretinum de maleficiis.
De Antramonia Ambertus in tract.de quæſt.& tortura.
Del Bene Thomas de immun. & iuriſdictione Eccleſiaſtica.
De Beluiſo Iacobus apud Vulpellum, & Gambacurtam.
De Bellis Gabriel in ſuis poſthumis tractatibus.
De Ballis Antonius in variis tractatibus.
De Barbobus Petrus in conſil. matrimonial.
De Caſtilento Ioan. Maria in Seraphica Theologiæ moralis polyanthea.
De Caſtro Alphonſus de poteſtate legis pœnalis,&de iuſta hæreticorum punitione.
De Caſtro Paulus apud Tiraquellum, Maſcardum, & Marſilium.
De la Cruz Ioannes apud Dianam.
De Clauaſio Angelus in ſumma.
Decius in cap.quæ in Eccleſiar.de conſtitut.
Decius Fauilla in ſua allegatione apud Campanilem in diuerſorio Iuris canonici.
Decianus in conſiliis,& in tractatu criminali.
De Franciſcis,Dionyſius in conſil.matrimonial.
De Franchis Vincentius in deciſionibus.
De Gonny Remigius in tractat. de immunit.Eccleſiarum.
De Gambilionibus Angelus in conſil. matrimonial.
Didacus à Cantera in quæſtionibus criminalibus.
Didacus Laynez in ſuo celebri Tridentino voto apud Sfortiam Pallauicinum in hiſtoria Concilij Tridentini.
Dilectus Durantes de arte teſtandi, & cautelis vltimar.volunt.
Diana in ſuis reſolutionibus.
De Leonardis Ioan. Bapt. in ſua allegatione apud Catalanum.
De Lignano Ioannes in conſil.crim.
Eminentiſſ. De Lugo de iuſtitia, de ſacramentis,de pœnitentia,& in opuſculis.
De Lugo Franciſcus ad 1.part. S.Thomæ, & in decurſu præuio ad Theologiam moralem.
De Marinis Donatus Antonius in quotidianis reſolutionibus.
De Marſiliis Hippolytus in practica criminali,in conſiliis,& lectura.
De Mari Didacus ad deciſiones Gizzatelli.
De Moncada Petrus ad Ioannem Crottum de teſtibus.
De Nobilibus Daniel in ſelect. controuerſ.ex canonico,& ciuili iure.
De Nigris Ioan. Anton. in comment. ad cap.Regni Neapol.
De Ognate Petrus de contractibus oneroſis.
De Palude Petrus in 4.ſententiarum.
De Penna Lucas in ſuis comment. ad Codic.
De Puteo Paris de re militari.
De Prætis Simon de interpret. vltimar. voluntatum.
De Palacios ruuios Lopez in gloſſem. ad l.Tauri.
De Portel Laurentius in dubiis regularibus & in reſponſis.
De Petra ſancta Petrus Gerardus in ſingularibus.

De

De Porſentibus Antonius in ſingularibus.
De Rodulphis Laurentius in conſil. matrimonial.
Del Rio Martinus in diſquiſit.magicis.
De Rubeis Ioan. Anton.in tract.de poteſtat.procurator.
De Segura Didacus in repet. l. ſi ex legati cauſa,ff.de verb.oblig.
De Sauſeto Iacobus Bonaudus ad Ioannem de Terra Rubea.
De S.Georgio Iacobinus de feudis.
De Terra Rubea Ioannes contra rebelles ſuorum Regum.
De Thoro Ioan. Bapt. in compendio decisionum Neapol.
De Tonduti Petrus Franciſcus in quæſtionibus, & reſolut. beneficialibus.
De Vrrea Hieronymus in dialogo veri honoris.
De Viſchis Ioannes de immunit.Eccleſ.
Duardus in comment.ad Bullam Cœnæ,& ad Bullam Pij V. de cenſibus.
De Zanchis Lælius de Priuilegiis Eccleſiæ, & in tractatu inter militem ſacrum,& militem ſecularem.

E

EMmanuel Sà in aphoriſmis Confeſſar.
Eraſmus à Cochier de iuriſd. ordinar. in exempt.
Eſcobar in ſuis tractatibus.
Echerius apud Raynaudum.
Euerardus in centuria locorum legalium.

F

FArinacius in praxi,in conſiliis,& in appendice de immun.
Fagundez in præcepta Eccleſiæ, & in Decalogum.
Fara in tractatu de infante.
Fauſtus à Longiano de Duello.
Faber Ioannes in inſtit.
Fabius Timeus ad deciſiones Magonij.
Falconius apud Farinac. in conſil. 76. lib.1.
Fachineus in controuerſiis iuris.
Fernandus Vaſquius aliter Menchaca de controuerſiis illuſtribus, & de ſucceſſionum creatione.
Fernandez de Otero in diuerſis quæſtionibus Iuris.
Fero Manrique in quæſtionibus moralibus,& vicarialibus.
Ferrettus de re,& diſciplina militari.
Ferrarius in practica Papienſi.
Federicus de Senis apud Cochier.
Filliuccius in ſuis operibus.
Floronus de caſibus reſeruatis.
Follerius in practica criminali canonica,& in comment. ſuper conſtitut. regni.
Fontanella de pactis nuptialibus.
Fragoſus de regimine Reipublicæ Chriſtianæ.
Franciſcus Leo in theſauro fori Eccleſiaſtici.
Francus Philipp.in ius canon.
Franciſcus Marcus in deciſionibus Parlamenti Delphinatis.
Fumus in aurea armilla.
Fuſcus in ſingularibus.

G

GAbriel in conſiliis.
Gail in practicis obſeruationibus.
Galletus in margarita caſuum conſcientiæ.
Galganetus de iure publico.
Gallus Ioannes apud Gambacurtam.
Gallupus in praxi nouiſſima regni Neapolitani.
Gambarus de poteſtate legati.
Gambacurta de immun.Eccleſiar.
Gambarupta de caſibus reſeruatis.
Gamma in deciſionibus Luſitanis.
Gargiareus Ioan.Bapt.in conſiliis.
Garzias de beneficiis.
Garonus in comment. ad nouas Conſtitut. ſtat. Mediolani, & in variis reſolutionibus.

Gauantus in Enchiridio Epiſcoporum.
Genuenſis in praxi,& in practicabilibus.Ecclef.
Gerſon apud Campanilem,& Leſſium.
Geſualdus tomo 3.rerum moralium.
Giaclarius ad Clarum.
Gibalinus de irregularitate.
Gigas de crimine læſæ maieſtatis.
Giragus de regimine regularium.
Giurba in deciſionibus.
Gizzarellus in deciſionibus.
Gloſſa ad ius canon.
Gomez Anton.in variis reſolutionibus.
Gonzalez ad regulas Cancellariæ.
Grammaticus in deciſionibus,votis,& conſiliis.
Graffius in deciſionibus aureis,in conſiliis, & de caſibus reſeruatis.
Gratianus in diſceptationibus forenſibus.
Graſſus de exceptionibus, & de amicitia.
Grauarius ad Veſtrium, & in conſiliis.
Gribaldus apud Caballum de omni genere homicidij.
Grilenzonus in conſiliis.
Grillandus de ſortilegiis.
Guazzinus Sebaſtianus in tractatibus de pace, de confiſcatione, & ad defenſam.
Guazzinus Petr. Paulus in tractatu morali ad defenſam.
Guido Papæ in deciſionibus.
Gullielmus Benedictus in quæſtione homic.poſt repet. cap.Raynutius.
Gutierrez in practicis quæſtionibus itemque in canonicis, in tractatu de gabellis, & de matrimonio, & in conſiliis.

H

Hannibal Troyſius ſuper Ritibus magnæ Curiæ.
Hannibal de Canonicis in repet.ſuper l.poſt contractum, ff.de dona.
Henriquez in ſumma de ſacramentis.
Herculanus de cautione de non offendendo.
Hieronymus à Laurentiis in deciſionibus Auenionenſ.
S.Hieronymus apud Raynaudum.
Homobonus in examine.
Hondedeus in conſiliis.
Horatius Perſius in ſemicenturia conſiliorum criminalium.
Hoſtienſis apud diuerſos.
Hugo Victorinus apud Raynaudum.
Hurtadus Gaſpar de cenſuris, & de matrimonio.

I

Iacobus Nouellus in practica, & theorica cauſarum criminalium, & in tractatu ad defenſam.
Ianninus de citatione reali.
Iaſon in conſiliis.
Ioannes Andreas in ius canon.
Ioannes Igneus in comment. de Senatuſconſulto Syllaniano.
Ioannes Lupus apud Iuliuum Chartarium.
Ioaunes Præpoſitus de ſacramentis.
Ioannes Thomas Pollius apud Ioan. Bapt.de Thoro.
Dom Ioannes Vela,& Acunna de pœnis delictorum.
Iodocus Damhouderius in Enchiridio rerum criminalium.
Ioſeph à Ianuario de caſibus reſeruatis, & in reſolut.moralibus.
Ioſeph Ludouicus in deciſionibus Lucenſibus,& Peruſinis.
Iſernia comment.in vſus feudales.
Ius Caſtellæ apud diuerſos.

L

Laderchius in conſiliis.
Laymann.in Theologia morali.
Lancellotus Ioan. Paulus in inſtit.iuris canonici.
Lancellotus Gallia in commentar. ad conſuetud. Alexandriæ.
Lancellotus Conradus de prætore, de duello,& pace.

Lapus in allegationibus.
Laratha in theatro feudali, & in conſiliis.
Larrea in deciſionibus Granatenſibus.
Leander in quæſtionibus moralibus.
Leoncillus in deciſionibus.
Leoniſſa in conſil.matrim.
Leotardus de vſuris.
Leſſius de iuſtitia, & iure, & in perfectionibus poſthumis.
Lezana in conſultis,& in ſumma.
Locatellus in Breuiario de quæſtionibus Iudic.
Lotterius de re beneficiaria.
Lucifer Calaritanus apud Raynaudum.
Ludouiſius in deciſionibus Rotæ Romanæ.
Ludouicus Lopez in inſtructorio conſcientiæ.
Luſitanæ ordinationes apud Fagundez.

M

Magdalenus Capiferreus de numero teſtium in teſtam.requiſito.
Magonius in deciſionibus lucenſibus, & Florentinis.
Magna Curia apud Vincentium de Franchis.
Maia in ſuis obſeruationibus.
Maynet in l.Nemo de domo, ff. de regulis iuris.
Maiolus de irregularitate.
Malleus in auro Theologiæ.
Mancinus in tractatu de confeſſione.
Mangilius de imputationibus, & detractionibus.
Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum.
Maranta Robertus in tract. de ordine iudiciorum.
Maranta Carolus in reſponſis.
Marcellus Vulpe in praxi iudiciaria.
Marcus Burgenſis apud Vaſquez.
Marcus Salon de Pace in conſiliis.
Marcabrunus ab Anguillis in conſiliis.
Marchinus de ordine.
Marilianus in deciſionibus.
Marcus Mantua in conſiliis, & in obſeruationibus legalibus.
Maſinus in Arſenali S.Officij.
Marius Antoninus Maceraten.in variis reſolut.
Marta Doctor in conſiliis, in compipilatione totius iuris controuerſi, de iuriſdictione, & de clauſulis.
Maſcardus Ioſephus de probationib.
Maſuerus in praxi, & ad practicam Papienſem.
Maſtrillus iu deciſionibus, & in comment.ad indultum generalem.
Marius Italia de immunit.Eccleſiar.
Mægalius in inſtitut.confeſſar.
Menochius de præſumptionibus, & de arbitrariis Iudicum.
Reuerendiſſimus Inquiſitor Mercorus in baſi totius moralis Theologiæ, ſeu praxi opinionum.
Merenda apud Carenam.
Merlinus Pignatellus in controuerſ. forenſ.
Medices Chriſtophori Martij Rota Senenſis.
Michael Salon de iuſtitia.
Michael de Milliario in cōſil. matrim.
Millæus in praxi criminis perſequendi.
Milis in repertorio.
Minadous in conſiliis.
Miranda in manuali Prælatorum.
Monaldus in conſiliis.
Mollignatus de venatione ferarum, & de appellatiua verborum vtriuſque Iuris ſignificatione.
Molina Theologus de iuſtitia, & iure.
Molina Iuris cōſultus de primogeniis.
Molin.Franciſcus apud diuerſos.
Monticellus de teſtibus, & in practica criminali.
Muſcatellus in practica criminali.
Muta in deciſionibus Siciliæ.
Mutius de Duello.

N

Naldus in ſumma.
Nauarra de reſtitutione.

¶¶¶¶ Na

Nauarrus in manuali,in conſiliis,& de ſpolio.
Negufantius Hadrianus in Silua reſponſorum.
Nellus de bannitis.
Neuizanus in Silua Nuptiali.
Nouarius in ſumma Bullarum, & in collect.ſuper pragmat.

O

ORigenes apud Raynaudum.
Olaſcus in deciſ.Pedemont.
Ouiedus in 1.2.S.Thomæ.

P

PAces Iordanus in elucubrat.
Pacianus de probationibus.
Palatius apud Thomam Sanchez.
Pariſius apud Bertazzolum.
Papo in arreſtis.
Paſcalis de vitibus patriæ poteſtatis.
D.Paſſerinus de pollutione Eccleſiar.
Paulus Rubeus in reſolut. practicabilibus circa teſtam.
Pechius apud Iulium Chartarium.
Ped·aza in ſumma.
Pedroccha in conſiliis.
Pequera in deciſ. ciuilib. & criminalib.
Pelbartus apud Franciſcum de Lugo.
Pellizzatius in manuali Regularium.
Peregrinus Alexand. de duello, & de immun.Eccleſiar.
Pererius de magia.
Perez ab vnanoa de mattimonio.
Peſantius apud Verricellum.
Petrus Medina apud Scortiam.
Petrus Sutor de poteſtate Eccleſiæ in occultis.
Perſonalis in conſiliis.
Philaletus in diſp.de praxi opinionum.
Piagius de iure conſuetudinis.
Piaſecius in praxi Epiſcopali.
Plaza in epitome delictorum.
Plotus in conſiliis,& de in litẽ iurando
Ploue apud Viualdum.
Polydorus Ripa in obſeruationibus, & de nocturno tempore.
Ponzinibbius de Lamiis.
Porrus in faſciculo rerũ criminalium.
Portules apud Giurbam.
Poſſeuinus in dialogo honoris.
Preuidellus in tract.legali de peſte.

Q

QVintilianus apud Menochium.

R

RAymundus apud Vulpellum.
Raymundus Caſſina de officio,& poteſt.regularis Eccleſiæ Præfecti.
Raynaudus in opuſculo inſcripto optimæ vitæ finis peſſimus.
Rebellus de obligationibus iuſtitiæ.
Regens Conſtantius in ſupplicatione ad Paulum Quintum.
Reginaldus in praxi.
Remundus Lullus in ſuis prouerbiis.
Rebuffus in conſtitut.Reg.
Ricciullus de iure perſonarum extra Eccleſiæ gremium exiſtentium.
Riccius in praxi,& in deciſionibus.
Riminaldus Hippolytus in conſiliis.
Rituale Pauli V.
Rodiginus apud Baldellum.
Rodriguez Nicolaus in tomo quindecim tractatuum.
Romanus apud Bertazzolum.
Roſella apud Comitolum.
Rota apud Ricardum.
Rota diuerſorum.
Royas in ſingularibus, & de hæreticis.
Rodriguez Emanuel in ſumma, & in quæſtionibus canonicis, & regularibus.
Rouitus ſuper pragmat.
Ruinus apud Bertazzolum.

S

SAlelles de materiis tribunalium Inquiſitionis.
Salicetus in l. cum fratrem, Codice

ce de his, quibus vt in dignis.
Salluſtius Tiberius in practica iudiciaria.
Sarpus in Claui Regia, & in theſauro caſuum conſcientiæ.
Salzedus, ſeu Ignatius Lopez ad Diaz.
Sanchez Thomas de matrimonio, in decalogum, & in conſiliis moralib.
Sanchez Ioannes in ſelectis diſput.
Sanfelicius in deciſionibus.
Sarmiento in ſelectis interpret.
Sarpus apud Dianam.
Sbrozzius de officio, & poteſtate Vicarij Epiſcopi.
Scaglionus apud Rouitum.
Scaccia de iudiciis.
Scanarolus de viſitatione carcer.
Scortia in ſelectas Pontificium Conſtitutiones.
Scotus apud Franciſcum de Lugo.
Scalla in conſil. matrim.
Schraderus de feudis.
Sebaſtianus Medices in ſumma de peccatis capitalibus.
Seraphinus Marſinus de confiſcatione.
Seſſe apud Giurbam.
Silueſter Prieras in ſumma, & de ſtrigimagis.
Simanca in catholicis inſtitutionibus.
Simoncellus de decretis.
Soarez Emanuel in theſauro receptarum ſententiarum, & in annotationibus ad Antonium Gomez.
Sotus Dominicus de iuſtitia, & de tegendo ſecreto.
Spacharius in aurea methodo corrigendi regulares.
Speculator apud Comitolum.
Sperellus in deciſionibus.
Squillante de priuilegiis Clericor.
Stephanus à S. Gregorio de præcipuis iuris, & iuſtitiæ partibus.
Suarez Franciſcus de charitate, de religione, de cenſuris, in defenſione Fidei Catholicæ, & in relectione de libertate voluntatis diuinæ.
Suarez de Paz in praxi.
Surdus in conſiliis, deciſionibus, & de alimentis.

T

Tabiena in ſumma.
Tamburinus Thomas in decalogum.
Tancredi Viucentius de religione, & de matrimonio.
Tapia in ius Regni Neapol.
Tartaretus apud Franciſcum de Lugo.
Taſſonus Ioannes ſuper pragmat. de antefato.
Theſſaurus Antoninus in deciſ. Pedemontanis.
Theatrum vitæ humanæ.
Theſaurus Carolus Anton. in praxi de pœnis Eccleſ.
Tholoſanus in ſyntagmate iuris, & comment. in ſyntaxes artis mirabilis.
S. Thomas in ſumma.
Tiraquellus de pœnis temperand. & in tract. *le mort ſaiſit le vif.*
Toletus in ſumma, & de ſeptem peccatis mortalibus.
Tortus ad ſtatuta Papiæ.
Trentacinquius apud Viuium.
Treuiſianus in deciſionibus.
Trullent in Decalogum.
Turrecremata in ſumma de Eccleſia.
Tuſcus in ſuis practicis concluſionibus iuris.
Tutius in ſuis allegationibus.

V

Valentia ad ſummam ſancti Thomæ.
Valenzuela in conſiliis.
Valetus de differentiis vtriuſque fori.
Van Helmont in ortu Medicinæ.
Vaſquez Gabriel ad ſummam S. Thomæ in 1. part. in 1.2. & in 3. partem.
Vega in ſumma.
Venerus in examine Epiſcop.
Venturinus in conſiliis.
Ventriglia in praxi.

Vermigliolus in conſil.criminalibus.
Verricellus in quæſtionib. moralibus, & legalibus.
Vera crux apud Thomam Sanchez.
Veſtrius in practica.
Victoria in ſuis relectionibus.
Vigellius in Dialectica iuris.
Viguerius in inſtitutionibus.
Villagut de extenſ. leg.
Villalobos Henricus in ſumma.
Villadiegus apud Dianam.
Vitalinus de maleficiis.
Viuius in ſilua communium opinionum, & in deciſionibus.
Viualdus in candelabro aureo.
Vmbertus locatus in iudiciali Inquiſitorum.
Vrſellus in examine apum.
Vrſillus ad Afflictum.
Vulpellus in reſponſis, de pace, & de libertate Eccleſiaſtica.
Vulpe in praxi iudiciaria fori Eccleſ.

Z

ZAcharias Paſqualigus in ſuis deciſionibus, & in additionibus ad quæſtiones controuerſas inter Epiſcopos, & Regulares Laureti de Franchis.
Zambellus in reſolutorio caſuum conſcientiæ.
Zanchinus de hæreticis.
Zypæus in analytica poſtremi iuris Eccleſiaſtici enarratione.

EGO

EGO Hieronymus Claramontius Societatis Ieſu in Prouincia Veneta Præpoſitus Prouincialis, poteſtate ad id mihi facta ab admodum Reuerendo Patre noſtro Goſuvino Nichel Præpoſito Generali, facultatem facio, vt Liber inſcriptus: *Anatome necis proditoriæ:* Auctore Patre Hippolyto Graſſetto, noſtræ Societatis Sacerdote, & eiuſdem Societatis grauium, & doctorum hominum iudicio approbatus, typis mandetur. In quorum fidem has litteras manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus. Parmæ die trigeſima prima Decembris, anno milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo octauo.

HIERONYMVS CLARAMONTIVS.

Peilluſtris, atque Excellentiſſimi Domini Theologiæ, & Iuris vtriuſque Doctoris, ac in celebri Parmenſi Academa Primarij legum Lectoris Petri Franciſci Paſſerini iudicium de Anatome necis proditoriæ.

Petro Franciſco Paſſerino Hippolytus Graſſettus Societatis Ieſu.

EXPEDITIS iam iis omnibus, quæ ad meæ Anatomes editionem præſtruenda fuerunt, dum à Typographo ſolicitor, ſubſiſto adhuc ex indole animi ſubuerentis, ne materiam nimiis fibratam capillamentis acie non ſatis exacuta ſubſecuerim, & pro eo vt à ſapientibus plauſum feram, æquiori eorundem ſannæ ludum fecerim. Vt autem demum proiecto ſolidè in partem alterutram ancipiti animo, vel typis valedicam meticuloſus, vel ad typos pergam ſecurus, opus, quod tantoperè, & tuæ locupletis bibliothecæ opibus, & natiuo ingenij tui præſtantiſſimi radio inter colloquendum conſouiſti, concredo tibi luſtrandum, polliceorque mihi ab amico zelum, atque à prædocto cenſuram, quæ lites, quas mecum gero; dirimat; diductoque in diuerſa legem ſtatuat. Vale, magiſque ſemper tuæ in Rempublicam, amicoſque beneficentiæ morem gere.

Hippolyto Graſſetto Societatis Ieſu Petrus Franciſcus Paſſerinus.

PRodeat, ac perennet, Sapientiſſime Graſſette, Tuum hoc eruditiſſimum Opus æquè publica, ac perpetua tum luce, tum vita digniſſimum. Illud enim literarius Orbis vniuerſus, cui tantopere proderit, ac placebit, tanto viciſſim gaudio, ac plauſu excipiet, vt, quod aptiſſimè Proditoriæ Necis Anatomen inſcripſiſti, id ipſum lecturi, ac intellecturi omnes nonniſi mirabilem ex ampliſſimis Encyclopiæ theſauris pretioſiſſimarum rerum Epitomen dicturi ſint. Sic arbitror, ſic auguror. Interea bene vale, vt per Te Reipublicæ literariæ bene ſit. Placentiæ die vigeſima quinta Iulij, anno milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo nono.

APPROBATIO.

OPus inſcriptum Hippolyti Graſſetti Munitenſis è Societate Ieſu Anatome necis proditoriæ, *in omnibus profundam ſapit Authoris doctrinam, ſummamquè eius pietatem. Quapropter inoffenſo pede quilibet poterit illud percurrere. Ita ſentio ego infraſcriptus facultatis Pariſienſis Doctor Theologus. Lugduni, die quarta Octobris, anno milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo.*

Fr. CYRILLVS MOREL·
Carmeli Lugdunenſis Prior.

PERMISSIO.

HOc Opus, cuius titulus eſt, *Hippolyti Graſſetti Munitenſis Societatis Ieſu*, *Anatome necis proditoriæ*, à Doctoribus approbatum typis mandari permittimus. Lugduni, die 7. Octobris, 1660.

DEVILLE, Vic. Gen.

Conſenſus Procuratoris Regij.

NOn impedio Regis cauſâ, ne liber cuius titulus eſt, *Hippolyti Graſſetti Munitenſis è Societate Ieſu*, *Anatome necis proditoriæ*, imprimatur & in lucem edatur à BENEDICTO CORAL, huiuſce Ciuitatis Bibliopola: cum prohibitionibus, aliis omnibus Bibliopolis in hoc caſu fieri ſolitis. Lugduni die 10. Octobris, anno 1660.

VIDAVD.

Licentia.

F*iat iuxta conſenſum Procuratoris Regij, die duodecima Octobris, anno milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo.*

SEVE.

Errata, quæ obſeruari potuerunt, & è quibus notabiliora aſteriſco dicantur, ſic corrige.

				In epiſtola à tergo :	
*				Tu modò iuſſiſſe	Tu modò te iuſſiſſe
				In proœmio ad Lectorem.	
	Pag.		*lin.*		
*	1		7	cònſilio	concilio
			9	azylum	aſylum
			14	tranſmittentium	tranſcribentium
*			30	homicidij coagmentationem	homicidij proditorij coagmentationem
*	2		4	ſe obſtetricante	ſed obſtetricante
				In Opere.	
	Pag.	*col.*	*lin.*		
	1	2	6	vetitare	veritate
	2	2	5	part.	art.
	2	2	15	Laraffa	Laratha
	4	1	18	Simaneæ	Simancæ
	4	2	29.37	Guzzlin.	Guazzin.
	4	2	38	illi	illis
*	6	2	15	Io. Maria	Io. Anton.
	7	1		deeſt num. margin.	
	7	1	34	moral.	criminal.
	7	1	42	n. 16.	n.6.
*	7	1	41	peccauit	quæ caruit
	8	1	9.46	crimin. q. 5.	crimin. 95.
	9	2	48	deeſt num. margin. 14.	
	10	1	30	Iulius	Iulius
	10	2	10	de Ancora	de Ancona
	12	2	7	ſuſpicantim	ſuſpicantem
	14	1	28	tum, eſt	tum, & eſt
*	15	1	7	n. 280.	n. 380.
*	15	1	42	recipiat	reſpiciat
	15	2	44	n. 10.	n. 11.
	16	1	3	de iudicijs	de indicijs
	19	2	18	deeſt num. Margin. 7.	
*	28	2	30	indiffidatione	indiffidabilitate
	30	1	3	affididati	affidati
*	33	2	32	præmeditatione	præmonitione
	33	2	46	bannare	bannire
	36	1	32	coligantem	obligantem
	37	1	7	ſeruat, Curia	ſeruat Curia
	37	2	18	piſna	pœna
	38	1	28	aduerſatur	aduerſetur
	39	2	12	amplecti	deleatur hoc verbum
	40	1	8	Preſſerum	Breſſerum
	40	1	28	mea	vna
	40	2	25	obſtate	obſtante
	41	1	47	alijs	alij
	41	2	14	nixil	nihil
	42	1	5	Iulius	Iulius
*	42	1	21	excludatur	includatur
	43	1	2	deeſt num. margin. 3. & lin. 34. deeſt num. margin. 4.	

Digitized by Google

	Pag.	col.	lin.		
	43	2	24	dicit	qui dicit
	50	1	2	deeſt num.margin. 26.	
*	50	1	35	ſimulatis	ſimultatis
	51	2	6	dicunt	dicant
	52	1	34	occit	occidit
	53	1	5	teztu	textu
	53	1	38	Iulius	Iulium
	53	2	21	homididias	homicidas
	53	2	38	tomo 1.	tom. 2.
	55	1	3	deeſt num.margin. 48.	
	57	2	3	opinionum	opinionem
	57	2	34	cui incluſione	deleatur hoc verbum
	58	1	3	deeſt num. margin. 56.	
	58	2	8	diſcurdum	diſcurrendum
	59	1	25	immanuali	in manuali
	59	1	26	ibid.	ibi
	61	3	12	& optimè	vt optimè
	66	2	18	diſplencentiæ	diſplicentiæ
*	67	2	16	dubitabiliter	indubitabiliter
	69	2	18	beneficijs	beneficio
	69	2	25	incluendos	includendos
	70	2	21	incurſionis	incurſioni
	70	2	25	Maldum	Naldum
	70	2	31	ideſt non	ideſt vt non
	70	2	32	inuitatro	inuitatio
	71	2	12	conſequente	conſequenter
	71	2	28	decimum	de immun.
	71	2	32	Iulius	Iulino
	72	2	10	deeſt num margin. 106.	
	74	1	10	eacidit	eacipit
	74	2	46	mihe	mihi
	75	2	vlt.	quod ad totum	quo ad totum
	76	1	37	Clementia	Clementina
	76	2	38	falciſſima	falſiſſima
*	80	1	36	tequiritur	inquiritur
	82	1	35	aliquo	aliquod
	86	2	39	.idem	item
	87	2	26	particulari	in particulari
*	87	2	48	ſtans in loco abdito occidit	ſtans in loco abdito, pertranſeuntem occidit
	& pag. 88. lin. 1.				
	89	1	3	intelligendo	intelligendos
	90	1	6	ponis	pomis
	90	1	21	vti	vbi
	92	2	2	defendum	defendendum
	94	1	16	poſt capite	poſt caput
	96	2	17	can.	cap.
	99	2	1	deeſt num.margin. 31.	
	101	2	15	proditoris	proditorij
	101	1	29	effectum, ſottiri	effectũ, & ſottiri
	101	2	32	deeſt num.margin. 45.	
	104	2	41	deeſt num.margin. 51.	
	105	2	35	habitationem	habitudinem
	106	2	8	lego	lege
	106	2	40	vſu	vſus
	106	2	45	moiores	maiores
	107	1	26	hæc eruditorum	hæc ea eruditorũ
	107	2	7	Hiſpaniæ	Hiſpanicè
	107	2	12	diuersè	diuerſæ
	108	1	1	quòd ſic	quod ſit
	109	2	8	Iodorus	Iodocus
	109	1	36	inſidioſi	inſidioſo
	109	1	45	ſupponitur	ſupponatur
	110	1	1	deeſt num.margin. 74.	
	111	1	13	Verba illa: *Inimicitia, & rancor quid?* debent poni ad finem ſummarij.	
	117	1	21	vitandi	vitandæ
	117	2	2	tranſmittis	tranſmittit
	117	2	17	perinde, ac	perinde eſt, ac
	117	2	38	huſpitis	hoſpitij

	Pag.	col.	lin.		
	118	2	12	deſinatione	definitione
	118	2	14	adæquatur	adæquata
	113	2	26	quiddatis	quidditatis
	118	2	38	aperitiſſima	apertiſſima
	119	2	37	ponitur in margine numerus 10. indebitè.	
	120	2	37	anſan	anſam
	121	1	12	criminalib.	criminali
	122	1	43	immunitatis	immunitas
	122	2	21	Neguſtant.	Neguſant.
	121	2	26	ſimila	ſimilia
	123	1	11	deeſt num.margin. 14.	
	133	2	6	Iotimidas	Intimiditas
	134	1	42	dicentia	ducentia
*	135	1	41	omiſſio eorum	omiſſio creditionis eorum.
	135	2	32	intimidatis	intimiditatis
*	136	2	28	imputabilem	imputabilitatem
	136	2	40	Hæ enim	Hæc enim
	137	2	9	ſolom	ſolùm
	137	2	18	deeſt num. margin. 69.	
	139	1	23	contrarium	contrar um
	139	1	37	intimidatis	intimiditatis
	139	2	34	Villaboli	Villalobi
	140	2	4	itaque	itaque
	145	1	25	efficeret	officeret
	149	2	1	ita vt	ita &
*	149	2	39	vnde apparet	vnde non apparet
*	150	2	21	inſidioſus, & inſidioſus	inſidioſus, & induſtrioſus
	153	1	22	adeſt	adeſſet
	153	1	48	ceoſur.	centur.
	154	1	39	neceſſarij	neceſſariæ
*	156	1	3	admitteret	amitteret
	156	1	48	conquieſcentẽ	conquieſcentem
	157	1	12	poſſit	poſſint
	162	1	1	deeſt num. margin. 9.	
	162	2	9	lædeodum	lædendo
	163	1	6	Iulius	Iulium
	163	2	43	tollatur ad marginem num. 16.	
	164	1	40	cenſur.	centur.
	164	2	11	occiſionem	occiſorem
	165	1		Char.	Clar.
	165	2	48	fide	fede
	166	1	48	tit. tomo.	tomo
	167	1	3	certæ	certè
	167	2	14	poſt num. 25. deeſt ſemiparentheſis)	
	168	1	26	aquipollet	æquipollet
	168	2	30	offendendi	offendendo
	170	1	39	intercceſtiſſet	intercceſſiſſet:
	170	2	13	remanet	remanent
	171	1	24	vnius	vnus
	171	1	28	Lancelloto, Conrado	Lancelloto Conrado
	171	2	5	fututum	futurum
	171	2	47	deeſt num. margin. 11.	
	172	1	44	quod ad	quo ad
	172	2	10	quod ad	quo ad
	172	2	31	inimitia	inimicitia
	173	1	28	induitur,	inducitur
	173	2	33	efficauiſſimè	efficaciſſimè
*	178	1	48	prodiniſſimus	perditiſſimus
*	180	1	41	Marſil.	Maſtrill.
*	181	1	17	Mantica	Mantua
	182	2	24	ſenſibilibus	ſenſibiliùs
*	184	1	5	præſente	præcedente
	191	1	4	omnioà	omnioò
	191	2	5	maius	mauis
	193	2	1	Malllet.	Mallet.

	Pag.	col.	lin.		
	194	1	5	deGeorgio	de S. Georgio
	193	6	6	inducendo	ioduendo
	195	1	25	ſi quidem	ſiqnidem
	197	1	44	formale	form li
	208	1	39	41	14
	212	1	46	conſiderant	conſiderat
	210	1	9	Caluacan.	Caualcao.
	220	2	23	Veoatio	Veneoatio
	221	2	7	Horon.	Floroo.
	226	2	35	Horon.	Floron.
	229	2	9	Valens	Valerus
	231	1	12	Verba, *quid de mandante?* debent pooi ad fioem ſummarij.	
	236	2	15	Iam multa	Tam multa
	241	2	37	Horon.	Floron.
	243	2	16	Tom.	Thom.
*	244	1	32	oeſciens	reſciens
	247	1	15	matallis	metallis
	247	1	40	tota	totò
	247	1	42	dicentes	dicentia
	251	1	9	ſi quidem	ſiquidem
	256	2	44	Quod ſi	Quid ſi
	258	1	43	diſp. 410.	diſp. 10.
	266	2	6	Duſſis	Ducis
	267	1	47	ſpeliatur	ſepeliatur
	271	2	13	ſenſura	cenſura
	274	2	4	praeterrefactorem	perterrefactorem
	277	1	51	inſtrioſeco	iotrinſeco
*	278	1	7	fugere defenſores	fugere, nec petere defenſores
	281	1	7	Verba *Homicidium directè voluntarium quid?* debent poni ad fioem ſummarij.	
*	284	1	38	immunitatis	ſecularis
	287	2	2	pag. 12.	pag. 112.
	289	1	4	ſi indirectè	ſit indirectè
	281	1	48	Badello	Baldello
	281	2	6	imputetur, paſſim	imputetur, vt paſſim
	190	2	24	ſit conſtet	ſi conſtet
	294	2	28	vt vulneratot	aut vulnerator
	294	2	33	affectu	effectu
*	265	2	35	immunitatis	laicalis
	296	2	22	obſtineodam	obtinendam
*	296	2	30	immuoitaris	ſecularis
	298	2	6	Sunt	Sicut
	301	2	41	ſtr tis	ſtrictis
	305	2	23	indicium	iudicium
	306	1	27	prædicorum	prædictorum
	307	2	9	aggraſſione	aggreſſione
	311	2	47	puàm	quàm
	312	1	31	ſocicus	ſocius
	313	2	21	ooia I. & verba *Ex parte intellectus* debent poni ad finem ſummarij.	
*	322	2	15	Ego prædictis	Ego com prædictis
*	322	2	24	puto rebus	puto in rebus
	326	2	1	ſcilcet	ſcilicet
	326	2	8	diſtinguntur	diſtioguuntur
	326	2	23	tollerare	tolerare
	329	1	28	adij	odij
	330	1	28	commuoitatiua	commutatiua
	331	1	27	Lanettus	Zaocttus
	334	1		Verba illa *Prænotio. Immunitas Eccleſiarum firmè, &c.* debent poni ad finem ſummarij.	
	334	2	31	Immuitatem eſt	immonitatem eſſe
	338	2	17	Gregoriona	Gregoriana
	340	1	20	exceptorium	exceptorum
	340	2	35	cooſtitis	conſiſtis
	341	1	8	Pontificium	Pontificum
	341	2	37	iuxtæ	iuxta
	343	1	36	contraditiooìs	contradictioois
	343	2	41	pullutione	pollutione
	344	1	23	161.	172.
	344	1	43	terminos	termino
	345	1	38	immuoitis	immunitatis
	346	2	44	qui	quin
	347	1	40	præcipius	præcipuis
	348	1	1	Belles	Ballis
	348	1	54	contradictionibus	cootradictoribus
	349	2	41	claodeſtinite	claodeſtioitate
	330	1	24	Thomas, Triuiſao.	Thomas Triuiſan
	351	19	1	ſingolis	ſinguli
	353	1	23	Riccriull.	Ricciull.
	353	2	22	poteſtas, ab	poteſtas ad
	333	2	23	Dimino	Domioo
	356	1	4	diterectè	directè
*	356	2	39	ratione	ratiocinetur
	358	1	36	abites	arbiter
	361	2	39	Caſtrill.	Caſtil.
	361	2	40	verſ. immun.	verbo immun.
	370	1	1	Ferroſin.	Fermoſin.
	370	1	26	per priora	quòd per priora
	379	2	31	Ioquiſitoris	Inquiſitoris
	380	2	42	appoſita	oppoſita
	381	2	37	Vti	Vt
*	383	2	16	ipſius cogoitionem	Ipſius qualitatis cognitiooem
	393	1	6	vti	vbi
	393	1	55	Leòcillius	Leoncillius
	395	2	53	praſumptionis	præſumptionis
	396	2	13	Probabi	Probabili
*	397	1	43	deſcribitur indicium	deſcribitur leue iodicium
	403	2	23	Quinquaſimo	quinquageſimo
	409	1	26	probationum	probationem
	410	1	2	ad clarum	ad Clarum
	410	1	12	eadem	eodem
	414	2	22	Gregorias	Gregorius
	413	2	20	dictione,	editione
	417	1	1	tomo 64.	conſ. 64.
	418	1	1	metuantis	mutuantis
	418	2	8	applicabiles	applicabilis
	418	2	12	ſocij, criminis	ſocij criminis
	418	2	32	erit	erit
	420	1	47	inuitem	inuicem
	422	2	26	pugnaos	pugnos
	425	1	4	§. 22.	§. 23.
	426	1	25	quòd	quod
	426	1	33	qua	quæ
	426	2	35	tale	talem
	427	2	42	ſeqaluti	ſeculari
	459	1	13	Verba illa *probandum eſſe actum &c.* debent pooi ad fioem ſummarij.	
	440	1	23	preſumpioo ibus	præſumptioo ibus
*	440	1	44	non amicitiæ	non inimicitiæ
*	442	1	39	de offendeodo	de non offendendo
	443	1		deeſt num. margin. 4.	
	446	2	56	conl.	cooſ.
	447	1	42	caſum, qoi caſum, qui cauſam	caſum, qui cauſam
	451	2	21	homicidum	homicidium
*	453	1	12	naua ioimicitia	ooua amicitia
	453	1	34	ergo aliàs	ergo: aliàs
	453	1	13	obſeruatione	obſecratione
	457	2	14	eucúlo	cubiculo
	457	2	27	azylum	aſylum
	459	1	40	domum	demum
	460	1	6	vixa	rixa
	461	2	26	ccimalium	criminalium
*	462	1	6	cbo	che
	462	2	16	ſedatum	ſedationi
	465	2	40	ceoſemus	cenſebamus
	466	2	41	Hadrianum	Hadrianus
	468	1	14	dicatur	dicetur
	468	1	39	homicidium	homicidam
	469	1	7	coudotmitionem	condormitionem
	469	1	7	pecuniaria	peouria
	472	1	4	Zetypiam	Zelotypiam
*	473	1	48	fuerat	non fuerat
	475	2	30	cohortæ	coortæ
	477	1	15	moralem	modalem
	478	1	16	cananizata	canonizata
	479	1	13	ſtigotito	sbigotito
	480	2	11	attociſſinio	atrociſſimo
	482	2	4	videat	videns
	483	2	8	negamus	negabamus
	483	2	12	debitum	delictum
	489	2	33	Guallin.	Guazzin.
	491	2	33	Er proinde	Vt proinde
	494	2	12	temporicos	temporibus

In epigrammate præfixo ad librum verſu 10. Reus, Orcus In iodice paragraphorum § 8. Falionij, Falcooij. §. eodem, aſſentati, attentati. §. 10. debuit ſerie, debuit ſcire §. eodem, occiſionis ioſidioſi, occiſoris inſidioſi §. 28. ex confeſſione. in confeſſiooe. §. 29. Romaoi Pontificij, Romaoi Pontificis. §. 33. obſeruatioon oſtij, obſeratio oſtij. §. 40. ex ſtabilitate, ex ſtoliditate.

In catalogo auctorum. Almachea, Amalthea. Baldillus, Baldellus. Barſæus, Baſſæus. Borſiut, Boſſius. Catalinus, Caballinos. Cagootus, Cagoolus. De Porſentibus, de Poſſentibus. Giaclarius, Giacharius. perfectionibus, prælectionibus. Sarpus in claui, Sayrus in claui. Seraphious Marſinus, Seraphious Maſſinus. Spacharius, Spatharius. Theſſaurus Antoninus, Teſſaurus Antooinus.

A V C T O R I S

Monitio ad Lectorem.

AD finem huius Operis, ante Indicem generalem, adiecimus ſynopſin analyticam, ſeu compendium reſolutorium, doctrinæ totius de proditorio homicidio.

Poſt Indicem verò appoſuimus aliquas additiones, inter quas ſunt lectu neceſſariæ, cum valdè conducant ad tractationis complementum, & clariorem dictorum intellectum,

Additio ad §. 9. à num. 8. ad 10. vbi redditur ratio, cur in proditorio non attendatur impotentia defenſionis contingens in conflictu.

Additio ad §. 10. à num. 22. ad 35. vbi quòd inimicus coinimicum ad iuſtam defenſam occidens per quaſcunque inſidias, vel etiam extra caſum iuſtæ defenſæ, per inſidias conuentionales, non eſt proditorius homicida.

Additio ad §. 11. à num. 37. ad 42. vbi affertur ratio iuſtificans communem ſententiam de neceſſitate ſubſtantiali præmeditationis, ſeu appenſamenti ad homicidium proditorium.

Additio ad §. 20. à num. 71. ad 134. vbi exhibemus votum probans debitam fuiſſe immunitatem tribus, qui ſimul exploſis ſclopetis occiderant hominem proditoriè.

Additio ad §. 29. à num. 146. ad 217. vbi damus aliud votum oſtendens, an, & ad quæ citandi ſint in cauſa immunitatis Fiſcus ſecularis, & alij prætendentes intereſſe.

Errata, quæ, ob noſtram abſentiam, irrepſerunt in Additiones, ſicut & in totum Opus, ſic corrigito.

Pag.	*Col.*	*Lin.*		
1	1	4	proditoriæ	prodiuoria.
1	2	vltim.	apoſtata mente	apoſtatamente.
2	2	34	iniuiioſa	iniurioſa.
3	2	20	fructuatione	fluctuatione.
3	2	54	culpa tua voluntate	culpa tua, voluntate
4	2	26	Ego cum	Ego ſum.
4	2	41	capitalis	capitales.
4	2	44	vnus	vius.
6	1	6	infacris	in ſacris.
6	1	21	interdita	interdicta.
6	1	34	punienniendi	puniendi.
7	2	17	perſonnas	perſonas.
7	2	46	xecis	necis.
ibidem			Capolini	Carolini.
7	2	48	ſcloparum	ſcloporum.
8	1	21	ad homine	ab homine.
8	2	4	differt phyſica	differt occiſio phyſita.
9	2	35	Amb oſinum	Ambroſinum.
10	2	43	fuiſſet	fuiſſent.
10	2	55	occiſioris	occiſionis.
11	1	39	cap. 15. qui de ſent.	cap. is, qui. de ſent.
11	1	48	Villius	Viuius.
12	2	38	ſclopetarum	ſclopetorum.
12	2	48	viſis	vſis.
13	1	8	penderunt	perpenderunt.
13	2	18	ciuentes	ſcientes.
14	1	11	in fine	id fine.
15	1	39	Alexand.deciſ.	Alexand.Sperell.deciſ.
15	2	18	vt pater	vt patet.
15	2	33	eſpiciar	reſpiciat.
16	1	11	Caius	cuius.
16	2	44	irrequiſitis	irrequiſitus.
17	1	10	non debet in ordine	non debet, niſi in ordine.
17	1	36	præcedere	procedere.
17	2	16	iuris, & defenſor	iuris patronus, & defenſor.
17	2	38	præſſet	præſtet.
17	2	53	Antonium	Antoninum.
18	1	8	cooperantur	cooperentur.
18	2	4	comparationem	comparitionem.
19	2	9	offenſis	offenſi.
20	1	11	toenre	tenore.
20	1	22	Non hic	non ſic.
10	1	45	decentibus	docentibus.
21	2	48	vt & mediante	vt ea mediante.
22	2	21	præientione	præcuſione.
22	2	23	iuriſdictionam	iuriſdictionem.
23	1	32	confuſa	confuga.
23	1	35	vt loco ſacro	vt in loco ſacro.

Addo, in iudicio D. Doctoris Paſſerini, quod Operi præmittitur, dici *encyclopia* pro *encyclopedia*: *pratioſiſſimarum* pro *pretioſiſſimarum*: item in approbatione, permiſſione, & conſenſu pro impreſſione eiuſdem Operis, dici ter *Munitenſis* pro *Mutinenſis*: & in rubrica erratorum poſt approbationem &c. dici *aſteriſco dicantur* pro *aſteriſco indicantur*.

Reliqua errata, quæ vel præ oculi celeritate non aduertimus, vel præ leuitate annotare noluimus, tàm in Additionibus, quàm in Opere, præſtolantur emendationem Lectoris, qui meminiſſe debet,

Nullum eſſe verbum errati incapax, niſi VERBVM illud, per quod facta ſunt omnia.

ANATOME

Digitized by Google

Digitized by Google

ANATOME
NECIS PRODITORIÆ.
DE RATIONE FORMALI
Necis Proditoriæ, in ordine ad immunitatem Eccleſiarum.

SECTIO I.

§. I.

Homicidam proditorium excludi ab immunitate Eccleſiarum.

SVMMARIVM.

Homicidam proditorium gaudere immunitate Eccleſiarum, olim docuerunt plures. n. 1.

Sed meritò contrarium ſcripſerunt plurimi ante Bullam Gregorij XIV. & omnes poſt eandem. ibidem.

Allegantur verba cap. 1. extrà. de homic. *& Bullæ Gregorianæ in hanc rem.* ibid.

Homicidium eſt proditorium: euidens eſt conſequentia: ergo homicida executor priuatur immunitate. n. 2.

Meritò inducta eſt hæc priuatio, cum nihil ſit execrabilius proditione, quæ eſt delictum ex atrociſſimis, in cuius odium multa ſunt ſancita per leges. n. 3.

Proditio ſecundùm Gribaldum, ſi conſtet, adimit reo defenſionem. n. 4. *quod dictum non eſt verum.* n. 5.

Defenſio nemini neganda. ibid. *quippe omni iure permiſſa.* n. 6. *& per nullum Principem tolli poteſt.* num. 7.

Statutum de remiſſione facienda homicidiis non habet locum in homicidis proditoribus. n. 8.

Proditori poſſunt alimenta negari. n. 9. *& non poteſt eſſe teſtis.* ibid.

Solus proditor non gaudet immunitate per laicam auctoritatem conceſſa palatiis quorumdam Principum, ſed ex illis extrahi poteſt. n. 10.

Proditores omnes miſerè perierunt. n. 11.

Proteſtatio auctoris de intentione illuſtrandi materiam propoſitam, obſcuram, & indiſtinctam apud Doctores. n. 12.

Ad procedendum methodicè in hac materia; diſtinguendi ſunt tres gradus in homicidio, qui conducunt ad intellectum cap. 1. extra de homic. ibid.

CVM hæc diſputatio à me inſtituatur in ordine ad immunitatem Eccleſiarum, quam in Italia non obſeruari, neſcio cum qua veritate dixerit Practicus Papienſis apud

Ægidium Boſſium *titulo de captura n.31.* cuius Practici blaſphemias in hac materia recenſebo infrà, *§.8.n.13.* neceſſe habeo præiacere hoc fundamentum, nimirum quòd.

Quamuis homicidam proditorium gaudere immunitate Eccleſiarum, quaſi verò contrarium non eſſet ſancitum in iure, olim docuerint plures, de quibus teſtantur Gutier. *pract. queſtionum lib.1. q.2.n.5. dicens n.8.* quòd hæc opinio verior videtur. Farinac. *in append. immun. Eccleſiar. c.9.n.136.* & latè defendit Hier. Ceuallos *in ſpeculo aureo communium opinionum contrà communes quaeſt.817. à n.6.* Gratian. *diſceptat forenſ. tomo 4.c.619.n.30.* & videtur velle Azor. *inſtit. moral. parte 2. lib.9.cap.9 queſt.9. §. Quid verò de raptoribus*, vbi dicit, ius canonicum excipere ab immunitate tria genera delictorum ibi recenſita, inter quæ non eſt homicidium proditorium.

Vt propterea immeritò dixerit Clar. *§. Homicidium verſ. Proditoriè.* cuius dictum laudat Pedroccha *conſ.40. n.60.* in homicida proditorio omnes conuenire, quòd ſi confugiat ad Eccleſiam, non gaudeat eius immunitate.

Tamen dictum homicidam non gaudere ſcripſerunt plurimi ante celebrem *Bullam Gregorij XIV. ſuper dicta immunit.* vel certè non viſa ea Bulla, è quibus non pauci allegant *cap.1. extra. de homic.* vel ſaltem ſe referunt ad alios Doctores illum textum allegantes. Felin. *in d. cap.* Carer. *in pract. crimin. ſol. mihi 28. num.11.* Gulielm. Benedict. *poſt repet. in cap. Raynutius de teſtam. parte 3. quaeſt. de homic. n.36.* Vulpellus *reſponſ.128.nu.9.* Nauarr. *in enchir. cap.25.n.21.* Couarr. *variar. reſol. c.20. n.7. lib.2.* Suar. de Paz *in ſua praxi parte 5. tom.1.c.3. §.3.n.113.* Anaſtaſ. Germon. *de Sacror. immun. lib.3. cap.16. n.60.* Anton. Scapp. *de iure non ſcripto lib.1. cap.24. n.1.* Petr. Cened. *in collectan. ad textum in cit. cap.1. de homic.* Dicens ex hoc textu communiter Doctores inferre, quòd quando quis commiſit homicidium, vel graue delictum proditoriè, vel aleuosè, non gaudet immunitate Eccleſiæ, quod de graui delicto citrà necem non admitto, vt infra. Rebuff. *tom.2. conſtit. Regiar. titulo de immunit. Eccl. part.1. gloſſ.1.n.16. pag. mihi 334.* Boëtius, Epo Rordahuſanus Friſius *lib.3. Heroicarum, & Eccleſiaſticarum queſtionum, comment. in cap.6. inter alia pag. mihi 101.n.33.* Aluarez Guerrero *in theſauro Chriſtiana relig. cap.35.n.37.* Perſicus *de præcipuo ſacerd. officio, lib.1.c.9.n.111. pag. mihi 359.* Henriquez *in ſum. lib. 14. cap.14. n.1. in gloſſ. lit. O.* Plaza *epit. delict. lib.1.cap.21.num.5. verſ. Quorum communi conſenſu, & n.6. verſ. Hinc & illud.* Marta *de iuriſd. parte 2. cap.51.n.7.* Franc. Suarez *tomo primo de relig. lib.3.cap.11.n.11. iuncto n.13. verſ. à traycion.* Molina Theologus *tract.3. de iuſt. diſput.23.n.4. & 8.* Schrader. *tract. feudal. parte 9. cap.3.n.68.* Fernandus Vaſquius *de ſucceſſ. creat. lib.3. §.22. limitat.17.n.53.* dicens eſſe communem opinionem. Decian. *tract. crimin. lib.7.cap.30. n.6.* Fontanell. *de pact. nuptial. tom.1. clauſ.4. gloſſ.14. num.116. pag. mihi 368.* Remig. de Gonny. *tract. de immun. Eccleſiar. fallent.13. n.1.* Gomez. *variar. reſol. tomo 3.cap.10.n.2. verſ. quinto*, etiamſi addat, contrariam opinionem videri veriorem, quòd ſcilicet proditorius homicida gaudeat immunitate in puncto iuris, ſed ab hac, cum ſit communis, non eſſe recedendum in iudicando, & conſulendo. Laraſia. *in Theatro feudali, parte 3. dilucidat.35.n.7.* Franſciſc. Bermudez. de Caſtro *in allegatione apud Ioan. Aloys. Catalanum tract. crimin. anneſtiæ, abolitionis, & indultus poſt cap.31.n.26. fol. mihi 246. col.2.* Galganet. *de iure publ. lib.3. tit.69. num.30. pag. mihi 257.* Didacus à Cantera *queſtionum criminal. cap.6. de homic. n.32. pag.540. col.1.*

Allegat autem pro hac communi ſententia *cap.1. de homic. in 6. cap. inter alia. de immun. Eccleſ. can. ſi quis contumax, & can. Diffiniuit.17.q.4.* Claud. de Battandier *in cauſ. crimin. praxi. regula 96.n.2.*

Allegant verò nihil ex iure canonico & tamen homicidium proditorium excludunt

Digitized by Google

cludunt ab immunitate Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rubrica* 1. §. 5. *num.* 113. *fol. mihi* 54. Borell. *in ſumma deciſ. tit.* 3. *de his, qui ad Eccleſiam n.* 77. qui tamen *n.* 76. excludens homicidam ex propoſito, allegat citatum *cap.* 1. *de homicid.* Angel. Vancius *in diſciplina Clericor. lib.* 4. *tit. de homicid. pag. mihi* 364. Martin. del Rio *diſquiſit. magicar. lib.* 5. *ſect.* 7. §. *capi ſortiarios pag.* 733. *in mea editione Mogunt.* Fagundez *in quintum Decalogi præcept. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 20. Clar. §. *fin. quæſt.* 30. *num.* 11.

Qui verò poſt citatam Bullam ſcripſerunt, affirmant vniuerſi, homicidam proditorium non gaudere immunitate, Gutier. *pract. quæſtionum lib.* 3. *q.* 4. *n.* 8. *& q.* 7. *num.* 52. *& prius lib.* 1. *quæſt.* 2. *n.* 2. Bonacina *de legib. diſp.* 3. *quæſt.* 7. §. 4. *num.* 14. *& tom.* 3. *de cenſuris in particulari diſp.* 2. *quæſt.* 3. *puncto* 16. §. 8. *num.* 1. Scort. *in ſelect. Pontif. conſtitut. Theorem.* 385. Sa *in Aphoriſm. confeſſar. in verb. Eccleſiæ immun. num.* 3. Alphonſ. Villagut. *de extenſ. leg. fol. mihi* 361. *num.* 52. Graff. *deciſ. aurear. part.* 1. *lib* 2. *cap.* 48. *num.* 7 *& conſiliorum lib* 3 *de immun. Eccleſiar. conſilio vnic. n.* 12. vtrobique allegans citatum *cap.* 1. *de homicid.* Paces Iordan. *in elucubrat. lib.* 11. *tit.* 3. *de immun. Eccleſ. nu.* 341. Pet. Caball. *tract. de omni genere homicidij num.* 411. Alexander Ambroſin. *tract. de immun. Eccleſiar. cap.* 6. *in rubrica, & in textu ante numerum* 1. Mallet. *in Auro Theologiæ moralis. malleat.* 35. *bractea* 11. Horteuſ. Caualcan. *de brachio regio part.* 1. *num.* 93. *in mea editione Mantuana.* Baſſæus *in Flor. Theol. in verb. Immun. num.* 10. Genuenſ. *in praxi cap.* 94. *num.* 1. Peregrin. *tract. de immun. Eccleſiar. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 1 Barboſ. *vniuerſi iuris Eccleſiaſt. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 88. Ciarlin. *controuerſ. forenſ. lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 4. vbi allegat *cit. cap.* 1. *de homicid.* Giurba *conſil. crimin.* 10. *num.* 19. vbi allegat *cap.* 1. *de homicid. in* 6. *& cap. inter alia, cap. fin. de immun. Eccleſ. & conſ.* 60. *nu.* 31. Donat. Anton. de Marinis *quotid. reſol. cap.* 176. *num.* 1. Grilenzon. *conſ.* 45. *num.* 2. Duard. *in Bull. cœnæ lib.* 2. *can.* 15 *quæſt.* 16. *num.* 22. Marcell. Vulpe *in praxi iudic. cap.* 3. *n.* 10. vbi allegat *cit. cap.* 1. *de homicid.* Sebaſt. Guazzin. *defenſ.* 1. *cap.* 38 *num.* 39. vbi allegat *cap. inter alia, de immun.* Farinac. *in append. de immun. cap.* 9. *num.* 135. extendens meritò regulam *num.* 137. vt habeat locum in omni homicida proditorio. Franciſc. Zypæus *in analytica poſtremi iuris Eccleſiaſtici enarratione lib.* 3. *tit. de immun. Eccleſiæ n.* 6. *pag.* 319. Carol. Anton. Theſaur. *in praxi de pœnis Eccleſ. part.* 2. *verb. Immunitas, cap.* 1. *verſ. limita.* Fragoſ. de regimine Reipubl. Chriſtianæ *part.* 2. *lib.* 2. §. 5. *num.* 44. Peguera *deciſ.* 54. *num.* 8. Nouar. in ſumma Bullar. *part.* 2. *tit. de immun. Eccleſ. num.* 45. Petr. Gambacurta *de immun. Eccleſiar. lib.* 5. *part.* 4. *ante caput* 27. Cardin. Thuſcus *in lit. E, concluſ.* 11. *num.* 5. Caſtr. Palaus *part.* 2. *tract. vndecim. diſput. vnic. puncto* 9. *num.* 25. vbi allegat *cap.* 1. *de homicid. vltr Bullam Greg. XIV.* Marius Italia *de imm Eccleſiar. lib.* 1. *cap.* 5. §. 4. *num.* 1. Thom. Del Bene *de immun. & iuriſd. Eccleſ. par.* 2. *cap.* 16. *dub.* 20. *ſect.* 1. *num.* 1. vbi allegat *cit. cap.* 1. *de homicid. & Bullam*, ſicut & Ægid. Trullenc. *tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 11. *dub.* 3. *num.* 16. Maſtrill. *comment. ad indultum general. cap.* 29. *num.* 3. *Sed per typi errorem cap.* 31. Bellett. *diſquiſ. Clerical. part.* 1. *de fauor. Clericor. reali* §. 4. *num.* 47. Mar. Antonin. *variar. lib.* 3. *reſol.* 15. *n.* 9.

Sunt verò hæc citati *cap.* 1. verba: *Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias, ab altari meo euelles eum, vt moriatur.*

Verba autem Bullæ ſunt hæc: *Aut qui proditoriè proximum ſuum occiderint:* Quam Bullam habes apud Naldum *in ſumm. in verb. Eccleſia n.* 32. Rodriquez *quæſt. Canonicar. & regular. tom.* 2. *quæſt.* 50. *art.* 3. Peregrin. *cit. tract. cap.* 16. Piaſecium *in praxi part.* 2. *cap.* 4. *tit. de immun. Eccleſ. num.* 55. Eraſmum à Cochier *de iuriſd. ordinar. in exempt. part.* 4. *quæſt.* 65. *num.* 3. & redactam in compendium à Iacobo Caſtellano *fol. mihi* 206. *in compend.*

Digitized by Google

conſtit. S.S. Pontif. & in Bullario Laërtij Cherubini *tom.2.pag.694*.

2 Quare ex eo, quòd in aliquo homicidio deprehenditur qualitas *proditorij*, fit bona, & euidens conſequentia: *Ergo homicida executor excluditur ab immunitate*; quæ regula eſt maximè notanda, quippè ſæpiùs applicabitur dicendis infrà.

Dixi *Executor*; nam de aliis ab executore diſtinctis eſt peculiaris difficultas, de qua infra loco ſuo.

3 Et quidem optima ratione fit hæc excluſio, quam etiam fecit Gundemirus Gothorum Rex in conceſſione immunitatis pro Hiſpaniæ Eccleſiis, vt ex teſtimonio Petri Medinæ, & Iacobi Simaneæ refert Scort. *in cit. Theorem.* 385. §. *quarto, ad finem.*

Quia proditione nihil eſt execrabilius, & deteſtabilius. Battandier. *cit. reg.96. num.*4. & eſt crimen Reipublicæ eo pernicioſius, quo vitæ ciuium inſidiando, nullo remedio impediri poteſt. Gambacurt. *lib.*5. *part.*4. *ante cap.*27. Campanill. *in diuerſorio iuris Canon. rubrica* 11. *cap.*31. *num.*3. & eſt delictum è numero atrociſſimorum. Gambacurt. *lib.*5.*cap.*30. *num.*6. Torr. *ad ſtatuta Papiæ in criminal ſtat.*5. *fol.*672.*num.*2. Maſtrill. *ad indult. general. comment. cap.*29. *num.*1. Mart.*conſ.*186.*num.*16. Decian.*tract.crim. lib.*7.*cap.*30. *n.*1. odioſum Deo, hominibus, & legibus, quæ multa in odium proditorum introduxerunt videnda apud Decianum *tract. crimin. lib.*7. *toto cap.*31. Caball. *cit. tract. num.*400. *& ſeqq.* Schrader. *cit. part.*9.*cap.*3. *à num.*64. *ad* 69.

4 Atque inter alia dixit Gribaldus apud Caballum *ſuprà num.*421. licèt nemini ſit deneganda defenſio, ſed audienda ſit in iudicio excuſatio rei, tamen vbi conſtat de proditione, nullam omnino reo concedi defenſionem, vel excuſationem; quia vox proditoris audienda non eſt, *c. caueant.* 3.*quæſt.*9. quod intelligit Decian. *cit.cap.*31.*num.*6. quoad defenſionem, & in iudicio, & Carrer. *in pract.crim.fol.mihi* 5. *col.*3.*n.*8. de notorio proditore, qui ſtatim damnari poteſt, & bonis priuari non auditus in ſuis defenſionibus.

Sed hoc dictum cenſeo non eſſe verum, ſed ſolùm exaggeratiuè enunciatum; Quia defenſiones nemini ſunt denegandæ. Bald. *de quæſt. & tort. cap.*2. *num.*5. *in volum. tractatuum criminalium per Ziletum collectorum*, etiam nequiſſimo. Balthazar Gomez de Ameſcua *tract. de poteſt. in ſe ipſum, lib.*1. *cap.*19. *num.*10. etiam ipſi Diabolo, ſi litigaſſet. Caball.*cit.tract.num.*422. *& ſeqq.* Royas *ſingulari* 23. *num.*2. Nell. *de bannitis in* 1. *part. ſecundi temporis, num.*62. etiam in atrociſſimis. Farinac. *conſ.*103. *num.*2. Vermigliol. *conſ. crimin.*18. *num.*5. etiam crimine læſæ majeſtatis. Vermigliol. *ibidem*, *& conſ.*462. *num.*4. etiam reis confeſſis, & conuictis. Vermigliol. *cit. conſ.*18. *num.*4. etiam repertis in flagranti crimine. Ameſcua *cit. capite* 19. *numero* 12. 5

Quippè quæ lege naturali, ciuili, canonica, & Euangelica permiſſæ ſunt. Tranquill. Ambroſin. *de modo formandi proceſſum informatiuum, lib.*3. *cap.*1.*num.*9. Sebaſt. Guazlin. *deſenſ.*29. *cap.*4. *numero* 1. 6

Et ideo nec per Principem tolli poſſunt. Triuiſan. *deciſ.*1.*num.*9.*lib.*2. Grammat. *voto* 30. *num.*9. Caball.*num.*425. nec per Papam, vel ſtatutum. Carrer. *in prac. crimin. fol. mihi* 144. *num.*7. nec per Imperatorem, nec etiam de plenitudine poteſtatis. Guazlin. *cit.cap.*4.*num.*2. nec poteſt quis cogi illi renunciare, etiam lapſo termino defenſionis. Ioann. Anton. de Rub. *de poteſt. procur. in ſecunda parte, num.*28. *in cit. volum. tractatuum criminalium.* 7

Et ſtatutum de remiſſione facienda homicidis non habere locum in homicidis proditoribus, quia illud homicidium eſt exorbitans, & proditores non gaudere beneficio legis, & ſtatutorum, notat 8

Digitized by Google

notat Bonacoſſa *in qq. criminalibus in v. Proditor.*

9 Et proditori poſſe alimenta negari, dicit Surdus *de aliment. tit.7. quæſt.14. num.19.* & proditorem non poſſe eſſe teſtem, dicit Campeg. *de teſtib.reg.*43.

10 Et ſolum proditorem non gaudere immunitate, quæ competit, ſicut olim, ita & nunc, palatiis quorumdam ſupremorum Principum, puta Imperatorum, Regum, & in Italia Ducum Parmæ, quondam Vrbini, Mantuæ, Mutinæ, Florentiæ, Sabaudiæ, notauit Petrus Gambacurt. *tract. de immun. Eccleſiar. lib.1.cap.5. num.19. & 20.* vbi quòd ex his palatiis nemo extrahi poteſt ſine Principis licentia, niſi ſolus proditor, id quod de prætorio Principis Hiſpaniarum tradit Plaza *epitome delictorum cap.34.num.5.*& optimè aduertit *num.21.* idem Gambacurta, quod huiuſmodi immunitas ciuilis eſt vſque hodie, quoniam introducta per laicam auctoritatem, atque obſeruata propter ipſius Principis reuerentiam, requirit ſolam eiuſdem Principis licentiam ad extrahendum inde aliquem.

11 Et omnes proditores miſerè periiſſe, obſeruat Petrus Gregor. Tholoſan. *comment. in Syntaxes artis mirabilis tom. 2. lib.4. cap.60. num.7.* vbi plura allegat exempla.

12 Quia verò tota difficultas ſita eſt in hoc, vt definiatur, in quo propriè conſiſtat ratio formalis proditorij, per quam ſcilicet homicidium qualificatur, & denominatur proditorium, & diſtinguitur ab omni alio homicidio, & circa hoc quàm familiare, tam difficile argumentum placita Doctorum ſunt ita varia, atque enunciatur ſub loquendi formulis ita mutilis, indiſtinctis, obſcuris, perplexis, atque ad latitudinem materiæ comprehendendam parum idoneis, & obiter ſolùm, vt nullum ego vſquam inuenerim, qui exigentiæ ipſius argumenti ad plenum ſatisfaciat.

Ego collectis, ſimulque combinatis, atque interpretatis iis, quæ non ita clarè, nec adæquatè, & ſolùm ſparſim habentur in libris, quos videre potui in hanc rem, diſcutiam pro tenuitate mea difficultatem, atque aliquo in lumine meliori collocare conabor.

Vt autem hoc totum altius à ſuis principiis inueſtigem, & cum aliqua methodo in materia valdè confuſa procedam.

Aduerto in homicidio tres quaſi gradus, & ſic aperio viam ad intellectum citati *capituli 1. de homicid.* quod in re noſtra ſingulariter fundamentale eſt.

§. II.

Homicidium ſimplex non continere rationem proditorij, nec priuari immunitate.

SVMMARIVM.

Primus gradus, qui in homicidio conſideratur, conſiſtit in voluntario illo, quod eſt idem cum libero, & in quo conſiſtat hoc voluntarium, n.1.

Hoc voluntarium deſideratur ad peccatum mortale, & diſtinguit actum contra motus primò primos, & ſecundò primos, ibid.

Hoc voluntarium accidit citra vllum tractatum, vel vllam cogitationem præcedentem, n.2. *& fit ex impulſione.* ibid. *quid ſit impulſio.* ibid.

Impulſio opponitur propoſito cum ratiocinatione, num. 3. *quid ſit ratiocinatio*, ibid.

Pater videns percuti filium, & filius patrem, ſi percuſſorem incontinenti occidant, ſunt homicidæ liberi, ſed non ex propoſito, num.4. *quod idem dicitur de conſanguineo, vel amico accurrentibus in oppreſſi conſanguinei, vel amici auxilium, & oppreſſorem illico perimentibus*, ibid.

Idem dicitur de patre, vel marito occidenti-

bus deprehenſum cum filia, vel vxore concubitorem, n.5.

Idem de occidente inimicum caſu obuiam factum, n.6. *ſecus, ſi praeconceperat propoſitum de illo occidendo, quamuis caſu repertum occiderit*, ibid.

Inimicus, ſi, alio non dicto, & alio non apparente, armatus incedens, inimicum ex improuiſo aggrediatur, præſumitur ex propoſito facere, ibid.

Rixa quid ſit, n.7. *occidens in rixa, occidit liberè, at non præmeditatè*, ibid. *calor iracundiæ non aufert vſum rationis, ſed tantiſper impedit, nec excuſat à mortali, neque à pœna*, ibid.

Occiſio facta paulò pòſt rixam, vel iuſtum dolorem, aut alium animi affectum, etiamſi receſſum ſit à loco rixæ, cenſetur facta in rixa, ac proinde liberè quidem, ſed non ex propoſito, quamuis præceſſiſſet inimicitia, n.8.

Delictum factum intra triginta dies à die captæ inimicitiæ non cenſetur præmeditatum ſecundùm Boſſium, & alios, ſed planè immeritò, & huius præmeditationis, vel non præmeditationis exiſtentia determinari debet per prudentem Iudicem, n.9.

Doctrina Boſſij, & aliorum præiudicat ſanctioni Eccleſiæ plectentis excommunicatione prouocantes ad duellum, numero 10.

Ad incurrendam eam excommunicationem requiritur, vt non in rixa, ſed præmeditatè fiat inuitatio ad monomachiam, ibid.

Inuitantes ad duellum poſt vnum diem, aut etiam vnam noctem à concepta ira, habentur pro excommunicatis ſecundùm praxim, ibid.

Ad præmeditationem ſufficit ceſſatio à rixa, & tranſitus primi furoris rixæ colligendus ex ſignis externis iudicio prudentis, num. 11.

Non videtur per 30. dies poſſibilis duratio caloris rixæ, & non diuerſio ad alios actus, vnde impediatur præmeditatio, n.12. *non affertur ratio præfiniendi pro termino ceſſationis caloris rixæ* 30. *potius dies, quàm plures, aut pauciores*. ibid.

Vulpellus agnouit præmeditationem in homicidio facto poſt vnam noctem à ſecuta rixa, n.13.

Homicidium, attento primo ſuo gradu, ratione ſcilicet præcisè liberi, *&* non præmeditati, *non poteſt dici* proditorium, *nec vllo alio modo qualificatum, ſed ſimplex, & purum*, n.14.

Homicidium ſimplex non caret immunitate, num. 15.

Secus, ſi fiat in Eccleſia, n.16. *nihilque obſtat parum efficax ratio in contrarium allegata à Io. Maria Nouario*, ibid.

PRIMVS gradus, quem in homicidio conſidero, conſiſtit in ratione illius voluntarij, quod requiritur, & ſufficit ad hoc, vt actus denominetur præcisè liber, & moralis, volitus, vel nolitus, bonus, vel malus, quem gradum optimè conſiderauit, & diſtinxit Carafa *de duello tract.*1. *ſect.*3. *quæſito* 8. *n.*4. 1

Et ſitum eſt hoc *voluntarium* in eo, quòd ſit ab intrinſeco principio cum perfecta cognitione finis, id eſt ab agente, qui deliberans, & conſultans ſecum de fine & de iis, quæ ſunt ad finem, poſſit moueri in finem, & non moueri: quo modo *perfectum voluntarium*, quod idem eſt cum libero, explicat ex S. Thoma 1. 2. *quæſt.*6. *art.*2. Baldellus *de humanis actionibus lib.*1. *diſput.*3. *numero* 3. *tomo* 1.

Et quod perfectum voluntarium, cum perfecta ſcilicet deliberatione, ſeu conſultatione, deſideratur ad peccatum mortale. Thomas Sanchez, *in ſum. lib.*1. *cap.*1. *n.*6.

Et diſtinguit actum contra motum primò primum, in quo nulla eſt libertas, & ſecundò primum, in quo eſt tenuis libertas, & inſufficiens ad culpam mortalem. Thom. Sanch. *de matr. lib.*1. *diſp.*8. *n.*3.

Situm

Digitized by Google

Situm eſt inquam in eo, quod dixi, ſed accidit citra vllum tractatum, vel vllam cogitationem præcedentem. Caball.*cit.tract. num.*104. & regitur per ſolam cogitationem, & meditationem de occidendo,quæ habetur tempore commiſſi homicidij. Farinac.*in praxi q.*126. *n.*6. vnde dicitur fieri ex non præmeditatione quieti animi. Caiet. *in ſum.verb. Excomm. cap.*14. *verſ.Tertium eſt,* & fieri ex impulſione,vt Rhetores vocant. Anton. de Ballis *varior. tractat. lib.*3. *quæſt.*2. *caſus* 1. *n.*2. vbi quòd dicitur tunc appoſtatum incontinenti.

Impulſio,& ratiocinatio quid?

Quæ impulſio ſine conſideratione (intellige præcedenti) per quandam affectionem animi aliquid hortatur, vt amor, iracundia, ægritudo, violentia,& omnino omnia, in quibus animus ita videtur affectus fuiſſe,vt rem proſpicere cum conſilio, (intellige ſemper præcedenti) & cura non potuerit, & id, quod fecit, impetu quodam animi potiùs, quàm conſideratione fecerit. Cicero *lib.*2. *de inuent.* quem citant, & ſequuntur Caſon.*tract.*2. *de indiciis,cap.*1.*num.*5. Grilenz. *conſ.*149.*num.*35. Menoch.*de arbitr.Iudicum caſu* 361.*num.*9. Gutier.*pract. quæſt.lib.*1.*q.*2. *n.*11. Iulius Chartar. *deciſ. crimin.*66. *n.*41.

3 Et hæc Impulſio ſine præcedenti conſideratione, de qua impulſione etiam loquitur Porrus *in faſciculo rerum moralium, pag.*497. & Bertazzol. *conſ.*85. *n.*10. *lib.*1. opponitur propoſito cum ratiocinatione,quæ eſt diligens, & conſiderata faciendi aliquid, aut non faciendi excogitatio, Cicer. *loc. cit.* Menoch. *ſupra n.*16.Caſon.*ſupra num.*16.Iulius Chartar. *ſupra n.* 42. peccauit S. Petrus in ſubita Chriſti Domini negatione.

4 Exempla,per quæ declaratur practicè hic primus gradus homicidij, ſunt: Si pater videat percuti filium, vel filius patrem, & incontinenti percuſſorem occidat, eſt quidem libera hæc occiſio, & mortaliter mala, cum occiſor intelligat id, quod agit, & habeat in ſua poteſtate agere,& non agere,ſed fit ex impulſione amoris, & ideo non præcogitatè, ſeu prædeliberatè, non ex ratiocinatione, neque ex propoſito. Menoch. *cit. caſu* 361. *n.*10. quod idem dic, ſi conſanguineus, vel amicus accurrat in oppreſſi amici auxilium,& oppreſſorem occidat. Menoch. *num.*11.

Item, ſi pater, vel maritus deprehenſum cum filia, vel vxore concubitorem interimat, actus eſt quidem liber, & mortaliter malus, ſed fit ex ſubita impulſione iuſti doloris, ac proinde non præmeditatè. Menoch. *cit.caſu* 361.*n.*14. 5

Idem dic, ſi quis inimicum caſu obuiam factum, & ad necem non quæſitum,& de quo necando ſimul atque inueniretur, non erat conceptum propoſitum, occidat ex ſubita impulſione iræ ſubitò accenſæ per memoriam acceptarum iniuriarũ. Molina Theolog. *de iuſt. tract.*3. *diſp.*23. *n.*2. Clar. §. *Homicidium, num.*6.*verſ.ex propoſito.* Caball. *cit. tract. de omni genere homicidij*, *n.*382. Villagut. *de extenſ.leg. fol.mihi* 354. *n.*15. Fagundez. *in quintum Decal.pracept: lib.*5. *cap.*1.*n.*16. Franciſcus Baronius *de effectib. inimicitia* 19. *effectu, n.*14. Philipp.Paſcalis *tract. de viribus patriæ poteſt.parte* 3. *cap.*6.*num.*17. Bertazzol.*conſ.*208. *n.*8.*lib.*1. 6

Secus verò, ſi appareat, quòd antea deliberaſſet illum interficere, & ambulaſſet armatus animo illum occidendi; quia tunc, etiamſi caſu obuiam factum occiderit,dicitur non merè liberè,& voluntariè, ſed animo deliberato illum occidiſſe. Clar. & Caball. *locis cit.*

Immo ſi inimicus, alio non dicto, & alio non apparente, armatus incedens, inimicum ſuum ex improuiſo aggrediatur,& occidat, præſumitur ex præmeditato feciſſe. Vulpell. *reſponſ.*127. *num.* 8. Farinac. *in praxi,quæſt.*126.*n.*216.*ad finem.* Anton.de Ballis *varior.tract.lib.*3. *quæſt.*2. *caſus* 1. *num.*38.

Item

7 Item ſi quis, repentè coorta rixa, quæ eſt priuatarum pugna perſonarum ex mutuâ excandeſcentiâ, & irâ concitata. Caraſa *de duello tract.1. ſect.3. quæſito* 7. *n.*1. alium occidat, vulgò *à ſangue caldo*, actus eſt liber, & mortaliter malus, ſed fit ex impulſione iræ, & ideo non præmeditatè. Farinac *cit. quæſt.*126. *n.*6. & 7. Villagut. *cit. n.*15. Iulius Chart. *deciſ. crimin. q.*5. *n.*13. Lælius de Zanchis *tract. de priuilegiis Eccleſiæ priuilegio* 144. *n.*3. Molina *cit. num.*2. Caball. *cit. tract. n.*383. Menoch. *cit. caſu* 361 *n.*11. Ægid. Boſſius *titulo de homicid. n.*51. Gambacurt. *lib.*5. *cap.*4. *n.*14.

Tunc enim voluntas procedit immediatè ex ipſa prouocatione. Caball. *n.*126. *in cit. tract.* & rixa, metuſque inſtantis periculi tollunt conſilium deliberandi. Boſſ. *cit. tit. num.*50. Anton. de Ballis *cit. quæſt.*2. *num.*4.

Eſt inquam actus liber; quia calor iracundiæ non eſt tantus, vt auferat vſum rationis, ſed aliquantiſper eum paſſio impedit, nec tamen excuſat à mortali peccato. S. Thomas 1.2. *q.*77. *art. ſeptimo, in corp.* Caraſa *de duello tractat.*1. *ſect.*3. *quæſito* 8. *n.*4. *iuncta nota marginali.* Graff. *conſiliorum, tomo* 1. *lib.*5. *de homicid. conſ.*6. *n.*3. ſicuti neque à pœna. Bertazzol. *conſ.*44. *n.*8. *lib.*1.

8 Et currit doctrina non ſolùm, ſi fiat occiſio in ipſomet actu rixæ phyſicè accepto, vel in actu inſtantis iuſti doloris, aut alterius affectus animi, ſed etiam quando rixa paulò ante præceſſit, vel iuſtus dolor, alterue impetuoſus animi affectus. Menoch. *cit. caſu* 361. *n.*18. Carpanus *comment. ad cap. Homicida, nouar. Conſtitut. n.*1121. Gutier. *cit. lib.*1. *cap.*2. *num.*13. etiamſi receſſum ſit à loco rixæ, & furore adhuc feruente, vnus rixantium arma ſumpſerit, & comparatis ſociis, iterum reuerſus, quæſitum contrixatorem interfecerit. Molina *cit. diſp.*23. *n.*2. Caball. *cit. n.*383. Clar. *cit. n.*6. Iulius Chartar. *deciſ. crimin. q.*5. *num.*39. Fagundez *in quintum Decal. præcept. lib.*5. *c.*1. *n.*17. Philipp. Paſcal. *de viribus patriæ poteſt, parte* 3. *cap.*6. *n.*16.

Adhuc enim, moraliter loquendo, cenſetur factum in rixa. Clar. *cit. n.*6. & in alio libro *n.*8. *verſ. & ideo*, quæ quamvis non duret in ſe, durat tamen in ſuo effectu, id eſt in ira, & iræ fumo, & iuſto dolore, vt de hoc vltimo tradit Paſcalis *n.*14. *cit. cap.*6.

Et procedit doctrina, etiamſi præceſſiſſet inimicitia, vt patet ex obſeruantia magnæ Curiæ erga quemdam, qui rixatus cum affine, poſt rixam, quaſi per horam cum ſociis, dum ille tranſiret, eum interfecit, & probata quadam cauſa inimicitiæ, fuit tortus, & negatiuus.

In eo enim caſu apparet, quòd homicida habebat præſumptionem pro ſe, quòd ex rixa tunc præcedenti occidiſſet, & non ex cauſa inimicitiæ antecedenti. Ita de Ballis *cit. quæſt.*2. *caſus* 1. *n.*57.

Immo quamvis factum fuerit delictum intra triginta dies à die cæptæ inimicitiæ, cenſetur factum intra modicum tempus poſt iram, aut iuſtum dolorem ad effectum excludendi qualitatem præmeditationis, ſecundùm Ægidium Boſſium *cit. tit. de homicidio n.* 62. laudatum ab Antonio de Ballis *variar. tractat. lib.*3. *quæſt.*2. *caſus* 1. *num.*53. *verſ. immo debent.* Grilenzonum *conſ.*149. *n.*41. Philippum Paſcalem *cit. num.* 14. & alios, quorum doctrinam teſtatur Caualcan. *tractat. de teſtibus, in repertorio verb. Animus deliberatus.* ſe hactenus non vidiſſe obſeruari, quamvis eam ipſe ſit ſecutus in voto ſuo pro quodam, vt ipſemet teſtatur *cit. tract. fol.*90. *n.*264. 9

Sed immeritò quidem; nam videtur impoſſibile, quin intra tantum tempus, immò & multò breuius, ira deferbuerit, & locum dederit ratiocinationi.

Vnde concludit Menoch. *cit. caſu* 361. *num.*21. multum eſſe tribuendum in hac re arbitrio Iudicis ex qualitate facti, & perſonarum, cum in iure determinatum non ſit.

Et maximè conſiderandam occiſoris naturam, an ſit ſolitus talia ex leui motiuo facere delicta, an ſit facilis ad bilem, vel

vel temperatus, dicit Caualcan. *cit. tractat. fol.90. & 91. n.166.* quia, inquit, in eo, qui eſt humorum temperatus, & tamen facit delictum intra decem dies, vel vltra præſumitur animi deliberatio.

Impugnatur Boſſij, Grilenzoni, & Paſcalis doctrina de 30. diebus ad præmeditationem requiſitis.

10 Et certè doctrina illa Boſſij, Grilenzoni, & Paſcalis videtur omnino præiudicialis ſanctioni Eccleſiæ prohibentis prouocationem ad duellum ſub arcta cenſura.

Cum enim ad incurrendam eam cenſuram requiratur, vt non in rixa, ſed præmeditatè fiat inuitatio ad pugnam: Thom. Sanchez *in ſum. lib.2. cap.39. n.28.* Graff. *conſilior. lib.5. de homicid. conſ.6. n.2.* Farinac. *conſ.9. num.35. vol.1. & in praxi, quæſt. 119. n.24.* Fragoſo *in regimine Reipubl. Chriſtianæ parte 1 lib.1. diſput.2. §.10. n.144.* Nald. *in ſum. verb. duellum num.2.* Caraſa *cit. quæſt.8. n.4.* Sebaſt. Guazzin. *de confiſcat. bonor. ampliat.89. num.6. decimæ tertiæ concluſionis, pag.36.* Seraphinus Maſſin. *de confiſcat. quæſt. 10. n.19.31. & 33. apud quem alij.*

Iam ſi præmeditationis qualitas, & excluſio caloris rixæ non cenſetur habere locum, niſi poſt triginta dies à die conceptæ iræ, rarò admodum incurretur ea cenſura.

Qui enim prouocant ad duellum, rarò differunt prouocationem ad triginta dies poſt conceptam iram, ſed id faciunt vel poſt tres, duos, aut etiam vnum diem, immo & vnam noctem, & tamen ſecundùm rectiſſimam praxim Tribunalium Eccleſiaſticorum, & ſacræ Romanæ Pœnitentiariæ habentur pro excommunicatis, non obſtante breuitate temporis, quo ſecuta eſt prouocatio poſt iram, dummodò non ſtatim fuerit.

11 Vnde optimè Molina *cit. diſp.23. n.2.* dicit, ſi poſtquam à rixa fuit ceſſatum, primuſque ille furor pertranſiit, ab illaque omninò ceſſatum eſt, quærat aduerſarium, illùmque interficiat, dicitur iamtum ex propoſito illum interfeciſſe.

Vbi magnus hic Doctor ad præmeditationem non requirit, niſi ceſſationem totalem à rixa; & tranſitum primi furoris rixæ, quod & ego cenſeo, nec credo, requiri ſpatium vnius diei, aut viginti quatuor horarum ab accepta iniuria, licèt id taxet Fagundez *cit. n.17.* ſed puto, eum tranſitum debere colligi ex ſignis externis iudicio prudentis.

Neque verum exiſtimo id, quod dicit ex Doctoribus Farinac. *cit. quæſt.126. num.214.* ad excludendam deliberationem, ſufficere non diuerti interim etiam intra triginta dies, ad extraneos, & voluntarios actus, ita vt duret ſemper ſanguinis feruor, & calor. 12

Non enim video quomodo moraliter, & humanitus dici poſſit durare per tantum tempus calor ille, vt ratiocinationi, & ad actus extraneos diuerſioni adimat locum.

Præterquam quod non affertur vlla ratio, cur ſtatuatur terminus triginta potius dierum ad finiendum iræ calorem, & ad aperiendum aditum præmeditationi, quàm viginti, aut quadraginta, & videtur ridicula imaginatio tranſitus à calore ad non calorem ſtatim poſt punctum completiuum ſpatij dierum triginta huic transitioni præfixorum.

Certè Vulpell. *reſponſo 128. n.9.* damnauit proditorij, & inſidiarum, ac proinde præmeditationis quemdam, qui pridie altercatus cũ milite, dixit poſtridie, ſe velle cum eo loqui, non congredi, & imprudenter credentem illicò occidit, damnauit inquam, ſupponens vtique, poſt vnam noctem deferbuiſſe calorem rixæ, & fuiſſe locum ratiocinationi, deliberationi, & propoſito. 13

Solutio principalis quæſtionis.

Iam verò ſi attendatur hic primus 14

Digitized by Google

gradus,de quo fuit paulò exactius diſſerendum, propter dicenda *in §. ſequenti*, non ſolùm non poteſt appellari *proditorium* homicidium, vt in facti ſui ſpecie aſſerit Grilenzon. *conſ.*149.*num.*35. & in genere dicit Bordon.*tomo 3.controuerſiar. moralium controuerſia* 1. *num.*273. §. *Ex his etiam habetur*, & ex infra dicendis patebit, ſed neque alio modo qualificatum, & dicitur ſimplex, & purum, id eſt ſine qualitate animi deliberati, & præmeditati Clar.§.*homicidium,num.*1. Farinac.*cit. quæſt.*126. *n.*7. quamuis cum dolo commiſſum ſit, ideſt cum animo occidendi. Cla'. *ibidem num.*5. Farinac. *ibid.num.*10. Molina *cit.tract.*3.*diſp.*23.*num.*2.

15 Neque ad rem meam facit hoc ſimplex homicidium, cum non includat labem proditoriam, vt dicebam, & non priuetur beneficio immunitatis Eccleſiarum. Clar. §.*fin.quæſt.*30.*n.*11.*verſ.ſcias tamen.* Fumus *in ſumma in verbo immunitas*, *num.*12. *ad finem.* vbi quòd raptores virginum, *homicidæ*, adulteri ſecundum iura antiqua non gaudent immunitate, quamuis de iſtis teneatur ſecundùm ius canonicum, quòd gaudent. Caſtil. *deciſ.*154. *num.*2. Villagut. *de extenſ.leg. fol. mihi* 354. *num.*15. Anaſtas.Germon. *de ſacror.immun. lib.*3.*cap.*16. *num.*66. Iulius Chartar. *deciſ. crimin.* 95. *num.*20. Graff. *conſilior.lib.*3. *de immun. Eccleſiar. conſ.vn. num.*8. Ciarlin. *controuerſ.forenſ.parte* 2. *cap.*116. *num.*28. Gutier. *pract quæſt.lib.*1. *quæſt.*2. *num.*17. Decian. *cit. tract. crimin. lib.*6.*cap.*28.*n.*16. Fachineus *lib.*9.*controu. cap.* 93. *verſ. Preterea.* Suarez de Paz. *in praxi, parte* 5. *tomi* 1. *cap.*3. §.3. *num.*132. Peregrin. *cit.tract.de immun.cap.*7.*num.*12. Franciſcus Suarez *cit. lib.*3. *de reuer. deb. locis ſacris,cap.*11.*num.*13. Gambacur.*lib.*5. *cap.*4.*num.*17.*iuncto n.*14. quod apud omnes eſſe ſatis compertum dicit Couarr. *variar. reſol.lib.*2. *cap.*20.*num.*7. §. *Nonò.* Farinac. *in praxi quæſt.*28.*num* 22. dicens non reperiri, quòd ius canonicum excipiat homicidas, & pleniſſimè *in append. immun. cap.*7. *num.*108. qui tamen *n.*107. enumerat aliquos Doctores, qui in terminis non ſolùm ciuilis, ſed etiam canonici Iuris excludunt homicidam ab immunitate, Laratha *in Theatro feudali, parte* 10. *dilucidat.* 53. *n.*7. Plaza *epit.delict. cap.*34. *num.*15. Peguera *deciſ.*54. *num.*10. *fol.mihi* 74. *col.*4.*& in alia editione, fol.*63. *col.*1. *verſ.ex quibus,& deciſ.*58.*n.*4. Marta *de iuriſd.parte* 2.*cap.*51.*n.*9.contra Petrum de Ancora, quem citat, & non improbat Cataneus Epiſcopus Chiemenſis *in ſumm. in verb. immunitas*, & contra Ancharanum, quem citat, & impugnat Azor.*parte* 2. *lib.*9. *cap.*9. *quæſt.*9. §. *Quid verò de raptoribus.*

Excipe tamen, niſi homicidium ſimplex ſit commiſſum in Eccleſia; tunc enim ratione loci, cuius ſanctitati per homicidium fit iniuria,excluditur à beneficio immunitatis. Couarr. *var. reſol. lib.*2.*cap.*20. *num.*15. Decian. *tract.crimin. lib.*6. *fol.*54. *tomo* 2. *cap.*28.*num.*5. Nauarr. *in manuali*, *cap.*25. *num.*20. Ciarlin. *controu. forenſ. parte* 2.*cap.*154. *n.*8. Villagut. *cit.n.*15. Graff.*cit.conſ.vn.n.*10. Gambacurt. *lib.*5.*cap.*23.*n.*14. Peregrin. *cit.tract. cap.*6. *num.*15. Layman. *lib.*4. *tract.*9. *cap.*3.*n.*6. Caſtro Pal. *cit.diſput.vn.puncto* 9. *num.*7. Ioſeph de Ianuario *reſol. moral. de caſibus reſeruat. reſol.* 64. *n.*27. Barboſa *vniuerſi Iuris Eccleſiaſtici,cap.*3.*n.*102. *iuncto,n.*104. vbi plures allegat. Thomas del Bene *parte* 2.*de immunit.& iuriſdict. Eccleſ.c.*16. *dub.*19. *ſect.*4. *n.*1. Marius Ital. *lib.*1. *cap.*5. §.3.*n.*7.*verſ.Vnde firmè.*& patet ex textu *cap.fin.de immun. Eccleſ.* & Conſtitutionis Gregorij XIV. excipiente ſine vllo addito *homicidia,& mutilationes in Eccleſiis commiſſa.* 16

Quidquid ſentiant in contrarium Vermigliol. *conſ.crimin.*103. *n.*4. Farinac. *in append.immun.n.*238.*iuncto* 240.*&* 241. & alij allegati per Thomam del Bene *cit. ſect.*4. *num.* 2. & per Dianam *parte* 6. *tract.*1.*reſol.*7. §.*ſed quid dicendum*, & Nouarius 2.*parte, ſummæ Bullar. titulo de immun. Eccleſiaſt.num.*40. ex ea,inquit,ratione ſola, quia quando homicidium

commit

Digitized by Google

committitur in Eccleſia ex rixa ſubitanea, vel ad alterius prouocationem, ſeu ad ſe defendendum, in præfatis caſibus occidens, vel mutilans non videtur habere animum irreuerentem offendendi, vel violandi ipſam Eccleſiam.

Sed hæc ratio non eſt efficax; quia quamvis non habeat formalem intentionem offendendi Eccleſiam, tamen in re ipſa illam offendit irreuerenter, eo ipſo, quòd cum plena libertate, ac proinde cum mortali peccato vt ſuppono, homicidium, aut mutilationem intra illam committit.

---

§. III.

Induſtria quid? & quo modo induſtria ſe habeat ad appenſamentum, ad propoſitum, & ad inſidias?

SVMMARIVM.

Secundus gradus, qui conſideratur in homicidio, conſiſtit in voluntario illo, quod procedit ex deliberatione cum induſtria. n. 1. *deliberatio quid ſit.* ibid. *cur deliberatio dicatur quoddam interuallum.* ibid. *deliberatio procedit tempore animi pacati, quo tempore lux conſultricis potentiæ non offuſcatur.* ibid.

Hæc animi quies, in qua reſidet deliberatio, poteſt accidere ſine præceſſione iræ, aut doloris. n. 2. *& fuit ſupra omnes in Iuda proditore.* ibid.

Eadem quies poteſt eſſe, etiamſi præceſſerit ira, cuius calor tranſierit. num. 3.

Voluntarium, de quo hîc, eſt illud, quod procedit ex meditatione non infuſcata per præſentem animi affectionem ex ira, iuſtóve dolore, aut re ſimili, ſiue præceſſerit ea ira, ſiue non. num. 4. *ira, ſicuti fumus oculos, ita infuſcat rationem ex Ariſtot.* ibidem.

Eadem deliberatio non requirit neceſſario interuallum, ſed ſubitò concipi poteſt extra paſſionem, cum pendeat à potentia intellectricis vacuitate ab omni nebula per affectus aliquos excitata. num. 5.

In ordine ad præſumptionem deliberationis in foro externo inſpicitur interuallum inter conceptionem actûs deliberantis; & executionem rei deliberatæ. num. 6.

Quatenus actus voluntatis occidendi regulatur à præuia deliberatione, quæ eſt actus intellectus, & dicitur appenſamentum, & eſt propriè cognitio finis, & primus ex quinque actibus pertinentibus ad ordinem intentionis, dicitur homicidium fieri deliberate, præmeditate, appenſate, appoſtate: quæ ſunt ſinonyma. num. 7.

Appenſamentum male definitur ab aliquibus, vt ſit intentio, quæ eſt actus voluntatis, & male à Bertazzolo per ordinem ad proditorium, *cum poſſit eſſe appenſamentum ſine tali ordine.* ibid.

Quatenus homicidium procedit ex voluntate illa regulata per præuiam deliberationem, dicitur fieri ex propoſito. num. 8. *quod propoſitum eſt propriè intentio finis, & eſt ſecundus actus ex quinque pertinentibus ad ordinem intentionis.* ibid.

Propoſitum hoc à propoſito moralizantè homicidium ſimplex differt per hoc, quòd illud propoſitum regulatur ab intellectu nonnihil infuſcato per paſſionem, aut non ſatis aduertente per ſubitum caſum: hoc verò regulatur ab intellectu perſpicue, & mature exprimente obiectum, & circumſtantias, ac proinde efficiente pleniorem gradum voluntarij in ipſo actu propoſiti: ibidem.

Ex eo, quòd deliberatio, & propoſitum connectuntur, & ſeſe inuicem indicant, non fit apud Doctores differentia inter homicidium factum ex propoſito, *& factum* deliberatè. num. 9.

Quatenus ex propoſito quis acuitur ad cogitandum de modo, armis, &c. ad aggrediendum, actus ſubſecutus dicitur fieri ex induſtria. num. 10.

Induſtria eſt quædam ingenioſa diligentia, quæ procedit ex ſimplici propoſito, & animo deliberato, & dicit de formali actum intellectus, id eſt ſcientiam, & pro-

uidentiam, & profundam cogitationem circa circumſtantias aggreſſionis, & includit conſilium de mediis, & iudicium de medio eligendo, qui ſunt tertius, & quartus actus ex pertinentibus ad ordinem intentionis. ibidem.

Si duobus prædictis actibus addatur ex parte voluntatis quintus, & vltimus actus in ordine prædicto, id eſt electio medij reſpicientis præſentem inuaſi in ipſo inuaſionis actu impotentiam ad ſe defendendum, iam complentur inſidiæ in ordine intentionis. ibid.

Induſtria male à Gizzarello definitur, vt ſit fallere, & decipere. num.11.

Induſtria ex propoſito procedens, aliquando eſt citra inſidias, id eſt verſatur circa circumſtantias aggreſſionis ita conſummandæ, vt aggreſſus inueniatur non incautus, ac proinde non carens facultate ſe tuendi ab aggreſſore, in quo caſu electio medij, quæ ſuperuenit conſilio de mediis, & iudicio de medio eligendo, eſt formaliter diſtincta ab ea electione, quæ complet inſidias, num. 12. *& in hoc ſenſu dicitur induſtria diſtingui ab inſidiis, cum ſine inſidiis eſſe poſſit.* ibid.

Induſtria ex propoſito procedens aliquando extenditur ad inſidias, & includitur in illis, id eſt verſatur circa circumſtantias aggreſſionis ita conſummandæ, vt aggreſſum inueniat omnino incautum, ac proinde carentem facultate hic, & nunc ad ſe tuendum ab aggreſſore, ſecumque trahit actum electionis terminatum ad præſentem impotentiam aggreſſi ad ſe tuendum. num.13. *& in hoc ſenſu dicitur, inſidias non poſſe eſſe ſine induſtria, & importare machinationem, & omnem occidentem* per inſidias *occidere* per induſtriam, *non tamen è conuerſo.* ibid.

Regulariter induſtria, quæ includitur in inſidiis procedit ex propoſito, & præmeditatione: at in aliquo caſu inſidiæ includunt induſtriam non procedentem ex propoſito, & deliberatione. num.14.

Occidens à tergo eum, quôcum rixatus eſt paulò ante, occidit per inſidias includentes ſuam induſtriam, nec tamen ea induſtria procedit ex propoſito rigorosè accepto, neque ex præmeditatione. ibid.

Idem dicendum, ſi ego indignatus ex prauis relationibus mihi factis de te, qui confidis de me, & nihil ſcis de illis, occidam incontinenti te nihil ſuſpicantem. num.15.

Occidens ex inſidiis, occidit regulariter ex induſtria, & propoſito, at non vniuerſaliter. ibid.

Verbum per induſtriam *adhibitum in iure exponitur, vt idem ſit, quòd* ex propoſito. num.16.

In præſenti tractatione occidere ex induſtria *eſt idem quòd* occidere cum appenſamento, ex deliberatione, ex præmeditato, ex propoſito, ſed citra inſidias. ibid.

Aliquid facere de induſtria *apud Latinos eſt* ex propoſito facere, & deditâ operâ. num.17.

Doctrina Anonymi dicentis induſtriam, eſſe datam operam, & propoſitum, non procedit formaliter, ſed præſuppoſitiuè. ibid.

Secundus gradus voluntarij conſiderati in homicidio, ſeſe compatitur cum hoc, quòd occidens per induſtriam, ſit apertus inimicus aggreſſi, eumque prouocet, vel ita aggrediatur, vt poſſit conari ad defenſam. num.18.

Difficilis doctrina Abulenſis, qui videtur ſupponere, quòd occidens de induſtria, occidat ſemper incautum. num.19.

Difficilis doctrina Clari, & Caballi ſupponentium, alium poſſe occidi prauia animi deliberatione, ſed ſine induſtria. n.20.

SECVNDVS gradus, quem conſidero in homicidio, conſiſtit in ratione illius voluntarij, quod procedit ex deliberatione cum induſtria, quæ deliberatio eſt quædam meditatio, & quoddam interuallum ad homicidij actum, qui poſtea in animo deſtinatus, & deliberatus ſequitur. Caball. *cit. tract. de omni genere homicidij, n.*381. 1

Ægid.

Ægid.Boſſ. *cit.tit.de homic.n.*54. Farinac. *in praxi, quæſt.*126.*num.*8. Franciſc.Baronius *de effectibus inimicitiæ* 19. *effectu,n.*5. Carpanus *comment.ad cap.Homicida,nouar Conſtitut.n.*1102.

Dicitur autem *quoddam interuallum*, vt intelligas, deliberationem hanc quæ regulat voluntarium, de quo loquimur in præſenti, diſtingui ab illa quæ regulat homicidium ſimplex, & habetur tunc ſolùm, quando ipſum ſimplex homicidium committitur ex impulſione, de qua *ſupra ſ.*2.*n.*2. diſtingui inquam per hoc, quòd hæc, de qua nunc loquimur, præcedit ipſum homicidium per interuallum. Vermigliol. *conſ. crimin.* 28. *n.*4. Molina Theolog. *cit. tractat.* 3. *de iuſt. diſp.*23. *n.*2. Lælius de Zanchis *de priuil. Eccleſ. priuilegio* 144. *n.*3. & prouenit ab animo ſedato, ſine calore iræ, ſine rixa, ſine impetu, vel iuſto dolore, Italicè, *à ſangue freddo*, vel *animo riposato*. Menoch.*cit.caſu* 361.*n.*15.&,vt optimè dicit Borell. *in ſum.deciſ.titulo de hìs,qui ad Eccleſiam,&c. n.*79. non in rixa, nouiter,& incidenter, & vt in genere dixit Thom. Sanchez *de matr.lib.*1.*diſp.*8.*n.*3. quando adeſt maturum conſilium, præuiaque deliberatio omnium circunſtantiarum, quę in ea re occurrere poſſunt:& vt dixit Nauarr. *in man.cap* 27.*num.*65. §. *Quinta*, tempore animi pacati, aut tranquilli.

In hac enim animi quiete lux conſultricis potentiæ non offuſcatur, vnde locus eſt præmeditationi, ratiocinationi, & propoſito, quæ conſiderantur à Menochio *cit.caſu* 361.*num.*33. & Gutier. *cit. lib.*1. *quæſt.*2.*n.*23. *practicarum quæſtionum*, quando abeſt omnis rixa,& omnis caſus fortuitus.

2 Hæc autem animi ſedatio, & quies accidere poteſt, ita vt nulla præceſſerit cauſa turbationis, nulla ira, nullus iuſtus dolor,& tunc verè,& propriè ſedato animo,& præmeditato dicitur commiſſum homicidium. Menoch. *cit.caſu* 361.*n.*55. Caualcan. *tract.de teſtib. part.*2.*n.*256.*fol. mihi* 89. quem animum habent perditiſſimi homines, vt aſſaſſini, ſagæ, &c.

Et habuit ſupra omnes teterrimus proditorum omnium Iudas, cuius peccatum fuiſſe ex mera malitia, ideoque non meruiſſe venire ad pœnitentiam, dicit B. Petrus Damiani *ſerm. de S. Barbatiano allegatus à P. Theophilo Raynaudo in opuſc. inſcripto:* Optimæ vitæ peſſimus finis: *c.*8. *n.*18. *pag.*194.

3 Eadem animi quies accidere item poteſt, licèt præceſſerit ita ex accepta iniuria, ſed primus ille furor tranſierit:

Atque etiam tunc, ſi ſedato iam animo, & refrigerato ſanguine, cogites de occidendo, & quæſitum aduerſarium occidas, diceris occidere *ex præmeditato*, ſeu, quod idem eſt, vt infra dicam, *ex propoſito*. Molina *cit.diſp.*23.*num.*2.quod idem docet Caball. *cit. tract. de omni genere homicidij, num.*384. ſi ſedato calore poſt acceptam iniuriam, conuocatis ſociis, deſtinaſti interficere inimicum, & quod interuallo cogitaueras,poſtea executus fuiſti.

4 Vno Verbo. Voluntarium, de quo loquimur, eſt illud, quod procedit ex deliberatione, & meditatione, cuius perſpicuitatem non infuſcat præſens animi affectio ex ira, iuſtóve dolore, aut re ſimili, ſiue præceſſerit ea ira, aut dolor, ſiue non præceſſerit;

Vt enim ex Ariſtotele obſeruat Anton.de Ballis *varior. tractat.lib.*3.*quæſt.*2. *caſus* 1. *num.*86. ſicuti fumus mordicans oculos, minimè videre ſinit, quæ pedibus adiacent, ſic iracundia oboriens rationem offuſcat, & quod bonum mens habitura fuerat à ratione, ipſa iracundia non ſinit ſine labore, ac moleſtia potiri. Ita de Ballis, cuius tamen dictum ita accipito, vt ea rationis offuſcatio non ſemper tollat rationis vſum ex toto, iuxta dicta *in* §.*præced. n.*7. ex S.Thoma, Graffio, Caraſa.

5 Et quamuis inter dictam deliberationem, & homicidium accidat plerumque

Digitized by Google

rumque interuallum temporis, non repugnat tamen, vt concipiatur ea deliberatio extra dictã affectionem, & paſſionem, ſtatimque ſine vllo interuallo ſequatur homicidium, quod *deliberatum* denominetur, perinde ac ſi longa intercapedo interceſſiſſet.

Neque enim plenitudo illa deliberationis pendet ab interuallo vllo, ſed ab intellectricis potentiæ libertate, ſeu vacuitate ab omni nebula per aliquem affectum excitata, & infuſcante ipſam potentiam, quæ libertas, ſeu vacuitas in inſtanti,& ſine vlla intercapedine haberi poteſt.

6 In ordine tamen ad præſumptionem deliberationis in foro externo, inſpicitur interuallum inter conceptionem actus deliberantis, & executionem rei deliberatæ, & in hoc ſenſu debent intelligi Caball. Boſſ. Farinac. & Baronius definientes præmeditationem cum habitudine ad aliquod interuallum.

7 Quatenus autem actus voluntatis occidendi regulatur ab illa præuia deliberatione, ſeu meditatione, quæ eſt actus intellectus, & dicitur *appenſamentum*, eſt propriè cognitio finis, & primus actus ex illis quinque, qui pertinent ad ordinem intentionis, iuxta tradita per Leonardum Leſſium *in prælectionibus poſthum. in* 1. 2. *S.Thom. quæſt.*17. *art.*9. *de actibus humanis*, *num.*29. *pag.*90. dicitur homicidium fieri *deliberatè*, *præmeditatè*, *appenſate*, *immo & appoſtate*, vt paſſim Doctores; ſinonyma enim ſunt hæc, vt de *penſato*, & *deliberato*, notat Carpan. *in cit. comment. ad cap. Homicida, nouar.Conſtit.n.*1319.

Vnde in rigore loquendo definitur malè à Philippo Paſchali *tract. de viribus patriæ poteſtatis*, *part.*3. *cap.*6. *num.*17. & ab Antonio de Ballis *varior. tract. lib.*3. *q.*2. *caſus* 1. *num.*1. & à Bertaz. *conſ.*85 *num.*8. *lib.*1. appenſamentum, vt ſit *firma atque deliberata animi intentio interficiendi aliquem, loci, & temporis occaſione capta.*

Intentio enim non eſt actus intellectus, ſed voluntatis.

Quòd verò Bertazz. *loco cit.* definit appenſamentum per habitudinem ad proditorium: *Penſamentum eſt deliberata intentio animi, aliquem interficiendi proditorie*: non videtur probè dictum, cum quis poſſit deliberatiſſimè, & cum pleniſſima voluntate velle occidere aliquem citra inſidias, & proditionem, & dicitur *appenſate agere.*

Quatenus verò procedit idem homicidium à voluntate regulata per eam præuiam deliberationem, dicitur fieri *ex propoſito*. Gabriel de Bellis *in ſuo poſthumo tract.*3. *de ſicar. & venef. cap.*3. *num.*16. Molina *cit.diſp.*23. *num.*2. *verſ.tunc autem.* Vermigliol. *conſ. crimin* 28. *num.*3. *& conſ.*69. *num.*7. ſeu, quod idem eſt, *ex odioſa voluntate.* Decian. *tract.crimin.lib.*6. *cap.*28. *num.*15. *fol.*56. *col.*3. *verſus finem.* Peguera *deciſ.*54. *num.*10.*fol.mihi* 74. *col.*2. *§. Quartò*, ſeu *ex propoſito reſolutum* in mente occidentis ex interuallo ante commiſſum ipſum homicidium. Farin. *quæſt.*126 *num.*6. *&* 8. ſeu *præmeditata intentione.* Borell. *ſup. num.*80. 8

Quod propoſitum idem eſt, ac intentio finis. Azor *part.*1. *lib.*1. *in rubrica capituli* 25. & eſt ſecundus actus ex prædictis quinque, iuxta citatum Leſſ. *pag.*90. & dicitur actus deliberatæ voluntatis. S.Thom. 2. 2. *quæſt.*88. *art.*1. *in corpore*, & per hoc ſolum differt à propoſito, ex quo procedit homicidium ſimplex, quod in homicidio ſimplici propoſitum regulatur ab intellectu non nihil infuſcato per paſſionem, aut non ſatis aduertente per ſubitum caſum, in homicidio autem præmeditato propoſitum regulatur ab intellectu perſpicuè, & maturè exprimente obiectum, & circumſtantias, ac proinde operante, vt actus ipſius propoſiti ſit magis voluntarius, cum ad incrementum cognitionis creſcat ratio voluntarij in actibus agentium liberorum, vt conſtat ex doctrina S.Thomæ 1. 2. *q.*77. *art.*6. *in corp. verſ. actus enim.*

Ex

9 Ex eo autem, quòd deliberatio, & propoſitum connectuntur, & ſeſe inuicem indicant, non fit apud Doctores differentia inter homicidium factum *ex propòſito*, & factum *deliberatè*. Ægidius Boſſ. *cit. titulo de homic. num.* 53. Caball. *cit. tract. de omni genere homicid. num.* 280. Farinac. *cit. quæſt.* 126. *num.* 3. Sed hæc promiſcuè vſurpantur paſſim. Porrus *in faſciculò rerum crim. pag.* 467.

10 Quatenus verò ex eo propoſito, quod per antonomaſiam *propoſitum* appellatur, acuitur quis ad cogitandum de modo, armis, ſociis, loco, tempore, & aliis circumſtantiis ad aggrediendum, dicitur actus ſubſecutus fieri *ex induſtria.*

Nam *induſtria* eſt quædam ingenioſa diligentia, quæ procedit ex ſimplici propoſito, & animo deliberato. Peguera *deciſ.* 54. *num.* 1. & dicit de formali hæc diligentia actum intellectus, id eſt ſcientiam, & prouidentiam. Donat. quem citat, & ſequitur idem Peguera *cit. deciſ.* 54. *num.* 6. & profundam cogitationem, Peguera *deciſ.* 54. *num.* 10. §. *Sextò omnia.*

Scientiam ſcilicet practicam, & prouidentiam circa circumſtantias aggreſſionis; has enim reſpicit induſtria, vt colligitur ex doctrina Gambacurtæ *lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 15. *tract. de immun. Eccleſiar.* & includit duos actus, nempè *conſilium de mediis*, & *iudicium de medio eligendo*, qui ſunt tertius, & quartus actus ex prædictis quinque pertinentibus ad ordinem intentionis, quibus additur demum ex parte voluntatis quintus, & vltimus actus in ordine prædicto, & eſt *electio medij*, ex dictis per allegatum Leſſium, quæ electio, ſi medium, ad quod eſt ipſa electio, recipiat præſentem inuaſi in ipſo inuaſionis actu impotentiam ad ſe defendendum, complet *inſidias in ordine intentionis*, vt infra dicam.

11 Ex quibus conuincitur, quàm incongruè Gizzarell. *deciſ.* 16. *n.* 9. dixerit, induſtriam eſſe propriè *fallere, & decipere.*

Poſuit enim id, quod eſt obiectum induſtriæ in aliquo caſu, pro ipſomet actu induſtriæ, quam malè limitauit ad *fallentiam, & deceptionem*, cum induſtria poſſit verſari circa multa alia, vt infra patebit.

Porrò hæc induſtria ex propoſito procedens, quæ deriuatur *ex induſtrio*, id eſt ab eo, qui quidquid agit, intra ſtruit, & ſtudet domi, vt ex Perotto notat Peguera *cit. deciſ.* 54. *num.* 1. aliquandò eſt citra inſidias, id eſt verſatur circa circumſtantias aggreſſionis ita conſummandæ, vt paſſiuè aggreſſus inueniatur non incautus, non improuidus, non imparatus, ac proinde non carens facultate ſe tuendi ab aggreſſore, in quo caſu electio medij, quæ ſuperuenit conſilio de mediis, & iudicio de medio eligendo, eſt formaliter diſtincta ab ea electione, quæ complet inſidias, vt dixi ſupra, cum hæc reſpiciat perſonam inuadendam cum retentione potentiæ ad ſe defendendum, illa verò inuadendam ſine tali retentione. 12

Atque in hoc ſenſu dicitur induſtria diſtingui ab inſidiis, cum aliquando ſine inſidiis eſſe poſſit. Peguera *cit. num.* 6. & ſupponit Molina *cit. diſp.* 23. *n.* 3. *verſ. ecce.*

Aliquando autem eadem induſtria ex propoſito procedens, extenditur ad inſidias, & includitur in illis, id eſt verſatur circa circumſtantias aggreſſionis ita conſummandæ, vt aggreſſum inueniat omninò incautum, improuiſum, imparatum, ac proinde carentem facultate hîc, & nunc ad ſe tuendum ab aggreſſore, ſecumque trahit actum electionis terminatum ad præſentem impotentiam aggreſſi ad ſe tuendum, de qua electione dixi *ſup. n.* 11. 13

Et in hoc ſenſu dicitur, inſidias non poſſe eſſe ſine induſtria à Pegueta *cit. deciſ.* 54. *num.* 6. qui citat Michaelem Ferrerium, & à Thoma del Bene *cit. cap.* 16. *dub.* 20.

*dub.*20. *ſect.*7. *num.*7. & inſidias importare machinationem ſiue manifeſtam, ſiue clandeſtinam à Blanco *tract. de iudiciis*, *num.*188. & à Caballo *cit. tractat. num.*391. atque in eodem ſenſu aſſeritur à Franciſco Suarez, *cit. lib.*3. *cap.*11. *num.*12. omnem occidentem *per inſidias* occidere *per induſtriam*, non tamen è conuerſo, ac proinde verba *per induſtriam*, & *per inſidias* non eſſe ſinonyma, nec conuerti, id eſt non dici *ad conuertentiam*, vt Dialectici loquuntur.

14 Quamuis verò ego admittam non poſſe inſidias eſſe ſine induſtria, prout induſtria dicit actum prouidentiæ circa circumſtantias aggreſſionis conſummandæ in incautum, & regulariter hanc induſtriam, quæ includitur in inſidiis, procedere ex propoſito, & præmeditatione, credo tamen negari non poſſe, quòd in aliquo caſu inſidiæ includant induſtriam, quæ non procedat ex propoſito, & deliberatione.

Nam ſi ego verbi gratia tecum rixatus, recedam à loco rixæ, & durante calore iracundiæ, quæ tollit animum deliberatum, vt ex prædictis conſtat, & propoſitum, redeam poſt breue tempus, & te repertum nullatenus ſuſpicantem id, atque incautum, à tergo occidam, occido te per inſidias includentes ſuam induſtriam, id eſt prouidentiam circa modum, & circumſtantias ad te occidendum incautum, quæ prouidentia dicit *conſilium de mediis*, & *iudicium de medio eligendo*, & demum trahit ſecum *electionem* medij reſpicientis præſentem tuam impotentiam ad te tuendum; nec tamen ea prouidentia procedit ex propoſito in rigoroſa ſignificatione accepto, neque ex præmeditatione.

15 Idem dicito, ſi ego indignatus ex prauis relationibus factis mihi de te, qui confidis de me, & nihil ſcis de illis relationibus, occidam incontinenti te nihil ſuſpicantem.

Vnde quamuis verum ſit, quòd qui occidit ex inſidiis, occidit regulariter ex induſtria, ex propoſito, ex præmeditatione, id eſt ex induſtria procedente ex propoſito, & præmeditatione.

Non eſt tamen verum vniuerſaliter, cum aliquando quis occidatur ex inſidiis cum induſtria, non tamen ex propoſito, neque ex præmeditatione, quod notarunt Menoch. *cit. caſu* 361. *num.*18. Gutierr. *pract. quæſt. lib.*1. *quæſt.*2. *num.*14. Fagund. *in quintum Decal. præcept. cap.*1. *num.* 18.

Quia verò induſtria vt præciſa ab ab inſidiis, procedit ex propoſito, id eſt ex vi propoſiti, cui præſupponitur præmeditatio, ſeu deliberatio, ſeu appenſamentum, quæ ſunt omnino idem. 16

Hinc eſt, quòd verbum *per induſtriam*, quod habetur *in cit. cap.*1. *de homicid.* exponitur, vt idem ſit, quòd *ex propoſito.* Abb. *in d. cap.*1. Layman. *lib.*4. *tract.*9. *cap.*3. *num.*8. Blanc. *tract. de indiciis*, *num.*188. Fachin. *lib.*9. *controu. cap.*93. *§. ſecundò quia.* Lancellot. *inſtit. iuris canonici*, *tit.*10. *de homic. in gloſſa verb. Induſtriam*, *lit. E.*

Et in præſenti tractatione *occidere ex induſtria* idem eſt, quòd *occidere cum appenſamento*, *ex deliberatione*, *ex præmeditato*, *ex propoſito*, *ſed citra inſidias*; quia ſcilicet deliberatio, propoſitum, & induſtria practicè in occiſione connectuntur etiam extra caſum inſidiarum, & ideo vnum ex prædictis appellat alia, deliberatio ſcilicet appellat propoſitum, propoſitum autem appellat deliberationem, deliberatio, vel propoſitum appellat induſtriam, induſtria verò appellat propoſitum, vel deliberationem, quæ valdè notanda ſunt ad euitandam in intelligenda hac difficillima materia cæſpitationem.

Quare meritò apud Latinos aliquid facere *de induſtria*, nihil eſt aliud, quàm *ex propoſito* facere, *& dedita opera*, vt in caſu noſtræ diſputationis obſeruant Decian. *cit. tract. criminali*, *lib.*6. *cap.*28. *num.* 15. 17

*num.*15. *poſt initium.* Peguera *deciſ.*54. *numero* 1. Fachineus *cit. cap.* 93. *§. ſecundò quia*, ſeu, quod idem eſt, *datâ operâ* facere. Franciſcus Suar. *cit. cap.*11. *num.*13.

Induſtria enim ſecundùm Anonymum apud Campanil. *in diuerſorio Iuris Canonici. Rubr.*11. *cap.*31. *pag. mihi* 648. *col.*1. *§. Induſtria*, & ſecundùm Doctorem Martam *in compilat. totius iuris controuerſi, tomo* 2. *cap.*37. eſt data opera, & propoſitum:

Quæ doctrina non procedit formaliter, cum *propoſitum* & *induſtria* ſint inter ſe omnino diuerſa, & illud ſit à voluntate, hæc verò ab intellectu, ſed bene procedit præſuppoſitiuè; quia induſtria præſupponit propoſitum, à quo imperatur.

In hoc autem ſenſu ego ſemper infra vſurpabo terminum hunc *ex induſtria* abſolutè prolatum, vt idem ſit, quòd *appenſatè*, *ex propoſito*, *ſed citra inſidias*, quæ proteſtatio neceſſaria eſt ad fugiendam æquiuocationem.

18 Ex his colligo primò, quòd ſecundus gradus voluntarij, quem conſidero in homicidio, & qui dicit *fieri ex deliberatione, propoſito, & induſtria, ſed citra inſidias*, ſe ſe compatitur cum hoc, quòd occidens per induſtriam, ſit apertus aggreſſi inimicus, eumque prouocet, vel ita aggrediatur, vt poſſit conari ad fugiendum, vel ad ſe defendendum, vt colligitur ex doctrina Suarij *cit. num.* 13.

19 Nec ſatis intelligo doctrinam Abulenſis, qui videtur ſupponere, quòd occidens alium de induſtria, occidat ſemper incautum, vt notauit Suar. *cit. c.*11. *num.* 13.

Dicit enim Abulenſis apud Peguerам *deciſ.*54. *fol. mihi* 74. *columm.*4. *ſub initium*, & *in alia editione*, *fol.* 63. *columna prima*, & *deciſion.* 58. *numero ſecundo*, quòd per induſtriam occidit quis dupliciter, primò quando intendit occidere, & parat ſe ad occidendum, poſtea verò veniens palam inermem, ſeu armatum, incautum tamen, occidit. Secundò quando ille, qui vult occidere, ſuſcitat verba, vt alius iraſcatur, labaturque in verba contumelioſa, quibus ipſe coloratam præbens occaſionem, eum incautum occidit.

Non intelligo inquam; eo enim ipſo, quòd quis incautus occiditur, iam non occiditur per ſolam induſtriam, ſed per inſidias, vt infra oſtendam.

Induſtria igitur eſt nonnunquam diſtincta ab inſidiis, & poteſt eſſe in non incautum.

Colligo ſecundò, difficilè eſſe id, 20
quod dicit Clar. *cit. §. Homicidium, numero octauo, & in alia editione, numero ſexto, verſ. nam etiam ſi quis*, ſi quis abſque inſidiis, vel induſtria alium præuia animi deliberatione inſultando interfecerit, dici homicidium ex propoſito commiſſum, quæ omnino ſi mutes *vel* in *&*, habet etiam Caball. *cit. tract. numero* 384. quaſi verò poſſit in praxi quis occidere ex propoſito, & non habere aliquam induſtriam circa circumſtantias aggreſſionis conſummandæ citra inſidias, difficilè inquam eſt hoc;

Nam videtur non poſſe concipi caſus, in quo quis ex præmeditato, ex odioſa voluntate, & *à ſangue freddo*, occidat ſine prouidentia modi occidendi, temporis, loci, &c. quod eſt occidere *per induſtriam*.

An autem cum hoc ſecundo gradu ſit coniuncta ratio *proditorij* in homicidio, dicam paulò infrà.

C §. IV.

§. IV.

Hominem diuerſimodè poſſe eſſe impotentem ad ſe defendendum.

SVMMARIVM.

Tertius gradus, qui conſideratur in homicidio., conſiſtit in ratione inſidiarum, *appenſamento, propoſito, atque induſtriæ cum propoſito coniunctæ ſuperadditarum, quæ important plus, quàm ſimpliciter deliberare.*n. 1.

Ad explicandas inſidias, obſeruatur, quòd inuadi quis poteſt taliter, vt inueniatur impotens hîc, & nunc ad ſe defendendum ab aggreſſore. n. 2.

Defendere ſe quid ſit. ibid.

Verbum defendo *eſt Latinè idem, quod* arceo, remoueo, prohibeo acceſſum. ibid.

Defenſio eſt actus virtutis vindicationis. ibid.

Impotentia ad ſe defendendum fundatur aliquando in omnimoda carentia mediorum ſe tenentium ex parte perſonæ inuaſæ, & hoc vel cum cognitione aggreſſionis, ſed non opportuna. n. 3.

Vel cum non cognitione, immo & incapacitate cognoſcendi. n. 4.

Aliquando impotentia prædicta fundatur in mera non cognitione aggreßionis, vnde ſequatur impotentia ad applicanda media alioqui inuaſo ſuppetitura ad ſui tutelam. n. 5.

Quæ non cognitio interdum procedit ex præſenti impedimento potentiæ intellectiuæ. num. 6.

Interdum ex non applicatione eiuſdem potentiæ alioqui expeditæ. n. 7. *quæ non applicatio naſcitur vel ex defectu motiuorum ad cogitandum de aggreſſione, vel ex naturali diſtractione, aut ſtoliditate, vel ex contraria inuincibili credulitate de impoſſibilitate patiendi aggreſſionem, ob adhibitas omnes cautelas.* ibidem.

Vel naſcitur ex apprehenſione, motiuorum inducentium ad diſcredendam futuritionem aggreſſionis, quia nempè aggreſſor affidauit illum per promißionem de non lædendo, vel per ſigna boni affectus accepta vt veracia, vel quia inter ipſos eſt ſpecialis connexitas, cuius poſſunt eſſe varij tituli. ibid.

TERTIVS gradus, quem an- 1
noto in homicidio, cõſiſtit in ratione inſidiarum, appenſamento, propoſito, atque induſtriæ cum propoſito coniunctæ ſuperadditarum, quæ important machinationem, vt dixi, & important plus quàm ſimpliciter deliberare, vt ideo ſit maius delictum homicidij ex inſidiis, quàm ſimpliciter deliberatum, ſeu ex propoſito. Caball. *cit. tract. de omni genere homic. n.* 391.

Vt autem inſidias graphicè expli- 2
cem, aduerto, quòd inuadi ad necem poteſt tali modo, & ſub talibus circumſtantiis aliquis, vt inueniatur impotens hîc, & nunc ad ſe defendendum ab inuaſore.

Defenſio quid?

Eſt verò *defendere* ſe, *propulſare inſtantem, vel iam illatam vim, atque iniuriam.* Caraſa *de duello, tract. 3. ſect. 2. quæſtio* 1. *num.* 1. id eſt, ſi velimus loqui explicatius, *defendere ſe*, eſt vti mediis conducibilibus ad auertendum malum imminens ſibi ab aliquo, quæ media ſunt, vel *propria fuga*, vel *imploratio alieni opportuni adiutorij*, ad inuaſorem aut terrendum, ne proſequatur inuaſionem, aut fugandum, aut etiam occidendum; vel demùm *reſiſtentia*, id eſt obluctatio, opponendo nempè arma armis, conatum, conatui, &c.

Verbum enim *defendo* apud Latinos eſt idem, quòd *arceo, remoueo, prohibeo* acceſſum, iuxta illud Horatianum:

Defendit æſtatem capellis
Vſque meis, pluuioſque ventos.

Vnde melius diceremus: *Defendo mihi mortem*, quàm *me defendo à morte*; ſed vſus obtinuit hoc poſtremum.

Hæc autem defenſio eſt actus ſpecialis virtutis, quæ appellatur *vindicatio.* S.Thom. *2.2.q.108.art.2. in corp.ad finem ex Tullio.*

3 Porrò hæc impotentia ad ſe defendendum, fundatur aliquando in omnimoda carentia mediorum ſe ſe tenentium ex parte perſonæ paſſiuè aggreſſæ ad auertendum malum imminens ex aggreſſione, quæ carentia nonnunquam coniungitur cum actuali intellectione aggreſſionis, & mali imminentis ab illa, ſed ea intellectio fit non opportuno tempore ad vtendum mediis pro auertendo imminenti malo, vt ſi inuadatur ab equite armato inermis, pedes in ſolitario, deſertoque loco, vel à fortiſſimo languidus ſenex, aut æger, aut imbellis fœmina, aut puer, in talibus circumſtantiis, & anguſtiis, vt ſubtrahere ſe nullatenus poſſint, etiamſi inuaſionem præuideant.

4 Nonnunquam verò ea carentia coniungitur cum non intellectione aggreſſionis, immo etiam interdum cum incapacitate intelligendi aggreſſionem ſecundùm præſentem ſtatum paſſiuè aggreſſi, ob impeditam facultatem intellectiuam, vt ſi inuadatur infans, cuius proinde impotentia ad ſe defendendum eſt abſolutiſſima, cum neque greſſum, neque vocem, neque vires, neque rationis vſum habeat ad ſibi conſulendum, & vitandum malum aggreſſionis.

5 Aliquando autem hæc impotentia ad ſe defendendum non fundatur in carentia mediorum ex parte perſonæ paſſiuè aggreſſæ, ad auertendum malum imminens ex aggreſſione, quia poteſt alioqui vel fugere, vel implorare opem, vel obluctari, cum ſit homo celer pede, validus voce, & in loco frequentato, & ſtrenuus manu, ſed fundatur in non intellectione aggreſſionis, quia ſcilicet non intelligit hîc, & nunc aggreſſinem contra ſe exonerari, & poſitâ hac non intellectione, remanet hîc, & nunc impotens ad vtendum mediis, quæ alioqui ſibi ſuppeterent ad arcendum malum aggreſſionis, ob non actuatam, mediante cognitione ipſius aggreſſionis, facultatem vtendi mediis prædictis.

6 Hæc verò aggreſſionis non intellectio procedit interdum ex præſenti impedimento potentiæ intellectiuæ, vt ſi paſſiuè aggreſſus laboret amentia, vel ſit ebrius, vel dormiat.

Interdum procedit ex eo, quòd eadem facultas intellectiua, quæ alioqui eſt expedita ad actum intelligendi, non elicit eundem actum circa aggreſſionem, vel quia deſunt motiua ad cogitandum de aggreſſione, & ad præcauendum, vnde hîc, & nunc non cogitatur, nec præcauetur, cum ſcilicet aggreſſor non ſit inimicus aggreſſi, aut ſi ſit, non agnoſcatur vllo modo talis.

Vel quia, ſi non deſunt quidem ea motiua, & habitualiter cognoſcuntur, non cognoſcuntur tamen actualiter ob naturalem intellectus diſtractionem ad alia obiecta, aut ob ſtoliditatem, & ideo hîc & nunc non cogitatur de aggreſſione, nec præcauetur.

Vel quia, ſi aggreſſor agnoſcatur etiam actualiter, vt alioqui paratus ad nocendum aggreſſo, creditur tamen hîc, & nunc ineptus ad nocendum effectiuè, eo quòd eius technæ putentur ſufficienter humano modo eluſæ per exquiſitam paſſiuè aggreſſi cuſtodiam ſuimet, & circumſpectionem ad omnes periculi vmbras.

Vel quia adſunt motiua ad non cogitandum de aggreſſione, & non præcauendum, & de facto hîc, & nunc non cogitatur, nec præcauetur, cum

aggreſſus reperiatur affidatus de aggreſſore, & ſibi perſuadeat, & omninò ſperet, non eſſe euenturam aggreſſionem, eo quòd aggreſſor aut promiſerit ſe non illaturum moleſtiam ipſi aggreſſo, aut eidem exhibuerit ſigna boni affectus, ab ipſo aggreſſo acceptata, vt veracia, aut habeat cum eodem aggreſſo peculiarem connexitatem, quæ ſundetur in titulo, vel parentelæ, vel coniugij, vel famulatus, vel ſocietatis, vel rei ſimilis de ſe ſufficientis ad affidandum ipſum aggreſſum de aggreſſore, & ad generandam in eo impræcautionem, atque intimiditatem de eodem, qua ſtante, aggreſſus remanet impotens hîc, & nunc ad ſe defendendum ab aggreſſore, perinde ac ſi foret ſtipes, & eadem impræcautione, & intimiditate remota per aggreſſionis opportunam intellectionem, eſſet omnino potens ad ſui tutelam.

Hæc velim notari attentè à meo Lectore; quia miram affundunt lucem ad ſolutionem huiuſce de proditorio difficultatis, de qua diſceptamus, cum prima proditorij radix, vt infra dicam, in hac ad ſe defendendum impotentia conſiſtat.

Iam verò deuenio ad deſcriptionem inſidiarum, quæ ſine hac prænotione afferri congruè non poterat.

---

§. V.

Inſidiæ quid?

SVMMARIVM.

Variæ definitiones inſidiarum aſſeruntur. num. 1.

Sed impugnantur vt illegitimæ. num. 1. 2. 3. & 4.

Nauarrus voluiſſet videre definitionem occaſionis proximæ traditam ab alio, ob difficultatem rectè definiendi, & idem vellet auctor circa definitionem inſidiarum. n. 5.

Inſidiarum deſcriptio ex ſententia auctoris. ibid.

Quæ deſcriptio pertinet ad inſidias acceptas in ordine intentionis. n. 6.

Induſtria conſtans ex duobus actibus intellectus concurrit partialiter ad conſtituendas inſidias in prædicto ordine. ibid. *& quo modo deſcribatur à S. Thoma.* ibidem, *& pertinet ad aſtutiam.* ibidem.

Electio includitur in inſidiis, & quid illa ſit, & quod obiectum habeat. ibid.

Ratio inſidiarum conſiſtit in quadam doloſa machinatione. ibid.

Machinatio ſonat in malum, & includit actus intellectus, & voluntatis. ibid.

Machinatio, ſecundùm ordinem executionis, dicitur fieri arte verborum, & fit ex præmeditata aliqua inuentione, & techna. ibid.

Doctrina Anonymi circa ſubſtantiam inſidiarum bona eſſet, niſi ad proditionem requireret vſum amicitiæ tanquam neceſſarium, & niſi nimis indiſtinctè proponeretur. ibid.

Inſidiarum deſcriptio in ordine executionis. num. 7.

Inſidiæ in ordine prædicto includunt imperium, *&* vſum paſſiuum, *& quid ſint hi duo actus.* ibid. *& quo modo appellentur à S. Thoma.* ibid. *& quid importet dolus.* ibid.

Imperium, & vſus paſſiuus ſunt duo primi actus ex quatuor pertinentibus ad ordinem executionis. ibid.

Prout aggreſſio fit cum habitudine ad modos, & media, & circumſtantias, de quibus in deſcriptione inſidiarum, dicitur fieri ex inſidiis: prout verò terminatur in re ipſa ad impotentem ad ſe tuendum hîc, & nunc, dicitur fieri proditoriè. num. 8.

Inſidiarum frequentiorum natura, eſt clàm parare malum incauto. n. 9.

Exemplum primum inſidiarum. Si diſponas expectare alium in loco, in quo præuideri non potes, vt occidas, & de facto expectes.

pectes. num.10. *vel in quo præuideri potes quidem, ſed non reputari aggreſſor.* ibid.

Expectatio in loco denominatur inſidiæ *ab inibi inſidendo.* n.11.

Inſidiæ ſub hac forma ſtructæ ſunt doloſa expectatio ad aggrediendum aliquem. ibid.

Vox hæc inſidiæ *translata eſt ex accommodatione vſus ad doloſas machinationes non includentes occupationem loci.* ibid.

Exemplum ſecundum inſidiarum. Si diſponas, multis conuocatis hominibus, expectare inſcium, & ignorantem, & de facto expectes. n.12.

Exemplum tertium. Si diſponas te collocare à tergo, & tacitè occidere, & de facto te colloces. num.13.

Idem ſi diſponas occidere non videntem ſiue de die, ſiue de nocte, & de facto occidas. ibid.

Exemplum quartum. Si diſponas mutare habitum, vel vti figmento ad aggrediendum, & de facto mutes, & vtaris. num.14.

Exemplum quintum. Si diſponas ſtatuere te facie ad faciem, vt aggrediaris ita improuiſè, & citò, vt alter non poſſit humanibus præcauere, & de facto te ſtatuas. num.15.

Exemplum ſextum. Si diſponas aggredi amentem, ebrium, dormientem, & de facto aggrediaris. num.16. *vel non aduertentem ad aggreſſionem ſiue ex defectu motiui inducentis ad aduertendum, ſiue ob ignorantiam motiui exiſtentis, ſiue ob naturalem intellectus diſtractionem, ſiue ob perſuaſionem tenacem de non futuritione aggreſſionis, ob inſignem adhibitam cautelam, ſiue ob incognoſcibilitatem medij ad occidendum, v. g. veneni.* num.17.

Exemplum ſeptimum. Si diſponas aggredi, quem aduertis in præſentibus circumſtantiis omnino impotentem ad fugam, ad opis petitionem, ad reſiſtentiam, & de facto aggrediaris. num.18.

Exemplum octauum. Si diſponas aggredi, & de facto aggrediaris eum, quem cognoſcis affidatum de te ob promiſſionem de non lædendo ſibi factam ab initio ſincerè, ſed poſtea interius retractatam. num.19.

Item ſi diſponas affidare, & de facto affides per promiſſionem fictam ex parte tua, ſed ab alio acceptatam vt veram. ibid.

Exemplum nonum. Si diſponas aggredi, quem tu affidare vis, dicendo ei falſa verba, & de facto affides. n.20.

Inſidiæ item ſunt, ſi diſponas aggredi quem vides fidentem tibi ob exhibita ſibi à te falſa amicitiæ ſigna, itemque fidentem ob exhibita ſigna amicitiæ ab initio vera, & poſtea ſolùm interius à te retractata, ac proinde ab eo credita adhuc durare, & de facto aggrediaris. num. 21.

Exemplum decimum. Si diſponas aggredi fidentem tibi ob apprehenſam connexitatem, quæ inter illum, & te intercedit, & de facto aggrediaris. num.22.

Vniuerſaliter diceris occidere per inſidias, quocumque modo interficias hominem nihil tale præcauentem. n.23.

Prædictis, quæ allata ſunt ad exemplum adaptatur deſcriptio inſidiarum ſupra tradita. n.24.

Deſcriptio inſidiarum ſecundùm ordinem intentionis tradita per S. Thomam. ibid.

INSIDIAS, in quarum vſu fœminæ præcellunt viris. Vulpell. *tract. de pace, quæſt.*14. *num.*6. ex Ariſtotele, quippè ſunt fraudulentæ, ſeu fraudis, capaces magis, quàm viri. Lancellot. Gallia *comment. in conſuet. Alexandr. in verb. vxori, q.*4. *n.*72. definit Peguera *deciſ.*54. *n.*2. & ex eo Marta *in compilatione totius iuris controuerſi tomo* 2. *in verb. homicidium. cap.*37. quòd dicantur *technæ, & machinationes, ac veluti laquei quidam latentes.* 1

Item ex Bartolo, & aliis apud eundem Pegueram *loc. cit.* definiuntur, vt dicantur, *quando vnum verbis, vel actu oſtenditur, & aliud mente geritur.*

Eas verò definit Sarpus apud Dian. *6 parte, tract. 1. de immun. Eccleſ. reſol. 12.* vt ſint *quæcumque artes, quibus hominem ita aggredimur, vt incautus, & incogitans opprimatur, ſuiquemet defendendi ratio quomodolibet impediatur*, per quam vltimam clauſulam definit inſidias etiam Marius Cutelius *Cod. legum ſicularum. Ad leges Martini R. S. tert. concord. num. 3. pag. mihi* 503. dicens: *Ex propoſito, ac per inſidias, quod tunc euenit, quando quoquo modo defenſionis facultas præripitur.*

2 Verùm prima definitio cum ſit obſcuriſſima, & maximè generica, non meretur nomen definitionis, quæ ex Philoſopho dicitur *oratio explicans, quod quid erat eſſe rei,* id eſt conuertibilis propoſitio, ſubſtantiam, ac propriam rei qualitatem complectens. Nicol. Moron. *tract. de fide, treuga, & pace, quæſt. 6. num. 2.* qui *ibid.* benè aduertit difficilè, ac periculoſum eſſe veram dari definitionem, ſicut & Maſcard. *de probat. q. 2. num. 5.* & paſſim alij.

Non explicat autem ea definitio ſubſtantiam, & qualitatem inſidiarum ad rem noſtram, quod tamen explicare debebat Peguera, cum ageret de inſidiis in ordine ad homicidium proditorium, quod ab iiſdem maximam habet dependentiam, vt videbimus.

3 Secunda verò definitio non adæquat totum definitum; nam, vltra caſum oſtendendi vnum verbis, vel actu, & aliud mente gerendi, datur ratio inſidiarum in multis aliis caſibus.

Præterquam quòd non indicat quidditatem rei definitæ ad caſum noſtrum, immò applicabilis eſt ad aliquid non merens nomen inſidiarum, vt v.g. ſi pater amet in animo filium, & in verbis oſtendat odium ſerium in eum, certè non inſidiatur.

4 Tertia autem habet aliquid boni:

Sed primò neque ipſa adæquat totum definitum, cum ſe reſtringat ad communiorem caſum illius, qui opprimitur incautus, & incogitans, & tamen dentur inſidiæ etiam in eum, qui non ſolùm non cauet, nec cogitat, ſed ratione præſentis ſuæ conditionis, eſt incapax cauendi, & cogitandi; itemque in eum, qui quamuis caueat pro viribus, & cogitet, aggreſſori tamen non poteſt reſiſtere, nec fugere hìc, & nunc, neque inuocare opem alienam.

Secundò dum addit eadem definitio: *Suimet defendendi ratio quomodolibet impediatur:* eſt obſcura locutio, neque enim cognoſcitur, an impedimenrum hoc proueniat ex deceptione aggreſſoris, an ex modo aggreſſionis, an verò in aggreſſo præexiſtat ex aliquo alio capite.

Oportebat verò tradere definitionem, vel deſcriptionem ſub forma indicante id, quod omnibus inſidiis conuenit in ordine ad necem proditoriam, de qua agebatur, & eſt primum in re ipſa, ſi tamen ad hoc primum in his obſcuris rebus perueniri poteſt per noſtrum intellectum hebetem.

Sicut autem Doctiſſimus Nauarrus 5
in manuali cap. 3. num. 10. inquirens, quænam ſint occaſiones propinquæ, dixit: *Mallem audire alium optimè reſpondentem, quàm reſpondere, quia nemo, quem viderim, id pro dignitate definit, & ſufficiens eius determinatio eſt difficilis:*

Ita & ego idem ingenuè dico de inſidiis.

Nihilominùs, re attentè perpenſa, dico, quòd deſcribi poſſunt inſidiæ in propoſito noſtro, vt ſint *ordinatio, ſeu diſpoſitio aggreſſionis ſub talibus circumſtantiis, modis, & mediis, vt in ipſa aggreſſione, aggreſſus* (intellige paſſiuè) *inueniatur impotens hìc & nunc ad ſe tuendum ab aggreſſore.*

Inſidiæ

Digitized by Google

Inſidia ſecundùm ordinem intentionis.

6 Quæ deſcriptio pertinet ad inſidias acceptas in ordine intentionis in quo illa diſpoſitio, & ordinatio dicit actum intellectus, quo conſulitur de mediis opportunis, itemque dicit alium actum intellectus, quo iudicatur de dependentia illius impotentiæ à talibus modis, mediis, circumſtantiis, & de conuenientia eligendi eos modos, ea media, eas circumſtantias, ſuppoſita intentione efficaci finis.

Hi autem duo actus intellectus, conſilium ſcilicet de mediis, & iudicium de medio eligendo, ſunt formaliter ipſa *induſtria*, quæ concurrit partialiter ad conſtituendas inſidias in prædicto ordine intentionis, & appellatur à S. Thoma 2. 2. *quæſt.* 55. *art.* 4. *in corpore. Excogitatio viarum non verarum, ſed ſimulatarum, & apparentium ad proſequendum finem malum, & propriè pertinet ad aſtutiam, ſicut excogitatio rectarum viarum ad debitum finem, pertinet ad prudentiam.* Ita S. Thomas, expreſsè agnoſcens in hoc caſu ordinem intentionis, de quo agimus.

Inſuper ea diſpoſitio, & ordinatio dicit actum voluntatis, nimirum electionem, quæ importat collationem quandam præcedentem, non quòd eſſentialiter ſit ipſa collatio. S. Thomas 1. 2. *quæſt.* 13. *art.* 1. *ad* 1. eſt enim præacceptio vnius reſpectu alterius. S. Thom. *ibid. art.* 2. *in corp.* electionem inquam præconſultati medij, quod in caſu noſtro conſiſtit in illis modis aggrediendi, in illis mediis, in illis circumſtantiis; & per hanc electionem acceptam ſimul cum induſtria completur ratio *inſidiarum*, quæ vt conſideranti patet, conſiſtit in quadam arcana, & doloſa machinatione, quæ ſtrictè accepta, & propriè ſonat in malum, eſt enim malum, ſeu iniqua excogitatio contra aliquem. vt obſeruat S. Antonin. *in ſumma* [illegible] *tit.* 1. *cap.* 22. *de proditione*, §. 8. *verſ. ſciendum primum eſt.* nec ſolùm excogitatio, ſed etiam volitio, cum machinatio includat ſimul actus tum intellectus, tum voluntatis, id quod fortaſsè voluit citatus Peguera *num.* 2. dum inſidias aſſeruit eſſe technas, & machinationes, ac veluti laqueos quoſdam latentes, & ordinari ad fallendos homines, ex Turrecremata, & *num.* 6. inſidias doloſam operam, aut doloſam induſtriam ſignificare.

Quæ quidem machinationes, ſi conſiderētur ſecundùm ordinem executionis, dicuntur fieri arte verborum à Bertazzolo *conſ.* 76. *num.* 11. *lib.* 1. vbi *n.* 19. quòd verbum *machinari* in malam partem in iure accipi ſolet, vt Iureconſult. *in l.* 1. §. 1. *in princ. & in fin. ff. de dolo malo*, definiendo dolum ſecundùm Seruium, & ſecundùm Labeonem, vt dolus malus ſit omnis calliditas, fallacia, *machinatio* ad circumueniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibita: quæ quidem machinatio fit (intellige ſecundùm prædictum ordinem executionis) ex præmeditata aliqua inuentione, & techna. Claud. Bertazzol. *in addit. ad conſ.* 76. *lit. A. Bartholomæi patris*, vbi *lit. C.* quòd *dolus*, & *machina* idem eſt, quod etiam vult Caballin. *in Conſtit. Ægidian. lib.* 6. *Gloſſ. cap.* 25 *num.* 1. vbi quod nihil aliud ſit *dolus*, quàm *machinatio ad alterum fallendum adhibita*: & Ioannes Boniface *lib de furtis*, §. 7. *corporalis, numero* 55. vbi quòd *dolus* eſt *ſtudioſa machinatio quadam, alterius decipiendi cauſa, cum aliud agitur, aliud ſimulatur*: & rurſum idem Bartholomæus Bertazzol. *conſ.* 374. *num.* 2. *lib.* 2. vbi quòd *machinatio* ex præcognita aliqua inuentione, manuque, & arte conficitur.

Et Anonymus apud Campanil. *pag.* 647. *col.* 2. §. *Vel etiam dici poteſt.* dixit, ſubſtantiam induſtriæ, & inſidiarum conſiſtere in diligenti, & cauta obſeruatione. Quamquam debuiſſet hic Auctor apponere aliquid indicans electio

electionem medij cautè obſeruati. Melius autem *pag.648. col.1. §. Induſtria*, ſe explicat circa naturam inſidiarum, quatenus dicit, quòd inſidiæ ſunt *doloſa, ac diligens obſeruatio ad nocendum*: & paulò infrà ſubdit: *Molitur damnum quis in aliquem: vtitur dolo, machinatione, diligentia: obſeruat loca, tempora, occaſionem, inſectatur veſtigia, quærit opportunitatem: non tamen ad extremum vſque nequitiæ gradum progreditur, vt dum lædere intendit, accipiat pro medio, & inſtrumento, amicitiam, fidem, &c. hic inſidioſus tantùm eſt, nondum proditor: cum verò accipit pro medio, & inſtrumento amicitiam, iam progreſſus eſt ad eum gradum: iam etiam proditor factus eſt.* Ita Anonymus.

Cui Auctori non conſentio, quatenus ad proditionem requirit vſum amicitiæ, & infra meum non conſenſum paſſim, & præcipuè *in §.16.* iuſtificabo ex profeſſo.

Quæ autem dicit de inſidiis, approbo; ſed velim, vt diſtinctius proponerentur, aſſignando actibus concurrentibus ad conſtituendas inſidias, ordinem ſibi competentem vel intentionis, vel executionis, ſine qua aſſignatione, doctrina quantumuis bona ſit, non poteſt tamen non eſſe confuſa, & intellectu difficilis.

Inſidiæ ſecundùm ordinem executionis.

7 In quantum verò inſidiæ pertinent ad ordinem executionis, deſcribi poſſunt, vt ſint *executio ordinatorum, id eſt iudicatorum, & electorum in ordine intentionis, ad aggrediendum hominem impotentem ad ſe hîc, & nunc defendendum ab aggreſſore.*

Hæc autem executio dicit actum voluntatis, id eſt *imperium*, quod eſt idem, ac voluntas quærendi illos modos, adhibendi illa media, conſummandi aggreſſionem ſub illis circumſtantiis.

Dicit præterea illa executio *vſum paſſiuum*, id eſt operationem potentiæ exequentis, quam operationem S. Thomas *1.2. quæſt.55. art.4. in corpore*, appellat *viarum non verarum, ſed ſimulatarum, & apparentium aſſumptionem ſecundùm executionem operis*, quam aſſumptionem dicit pertinere ad dolum, & ideo dolum importare quandam executionem aſtutiæ, quam aſtutiæ executionem tribuit etiam fraudi *art.5. in corpore.* vbi quòd dolus pertinet vniuerſaliter ad executionem aſtutiæ, ſiue fiat per verba, ſiue per facta: fraus autem magis propriè pertinet ad executionem aſtutiæ, ſecundùm quòd fit per facta. Ita S. Doctor.

Tam autem *imperium* prædictum, quàm *vſus paſſiuus* ſunt duo primi actus ex quatuor pertinentibus ad ordinem executionis, iuxta tradita per citatum Leſſium *in prælectionibus poſthumis, in 1. 2. S.Thomæ, quæſt.17. art.9. de actibus humanis pag.90. & 91. n.30.*

Provt ergo aggreſſio fit cum habitudine ad tales modos, talia media, tales circumſtantias, ſecundùm quòd illos, illa, & illas aggreſſor ſecum præconſultauit, & inter cætera omnia prælegit ad intentum ſuum, dicitur fieri *ex inſidiis*, & eſſe *inſidioſa*. 8

Provt verò terminatur actu, & in reipſa ad impotentem ad ſe hîc, & nunc tuendum, dicitur fieri *proditoriè*, vt melius patebit deinceps ex dicendis circa hanc nimis implexam materiam.

Ex his colligas, quòd loquendo de inſidiis frequentioribus, earum natura, & intrinſeca ratio eſt, clam parare alicui opportunitatem ad malum, illique clam ipſo, id eſt eo non aduertente, malum inferre: quòd ſi hoc malum ſit mors, eſt clam moliri illi mortem, per occultas nempè diſpoſitas inſidias. Ita Gambacurta *lib.5. cap.28. num.7.* cui conſonat doctrina tradita per Sarpum paulò ante citatum, & per Vincent. Tancredi *tomo de relig. tract.1. lib.4. diſp.6. quæſt.2. num.7. verſ.* 9

verſ. & inſidiæ, incautum hominem aggrediendi.

10 Declaro inſidias ad rem noſtram, afferendo exempla ex Doctoribus.

Exempla inſidiarum.

Inſidiæ ſunt primò. Si diſponas expectare alium in loco, in quo præuideri ab eo veriſimiliter non potes, animo eum occidendi, & de facto expectes. Decian. *cit. tract. crimin. lib. 6. cap. 28. n. 15. fol. 56. col. 3. ad medium.* Peguera *deciſ.* 54. *num. 2. & num.* 10. *§. & primò.* Gabriel de Bellis *in ſuo poſthumo tract. 3. de ſicariis, & veneficis, cap. 3. num.* 17. vbi optimè vult, inſidias reſpicere incautum. Giurb. *conſ. crimin. 2. num.* 25. verbi gratia in deſerto, & inſueto loco. Maſcard. *de probat. concluſ.* 98. *num.* 13. Caball. *cit. tract. de omni genere homicid. num.* 393. vel in domo, vt ſclopetum explodas ex feneſtra in prætereuntem. Marius Cutelius *cit. num. 3. pag. mihi* 503. Ambroſin. *cit. tract. de immun. cap. 6. num.* 5. Thom. del Bene *cit. parte 2. de immun. & iuriſd. Eccleſ. c. 16. dub. 10. ſect. 2. num.* 8. Farinac. *conſ.* 76. *num.* 7. Sebaſtian. Guazzin. *defenſ. 1. c.* 38. *num.* 41. Fagundez *in quintum Decal. præcept. cap. 1. num.* 18. vel in horto propè Sepem Ciarlin. *controuerſ. forenſ. lib. 1. cap. 12. in narratione caſus*, vel in loco, in quo præuideri poteras quidem, ſed non reputari aggreſſor, vt verbi gratia in inſigni loco, vt in prætorio, vel in templo. Caſon. *tract. de indiciis 4. fol. 35. num.* 3. Maſcard. & Caball. *locis proximè citatis.* Et denominatur *homicidium ex inſidiis*, ſi eum ſic expectatum ex improuiſo venientem aggrediaris, & occidas. Clarus *§. Homicidium, num. 7. verſ. ex inſidiis.* Molina Theolog. *de iuſt. tract. 3. diſput.* 23. *num.* 4. Caball. *cit. tract. num.* 389. Menoch. *de arbitrar. Iudic. caſu* 361. *num.* 27. Farin. *quæſt.* 126. *num.* 15. Marta *in compilat. totius iuris controuerſi, tom. 2. in verb. Homicidium, cap.* 37. Lælius de Zanchis *de priuil. Eccleſ. priuilegio* 144. *n.* 3.

11 Et quia expectando in loco illo, inſides, ideo illa expectatio ab inſidendo appellata eſt nomine *inſidiarum*. Decian. *cit. num. 15. fol. 56. col. 1. poſt medium.* Peguera *deciſione* 54. *numero* 2. Marta *cit. cap.* 37. quod intellige non ſub quacumque ſignificatione, ſed qua *inſidere* eſt locum occupare ad doloſè interficiendum tranſeuntes. Gambacurta *cit. lib. 5. c. 29. n. 2.*

Vnde inſidiæ ſub hac forma ſtructæ ſunt doloſa expectatio ad aggrediendum aliquem. Peguera *cit. deciſ. 54. n. 2.* Gambacurta *cit. cap. 29. num. 2.* Anonymus doctiſſimus in allegatione apud Campanilem *in diuerſorio iuris canonici Rubrica* 11. *cap.* 31. *pag.* 648. *col.* 1. quæ doloſa expectatio non eſt, niſi clam, & latenter fiat, vt incautum, & improuiſum aggrediaris, aggrediendo de latibulis ad nocendum, vel in palam educens arma latentia, vel ſocios. Ita Gambac. *loc. proximè citato.*

Eſt autem translatum vocabulum *inſidiarum* ex accommodatione vſus, etiam ad doloſas machinationes non includentes occupationem loci, de quibus infra deinceps.

12 Secundò inſidiæ ſunt, ſi diſponas, multis conuocatis hominibus, expectare inſcium, & ignorantem, quem occidere intendis, & de facto expectes. Decian. *cit. lib. cap. 28. num. 15. colum. 1. ad medium, verſ. Expectando eum.* Peguera *cit. deciſ. 54. num. 10. verſ. Et primò.* Marta *cit. c. 37.* quod dictum videtur coincidere cum allato proximè dicto Gambacurtæ de eductione ſociorum.

13 Tertiò ſi diſponas te collocare à tergo ad aggrediendum, nullo dicto verbo, ſeu tacitè, illum, quem occidere intendis, & de facto te colloces. Vnde homicidium à tergo commiſſum, nullo dicto verbo, dicitur *ex inſidiis.* Marius Cutell. *cit. num. 3. pag. 503.* Menoch. *cit. caſu 361. num. 27.* Maſcard. *concluſ.* 98. *num.* 18. Franciſcus Suarez *cit. lib. 3. de reuer. deb. locis ſacris, cap. 11. num. 12.* Cabal.

cit. tractat. de omni genere homic. num. 389. Peguera *deciſ.* 58. *nu* 2. *verſ. Tertiò.* Thom. Sanchez *conſilior. tom.* 2. *lib.* 6 *cap.* 1. *dub.* 8. *num.* 26. Layman. *cit. lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 3. *num.* 8. Beoleus, & alij duo doctiſſimi apud Farinacium *conſ.* 168. *num.* 71. Diana *part.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 12. Mallet. *in auro Theol. Moral. malleat.* 35. *bractea* 11. Baſſæ. *in Flor. Theol. verb. Immunitas, num.* 10. Thom. del Bene *cit. part.* 2. *de immun. & iuriſd. Eccleſ. capite* 16. *dub.* 20. *ſect.* 2. *num.* 8.

Atque hoc idem dicendum eſt, ſi diſponas occidere non videntem ſiue de die, verbi gratia cæcum, ſiue de nocte, & de facto occidas. Peguera *deciſ.* 58. *n.* 2. *verſ. Primò qui hominem*; perinde enim eſt, ac ſi à tergo.

14 Quartò ſi diſponas mutare habitum, vel vti aliquo figmento, verbi gratia larua ad alium inconſideratè pertranſeuntem aggrediendum, & de facto mutes, & vraris. Menoch. *cit. caſu* 361. *numero* 28. Caball. *ſuprà, numero* 392. Beol. & alij duo *cit. conſ.* 168. *num.* 71. Farinac. *in praxi, quæſtione* 126. *num.* 15.

15 Quintò ſi diſponas ſtatuere te facie ad faciem, vt aggrediaris ita improuiſè, & citò, vt aggreſſus non poſſit humanitus cauere, & ſe defendere (de qua re infra) & de facto te ſtatuas, & aggrediaris;

Tantumdem enim eſt ex facie repentè hominem inuadere inaduertentem, & imparatum ad ſe defendendum, ita vt, antequam aduertat quid agere debeat, ſentiat ſe percuſſum, quantum inuadere à tergo. Gambacurt. *lib.* 5. *c.* 28. *num.* 4.

16 Sextò ſi diſponas aggredi amentem, vel ebrium, qui æquiparatur furioſo. Ricc. *parte* 6. *fol. mihi* 404. *n.* 11. Item ſi diſponas aggredi dormientem, qui etiam æquiparatur furioſo. Caball. *ſuprà, numero* 182. & de facto aggrediaris;

Hi enim omnes, ſecundùm præſentem ſtatum, ſunt incapaces aduertendi ad aggreſſionem, quæ contra ipſos fiat, ac proinde impotentes ad ſe defendendum ab aggreſſore.

Occidentem autem eum, qui dormit, occidere ex inſidiis, docent Thom. del Bene *cit. dub.* 20. *ſect.* 2. *num.* 8. Dian. *cit. part.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 12. Baſſæus *cit. n.* 10. & alij.

Idem dicito de ordinatione, & executione aggreſſionis in vigilem, & compotem rationis, ſed non aduertentem ad aggreſſionem, vel ob carentiam motiui inducentis ad aduertendum, vel ob ignorantiam motiui de facto exiſtentis, vel ob naturalem intellectus diſtractionem ad alia, vel ob perſuaſionem renacem, quam aggrediendus habet de impoſſibilitate reportandi offenſionem, ratione inſignis à ſe adhibitæ cautelæ contra technas inimici ſui, vel ob incognoſcibilitatem medij, quo vteris ad eum occidendum, vt ſi venenum adhibeas, cuius vſum appellant nomine *inſidiarum* Thom. del Bene *cit. dub.* 20. *ſect.* 2. *num.* 8. Ioan. Aloyſ. Catalan. *tract. crimin. amneſtiæ, abolitionis, & indultus, cap.* 37. *num.* 9. Gabriel de Bellis *in ſuo poſthumo tract.* 3. *de ſicar. & veneſ. cap.* 3. §. 3. *num.* 8. Decian. *tractat. crimin. lib.* 9. *cap.* 21. *num.* 1. Diana *cit. reſol.* 12. Thom. Sanchez, *de matrim. lib.* 10. *diſp.* 18. *ſed per typi errorem in meo lib.* 28. *num.* 6. Ricc. *deciſ.* 262. *num.* 5. *part.* 3. Gigas *tractat. de crimin. læſæ maieſt. lib.* 1. *Qualiter, & à quibus, &c. quæſt.* 10. *num.* 24. Molin. Theolog. *cit. tract.* 3. *de iuſt. diſp.* 24. *n.* 1. Franciſc. Suar. *cit. lib.* 3. *de reuer. deb. locis ſacris, cap.* 11. *num.* 12. Caball. *cit. tract. de omni genere homicid. num.* 551. Sarpus apud Dianam *loc. cit.* & colligitur *ex l.* 1. §. *occiſorum, ff. ad Syllan. ibi: Cæterùm quid potuerunt facere* (ſerui ſcilicet) *aduerſus eos, qui veneno, vel aliquo alio modo inſidiantur.* 17

Septimò ſi diſponas aggredi, quem aduertis eſſe in talibus circumſtantiis, vt nec fugere, nec petere opem, nec reſi- 18

ſtere

tere poſſit ob ſexum, ætatem, morbum, &c. & de facto aggrediaris.

Sic vulnerari per inſidias dicitur, qui vulneratur inermis, aut iacens. Marius Cutel. *cit.n.3.pag.503*.

19 Octauò ſi diſponas aggredi, & de facto aggrediaris eum, quem cognoſcis affidatum de te, ob promiſſionem de non lædendo illo factam ſibi à te à principio verè, ſed ſubinde interius retractatam per mutatum propoſitum ſine externa declaratione, vel diſponas affidare, & de facto affides per promiſſionem fictam ex parte tua, ſed ab eo acceptatam vt veram, qui propterea in vtroque caſu æquè affidatus non præcauet, atque impotens eſt ad ſe tuendum.

Vnde id, quod S. Antonin. 2. *parte, titulo* 2. *cap*.1. *de reſtitutionibus*, §.14. *verſ. Quintus eſt*. Menoch. *cit. caſu* 361. *num*.28. Caball.*cit.tract. num*.392. Farin. *in praxi, quæſt*.126. *num*.15. dicunt: *Promiſſa non ſeruando parantur inſidiæ*: intelligi debet, vt pares inſidias, ſi diſponas aggredi perfidè illum, qui ſub facta ſibi promiſſione de non lædendo, non præcauet; quando enim de facto aggrederis, & promiſſionem non ſeruas, tunc non paras inſidias, ſed in re ipſa exequeris paratas in animo tuo ſecundùm ordinem intentionis.

Harum inſidiarum exempla habes in Dauid erga Vriam, & in Abſalon erga Amon, vt notauit Peguera *deciſ*.54. *num*.3.

20 Nonò ſi diſponas aggredi, quem tu vis affidare, dicendo ei falſa verba, & de facto affides; falſum enim dicendo, parantur inſidiæ. Menoch. *cit. caſu* 361. *num*.28. Caball. *cit. num*.392. Maſcard. *concluſ*.98. *num*.18. Farinac. *cit. quæſt*.126. *num*.15. Graff.*deciſ.aur.parte* 2. *lib*.2. *c*.19. *num*.4. Ricc. *cit. deciſ*.262. *num*.5. Angelus Vancius *in diſciplina Clericorum, lib*.4. *titulo de homicidio, pag. mihi* 364. quæ falſi dictio in caſu noſtro debet ordinari ad affidandum, & reddendum audientem incautum atque impotentem ad ſe tuendum à deceptore.

Falſum inquam dicendo, parantur inſidiæ, ſeu, quod idem eſt, vnum verbis, vel actu oſtendendo, & aliud in mente gerendo. Peguera *deciſ*.54.*n*.2. *ad finem*. Gutier. *pract. quæſt. lib*.1. *quæſt*.2. *num*.9. Alexand.*conſ*.145.*num*.5.*lib*.7. Millæus *in praxi criminis perſequendi, fol. mihi* 62. *num*.12. ſeu, quod idem eſt, ſimulatione vtendo. Decian. *cit.tract.crimin. lib*.7. *cap*.29. *num*.24. Caſtil. *deciſ*.156. *num*.44. Alex.Ambroſ.*cit.tract.de immun. cap*.6. *num*.4. ſeu, quod idem eſt, ſub colore amicitiæ. Thom.del Bene *cit.part*.2. *de immun. & iuriſdict. Eccleſ. cap*.16. *dub*.20. *ſect*.2. *num*.8. Gambacurt. *lib*.5. *cap*.29. *num*.2. ſeu, quod in idem recidit, vtendo diſſimulatione odij, & oſtenſione amicitiæ. Doctores apud Beoleum, *cit.conſ*.168. *num*.71. quarum inſidiarum exemplum habes apud Vulpel. *reſp*.128. *num*.9.

Atque his inſidiis nullæ ſunt occultiores. Cicero *in Verrem. orat*.6. ſuntque omnium grauiſſimæ. Gambac.*lib*.2. §.6. *in Gloſſa*.

21 Sicut autem inſidiæ, ſunt, ſi diſponas aggredi, & aggrediaris, quem vides fidentem tibi, ob exhibita ſibi à te falſa amicitiæ ſigna, vnde agis per inſidias, ſi loquens pacificè, alterum ſecretè occidas. Abulenſ. apud Pegueram *deciſ*.54. *fol. mihi* 74. *col*.3. *ad finem*, & ipſe Peguera *deciſ*.58. *num*.2. *verſ. ſecundò qui*: Item ſi pacis, & ſecuritatis dato ſigno, verbi gratia ſedentem tecum in menſa, vel ſocium itineris tecum ſecurè incedentem interimas. Franciſcus Suarez, *cit. lib*.3. *de reuer. deb. locis ſacris*, *cap*.11. *num*.12.

Ita idem dicendum eſt, ſi aggredi pares, & aggrediaris fidentē tibi ob exhibita ſigna amicitiæ ab initio veræ, quæ tamen poſtmodùm deſierit ob mutatū interius animum, ſed alteri non declaratum, qui propterea erga te fiduciā conſeruat, & non præcauet, ratus in te nihil

mutationis accidiſſe, vt ſupra dicebamus de aſſecurato per promiſſionem.

22 Decimò, ſi diſponas aggredi fidentem tibi ob apprehenſam connexitatem, quam habet tecum, ideoque non præcauentem, & impotentem hîc, & nunc ad ſe tuendum à te, & de facto aggrediaris.

23 Vltimò demum vniuerſaliter diceris occidere per inſidias, quocunque modo interficias hominem nihil tale præcauentem, ſeu ſi dolosè circumuenias aliquem, & callidè ſeducas, vt eum occidas. Gloſſ. *in cap. Clericus, diſt.46.* quam citat, & ſequitur Suarez, *cit. capite* 11. *num.* 12.

24 His omnibus, quæ adducta ſunt ad merum exemplum, quod non arctat regulam, & ſimilibus adaptatur deſcriptio inſidiarum à me tradita:

Nam in prædictis tu ordinas, & diſponis, & exequeris aggreſſionem vel ſub circumſtantia loci occulti, vel aliàs commodi ad aggrediendum incautum, vel ſub modo aggrediendi cum ſociis ignorantem, & non valentem ſibi comparare opitulatores, vel cum ſilentio à tergo, vel in tenebris, vel etiam de die non videntem, vel mutato habitu, vel adhibito figmento, vel facie ad faciem celerrimè, & inaduertibiliter ex parte aggreſſi, ità vt aggreſſorem declinare non poſſit, vel ſub circumſtantia impedimenti facultatis intellectiuæ in aggreſſo, vel inaduertentiæ ad aggreſſionem, vel perſuaſionis de impoſſibilitate aggrediendi, vel incognoſcibilitatis medij ad occidendum, vel carentiæ facultatis ad reſiſtendum, aut aliàs ſubtrahendum ſe aggreſſioni, vel ſub mediis cauſantibus aſſecurationem, promiſſione ſcilicet de non lædendo, ſignis amicitiæ, ſiue ſemper falſis, ſiue ab initio veris, ſed cum ſubſecuta propoſiti mutatione, & demum titulo peculiari connexitatis, ex quibus reſpectiuè reſultat hoc, vt aggreſſus in aggreſſione hîc, & nunc inueniatur impotens ad ſe defendendum ab aggreſſore, quæ omnia notari diligenter debent, cum ex eorum intellectu pendeat intellectus grauiſſimæ huius difficultatis, vt in decurſu diſputationis manifeſtum fiet.

De inſidiis autem in genere, quamuis non ſub nomine inſidiarum, loquitur S. Thomas 2. 2. *quæſt.* 55. *art.* 4. *ad* 3. vbi quòd quicunque cogitant aliquod malum facere, neceſſe eſt, quòd excogitent *vias doloſas*, quibus facilius propoſitum conſequantur: quamuis contingar quandoque, quòd abſque aſtutia, & dolo, aliqui apertè, & per violentiam malum operentur: Sed hoc, quia difficilius fit, in pauciotibus accidit. Ita S. Doctor, qui deſcribit inſidias ſecundùm ordinem intentionis, & facit illas aſtutiæ filias.

---

§. VI.

Inſidiæ negatiuæ, & poſitiuæ quæ?

SVMMARIVM.

Inſidiæ diuiduntur in negatiuas, & poſitiuas, vt diſputatio non egeat circuitu verborum. n. 1.

Inſidiæ negatiuæ ſunt, quæ cadunt in hominem repertum præcisè non diffidatum de aggreſſore, vel etiam ex præſenti ſua conditione non diffidabilem, qui ſtante hac non diffidatione, aut indiffidatione, non intelligat aggreſſionem, vel non ita opportunè, vt poßit præcauere. ibid.

Appellantur negatiuæ terminatiuè, *quatenus terminantur ad hominem præcisè non diffidatum, non tamen affidatum per apprehenſa motiua conducentia ad confidendum de aggreßore.* n. 2.

Nomine affidati *intelligitur in præſenti tractatu redactus ad confidentiam, ſeu aſſecurationem in genere; quia præſcinditur hîc ab ea aſſecuratione, quæ dicit dationem fidei ſuper aliquo faciendo vel non faciendo, in quo ſenſu dicitur, quis* affidare

affidare animalia, *id eſt obligare fidem ſuam ad præſtandam ſecuritatem loci, & omittendam omnem nouitatem, per quam libera paſtura paſcuorum, vel nemorum affidatis animalibus impediretur.* ibid.

Diffidare animalia eſt prohibere ab vſu. ibid.

Inſidiæ negatiuæ inuoluunt ſolam non diffidationem inuaſi, ſine vlla affidatione eiuſdem. ibid.

Inſidias abſolutè prolatas accipiunt in hoc ſenſu quidam. num.3.

Et in eodem ſenſu accipiuntur ſecundùm aliquos in capite 1. extra. de homic. num.4.

Terminus non diffidatio *paſſiuè acceptus ſignificat quid negatiuum, & tollit ex parte inuaſi, omnem actum intellectus, & voluntatis.* num.5.

Terminus affidatio *paſſiuè acceptus ſignificat quid poſitiuum, & ponit in inuaſo actum intellectus, id eſt conceptum motiuorum ſperandi indemnitatem ab aggreſſore, itemque actum voluntatis, id eſt ſpem certam de ipſa idemnitate.* ibid.

Inſidiæ poſitiuæ ſunt, quæ cadunt in hominem non ſolùm non diffidatum, ſed affidatum de aggreſſore, ob apprehenſa motiua confidendi de ipſo, vnde aggreſſionem diſcredit, & non futuram certò ſperat. num.6.

Appellantur poſitiuæ tum terminatiuè, *quatenus terminantur ad hominem poſitiuè affidatum, tum* cauſaliter, *quatenus per eas cauſatur affidatio in inuaſo.* num.7.

Inſidias nominatas in cap.1. extra. de homic.*accipiunt aliqui in hoc ſenſu*.n.8.

Citatum cap. 1. *accipiendum eſt de quibuſcumque inſidiis, nec reſtringendum ad ſolas negatiuas, aut poſitiuas.* num.9.

Inſidiæ omnes reſpiciunt impotentiam ſe tuendi, ſed non eodem modo, cum aliquæ cauſent ſuo modo eam impotentiam. num.10.

Aliquæ verò non cauſent, ſed ſupponant aliunde cauſatam. n.11.

Conueniunt omnes inſidiæ in hoc, quòd in quantum pertinent ad ordinem intentionis, ſunt ordinatio ad eam impotentiam aggrediendam. n.12.

VT autem ſtatim intelligar 1
ſine circuitu verborum in toto decurſu diſputationis, quando vſurpauero terminum hunc *inſidiæ*, de quibus loquar inſidiis, placet eas diuidere in *negatiuas*, & *poſitiuas*.

Nomine *negatiuarum* intelligo cadentes in hominem repertum præcisè non diffidatum de aggreſſore (id eſt cui homini vel non fuerit vllo modo, vel ſaltem non opportunè ad ſe ſubtrahendum intimata aggreſſoris hoſtilitas in ipſum, quæ de aggreſſore diffidentem redderet, & ideo cautum, vt paulò pòſt dicam) vel etiam ex præſenti ſua conditione non diffidabilem (id eſt cui non potuerit intimari dicta hoſtilitas, vt ſi ſit infans, amens, &c.)

Qui proinde homo, ſtante hac non diffidatione, vel non diffidabilitate, non intelligat vllo modo aggreſſionem, vel non intelligat ita opportunè, vt poſſit vel reſiſtere, vel opem implorare, vel fugere, & ſtantibus his, non præcaueat, atque ad ſe tuendum impotens ſit ab aggreſſore, vndecumque proueniat non intellectio quo ad eos, qui aliàs intelligere poſſent, dummodò illa non cauſetur ob motiua militantia ex parte aggreſſoris, quæ intellecta ab aggreſſo, conducant poſitiuè ad affidandum illum de ipſo aggreſſore, ac proinde non ſolùm ad non intelligendam, verùm etiam ad diſcredendam ipſam aggreſſionem.

Appello autem negatiuas *terminatiuè*, id eſt quatenus terminantur ad ho- 2
minem præcisè non diffidatum, non tamen affidatum per apprehenſa motiua conducentia ad confidendum de ag-

greſſore, & ad non præcauendum ab illo.

Nomine aurem *affididati* intelligo redactum ad confidentiam, ſeu aſſecurationem in genere; quia præſcindo hîc ab ea aſſecuratione, quæ nominatim prouenit ab affidatione, prout affidatio dicit dationem fidei ſuper aliquo faciendo, vel non faciendo, de qua affidatione Polydorus Ripa *obſeru.*332. *n.*1. *parte* 1.

In quo ſenſu dicitur quis *affidare animalia*, id eſt obligare fidem ſuam ad præſtandam ſecuritatem loci, & omittendam omnem nouitatem, per quam libera paſtura paſcuorum, vel nemorum affidatis animalibus impediretur.

Sicut dicitur quis *affidare bannitum*, id eſt præbere ſaluum conductum, & locum tutum. Ripa *loc.cit. n.*2.*&* 3.

Diffidare verò animalia, eſt prohibere ab vſu. Ripa *n.*4.

Inuoluunt ergo inſidiæ negatiuæ ſolam *non diffidationem* aggreſſi, ſeu inuaſi, ſine vlla affidatione eiuſdem, & tales ſunt, quas recenſui in præcedenti paragrapho ab exemplo primo vſque ad octauum excluſiuè.

3 Et in hoc ſenſu accipiunt *inſidias* abſolutè prolatas aliqui Doctores, quarenus diſtinguunt homicidium commiſſum *per inſidias* à commiſſo *ſub colore amicitiæ, ſub fide de non offendendo*, &c. & nominatim magna Curia apud Vincen. de Franch. *deciſ.*713.*n.*10. ex Couarruuia, & Farinacio.

4 Et accipi in hoc ſenſu inſidias *in cit. cap.*1. *de homic.* tradunr Innoc. Hoſtienſ. Ioannes Andr. & Turrecremata, quos citat, & ſequitur Beol. cum aliis duobus *conſ.*168 *n.*71. apud Farinacium. Ioannes Bapt. de Leonard. in allegat. apud Ioannem Aloyſ. Catalan. *tract.crim.amneſtiæ, abolitionis,& indultus, poſt.cap.*31.*n.*6. Rébuſus *tom.*2. *conſtit. Regiar. tit. de immun. Eccleſ. n.*16.*fol. mihi* 334. vbi optimè notat, quòd Gallicè dicuntur hæ inſidiæ: *de guet à pens*, quod apud Italos efferrur: *a guato appoſtato*, ſicut & Chaſſen. *inconſuetud.Burgund.fol.* 54.*n.*113.

Ex his collige, terminum *non diffidatio* paſſiuè acceptum, ſignificare quid negatiuum, & rollere ex parte paſſiuè aggreſſi omnem actum intellectus, & voluntatis circa aggreſſorem quatenus infeſtum ipſi aggreſſo: terminum verò *affidatio*, item paſſiuè acceptum, ſignificare quid poſitiuum, & ponere in aggreſſo actum intellectus, id eſt apprehenſionem, ſeu conceptum motiuorum ſperandi certò indemnitatem ab aggreſſore, item actum voluntatis, id eſt ſpem certam de ipſa indemnitate, quam ſpem appellamus *confidentiam*. 5

Nomine *inſidiarum poſitiuarum* intelligo cadenres in hominem non ſolùm non diffidatum, ſed affidarum de aggreſſore ob apprehenſa à ſe ex parte aggreſſoris motiua concurrentia ad affidandum ipſum aggreſſum de aggreſſore eodem, qua affidatione ſtante, aggreſſus non ſolùm non intelligit quidquam de aggreſſione contra ſe, ſed eam per formalem actum diſcredit, & non futuram certò ſperat, atque ita non ſibi præcauet, & impotens hîc, & nunc inuenitur ad ſe defendendum ab aggreſſore apprehenſo vel obligato per promiſſionem ad non lædendum, vel ſibi amico, vel peculiariter ſecum connexo, ac proinde non nocituro. 6

Appello autem *poſitiuas*, tum *terminatiuè*, quarenus ſcilicet terminantur ad hominem ex conceptis motiuis per aggreſſorem ſibi exhibitis affidatum, ſeu confidentem de ipſo aggreſſore, & mediante hac confidentia, non præcauentem ab illo: tum *cauſaliter*, quatenus ſcilicet per eas cauſatur affidatio in paſſiuè aggreſſo. 7

Inuoluunt ergo inſidiæ poſitiuæ, vltra nõ diffidationẽ, etiã affidationẽ aggreſſi. 8

In hoc autem ſenſu accipiunt inſidias nominatas *in cap.*1. *de homic.* Alex. *conſ.*45.*num.*5. *lib.*7. Millæus *in praxi criminis perſequendi, fol. mihi* 61. *num.*12. Ioan.

Ioan. Bapt. de Leonard. in allegat. apud Catalan. *tract. crimin. amneſtiæ, abolitionis, & indultus poſt caput* 31. *n.* 6. Gizzarell. *deciſ.* 16. *n.* 10. Griſenzon. *conſ.* 149. *num.* 7. Felin. Ancharan. Ioannes de Anan. Remig. apud cit. Beol. *conſ.* 168. *num.* 71. qui dicit hanc expoſitionem non poſſe accommodari ad eum textum, ſed immeritò;

Nam reuera conuenit etiam prædictis definitio inſidiarum ex accommodatione vſus; alioqui enim ſi velimus accipere *inſidias* in ſtrictiſſimo ſenſu, & ſecundùm ſuam primæuam originem, hæ ſignificant ſolùm *expectationem in occulto loco* ad occidendum prætereuntem.

9 Quare dicendum eſt, prædictum *c.* 1. cum indiſtinctè loquatur, accipiendum eſſe de omnibus inſidiis per nos ſuprà explicatis, & de ſimilibus, ſiue ſint negatiuæ, ſiue ſint poſitiuæ, non tamen reſtringi debere ad ſolas negatiuas, aut ad ſolas poſitiuas, id quod expreſsè voluit Gambacur. *lib.* 2. *§.* 6. *in Gloſſ. verſ. aut qui proditoriè*, vbi dicit, quod in dicto *cap.* 1. *de homic.* expreſſus fuit caſus homicidij, in quo aliquod inſidiarum genus interceſſerit, comprehendendo factum ſub amicitiæ ſimulatione, & factum aliter, quæ doctrina eſt valdè obſeruanda pro infrà dicendis *in §.* 9. *huius ſectionis.*

Omnes inſidias reſpicere impotentiam ſe tuendi, ſed non eodem modo.

10 Aduerto autem ad finem huius de inſidiis diſcurſus, quòd inſidiæ reſpiciunt impotentiam ſe defendendi, ſed non ſemper reſpiciunt eadem ratione:

Nam aliquando cauſant ſuo modo ipſam impotentiam, vt facit color amicitię, vel promiſſio de non lædẽdo, ſicut infra explicabitur, item arcana expectatio in loco aliquo, poſitio ſui à tergo, ſumptio laruæ, & ſimilia concurrentia ad non cognitionem aggreſſionis, multiplicatio ſociorum armatorum contra inermem:

Aliquando non cauſant prædictam impotentiam, ſed ſupponunt aliunde cauſatam, vt accidit in amente, in ebrio, in dormiente, in infante, in apprehendente connexitatem alterius ſecum, atque inde reddito incauto. 11

Conueniunt verò omnes inſidiæ in hoc, quòd in quantum pertinent ad ordinem intentionis, ſunt diſpoſitio, & ordinatio ad eam impotentiam aggrediendam. 12

In ordine autem executionis conueniunt etiam in hoc, quòd, connotando ſemper præconſultationem, & prælectionem mentalem, ſeu quod idem eſt, præmeditatam illam inuentionem, & technam, de qua ſupra ex Claudio Bertazzolo *in addit. ad conſ.* 76. *litera A. Bartholomei patris ſui*, & pater ipſe *conſ.* 374. *n.* 2. *lib.* 2. & ſine qua inſidiæ non eſſent, cauſant ſuo modo terminationem actualem aggreſſionis ad impotentem ad ſe hic, & nunc tuendum ab aggreſſore: quæ omnia valdè obſeruanda ſunt propter infra dicenda, quando inquiram quonam modo ſe habeant inſidiæ ad rationem *proditorij* §. 9. *à n.* 37. *ad* 44.

§. VII.

Diffidatio quid?

SVMMARIVM.

Inſidiis opponitur diffidatio, *quæ ſignificat tum peculiariter prouocationem* à metter mano. num. 1.

Tum generaliter vel actiuam excluſionem à non diffidentia per intimationem animi hoſtilis in diffidante gliſcentis contra diffidatum, ita vt diffidatus incipiat de eo poſitiuè diffidere. num. 2.

Vel excluſionem non ſolùm à non diffidentia, ſed etiam à confidentia, ſi quam diffidatus erga diffidantem habet, vt amplius in

in fide illius non confidat, ſed ab eo omne malum expectet. n.3.

Vno verbo diffidatio *eſt denuntiatio, vt alter præuideat vim, & damnum ſibi inferendum, & de indiffidenti, vel confidenti fiat diffidens.* n.4.

Effectus diffidationis eſt tollere indiffidentiam, vel etiam confidentiam de diffidatore, & in his fundatam impræcautionem ab illo, & ponere diffidentiam, & hinc conſurgentem præcautionem ab eodem, & quaſi actuare potentiam ad ſe defendendum. n.5.

Diffidatio cadit ſolùm in hominem rationis compotem. n.6.

Diffidatio poteſt etiam dici disfida, *id eſt ſeparatio à communi fide hominum.* num. 7.

Diffidatio fit vel voce, vel geſtu, vel alio modo apto ad monendum alium de animo infeſto diffidantis. numero 8.

Explicatur quoddam dictum Gambacurtæ. num.9.

Ad hoc, vt diffidatio inſidias excludat, debet fieri in actu aggreſſionis, ita opportunè, vt aggreſſo relinquatur locus ad ſe tuendum. num.10.

Nec ſufficit diffidare ſemel per inceptionem inimicitiæ exterius intimatæ. ibid.

Impugnatur dictum Marci Salon de Pace. num.11.

Diffidare ad bellum eſt licentiare ad offendendum, & diffidatio, ſeu admonitio nihil aliud eſt, quàm indicere bellum. num.12.

Quidam meritò in definitione proditorij *parificant* diffidationem, *&* præmonitionem. num. 13.

In rigore præmonitio eſt cauſa inſtrumentaria diffidationis. n.14.

In quo ſenſu dicatur bannitus diffidari. numero 15. & 16. *quæ ſignificatio non facit ad præſentem tractationem.*

PORRÒ à inſidiis, quæ inueniunt, vt diximus, hominem vel non diffidatum vel etiam affidatum, & omninò incautum, 1 opponitur *diffidatio*, vt colligitur ex Vincentio de Franchis *deciſ.*713. *numero* 9. *verſ. non modo*, quæ ſignificat in re noſtra.

2 Tum peculiariter prouocationem apertam, vt diffidatus ponat manum ad arma. Gambac. *lib.*5. *cap.*28. *num.*4. *ad initium.*

3 Tum generaliter vel actiuam excluſionem à non diffidentia per intimationem animi hoſtilis in diffidante gliſcentis contra diffidatum, ita vt diffidatus ipſe incipiat impoſterum de eo poſitiuè diffidere.

Vel excluſionem non ſolùm à non diffidentia, ſed etiam à confidentia quam fortaſsè habet diffidatus erga diffidantem, excluſionem inquam per indictionem belli, ita vt diffidatus in fide diffidantis amplius non confidat, ſed ab eo omne malum expectet, vt explicat Anonymus in allegatione apud Campanilem *in diuerſorio iuris canonici Rubr.*11. *cap.*31. *pag. mihi* 647. *col.*1. *§. Præterea.*

4 Quare vno verbo *diffidatio* eſt denunciatio, vt alter præuideat vim, & damnum ſibi inferendum, & de indiffidenti, vel confidenti fiat diffidens.

5 Itaque effectus diffidationis eſt tollere indiffidentiam, vel etiam confidentiam de diffidatore, & in his fundatam impræcautionem ab illo, & ponere diffidentiam de illo, & hinc conſurgentem præcautionem ab eodem, & quaſi actuare potentiam ad ſe defendendum, quæ quaſi ſtertebat imbellis, inutilis, inefficax.

6 Quare diffidatio cadit ſolùm in hominem rationis compotem, & ex ſe aptum ad ſui tutelam contra aggreſſionem.

Quòd

7 Quòd ſi velis etiam, vt diffidatio ſit idem, quòd *disfida*, id eſt ſeparatio à communi fide hominum, quia ſcilicet homines, cùm vna omnes viuerenr in ſocietare, ſe disfidando, ſeparanrur, quo modo *disfidam* explicat Scaglion. apud Rouitum *in comment. in pragm.* 1. *de duello, fol. mihi* 160. *column.* 4. *num.* 55. admitto rotum, quippè conſonum dictis à me nuper.

8 Fit aurem hæc diffidatio vel voce, vel geſtu, vel alio modo ſufficienti ad alium, qui nec cogirabat, nec præcauebat, monendum de animo infeſto parantis aggredi, & quaſi exacuendum, vt præcauear, & ſe rueatur ab illo vel per reſiſtentiam, vel per opis implorationem, vel per fugam.

9 Quòd ſi quem ita adoriaris, v. g. ex facie, vt ille aduertat à longè, & parer ſe, illa præcedens aduerrentia, & præparatio locum præcipir diffidæ, ac prouocationi, & labem proditorij excludit, ſecundùm Gambacurt. *lib.*5.*c.*28.*num.*4.*ad finem.*

Verùm eo ipſo, quòd adhibes talem aggreſſionis modum, vr alrer præcognoſcere poſſir à longè ipſam irruentem aggreſſionem, & ſe præparare contra te, iam eſt hoc formaliter illum *diffidare.*

Quare non viderur in hoc caſu præcipi locus diffidæ, ac prouocarioni per aduertentiam à longè, quæ *diffida* omninò in eodem caſu ex ipſomet modo aggrediendi præſupponitur ad ipſam aduertentiam, ſed fortaſsè Gambac. intellexit de diffida verbali, id eſt *metti mano.*

10 Ad hoc autem, vr diffidatio inſidias excludar, deber fieri in actu aggreſſionis ita opportunè, vt aggreſſo relinquatur locus ad ſe tuendum, ſecundùm dicenda à me infra, & præ oculis mentis ſemper habenda,

Quidquid contendat citatus Anonymus ea allegatione apud Campanilem *pag.*647.*col.*1.& Ioan.Bapt.de Leonard. *in alleg. apud Catalanum tract. crim. amneſtia, abolitionis, & indultus poſt c.*31. *n.*13. per inimicitiam aggteſſoris, ſi adſit, & cognoſcarur ab aggreſſo, induci perperuam diffidarionem, & denunriationem belli, & conſequenter eandem diffidationem non eſſe neceſſariò repetendam ſingulis vicibus, ſed ſufficere, vt fiar ſemel per inceptionem inimicitiæ exterius intimatæ, cuius dicti falſitatem demonſtrabo infrà §.10.*præſentis ſectionis.*

Vnde etiam patebit non eſſe verum 11
id, quod dicit Marcus Salon. de Pace *conſ.*22.*n.*17. cùm ſancitum ſir in legibus Hiſpanis omnem mortem *ſecuram* dici, niſi tantùm illam, quæ in bello, ſeu rixa fit, ſatis in rixa fieri, cum tam tempore homicidij, quàm ante rixam, erat inter eos inimiciria.

Prædicta de diffidatione inter par- 12
ticulares confirmantur ex iis, quæ tradit Aluarez Guerrero *in Theſauro Chriſtianæ religionis cap.*45. de diffidatione prærequiſira ad bellum, vbi quòd *diffidare* eſt licentiare quemlibet ad offendendum, & *diffidatio*, ſeu *admonitio* nihil aliud eſt, quàm indicere bellum, & quòd bellica diffidatio eſt hoſtilis declatario, & quòd agentes bellum ſine diffidatione, dicuntur proditoriè agere.

Vnde meritò Cephal. *conſ.*57.*n.*14. in 13
definitione proditorij parificauir *diffidationem* cum *præmeditatione*, quam parificationem fecir etiam Franciſ. Baron. *tract. de effectibus inimicitiæ* 14. *effectu, num.*9.

Quamquam, ſi rem in rigore acci- 14
pias, *præmonitio* eſt cauſa inſtrumenralis *diffidationis*, cum per præmonirionem homo diffidetur.

Obſeruo autem hìc, quòd *diffidare* 15
apud Doctores accipitur eriam pro *licentiare* quemlibet ad occidendum extra caſum belli, quomodo dicitur *bannitus diffidari*, quando per bannum permittitur vt impunè poſſit occidi;

Idem enim eſt *bannare*, & *diffidare*, quòd ſtatuere, vel præcipere, vt impunè poſſint occidi. Graff. *conſilior. lib.*5. *de*

*homic.conſ.n.*1.*iunct.n.*10. Alter.*de cenſur. tom.*1.*lib.*5.*diſp.*20.*c.*1.*pag.*748.*col.*1.*lit.D.* Carol.Maranta *part.*3.*reſp.*37.*n.*53.Lucas Floron.*de caſib.reſeruat.par.*2.*caſu* 4. §.1. *n.*23.*pag.*478.

16 Sed diffidatio in hoc ſenſu, qui propriè eſt exemptio hominum ab obligatione ſeruandi fidem erga bannitum, quam vnus homo alteri debet quo ad non offendendam eius vitam, vnde dicitur Chriſtianus non poſſe occidere Chriſtianum *ſine diffidatione*, id eſt niſi fuerit bannitus, non facit ad caſum meæ diſputationis, ſed debuit à me afferri, vt Lector meus intelligat, in quo ſenſu ego accipiam in meo diſcurſu hanc vocem *diffidare*.

§. VIII.

Non dari rationem proditorij in homicidio per ſolam induſtriam ſine inſidiis commiſſo, & nihilominus dictum homicidium excludi ab immunitate.

SVMMARIVM.

Peguera innuit, ſe agnoſcere rationem proditorij *in ſecundo gradu conſiderabili in occiſione hominis, & conſiſtente in voluntario inuoluente induſtriam cum propoſito, & appenſamento citra inſidias coniunctam.* num. 1.

Dictum Peguera, niſi ſumatur in ſenſu, in quo locuti ſunt Boërius, & alij, non eſt verum. n.2.

Homicidium per ſolam induſtriam, id eſt ex propoſito, & deliberatè patratum citra inſidias, diſtinguitur à proditorio. num. 3.

Dictum homicidium donatur immunitate à multis. n.4.

E quibus aliqui ad iacturam immunitatis exigunt ex iuris interpretatione induſtriam inſidioſam. ibid.

Aliqui verò fundantur tum in iure antiquo, tum in Bula Greg.XIV. aliqui in ſola Bulla, per quam putant corrigi ius antiquum. ibid.

Diana immeritò refert prohibitionem Petri Gambacurtæ in eam cauſam, quod ſcilicet docuerit opinionem traditam à Mario Cutellio contra ipſum Dianam. num. 5.

Homicida ex mero propoſito, ſeu induſtria ſine inſidiis excluditur ab immunitate ex ſententia plurimorum. numero 6.

Et ex conſuetudine Hiſpaniarum. numero 7.

Et ex conſuetudine Luſitaniæ. n.8.

Et de obſeruantia Regij Conſilij Cataloniæ. num.9.

Et Curiarum Franciæ. n.10.

Et multorum populorum. n.11.

Et de conſuetudine Italiæ. n.12.

Ioannes Petrus de Ferrariis blaſphemus in canones ſancientes immunitatem. numero 13. *merito correctus.* ibid. *cum fecerit errantem contra ius diuinum Eccleſiam.* ibid.

Idem Ferrarius Chriſtianus affirmauit id, quod de gentilium aſylis aſſerere nemo auſus eſt. n.14.

Confirmatur conſuetudo Italiæ ex Caualcano, & Marta. n.15.

Et ex Farinaccio. n.16.

Videtur potius ſtandum praxi Farinaccij, licet antiquiori, quam conſilio 76. & appendici modernioribus, & cur? ibidem.

Ordinationes Luſitanæ priuant immunitate maritos, qui occidunt vxores animo deliberato, ſub prætextu adulterij. numero 17.

Obiicienti, legem Luſitanam ideo conditam eſſe, quia de iure erat contrarium. num.18.

Reſpondetur, ſanciri, vel potius declarari per leges municipales ſæpè id, quod eſt de iure communi, ob diuerſas circa ius ipſum opiniones. numero 19.

Non dedecet, in caſu dubitabili condi legem

legem declaratiuam ad ius commune. num. 20.

Ad tollendas dubitationes ex abundanti ponuntur ſæpe multa deciſa de iure communi. num. 21.

Vel ad maiorem declarationem. ibidem.

Sæpe conceditur vt priuilegium, id, quod competit de iure communi, contra opiniones, dubia, & ſcrupulos. num. 22.

& conceduntur diſpenſationes ad ſolamen ſubditorum in caſibus non egentibus diſpenſatione. ibidem.

Modo prædicto Luſitanæ ordinationes declarant id, quod eſt de iure communi, ſed obnoxium interpretationibus. num. 23.

Falconius exceſſit in cenſuranda noſtra ſententia. num. 24.

Non eſt veriſimile, doctiſſimos viros catholicos, & catholica tribunalia erraſſe circa articulum, in quo agitur de Dei honore, & de hominum vita, & Eccleſiam permiſiſſe hunc errorem. ibidem.

Sententia auctoris, & aliorum fundatur in diſpoſitione Exodi, non quidem accepta ſecundùm ſe, cum poſt Chriſtum paſſum ceſſauerit, & ſit mortua, immo mortifera, ſed quatenus reuocata eſt per ius canonicum imitatum in hoc legem diuinam veterem, & confirmata per Tridentinum. num. 25.

Allegantur verba Exodi, & cap. 1. de homic. *cum obſeruatione Molinæ Theologi.* ibidem.

Multi ex Doctoribus aſſeclis huius ſecundæ ſententiæ fundantur in capite 1. de homic. ibidem.

In Exodo & *ſumitur pro* aut *more Hebraico.* num. 26.

Suadet diſiunctiuum ſenſum collocatio verborum, à qua licitè ſumitur argumentum. num. 27.

Particula & *in* cap. 1. de homic. *licèt accipienda foret copulatiuè, non importaret neceſſitatem ſimultatis inter induſtriam, & inſidias, & quem ſenſum faceret.* num. 28.

Obiicitur, ſuperfluam eſſe alterutram partem cap. 1. de homic. *vel primam de induſtria, vel ſecundam de inſidiis.* num. 29.

Reſpondetur in ſententia auctoris diſtinguente caſum induſtriæ cum propoſito, & appenſamento coniunctæ, à caſu inſidiarum exiſtentium quidem cum ſua induſtria propria, ſed non cum illa, quæ à propoſito, & appenſamento procedit, nullam interuenire ſuperfluitatem, & vtramque partem diſpoſitionis cap. 1. *operari ſeorſim ſuum effectum, priuando immunitate caſum induſtriæ, & caſum inſidiarum.* num. 30.

Inſidias vt præciſas ab induſtria cum propoſito coniuncta potuit priuarè ius canonicum immunitate ſine abſurdo. num. 31.

Franciſci Suarez argumentum, ad cuius ſolutionem idem Suarez dicit, coniuncta eſſe illa duo per induſtriam, & per inſidias, *vt vnum per alterum explicetur, & alterum per alterum limitetur* num. 32.

Inſidiæ, & *induſtria, cum ſint inter ſe diſparatæ, non autem neceſſariò connexæ, non poſſunt vna per alteram explicari.* n. 33.

Velle, vt induſtria, & inſidiæ ſe inuicem limitent, in ordine ad excluſionem immunitatis, eſt petere principium. num. 34.

Cum difficultas propoſita à Suarez non ſit ſoluta, quid dicendum? num. 35.

Quomodo aliter defendi poſſit, quòd non ſit ſuperflua diſpoſitio cap. 1. de homic. num. 36.

Non fuit ſuperflua diſpoſitio, quæ bis dirigebatur in idem obiectum, ſub diuerſis reſpectibus conſideratum, & ad maiorem energiam. num. 37.

Non eſt ſuperflua in lege multiplicatio ſinonymorum, nec geminatio verbi, aut actus. num. 38.

Vitatur ſuperfluitas in diſpoſitionibus, quando repetitio diſpoſitionis ordinatur à Legiſlatore ad effectum aliquo modo magis vtilem, quàm ſit ſimplex diſpoſitio. ibid.

Argumentum à ſuperfluitate eſt leuè. ibid.

In lege veteri homicida induſtrioſus citra inſidias excludebatur ab immunitate templi. num. 39.

Potuit Pontifex deſumere textum ex lege veteri, & relictis exemplis ipſius legis iam mortuæ, & mortiferæ quo ad ceremonialia, & iudicialia, ſtatuere aliquid nouum pro Eccleſia. n.40.

Iudex Eccleſiaſticus poteſt ſine culpa, & dolo ſequi opinionem excludentem ab immunitate homicidam induſtrioſum citra inſidias, contra quam nihil adhuc intimatum authenticè fuit. numero 41.

Conſuetudo admittendi ad immunitatem homicidas ſine inſidiis induſtrioſos, fundata in opinione Iudicum Eccleſiaſticorum tenentium id eſſe de iure, non reddit improbabilem oppoſitam ſententiam, neque illicitum facit eius vſum. numero 42.

Hæc conſuetudo eſt meri facti. numero 43.

Quæ diſtinctio ſit inter conſuetudinem facti, & iuris. ibid.

Ad transferendam conſuetudinem facti in rationem legis obligantis requiritur voluntas inducendi conſuetudinem facti, & inducendi ius conſuetudinis. ibidem.

Iudices Eccleſiaſtici reputantes ſe teneri ad admittendum homicidam ſine inſidiis induſtrioſum ad immunitatem, & ſic practicantes, non intenderunt inducere conſuetudinem coligantem. ibidem.

Conſuetudo recitandi matutinum ante miſſam, dandi pauperibus rem inuentam domini latentis, & reſpondendi cum periculo vitæ iudici interroganti, fundata in opinionibus ad tria prædicta obligantibus, non reddit improbabiles contrarias opiniones, repertas probabiles à modernis. num. 44.

Nec obſtat, quòd primæ illæ opiniones eſſent communes. n.45.

Cuius dicti optimam rationem habes ex Caramuele. ibid.

Opinio quædam communis ante Sotum, poſtquam hic Doctor contrariam præclaro iudicio docuit, cœpit exoleſcere. numero 46.

Alteri nunc nouæ opinioni non vult Caramuel quidquam obeſſe vſum exiſtentem in Eccleſia tanquam obligatorium, quippè fundatum in communi huc vſque opinione Doctorum. n.47.

In caſibus, in quibus conſuetudo non aliter potuit inducere obligationem, quàm mediante opinione hominum, qui putauerunt ſe ad aliquid teneri ſub mortali, obligatio tollitur, demonſtrata inſubſiſtentia illius opinationis. n.48.

Iudices Eccleſiaſtici, etiamſi intenderint inducere conſuetudinem obligantem, non potuerunt lædere libertatem ſucceſſorum in pari auctoritate. n.49.

Stylus Curiæ facit ius, & quid ſit. numero 50.

Materia præſens non inuoluit in rigore ſtylum, ſed potius conſuetudinem circa interpretationem iuris in definiendis cauſis. num.51.

Sæpè ſtylus etiam Romanæ Curiæ fundatur in probabilitate vnius ſententiæ, neque ideo tollit probabilitatem alterius, nec declarat eam falſam. ibid.

Quando ſtylus Curiæ circa interpretationem legum, aut difficultatum, quæ quotidie occurrunt in iudicio, faciat ius. numero 52.

Ad approbationem ſtyli, & deciſionum, quæ fiunt à Iudicibus, non ſufficit, ad hoc vt tranſeant in legem, taciturnitas, & tolerantia Principis eum ſtylum ſcientis, cum tamen ad conſuetudinis confirmationem ſufficiat tacitus conſenſus legislatoris, & quæ ſit diſcriminis ratio ex Vaſquez. ibid.

Iudices ratione vrgente, poſſunt ſequi opinionem contrariam deciſionibus Rotæ, & relicto ſtylo recepto in aliquo tribunali, iudicare. ibid.

Et hoc idem dicendum de ſtylo introducto in Curiam ex ſolo Iudicum conſenſu circa modum procedendi. ibid.

Stylus, niſi approbetur à potente condere legem,

gem, non habet vim legis ſicut nec conſuetudo. ibid.

Styli Curiarum ſæpius variant, & modo albi, modò nigri, appellantur: & ſtylus Curiæ Romanæ eſt mutabilis ad mutationem Iudicum: nec debemus dicere: ita ſeruat. Curia Romana: niſi illa obſeruantia: ſit firmata Conſtitutione Apoſtolica. ibid.

In præſenti materia agitur de ſtylo Epiſcoporum ſecutorum doctrinam probabilem, non extrahentem à ſua probabilitate contrarias doctrinas, non autem de ſtylo inferiorum Iudicum, qui approbari poſſit à ſuperiore, & accipere vim legis, ſed de ſtylo Iudicum ſupremorum in ſuis diœceſibus, ſubordinatorum tamen ad Papam, qui licet poſſint ſequi vnam normam in ſuis iudiciis, non tamen poſſunt ad eandem obligare ſucceſſores. num. 53.

Niſi ſtylus admittendi ad immunitatem homicidas induſtrioſos ſine inſidiis, aſſumatur in legem à Papa, aut niſi Papa declaret authenticè, eandem immunitatem competere prædictis de iure communi, poteſt Eccleſiaſticus Iudex ſequi contrariam opinionem, non obſtante Prædeceſſorum conſuetudine. n.54.

Non poteſt auctor aſſentiri quibuſdam aſſerentibus declaratam fuiſſe per Gregorium XIV. contrariam concluſionem, cuius declarationis non videt efficax fundamentum, aſſenſurus reuerenter, quando viderit declarationem per modum legis intimatæ toti Eccleſiæ. num.55.

Non probatur lex, niſi per ſcripturam promulgetur, vel authenticè oſtendatur, adeò vt non credatur Doctoribus, & mortuis de ea reteſtantibus. ibid.

Declaratio Pontificia, ſi emanet, non militabit contra auctorem, qui non quærit quid ſit faciendum, ſed quid factum, & declaranti Pontifici paratus eſt obedire. num.56.

Pontifex non declarando, relinquit Doctoribus locum ad legitimè diſcurrendum, & relinquit in ſua probabilitate ſententiam auctoris, quæ ſupponitur nota Sanctitati ſuæ. ibid.

Falsò aſſeritur Tuſchus dixiſſe declaratum caſum præſentis quæſtionis, cum id dicat in partem affirmatiuam immunitatis de vulnerante proditoriè, & non occidente. num.57.

Declarationem aſſertam per Tuſchum quo ad vulnerantem proditoriè, non agnoſcunt etiam poſt Bullam Gregorij XIV. graues Doctores, quibus meritò repugnant, alij nixi textu tum iuris veteris, tum nouæ Conſtitutionis, & dictum vulnerantem admittunt ad immunitatem. ibid.

Puniri tractatum proditionis pœna vltimi ſupplicij, & non excuſari proditionem à pæna ob minorem ætatem, eſt ſententia Garoni. ibid.

Obiicitur, cauſam immunitatis, tanquam piam, exigere, vt opinio fauens immunitati præferatur opinioni docenti contra immunitatem, ſicut opinio Doctoris ſuſtinens matrimonium, etiam ſingularis, præfertur opinioni plurium illud impugnantium, niſi textui aperto innitantur dummodò fauens ſit probabilis. numero 58.

Præmonitio, quòd dici non poſſit propriè contraria immunitati doctrina, quæ probabiliter infert non eſſe pro aliquo caſu ſancitam in iure canonico immunitatem. n.59.

Eſt contraria propriè immunitati doctrina, quæ impugnat immunitatem, certò ſancitam, vel ſine probabili fundamento, quæſitis affectatè ſubtilitatibus, negat immunitatem, quæ certò, vel ſaltem probabiliter pro aliquo caſu ſancita eſt. numero 60.

In hac diſputatione opinio contra immunitatem Eccleſiaſticam ſignificat opinionem, quæ ex probabili ratione in caſu non claro dicit, non eſſe pro tali

E 3 caſu

caſu ſancitam immunitatem : opinio autem fauens immunitati eſt opinio, quæ ex probabili ratione dicit, eſſe pro tali caſu ſancitam immunitatem. ibid.

Soluitur obiectio propoſita. num. 58. *& oſtenditur abſurdum, quod ſequitur ex eius doctrina.* num. 61. 62. & 63.

Proponitur dictum Franciſci Suarez, ex quo Sperellus non rectè infert, ſeqnẽdam ſententiam fauentem immunitati. num. 64.

Iudex in quæſtionibus iuris tenetur ſequi probabiliorem. num. 65.

Cauſa immunitatis eſt ciuilis, & appellatur præambula ante iudicium de crimine. num. 66.

Vnde deſumatur ciuilitas cauſæ, itemque criminalitas. num. 67.

Cauſa ſuſpenſionis ab officio confeſſarij fuit potius ciuilis, quàm criminalis. num. 68.

Sententia Salomonis in cap. afferte. de præſumpt. *non fuit criminalis, ſed ciuilis.* ibidem.

Vtile eſt cognoſcere diſcrimen inter cauſam ciuilem, & criminalem. ibidem.

Iudex immunitatis operatur iuxta doctrinam Suarez, ſi in puncto de immunitate controuerſo ſequatur opinionem probabiliorem, ſiue faueat, ſiue aduerſatur immunitati. num. 69.

Non colligitur ex doctrina Suarez, quòd teneatur ſemper Iudex ſequi ſententiam fauentem immunitati, ſed colligitur, quòd religionis fauor exigit, vt quærantur rationes ad ampliandam potius, quàm reſtringendam immunitatem. num. 70.

Item colligitur, quòd in caſu æqualitatis rationum pro immunitate, & contra illam, fauor religionis tollit æquilibrium, & expoſcit prælationem opinionis fauentis immunitati. num. 71.

Item colligitur, quòd in caſu inæqualis probabilitatis ex parte iuris in materia immunitatis, fauor religionis non permitit Iudici ſequelam opinionis minus probabilis. num. 72.

Item colligitur quàm meritò fuerit correctus de mandato S. Congregationis Ioannes Sanchez in ſelect. diſput. 44. n. 52. *vbi aliqua effutit parum propitia immunitati.* num. 73.

Colligitur demũ non eſſe ſequendum Franciſcum de Lugo indulgentem Iudici, vt ſequatur opinionem minus probabilem non ſolùm verſantem circa actum iudicandi, quæ eſt item ſententia grauium Doctorum, ſed etiam verſantem extra talem actum circa veritatem obiecti pertinentis ad immunitatem, quod tamen illi Doctores non dicunt. num: 74. & 75.

Aduertendum fuit ab omnibus, aliud eſſe loqui de opinione, vt habet rationem regulæ operandi, aliud, vt tranſit in obiectum electionis. num. 76.

Opiniones circa articulos immunitatis non ſunt regula operandi, ſed ſunt obiectum electionis : neque ex eo, quòd ſint probabiles, ſequitur, quòd ſit probabilis opinio, licere Iudici eas in praxi ſequi, ſi etiam minus probabiles ſint, quam oppoſitæ num. 77.

Non poteſt aſſignari titulus, ex quo debeatur ſemper, & abſolutè immunitati prælatio opinionis fauentis, qui tituli reducuntur ad religionem, charitatem, iuſtitiam, diſpoſitionem. cap. fin. de ſent. & re iudicata. num. 78.

Titulus religionis non operatur neceſſitatem prælationis prædictæ. num. 79.

Sicut miniſtrans ſacramenta ex probabili ſententia de eorum valore, ſed minus tuta, non peccat contra reuerentiam debitam Sacramento. ibidem.

Ita qui ſequitur opinionem probabilem de priuatione immunitatis quo ad aliquem caſum, ſed minus tutam, non delinquit contra religionem. num. 80.

Religio exigit vſum opinionis probabilis, & æquè probabilis pro immunitate, reiecto vſu opinionis minus probabilis, & æquè probabilis contra immunitatem, & cur? num. 81.

Permittit religio vſum opinionis probabilioris contra immunitatem, & cur? n. 82.

Titulus charitatis non operatur debitum abſolutum prælationis prædictæ, & cur? num. 83.

Nec

Nec titulus iuſtitiæ, qui nullus apparet. num.84.

Reus confuga ad Eccleſiam, & Iudex laicus quaſi litigant de puncto iuris, quibus proinde Iudex immunitatis debet ſententiam iuxta opinionem magis probabilem ex parte iuris, ſicuti alij Iudices in ciuilibus. num.85.

Epiſcopus opinionem de excluſione homicidæ citra inſidias induſtrioſi ab immunitate tanquam multò probabiliorem oppoſitã opinione, poteſt, & debet præferre ipſi oppoſitæ. num.86.

Debet inquam, ſi teneat opinionem docentem obligari Iudicem in cauſa ciuili ad iudicandum pro habente maiorem probabilitatem ex parte iuris: at ab hoc debito eximitur, ſi cenſeat, in eo caſu liberum eſſe Iudici iudicare pro habente minorem probabilitatem ex parte iuris. num.87.

Nec demum diſpoſitio cit. cap. finalis, de ſent. & re iudic. *fauet aſſerentibus neceſſitatem prædictæ prælationis, cum in eo non agatur de opinione probabili circa quæſtionem iuris, ſed de caſu æqualitatis probationum ex parte facti.* n.88.

Soluitur argumentum petitum ab opinione probabili ſingularis Doctoris ſuſtinente matrimonium. n.89.

Placitum illud pro ſuſtentatione matrimonij patitur limitationes, & illam præſertim, quòd ſi opinio verior, & magis probata eſſet in contrarium, non deberet tunc iudicari pro matrimonio, & aliis fauorabilibus cauſis. n.90.

Poteſt practicari ſententia docens matrimonium ratum, eſſe diſpenſabile per Papam, & potuit olim licitè practicari ſententia docens licitum eſſe Iudæis ex Dei conceſſione diuortium quo ad vinculi diſſolutionem: in quibus caſibus agitur de opinionibus ſupponentibus certum valorem matrimonij, & in ſecundo agitur de conſummato. n.91.

Argumentum pro modo allegatis nuper opinionibus. ibidem.

Has opiniones auctor non permitteret in praxi, & contra illas ſtat poſſeſſio pro bono publico. ibid.

Qui contrahit, & conſummat matrimonium ex opinione probabili valoris matrimonij talis, adimit ſibi facultatem variandi opinionem, & tranſeundi ad contrariam de nullitate eiuſdem matrimonij, ac proinde dimittendi primam coniugem, & ducendi aliam. ibid.

Conuincitur veritas ſententiæ docentis non licere variationem opinionum ſequendo in praxi modò hanc, modò illam amplecti, ſi ex variatione ſequatur præiudicium tertij. ibidem.

Reſpondetur argumento ſupra facto pro prædictis opinionibus, & dicitur, quòd applicans ſe ad tale matrimonium ex opinione valoris ipſius matrimonij, dat ius comparti, & obligat ſe ad non damnificandum per receſſum ab inito contractu in vim opinionis contrariæ valori prædicto, eliditque poſſeſſionem libertatis naturalis à vinculo matrimoniali. ibidem.

In materia probabili poteſt homo determinari ad alteram contradictionis partem per iuramentum, per acceptatam legem, per adhæſionem ad contractum ex probabili ſententia ſubſiſtentem, adeo vt deinceps retrocedere non liceat in vim contrariæ opinionis. ibid.

Stat non eſſe verum vniuerſaliter axioma, quòd opinio fauens immunitati, debeat neceſſariò præferri contrariæ, ſed habere locum, quando opinio fautrix immunitatis eſt vel probabilior, quàm aduerſatrix, vel æquè probabilis. num.92.

Quid ſecutus ſit Ciarlinus in praxi. ibid. & num.93.

Refellitur dictum Thomæ del Bene. num.94.

Quando adeſt varietas opinionum, non dicitur res dubia. ibid.

Opinio, & dubium ſunt res toto cælo diuerſa. num.95.

Opiniones ponunt formalem aſſenſum in intellectu, quamuis cum formidine de oppoſito, quæ eſt propria paſſio opinionis, & de

de intrinſeca ratione probabilitatis: dubium verò relinquit intellectum nec aſſentientem, nec diſſentientem, ſed ſuſpenſum. num. 96.

Refellitur Delrio dicens, non eſſe dubium, niſi ſint hinc inde opiniones, & quomodo explicari poſſit. num. 97.

Quid ſit conſcientia dubia ſecundùm Preſſerum. ibidem.

Qui occidit in duello, quem ita prouocauit, vt locus ſit excommunicationi latæ per Clementem VIII. priuatur immunitate. num. 98.

Ad excommunicationem duelli requiritur Machinatio, *ideſt, vt non in rixa, ſed præmeditatè fiat inuitatio ad pugnam.* ibidem.

Si duo ex ira incontinenti ad pugnam in determinato loco ſe inuitent, & vnus occidatur, ſuperſtes nec incurrit cenſuram, nec amittit immunitatem, quia impræmeditatè egit. num. 99.

Refellitur doctrina Marij Italiæ volentis occidentes in duello inimicum excludi ab immunitate ex alia ratione. num. 100.

Refellitur doctrina Peregrini volentis eſſe proditionẽ, *ſi duellum fiat data operâ ex mea parte, & non ex altera.* n. 101.

Prouocatus ad duellum à præmeditato, ſi ſtatim acceptet, & profectus ad determinatum locum incontinenti, occidat cum ira ipſum prouocatorem, gaudet immunitate, ob defectum præmeditationis. num. 102.

Prouocatus, qui poſt tempus ſufficiens ad maturam deliberationem, vadit hora condicta ad locum acceptatum, & ibi occidit prouocatorem, amittit immunitatem tanquam homicida appenſatus. ibidem.

Proponitur obiectio de correctione cap. 1. de homic. *per Gregorij XIV. Bullam.* n. 103.

Id capitulum non manet correctum per Bullam, quæ intelligitur ſecundùm terminos iuris communis, & reſtringit Principum priuilegia, & tollit extenſiones, & interpretationes extortas, & violentas, non autem eas, quæ legitimæ ſunt, & fundantur in veriſimili ratione, & in modo loquendi ſcripturæ. eodem n. 103. & 104.

Interpretationes doctrinales ſunt probabiles, ſed non obligant, & fieri poſſunt à peritis, ad differentiam auctoritatiuarum & obligantium ad tenendum ſenſum per eas datum, quæ poſſunt fieri à ſolo legis conditore, vel ab eius æquali. n. 105.

Probatur incorrectio c. 1. de homic. n. 106. & 107.

Iuris correctio maximè odioſa, cum directè vulneret ius commune, cuius incolumitas in bonum commune ordinata, continet fauorem, & expetibilitatem, eſt in deteſtatione apud iura, & vitari debet etiam cum receſſu à proprietate verborum, & cum toleratione ſuperfluitatis, & cum admiſſione omnis interpretationis, vt ea ceſſet, nec inuehenda, niſi neceſſitas cogat, nec intelligitur inuecta per repetitiones, aut tacitos intellectus, nec per argumentum à contrario ſenſu, nec per dictionem taxatiuam, nec per clauſulam non obſtate alia lege, *nec per maioritatem, nec per identitatem rationis.* num. 107. *ſed ſolùm per expreſſam mentem diſponentis, qui ſolus corrigere poteſt, & ſolet ſe de hoc expreſſè declarare vel verbis vel honorifica præfatione, & debet hanc declarationem facere ſpecialiter in noua lege correctoria.* ibid.

Niſi appareat expreſſè per legem expreſſam, non datur ipſa correctio. n. 108.

Gregor. *XIV. non fecit hanc expreſſam declarationem de correctione dicti* cap. 1. de homic. *quam tamen declarationem feciſſet, & facere debuiſſet, ſi correctionem voluiſſet: ergo de facto non correxit dictum ius, nec reliquum ius commune, quod potius confirmauit, & auxit.* numero 109. *dempto quòd, excipiendo quoſdam caſus non exceptos ab ipſo communi iure, limitauit regulam generalem* cap. inter alia de immun. Eccleſ. *vnde nec dici poteſt nihil correxiſſe ex diſpoſitis per ius commune ſuper immunitate Eccleſiarum contra* Pegueram, *& Bullam*

lam hanc non eſſe nouum ius, ſed tantum iuris diuini, & antiquorum canonum declaratiuam, contra Peregrinum. num. 110.

Derogatio per dictã limitationem facta, non officit caſui præſentis diſputationis, in quo diſpoſitio Gregorij conſiſtere poteſt cum diſpoſitione iuris communis quo ad homicidium induſtrioſum citra inſidias, cum diſpoſitio eadem non ſit inter terminos contradictorios. num. 111.

Princeps non videtur voluiſſe vno verbo tollere iura, quæ tot vigiliis fuerunt excogitata, & vni verbo, & quaſi aliud agens, reuocare legem obſeruatam. num. 112.

Vt non eſt credendum, vnum legiſlatorem velle irritas reddere exemptiones à prædeceſſoribus conceſſas, niſi id expreſsè enunciet, ita & non credendum de legiſlatore in ordine ad ſanctiones à ſuis prædeceſſoribus ſapientiſſimè conditas. n. 113.

Soluitur argumentum pro ſententia aſſerente correctionem iuris antiqui per Bullam Gregorij XIV. num. 114.

Quando Conſtitutio loquitur in materia iuris communis, & aliquos caſus excipit etiam per taxatiuam tantum, ſolùm, aut ſimilem, non firmat regulam in caſibus ibi non exceptis, qui tamen excepti ſunt alio iure antiquo, ſed nihilominus manent, atque intelliguntur excepti ipſi omnes alij caſus, qui alio iure excepti erant antea, ac ſuppletur ius illud nouum iure antiquo. ibidem.

Si exceptio illimitatè firmaret regulam in non exceptis præſenti iure, quamuis eſſent excepti alio iure anteriori, ſequerentur abſurda, & in ſpecie, quòd ob dictum D. N. Ieſu Chriſti de non dimittenda vxore, excepta fornicationis cauſa, firmaretur exceptio in aliis caſibus à fornicatione diſtinctis, v. g. in caſu ſeuitiæ, aut hæreſis, quod tamen falſum eſt. n. 115.

In articulo correctionis recurrendum ad mentem legiſlatoris excipientis, & concludendum. eam mentem eſſe, vt aliis caſus ab alio iure excepti non lædantur per præſentem exceptionem, niſi hoc expreſsè præcipiat nouiſſimus conditor canonis, aut legis latæ cum exceptione, itemque caſum omiſſum à lege excipiente, manere decidendum ſecundùm diſpoſitionem iuris communis. num. 116.

Quæ dicuntur de dictione taxatiua tantum verificantur, in quantum nihil reperitur exceptum in alio iure: & eadem dictio non impedit extenſionẽ, quãdo aliàs induceretur correctio iuris: & doctrina de taxatiuis tradita ab aliquibus ad conuincendam correctionem iuris antiqui per Gregorianã, nixil probat, quia nimis probat. n. 117.

Certa iuris cuiuſlibet poſſeſſio non eliditur per oppoſitã opinionem probabilem, & in ſpecie poſſeſſio cit. cap. 1. de homic. quo ad excludendam, ſaltem valdè probabiliter, ab immunitate occiſionem citra inſidias induſtrioſam, non deſtruitur per correctionem ſolùm opinatiuam. num. 118.

Denominatio vigentis, & exiſtentis in ſuo robore ad priuandum, ſaltem probabiliter immunitate, adhuc competit cap. 1. de homic. poſt opinionem de correctione, ſicuti competebat ante illam opinionem. ibid.

Soluuntur rationes pro opinione correctionis. num. 119. 120. & 121.

Probabilitas diſpoſitionis cap. 1. de homic. etiam per ſe conſiderata ſeorſim à ratione poſſeſſionis certæ, non impugnatur per probabilitatem correctionis, cum probabilitas non elidatur ſolutione merè probabili, immo potius ab hac probabilitate propugnetur, & ſit bona conſequentia: hæc opinio eſt probabilis: ergo & oppoſita eſt probabilis num. 122.

Non eſt correctum certò c. 1. de homic. contra aliquos, quos mirum eſt, ex zelo immunitatis, nihil curare indemnitatẽ iuris communis habentem tantùm, ſi non plus, momenti pro Eccleſiæ bono, quantum habet ampliatio immunitatis Eccleſiarũ. n. 123.

Quantum Eccleſia per ampliationem immunitatis ædificaretur, tantumdẽ, ſi non magis, per iuris communis prætenſam, & non probatam correctionem deſtrueretur. ibid.

Videri debet dura correctio vnius Pontificiæ

Digitized by Google

Decretalis per Pontificiam Conſtitutionem, ſicut dura videtur Celſo Bargalio correctio vnius legis Codicis per aliam legem Codicis ibidem.

Perperam adimit Iulius Chartarius Doctoribus facultatem diſputandi in præſenti difficultate, quam ipſe aſſerit, ſed non probat, deciſam à Papa. Secuta autem ea deciſione, quis adorando lumini rebellis eſſe auderet? num. 124.

Ex hoc, quòd poſt Gregorianam ſcripſerunt quidã, homicidam citra inſidias appenſatum excludi ab immunitate, deſumitur argumentum de non correctione cap. 1. de homic. ibidem.

Obiicitur, ſi adempta eſt immunitas per cap. 1. de homic. *occiſioni citra inſidias induſtrioſæ, euadere fruſtraneam diſpoſitionem Gregorij, quæ adimit immunitatem homicidio proditorio, cum in tali homicidio excludatur induſtria, cui prius adempta fuit immunitas.* num. 125.

Soluitur 1. *dicta obiectio* ibid.

Soluitur 2. num. 126.

Quando canon ſancit aliquid vel certò vel probabiliter, ſi emanet noua Conſtitutio, quæ non adhibeat terminos expreſsè correctiuos ſancitorum in eo canone, non poteſt vllus Doctor conuincere certò, & abſolutè correctionem ipſius canonis exiſtentis in poſſeſſione certa, & antiquiori num. 127.

In materia poſſeſſionis habenda eſt cæteris paribus, magna ratio antiquitatis n. 128.

Correctio iuris certi, vt ſtabiliatur, eget iure certo poſteriori corrigente, & elidente omnem poſſeſſionem. num. 129.

1 IAM verò quod attinet ad ſecundum gradum in homicidio prænotatum, & conſiſtentem in *voluntario* inuoluente induſtriam cum propoſito, & appenſamento citra inſidias coniunctam,

Peguera *deciſ.* 8. *num.* 3. aduertens, Gregoriũ XIV. in cit. Conſtitutione excludentem, ab immunitate Laicos, qui proditoriè proximum ſuum occiderint, non addidiſſe *per inſidias*, ſed ſolùm poſuiſſe *proditoriè*, aſſerit *proditoriè* idem eſſe, atque *per induſtriam*:

Vnde inferendun videtur, rationem *proditorij*, ſecundùm hunc Doctorem, inueniri etiam in ſola induſtria ab inſidiis præciſa, quod etiam innuit Cephal. *conſ.* 57. *numero* 15. quatenus docet, eſſe proditorem eum, qui ſine iuſta cauſa, vel offenſa, *animo voluntario* occidit, ideſt *ex propoſito*, vt ego interpretor.

Sed dictum hoc, niſi procedat in eo ſenſu, in quo illud vſurparunt Boer. *deciſ.* 109. *numero* 5. *verſ. Tertiò*, & alij explicantes *cap.* 1. *de homicid.* ibi: *per induſtriam*, vt idem ſit quòd *proditoriè*, ſubintellectis tamen inſidiis in eo textu expreſſè poſitis, dictum hoc inquam, ſi nudè accipiatur, non eſt verum.

Nemo enim appellat *proditorem* eum, qui quantumuis deliberatè, ex propoſito, & ex induſtria alium aggrediatur, omiſſis tamen inſidiis, quia nimirum diffidat eum prius, profitendo ſe illi hoſtem, & apertè prouocando, vt gladium euaginet, expectando etiam tantiſper, dum id faciat, vel etiam, ſi gladio caret, illum inueniat, quæ diffidatio propria militum eſt, & eorum, qui honorem in armis æquè, atque ipſam vitam curant. Gambacur. *libro* 5. *capite* 28. *numero* 4. qui proinde ſi eum ſic diffidatum, & ſe defendere conantem occidant ex propoſito, & ex induſtria, *proditoris* notam non incurrunt ſecundùm vulgi opinionem, à qua ductum argumentum eſt efficax. Euerard. *in ſuis topicis. Loco ab opinione vulgi.*

Nec fallitur in hoc caſu vulgi opinio, quia vere in eodem caſu non habet locum ratio, quæ fundat labem proditoriam, inuadi ſcilicet aliquem incautum, & impotentem hîc, & nunc ad ſe tuendum, de qua ratione paulò

paulò exactius infra §.9.*præſētis ſectionis*.

Atque ita homicidium per ſolam induſtriam, id eſt ex propoſito, & præuia animi deliberatione patratum citra inſidias verè à proditorio diſtingui, docent in terminis Couarr. *lib. 2. variar. reſol.capite 20. numero 7.§. in his profectò caſibus*. Gambacur. *libro 5. cap. 4. n.23.iuncto 19.verſ. probat Couarr.* Thom. del Bene *cit. parte 2. de immun. & iuriſd. Eccleſ. cap. 16. dub. 20.ſect.7. n.2.* Caſtro Pal. *parte 2.tract. 11. de reuer. debita locis Sacris diſp vn.puncto 9.n.29.* Falcon. apud Farinac. *conſ.76.num.17.Franciſc.* Suarez *de reuerentia debita locis ſacris lib.3. cap.11. num.13.de relig.tomo* 1. Ciarlim. *lib.1.controuerſ.forenſ.cap.* 10.*n.*138.Ioann.Carolus Antonellus *tract. de regimine Eccleſ. Epiſcopalis lib. 1. cap. 9.n.78.* Alexander Peregr.*cit. cap.7.tract.de immun. num.15.* Gigas *tract. de crim.leſæ maieſt.lib.1.Qualiter,& à quibus, &c. quæſt. 10. num. 19.* Mallet.*in auro Theol malleat.35.bractea* 14. Diana *parte 1. tract.de immun.Eccleſ.reſol. 33. & parte 6. tract. 1. de Immun. Eccleſ. reſol.13.* Clar.§. *fin. quæſt. 30.n.10.§.Punctus eſt, ad initium.* Anaſtas.Germon. *de ſacror.immun.lib.3. cap.16.n.* 65. Villagut *de extenſ. leg. fol. mihi* 354.*num.16.*

Dictum homicidium admitti ad immunitatem ſecundum aliquos.

Vnde admittitur ad beneficium immunitatis, ex eo quòd *proditorij* titulo careat, quaſi nullus alius titulus excludere *cum* poſſit, homicida voluntarius ex mero propoſito, ſeu induſtria ſine inſidiis, à Gigante. *cit.quæſt.*10.*n.*19.

Ægidio Poſſio. *de captura. num.*21. Falconio *cit.num.* 17. Filluccio *tract.* 15. *apc.6.quæſt.8.n.* 152. Antonello *cit. n.* 78. Vermigliolo *conſ.crimin.93.n.3.* Vincent. Tancredi *tomo de religione,tract. 1. lib. 4. diſp.7.quæſt. 2. num.7.* Layman. cit. *lib.4. tract. 9.cap.3. num.* 8. Farinacio *in append. de immum.cap.7.n.*110.Couarr.*cit.cap.20. num. 7. cit. § in his.* Grilenzono *conſ.*149. *num.*37.Caſtil.*deciſ.154 num.8.& 9.* Malletto *cit. Malleat. 35.bract.* 14. Diana *cit. reſol.* 13. Thoma del Bene *cit. ſect. 7. num.* 21. Suarez de Paz. 5. *parte tomi* 1. *capite* 3. §. 3. *numero*. 131. referente ita iudicatum in ſupremo Senatu Regis Philippi II. in fauorem cuiuſdam nobilis occidentis ex propoſito in quodam duello alium, qui confugit ad Eccleſiam, & inde fuit extractus, & Senatus præcepit, illum Eccleſiæ reſtitui. Mario Antonino *variar.reſol.lib.3. reſol.15. n. 9.* Blanco *in pract.crimin.fol.4.num.26.*

Quam ſententiam vti probabiliorem ſequuntur etiam Tuſchus *lit.E.concluſ.* 11.*n.*3. Alex.Pereg.*cit.c.7.n.* 15.16. & 17. *verſ.tu tamen*. Franc.Suarez. *cit.lib.3.c.*11. *n.*13.Caſtro Pal.*cit. puncto 9.n.29.* Ciarl. *parte 1.contr.forenſ.c.10.n.138. & parte 2. cap.151.num. 9.* Trullenc. *tomo 1. cap.11. dub.3.num.16.* Villagut. *cit. num.16.* qui tamen immeritò dicit, hanc ſententiam eſſe omnium canoniſtarum. Germon. *cit.c.16.n.65.qui n.64.* dicit, contrariã eſſe communem interpretum, vbi obſeruare potes variationem magnorum virorum circa aſſertionem communis opinionis.

Et ex his Doctoribus aliqui, nẽpe antiquiores, Gigas, Couarruuias, vel etiam moderni, non visâ Conſtitutione Gregorianâ, Layman, Franciſcus Suarez, nituntur *c. 1.de homic.* per quod putant ad excluſionem immunitatis exigi in homicida inſidioſam induſtriam, ita vt ad ad dictum effectum non ſufficiat induſtria, niſi cùm inſidiis coniungatur.

Aliqui verò, nempe, qui poſt viſam eam Conſtitutionem ſcripſerunt, vel nituntur tum eodem c.1.ſicut antiquiores, tũ eadem Conſtitutione, vt Falcon.*cit.conſ. 76.n.17.* Diana.*cit.reſol.*13. Th. del Bene *cit.ſect.7.n.2.& 3.* vel nituntur ſola Conſtitutione, vt Mallet. *cit. bractea* 14. vel nituntur maximè dicta Conſtitutione, vt Ciarlin.*cit.n.*138. qui dicit, nunc concludendum eſſe, homicidam deliberatum, & ex propoſito, & præmeditatũ nũc gaudere beneficio immunitatis, niſi

ſimul probetur proditio. Et hanc opinionem hodiè indubitantet eſſe ſeruandam vigore *Conſtitutionis Gregorij XIV.* dicit Farinac. *cit. cap.* 7. *n.* 111. quaſi verò antea, id eſt ante dictam Cõſtitutionem, ſufficeret ad excluſionem immunitatis ſola induſtria ſine inſidiis in terminis iuris communis, quod remanſerit cotrectum per ipſam Gregorianam quo ad hunc articulum.

Quam correctionem ſupponit Ciarlin. *cit. parte* 1. *controuerſ. forenſ. cap.* 10. *num.* 27. & expreſsè aſſerit Diana quo ad totum ius commune, conſuetudines, & & priuilegia in contrarium exiſtentia, ſed non probat, ſicut in articulo tanti momenti, & conſequentiæ oporteret, *parte prima tract.* 1. *de immunitate Eccleſiarum, reſol.* 1. *per totã*, & in terminis huius quæſtionis *eodem tract. reſol.* 33. & in genere quo ad caſus non expreſſos in Gregoriana, *parte* 5. *tract.* 1. *reſol.* 2. vbi meritò quidem ſe tuetur ab ignorantiæ nota ſibi inuſta per Marium Cutellum *Cod. legum Sicularum ad leges Martini R. S. cap.* 17. *nota* 17. *n.* 5. *pag. mihi* 333. *col.* 2.

5 Sed immeritò, & grâtis aſſerit, prohibitum fuiſſe Gambacurtam ex ea cauſa, quia docuit opinionem, quam contra Dianam ipſum docet Cutellius, non gaudere ſcilicet aliquem beneficio immunitatis poſt *Bullam Gregorij XIV.* ſuper immunitate Eccleſiarum, ſi committat aliquod delictum enorme non exceptuatum in dicta Bulla;

Immeritò inquam, & grâtis, nam in Decreto prohibitionis dicti Auctoris nihil prorſus dicitur de illa cauſa, & cùm alioqui videamus, non deeſſe Doctores, qui poſt Bullam eamdem dixerunt id, quod docuit Cutellius contra Dianam, & nihilominus prohibiti non fuerunt, habemus iuſtum motiuum inferendi, quòd prohibitus fuerit Gambacurta ob alias doctrinas, quæ non ſolùm Eminentiſſimis Patribus, ſed multis aliis alioqui non ſcrupuloſis, tanquam laxiores non placent.

Et in ſpecie non videtur mihi veriſimile, quòd ſapientiſſimus ille Senatus ad vnius Auctoris alioqui Doctiſſimi, & circà immunitatem in multis legitimè philoſophati tam diſertam damnationem, & prohibitionem (*penitus damnat, ac prohibet, &c.* ſunt verba Decreti prohibitionis apud Dianam cit. reſol. 2.) permotus fuerit ex hoc ſolùm, quòd docuerit priuandos immunitate confugas etiam poſt Gregorianam Conſtitutionem ob delicta in iure communi excepta, quod eſt vnum ex traditis per Cutellium contra Dianam, & per alios, qui tamen prohibiti non fuerunt;

Vt enim infra demonſtrabo, nihil abſurdi continet, immo multum congruitatis, aſſerere, quòd per ius modernum, etiam adhibens particulas taxatiuas, niſi ſe expreſsè declaret de corrigendi intentione, non corrigatur ius antiquum vſquequaque venerabile, cuius manutentio tanti momenti eſt pro bono Eccleſiæ, quanti ampliatio immunitatis Eccleſiarum iuxta ea, quæ dico *infra in hoc* §. *à num.* 103.

Sententia aliorum, & mea in contrarium.

Quibus tamen non obſtantibus, ego 6
prædictum homicidam ex mero propoſito, ſeu induſtria ſine inſidiis, excludo ab immunitate, non quidem ex titulo *proditorij*, qui dicto homicidio euidenter diſconuenit, nec ſolus inducit priuationem immunitatis, vt notauit Gambacur. *lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 23. §. *ad rationem.* ſed ex ipſomet titulo, & qualitate homicidij merè induſtrioſi, dummodò tamen hoc homicidium ſit pleniſſimè voluntarium, id eſt per ſe, & in in ſe ac directè intentum, & accidat per actionem poſitiuam, non autem per ſolam iniuſtam omiſſionem, vt latius de his agam infrà §. 23. & 24. *huius ſectionis.*

Habeo autem duces huius ſententiæ Doctores

Doctores plurimos, & ex illis aliquos primæ claſſis, Henricum Henriquez *in ſumm. lib.* 14. *cap.* 14. *num.* 1. *in comment. lit. O.* ibi: *aut animo deliberato.* dicentem eſſe communem. Molinam Theologum *de iuſt. tract.* 3. *diſp.* 23. *num.* 3. dicentem eſſe veriſſimam in puncto iuris, & apertè definitam *in cit. cap.* 1. *de homic.* Nauarrum *in manuali cap.* 25. *num.* 21. ibi: *aut animo occidendi*: quæ verba faciunt membrum diſtinctum ab occiſione inſidioſa, per eundem Nauarrum ibidem excluſa ab immunitate. Emanuelem Rodriguez *in ſum. parte* 1. *cap.* 155. *n.* 5. vbi dicit, eſſe communem. Fagundez *in* 2. *Eccleſ. præcept. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 46. *&* *rurſum in quintum Decalogi præcept. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 19. Martinum del Rio *diſquiſ. Magic. lib.* 5. *ſect.* 7. *§. capi ſortiarios.* Laurentium de Portel *in dub. Regular. in verb. Eccleſiar. immun. num.* 15. Bonacoſſam *commun. opin. crimin. in verb. Homicidium, fol.* 82. *colum.* 2. Andream. Gail. *lib.* 1. *pract. obſeruat.* 48. *num.* 16. dicentem, id eſſe indubitatum. Horatium Carpanum *commentar. ad cap. Homicida. nouar. Conſtitut. num.* 1131. Franciſcum Marcum *parte* 2. *deciſ.* 268. *num.* 2. Clarum §. *Homicidium, num.* 6. *verſ. Item committens*, *&* §. *fin. quæſt.* 30. *num.* 10. *verſ. punctus eſt*, vbi teſtatur, ſe vidiſſe pluries iudicari ſecundùm hanc opinionem, & in ſpecie contra duos, quibus Senatus intulit vltimum ſupplicium, intellecto, quòd homicidium animo deliberato patrauerant, & dicit, putare ſe, & ab hac ſententia in practica non eſſe recedendum. Monticellum *in praxi crimin. reg.* 12. *numero* 25. *pag. mihi* 115. *col.* 1. *& à fortiori, num.* 23. vbi excludit ab immunitate *homicidas* ſine vllo addito, quod etiam facit Iacobus Concænatius *Quæſtionum iuris ſingularium lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 1. Plotum *conſ.* 24. *num.* 18. *&* *conſ.* 78. *num.* 24. Decianum *tract. crimin. lib.* 6. *cap.* 28. *num.* 12. *iuncto num.* 15. *vbi dictum probat, & lib.* 9. *cap.* 22. *num.* 4. vbi quòd, qui animo præmeditato hominem occidit, non eſt tutus in Eccleſia. Ariſminum Tepatum *lib.* 1. *ad leg. Corneliam de ſicar. fol. mihi* 388. *column.* 2. Eraſmum à Cochier. *de iuriſd. Ordinar. in exempt. parte* 4. *quæſt.* 65. *num.* 7. *§. Item, qui animo.* Mayner *in leg. Nemo de domo, de regul. iuris, num.* 20. Vulpellum *reſponſo* 128. *num.* 7. *ex Butrio, Ioanne Andrea, & Ancarano, & rurſum de libertate Eccleſiaſtica, parte* 1. *num.* 27. *&* 28. vbi Gloſſam, & alios allegat. Antonium Scappium *de iure non ſcripto, lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 3. Rebufum *tomo* 2. *Conſtit. Regiar. titulo de immun. Eccleſ. numer.* 17. *pag. mihi* 335. vbi expreſsè loquitur de homicida induſtrioſo. Borell. *in ſumm. deciſ. tit.* 3. *de his, qui ad Eccleſiam, num.* 76. *&* 77. Antonium Columbum *in compendiaria forma procedendi extraordinariè in controuerſiis criminalibus, art.* 116. *ad calcem voluminis omnium tractatuum criminalium per Zilettum collectorum, fol.* 466. *numero* 116. Ioannem Milleum *in praxi criminis perſequendi, §. hoc exacto, num.* 19. *fol. mihi* 41. Ioannem Gallum, *quæſt.* 172. §. *per arreſtum*, quem videre non potui, niſi citatum à Claro *cit. num.* 10. & à Gambacurta *lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 19. à quibus malè pro hac ſententia citatur Papo *lib.* 1. *tit.* 1. *arreſto* 18. Caballum *cit. tract. de omni genere homicidij, num.* 388. Fachineum *controu. lib.* 9. *cap.* 93. §. *ego exiſtimo*, vbi ex profeſſo, atque optimè hoc punctum diſcutit, & refertur à Porro *in faſciculo rerum criminalium pag.* 131. Alciatum *de præſumpt. reg.* 3. *præſumpt.* 33. *num.* 4. *fol. mihi* 33. qui dicit, hanc opinionem de iure ciuili non habere difficultatem, & tenendam eſſe in foro canonico, vt iura iuribus concordentur. Ioſephum Ludouicum *deciſ. Lucenſ.* 16. *num.* 35. ſi tamen nomine *doloſi homicidæ* intelligit deliberatum, in quo ſenſu locutus ſupponitur ab aliquibus eum citantibus pro hac ſententia. Hortenſium Caualcanum *tract. de teſtibus, parte* 2. *tit. de probatione, & reprobatione teſtium, num.* 257. *fol. mihi* 89. Martam *de iuriſdict. parte* 2. *cap.* 51. *num.* 4. *&* 6. vbi quòd omnes ita intelligunt, *& rurſum*

*num.*8. vbi loquitur de occidente per venenum, quem excludit ab immunitate, eo quòd *præmeditatè*, & doloſè id faciat. Sperellum *deciſ.*102. *num.*50. antè Gregorianam, qui tamen ſecus dicit poſt Gregorianam, ſicut, & Iuliuus Chartar. *deciſ.crimin.*4. *num.*12. & 13. & *deciſ.*95. *num.*2. & 3. Emanuelem Soar. *in theſauro receptar. ſententiar. lit.E. n.*12. Ioannem Aloyſium Catalanum *tractat. crimin. amneſtiæ, abolitionis, & indultus, cap.*37. *num.*41. Maſtrillum *comment. ad indult. general. cap.*28. *num.*2. §. *Rurſus facit, iunctâ rubricâ, quæ expreſsè loquitur de homicidio deliberato.*

Et veriorem dicit hanc ſententiam Thom. Sanchez *conſilior. moral. tomo* 2. *lib.*6. *cap.*1. *dub.*8. *num.*27. & eſſe probabilem agnoſcit Franciſc. Suar. *cit. lib.*3. *c.*11. *num.*13. quatenus dicit, *probabilius* eſſe oppoſitum.

Et poſt Gregorianam non ſolùm agnoſcunt vt probabilem hanc ſententiam Caſtro Palao, *cit. puncto* 9. *num.*29. Ciarlin. *cit. cap.*10. *num.*138. quatenus aliam appellant *probabiliorem, veriorem*: & in terminis *probabilem*, & communem dicit Alexand. Peregrin. *tract. de immun. cap.*7. *num.*16. *ad medium*, quamuis addat, oppoſitam eſſe probabiliorem *num.*17. *verſ. tu tamen*, & ſatis probabilem dicit Trullenc. *cit. tomo* 1. *lib.*1. *cap.*11. *dub.*3. *num.*16.

Sed abſolutè eam tenent Venerus *in exam. Epiſcop. lib.*9. *cap.*37. *num.*32. *verſ. homicidæ.* Nald. *in verb. Eccleſia numero* 5. Gambacur. *lib.*5. *cap.*4. *num.*20. *pag.*335. *column.*1. Sebaſtian. Guazzin. *defenſ.*1. *cap.*38. *num.*43. *ibi: vel induſtriam.* Franciſcus Molin. *in tract. de ſacra homicidij amittenda immunit. §. Immunitas Eccleſiæ, num.*16. *verſ. tertia*, & *num.*18. & *num* 26. quem videre non potui, ſed inueni ſic allegatum à Ciarlino *parte* 2. *cit. cap.*151. *num.*1. & ab aliis. Sarpus *cap.*5. *fol.*48. Ludouic. Correa *relect. de immun. Eccleſ. parte* 2. *num.*19. Curtell. *de immun. Eccleſ. lib.*1. *quæſt.*5. & 33. & 36. *num.*11. quos item tres videre non potui, ſed vidi prædicto modo citatos à Thoma del Bene *cit. cap.*16. *dub.*20. *ſect.*7. *num.*4. ſicuti etiam allegantur dicti Sarpus, & Correa per Dian. *parte* 6. *tract.*1. *de immun. Eccleſ. reſol.*13.

Et eandem ſententiam latiſſimè vt veriorem defendit Peguera *deciſ.*54. & *rurſum deciſ.*58. *concludens, num.*13. *cit. deciſ.*54. eſſe tenendam, & obſeruandam tum vt æquiorem fauori publico, ne delicta remaneant impunita, tum vti veriorem ex rationibus, quas ipſe digniſſimas lectu affert, tum etiam vt magis communem.

Et hanc eandem ſententiam ſequitur tanquam receptiorem Barboſa *libro* 2. *vniuerſi iuris Eccleſ. cap.*3. *n.*99. & *tanquam veriorem n.*101.

Et iuxta hanc tanquam communem, 7 & propter Doctorum auctoritatem, ſæpiſſimè abduci ab Eccleſia tales homicidas voluntarios, teſtatur Couarruu. *loco proximè citato*, vbi nota vocem illam *ſæpiſſimè*, quæ ſatis eſt ad oſtendendam conſuetudinem. Gambacut. *cit. libro* 5. *cap.*4. *num.*19. *pag.*334. *col.*1. *ad finem*, qui tamen *colum.*2. *item ad finem* putat, Couarruuiam loqui de conſuetudine Hiſpaniarum, quam & ipſe putat ſeruari.

Et de conſuetudine Luſitaniæ teſta- 8 tur Molina Theolog. *cit. diſp.*23. *num.*3. qui tamen dicit, contrarium fuiſſe receptum in regno Caſtellæ, quò fortaſsè alluſit Henriq. *loc. cit.* cum dixit, Couar. falli circa praxim.

Et de obſeruantia Regij Conſilij 9 Cataloniæ teſtatur Peguer. *cit. deciſ.*54. *n.*10. & *deciſ.*58. *ad fin.*

Et vidiſſe ita ſemper ſeruati in Cu- 10 riis Franciæ dicit Rebuffus *cit. numero* 17. loquens expreſsè de occidente *per induſtriam*, & nihil addens *de inſidiis.*

Et apud multos populos eſſe rece- 11 ptiorem teſtatur Boëtius Epo Rordahuſanus Friſius *lib.*3. *Heroicarum*, & *Eccle*

*Eccleſiaſticarum quæſtionum cap.6. pag.*100. *num.*19.

12 Et de conſuetudine vniuerſali Italiæ iuxta hanc ſententiam teſtatur Clar. *cit. verſ. Punctus eſt.* & Ioannes Petrus de Ferrariis, quem refert Remigius Gonny *tract. de immun. Eccleſiar. præſuppoſito* 2. *num.*10. *pag. mihi* 7. & Boër. *deciſ.*109. *num.*5. Maſuerus *in addit. ad dictum Ferrarium, pag. mihi* 649. *verbo. Italia.*

Blaſphemiæ Ioannis Petri Ferrarij, & earum cenſura.

13 Quamquam de iſto Ferrario, auctore alioqui docto, vt ex ſua practica Papienſi patet, ego nihil curarem, ſi ſolus eſſet; nam eum de Eccleſia malè ſenſiſſe compertum eſt, cenſoribus Falconio *in cit. conſ.*76. apud Farinac. *num.*19. & Deciano *tract. crimin. lib.6. cap.*25. *num.*2. & nimis libera voce in huiuſmodi immunitatem inuectum eſſe, vt dicit Vulpell. *reſponſo* 128. *n.* 5.

Dixit enim in vetuſtis, & integris ſuis exemplaribus, iura Canonica fuiſſe ad placitum, & ſine ratione facta, immò contrà ius Diuinum, quo cautum eſt: *Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum, cap. Decet, de immun. Eccleſ. in* 6. ſi enim Deus noluit tolerare ementes, & vendentes in Eccleſia, ſed eos abiecit, quantò magis non vult receptari in Eccleſia latrones, homicidas, & ſimiles?

Quas quidem blaſphemias iſtius Auctoris meritò appellatas Catholico viro indigniſſimas à Boëtio Epone *cit. lib.*3. *Heroicarum, pag.*104. *n.*39. ego legi apud citatum Remigium; & Boërium; nam in meo exemplari *impreſſo Taurini* 1587. *pag.*642. *n.*31. vbi debebant poni, non inuenio illas;

Fuerunt enim expunctæ ob offenſionem pij Lectoris, teſte Maſuero *cit. pag.*649. *in verbo Italia*, & fuit correctus in iſto loco idem Auctor in indice librorum prohibitorum, teſte Falconio *cit. conſ.*76. *num.*19. & in indice Regiæ Catholicæ maieſtatis repurgatorio, teſte Boetio Epone *cit. num.*39. quæ expunctio facta fuit de mandato Don Gaſparis à Quiroga Archiepiſcopi Toletani, & Cardinalis, teſte Gambacurta *libro* 3. *cap.6. num.*13. qui *num.*12. aſſerit meritò, doctrinam Ferrarij eſſe erroneam, cùm certum ſit, & de fide, Eccleſiam errare non poſſe in his, quæ ad fidem, & mores pertinent, cui fidei veritati is detrahit dicendo, immunitatem eſſe contrà ius Diuinum; ſequeretur enim per neceſſariam conſequentiam, errare Eccleſiam, cum immunitatem contra ius diuinum præcipit.

Mirare, Lector pie, Chriſtiani hominis temeritatem eo audaciæ, ſeu potius amentiæ progreſſam eſſe, vt affirmare, ſeu blaſphemare auderet id, quod de gentium aſylis nemo Gentilium auſus eſt, Eccleſiarum immunitatem, & iura immunitatis non modò facta eſſe ſine ratione, & ad beneplacitum, ſed etiam eſſe contrà ius Diuinum naturale, vt ponderat Gambac. *cit. lib.3. c.6. n.*10. refellens fundamentum Ferrarij *n.*22. 23. & 24. 14

Sed redeo ad rem meam, & dico, quòd vltra Clarum, & Ferrarium teſtantes de conſuetudine Italiæ, etiam Hortenſius Caualcanus Doctor ſatis modernus, teſtatur *cit. num.*257. *fol.*89. ſe vidiſse practicare ita, id eſt ſecundùm hanc ſecundam ſententiam, & ſecundùm illam in multis locis iudicatum fuiſse, & ſe illam amplexum eſse, dicit Marta *in compilat. totius iuris contr. tom.*2. *in verb. Homicidium cap.*37. 15

Et ab hac eadem ſententia tanquam non ſolùm magis communi, ſed etiam magis ſeruata in practica non eſſe recedendum in iudicando, ſcripſit Romæ in conſpectu Curiæ Proſper Farinac. *in praxi quæſt.*28. *num.*23. cui ſanè praxi, quamuis antiquiori, cum in ea tantus Doctor diſputet ex propriis, vt notauit 16

Gamb-

Gambacurta *lib.5.cap.9.num.2. ad finem, verſ. Hinc ipſemet.* videtur potius ſtandum, quàm *conſ.76.& appendici,* quamuis modernioribus;

Nam in eo conſilio, vt ſolent Aduocati, quæritur benignior doctrina in gratiam clientium: in appendice autem, quam ſcripſit tempore Pauli V. videtur veriſimile, quòd ſciens Farinacius, hunc fuiſſe ſenſum Clementis VIII. iuxtà Breue allegatum ab ipſo Farinacio *in eadem append. num.*110. & Paulum V. cum eſſet Cardinalis, dediſſe cauſam in alio caſu illi Breui per ſuum votum, de quo idem Farinacius *num.*143. putauerit, eundem Paulum V. etiam in hoc puncto eſſe eiuſdem opinionis iuxta illud Breue, & regnanti Pontifici condeſcendere voluerit, aut certè contradicere auſus non ſit;

Neque enim credibile mihi eſt, eximium hunc virum, cui meritò nobiliſſimum elogium ſcribit Fontanella *de pact. nuptialibus, clauſ.*4. *gloſſa* 14. *num.*116. *pag.*368. dimiſiſſe propriam ſententiam ita facile cum dimiſſionis efficax fundamentum non alleget, ſed videtur motus fuiſſe ad apparentem dimiſſionem per extrinſeca principia dumtaxat.

17 Et iuxta hanc eandem ſententiam ſecundam, Ordinationes Luſitanæ, teſte cit. Fagundez *in 2. Eccleſ. præcept. libro* 4. *cap.*4. *num.*46. excludunt ab immunitate maritos, qui occidunt vxores ſub prætextu adulterij, & inquiſitione facta, reperiuntur illas occidiſſe ex propoſito, ſeu deliberato animo, ita vt mors dicatur magis à propoſito facta, quàm accidentaliter ex delicto.

Leges, & priuilegia ſæpè continere ius commune.

18 Quòd ſi dicas, hinc potius argui contra ſecundam ſententiam; quia ideo lex illa Luſitana condita eſt, quia de iure erat contrarium, vt in ſimili dicit Decius Faulla apud Campanilem *cit. Rubrica* 11. *cap.*31. *pag.*644. *col.*1. *ad initium in diuerſorio iuris canonici.* Anonymus apud eundem Campanil. *pag.*650. *col.*2. *§. Adde quod,* & Ioan. Bapt. de Leonardis apud Catalan. *tract. crimin. amneſtiæ, abolitionis, & indultus poſt cap.*31. *n.*11.

Reſpondeo, ſæpè per leges municipales ſanciri id, vel potius declarari quod eſt de iure communi, propter diuerſas Doctorum circa ipſum ius commune opiniones; 19

Quia inconueniens non eſt, in caſu dubitabili legem à Principe condi declaratiuam ad ius commune. *l. Leges* 20 *la*3. *C. de leg.* vt egregiè notauit Franciſcus Bremundez de Caſtro apud cit. Catalanum *poſt. c.*31.*n.*67.*fol.*249.

Et ſæpenumerò contingit, vt multa ponantur ex abundanti, ad tollendas dubitationes, quæ tamen erant de iure deciſa, *argum. l. teſtamenta, Cod. de teſtam. & leg. quæ dubitationis, ff. de regul. iuris & leg.*51. *pupilli, in princ. ff. de neg. geſt.* Philipp. Corneus *conſ.*249. *num.*6. *fol.*240. *col.*2. *vol.*4. 21

Vel ad maiorem declarationem, ſicut & ad tollendam dubitationem. Genuenſ. *in practicabilib. Eccleſ. quæſt.*589. *num.*6.

Sicut propter eaſdem opiniones, & dubia conceditur ſæpè, tanquam priuilegium, id, quod alioqui competit de iure communi. Nauar. & Manuel, quos citat, & ſequitur Thomas Sanchez *de matr. lib.*2. *diſput.*37. *numero* 15. *ad vltimum.* 22

Et meritò quidem, cum nihil tam clarum ſit, quin capere poſſit aliquam ſubtilem dubitationem. Antonius Maria Corarius. *tractat. de communi opin. libro* 1. *tit.*1. *num.*16. *& libro* 2. *tit.*9. *num.*96.

Et ad tollendos ſcrupulos. Coninck *tom.*2. *de Sacram. diſp.*8. *num.*55. Gabriel Vaſquez 1. 2. *diſp.*177. *cap.*6. *ad finem, tom.*2.

Et vtiliter ab Epiſcopis ad maius ſubditorum ſolamen, conceditur diſpenſatio

ſatio in caſibus non egentibus diſpenſatione, qui ſubditi ſuas obligationes non percallent, & in dubio habere diſpenſationem cupiunt. Caramuel *in Theologia fundamentali nouiſſima. n.*614.

23 Hoc ergo modo ordinationes Luſitanæ ſanciunt, vel potius declarant id, quod, vt infrà oſtendam, eſt de iure communi, ſed obnoxium interpretamentis diuerſis, vt omne dubium, omnem contrariam opinionem excludant, per quam homicidæ voluntarij eximi à ſupplicio poſſent in vim immunitatis, vt in ſimili declarauerunt leges Hiſpanæ apud Marium Italiam *tract. de immun. Eccleſ. lib.*1.*cap.*5.§.4.*n.*4.*pag.*193.*col.*2.

Cenſura Falconij exceſſiua.

24 His animaduerſis, antequam fundamentum huius ſecundæ ſententiæ afferam, deduco, Falconium, virum alioqui ſatis doctum, non tamen omnia ſcientem, exceſſiſſe nimis in cenſuranda hac eadem ſententia, quatenus eius vſum vocat *abuſum, cit. conſ.*76.*n.*17. *apud Farinac.* & *corruptelam. n.*19.

Neque enim credi poteſt, tot grauiſſimos Catholicos homines eiuſdem ſententiæ aſſeclas, quorum aliqui fuerunt Eccleſiaſtici, immò & Religioſi, vt Nauarrus, quem vidi appellatum à quodam eximio Doctore *magiſtrum omnium*, Henriquez, del Rio, Molina, Fagundez, Portellus, Thomas Sanchez, Nald. &c. itemque tot Catholica tribunalia, Hiſpaniæ, Luſitaniæ, Catalonię, Italiæ, erraſſe circa articulum tam principalem, in quo agitur de Dei honore elucente in iure aſylorum, & de hominum ad Eccleſias confugarum vita, & quem articulum illi Doctores ſuſtinuerunt, & illa tribunalia ad praxim deduxerunt, & alij item doctiſſimi agnitum probabilem non carpſerunt, Franciſcus Suarez, & Caſtro Palaus etiam ipſi Eccleſiaſtici, & Religioſi, & peritiſſimi, &, quod caput eſt, Eccleſiam Sanctam, quæ vigilantiſſimè circumſpicit, vt malam doctrinam conuellat, permiſiſſe tamdiu hunc errorem, & corruptelam, donec vnus Falconius tot egregiis capitibus corrector, emendatorque contingeret.

Fundamentum meæ ſententiæ.

Iamuerò fundamentum huius, quam ſequor, ſententiæ eſt; quia diſpoſitio *cap.*21. *Exodi*, à qua ſecundùm ſe non licet ſumere argumentum, cum à paſſo Chriſto ceſſauerit. Peguera *deciſ.*58.*n.*1. Chriſti enim ſanguine deleta fuit. Caramuel *in Theologia fundament. n.*588. nec ſolùm eſt mortua, ſed etiam mortifera, prout eſt tota lex Moſaica quo ad ceremonialia. Suarez *mox citandus n.*10. & alij omnes cum S. Thoma 1. 2. *q.*103. *art.*4. *ad* 1. renouata eſt per ius canonicum *in cit. cap.*1. *de homic.* quod meritò imitatum eſt in hoc legem diuinam veterem; Franciſc. Suar. *cit. lib.*3.*cap.*11. *num.*11.*de reuer. deb. locis Sacris*, & confirmata in Conc. Trid. *ſeſſ.*14. *de reform. cap.*7. *in principio*, vbi in margine citatur *cap.*21. *Exodi, & cap.*1. *de homicid.* apud Barboſam *in Collect. Doctorum in idem Concilium*, & effertur illa diſpoſitio apud Fachineum *cit. c.*93. & Molinam Theologum *cit. tract.*3. *diſput.*23. *numer.*3. his verbis. 25

Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, vel per inſidias, ab altari meo euelles eum, vt moriatur.

Ecce, inquit Molina, *ſub disiunctione dixit* (per induſtriam, vel per inſidias) *quaſi alterum ſit ſufficiens; vt delinquens, Eccleſiaſtica immunitate non gaudeat.*

Atque ita fundati ſunt expreſsè *in cit. cap.*1.*de homic.* multi ex Doctoribus huius ſecundæ ſententiæ, Nauarrus, Henriq. Molina, Fagundez, Gail, Borellus, Franciſcus Marcus, Plotus *in conſ.*24. Ioſephus Ludouicus, Fachineus, Millæus, Alciatus, Catalanus, Decianus, & poſt Gregorianam Naldus, Gambacurt. Peguera,

Cochier, Barboſa, Sarpus *locis ſupra citatis.*

Quòd ſi dicas, in textu Exodi ſecundùm vulgatam editionem, correctam per *Gregor.*XIII. legi non *vel*, vt in antiquis, ſed *&*, quæ dictio copulat induſtriam cum inſidiis.

Dico primò, *&* ſumi pro *aut*, ſicut ibi exponit Abulenſis; quia *occidere per induſtriam*, & *occidere per inſidias* ſunt duo modi occidendi diſtincti, pariterque ibi, *&* pro *aut* more Hebraico poni exiſtimat Vatablus: quod idem exemplis ſcripturæ probat Peguera *cit.deciſ.*58. *num.* 2.

27 Et ſuadet hunc ſenſum disiunctiuum ipſamet collocatio, & ordo verborum, à quo ordine ſumitur licitè argumentum. Borgas. *de irregular. parte 6. fol.*317. *numer.* 1. & eſt validum in iure. Carauita Ritu 292. *numer.* 5. *comment. ſuper Ritibus magnæ Curiæ.*

Neque enim dixit Pontifex: *ſi quis per induſtriam, & inſidias occiderit proximum ſuum*: ſed ſtatim poſt *per induſtriam* appoſuit verbum *occiderit*, vt oſtenderet, ſe conſiderare occiſionem, vt qualificatam à ſola induſtria, quamuis poſteà etiam conſideret occiſionem vt qualificatam ab inſidiis.

28 Dico ſecundò, dato etiam, quòd particula *&* veniat intelligenda in ſenſu copulatiuo, adhuc dicendum eſſe, eamdem particulam non importare neceſſitatem vnitatis, & ſimularis *inter induſtriam, & inſidias*, vt illis ſimul vnitis, & acceptis conuenire poſſit diſpoſitio euulſionis ab altari;

Nam *occidere per induſtriam*, & *occidere per inſidias* non coniunguntur in praxi neceſſariò, ſed contingenter ſolùm, cum poſſit vnus occiſionis modus fieri ſine alio.

Quo fit, vt ly *ab altari meo euelles eum, vt moriatur*, debeat cadere ſeorſim ſupra *occidere per induſtriam*, & repeti totum ſeorſim ſupra *occidere per inſidias*, ita vt ſenſus ſit huiuſmodi:

Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, ab altari meo euelles eum, vt moriatur; & : *Si quis per inſidias occiderit proximum ſuum, ab altari meo euelles eum, vt moriatur.* Ita Peguera omnino videndus *cit. deciſ.* 58. *numer.* 2. *§. Approbatur. fol. mihi* 82. *col.* 3. vbi dicit, hunc eſſe germanum ſenſum huius loci, conformem cuicunque editioni maximè vulgatæ, & conformem doctrinæ Gloſſæ, Hugonis Cardinalis, Abulenſis, Vatabli, aliorumque Doctorum tum Theologorum, tum etiam Canoniſtarum.

Nihil eſſe ſuperfluum in cit. cap. 1. de Homic.

Sed obiicies cõtra meam concluſionẽ. 29

Si per dictum *cap.* 1. *de homic.* priuatur immunitate homicidium merè induſtrioſum ſine inſidiis, ergo alterutra ex his partibus diſpoſitionis eſt ſuperflua:

Vel ſcilicet prima *de induſtria*; cum enim induſtria cum propoſito, & appenſamento coniuncta contineatur in inſidiis, iam ſi remouetur ab inſidiis immunitas, remouetur etiam eadem ab inclusa induſtria: Fruſtra ergo ponitur pars prima *de induſtria* ſeparatim à ſecunda *de inſidiis.*

Vel ſecunda *de inſidiis*; quia cum induſtria includatur in inſidiis, iam ſi remouetur immunitas ab induſtria, non eſt, cur remoueatur ab inſidiis induſtriam includentibus: Ergo fruſtrà ponitur ſecunda pars *de inſidiis* ſeparatim à prima *de induſtria.*

Reſpondeo primò in mea ſententia diſtinguenre caſum induſtriæ cum propoſito, & appenſamenro coniunctæ, à caſu inſidiarum exiſtentium quidem cum propria ſua induſtria, ſed non cum illa, quæ à propoſito, & appenſamento procedit, & ponenre vnum caſum ſeparatim ab alio iuxta *ſupra dicta paragr. tertio, numer.* 14. nullam interuenire ſuperfluitatem, ſed vtramque diſpoſitionis partem operari ſeorſim 30

&

& plenè ſuum effectum, ita vt priuario immunitatis procedat, ſiue induſtria ab appenſamento pendens, ſit coniuncta cum inſidiis, ſiue non, & è conuerſo, ſiuè inſidiæ ſint coniunctæ cum ea induſtria, ſiue non.

31 Neque abſurdum eſt dicere, quòd ius canonicum inſidias etiam præciſas ab induſtria coniuncta cum propoſito, & præmeditatione, vt præcidi poſſunt in aliquo caſu, priuet immunitate, ſumendo motiuum ex peculiari deformitate ipſarum inſidiarum, ſicuti priuauit immunitate homicidium ſimplex commiſſum in Eccleſia, ſumpto motiuo ex peculiari deformitate ipſius homicidij conſurgente ex parte loci ſacri, vt *ſupra* §. 2. *num*. 16.

32 Arguit contra ſe ipſum Franciſcus Suarez *cit. lib*. 3. *cap*. 11. *num*. 13. *de reuer. deb. locis ſacris*, attentâ ſuâ ſuppoſitione, quòd induſtria ex propoſitio, & præmeditatione procedens includatur neceſſariò in inſidiis, quæ ſine illa eſſe non poſſint, & inferens, poni ſuperfluè eam particulam *per induſtriam*, reſpondet, eodem modo poſſe retorqueri argumentum;

33 Nam ſi omne homicidium per induſtriam exciperetur, non oportuiſſet addere, *& per inſidias*, quòd etiam dicunt, Thomas del Bene *cit. part*. 2. *de immun. & iuriſdit. Eccleſ. cap*. 16. *dub*. 20. *ſect*. 7. *num*. 7. Caſtro Pal. *cit. puncto* 9. *n*. 29. Diana *part*. 6. *tract*. 1. *de immun. reſol*. 13. *verſ. neque indè*.

Atque vt ſoluat idem Suarez eam difficultatem, dicit, quòd coniuncta ſunt illa duo, vt vnum per alterum explicetur, & alterum per alterum limitetur.

Sed ego debita cum reuerentia erga tantum Doctorem, fateor tenebras meas; neque enim video quo modo *induſtria*, quæ etiam ſecundùm ipſum poteſt eſſe ſine inſidiis, explicetur per inſidias, cum ſecundum ſuam rationem valdè differat ab inſidiis;

Induſtria enim in re noſtra dicit merum actum intellectus conſiſtentem in prouidentia circa aggreſſionem, cum habitudine ad propoſitum, & appenſamentum, præſcindendo ab inſidiis, vt ſuo loco explicauimus.

Inſidiæ autem quamuis ſumptæ ſecundùm ordinem intentionis, dicunt tum actum ipſum prouidentiæ, & quidem circa aggreſſionem impotentis ad ſe tuendum ab aggreſſore, tum actum voluntatis eligentis media ad eam aggreſſionem, præſcindunt tamen ab omni habitudine ad propoſitum, & appenſamentum, cum poſſint eſſe inſidiæ in caſu caloris rixæ, ſine propoſito, & appenſamento rigoroſè acceptis, ac proinde ſine illa etiam induſtria, quæ ab appenſamento & propoſito procedit.

Cum ergo *induſtria ab appenſamento, & propoſito procedens*, & *inſidiæ* includentes quidem neceſſariò aliquam induſtriam, ſed non neceſſariò illam, quæ ab appenſamento, & propoſito procedit, nihil neceſſariæ connexionis habeant inter ſe, quo modo dici poteſt eſſe coniuncta in canone, vt vnum per alterum explicetur?

Quod autem addit, Suarez, *coniungi illa duo, vt alterum per alterum limitetur*, ſi vult dicere, limitationem hanc fieri in ordine ad excluſionem immunitatis, ita vt induſtria non priuetur immunitate, niſi ſit *inſidioſa*, id quod apertè dicunt Thomas del Bene *cit. ſect*. 7. *n*. 4. Layman. *lib*. 4. *tract*. 9. *cap*. 3. *num*. 8. & Diana *cit. reſol*. 13. *verſ. qui per induſtriam*, hoc ſanè videtur petitio principij, cum ſupponat id, quod eſt in quæſtione, an ſcilicet *induſtria* in ordine ad excluſionem immunitatis, indigeat coniunctione *cum inſidiis*. Eſſet autem hoc idem probandum, non ſupponendum. 34

Quare cum videatur non ſoluta difficultas propoſita à Suarez, & videatur ſequi prædicta ſuperfluitas ex hoc, quòd induſtria ab appenſamento procedens ſupponitur incluſa neceſſariò in inſidiis, dicendum eſt, infidias 35

concipi poſſe omninò præciſas ab ea induſtria, quæ à propoſito, atque appenſamento procedit, & ſic in has inſidias cadere ſecundam partem diſpoſitionis *cit. cap.* 1. *de homicid.* ac proinde omnem tolli eiuſdem diſpoſitionis ſuperfluitatem, vt dicebamus. Sed melius.

36 Reſpondeo ſecundò, defendi etiam optimè, quòd ſuperflua non ſit diſpoſitio *cit. cap.* 1. *de homic.* quatenus cadit in inſidias etiam includentes induſtriam cum propoſito, & præmeditatione coniunctam, ſicuti regulariter includunt, vt diximus;

37 Cùm enim Pontifex primo loco ſubtractionem immunitatis ſanxiſſet, in deteſtationem homicidij cum qualitate *præmeditationis, propoſiti, & induſtriæ vt ſic*, voluit adhuc extendere eandem diſpoſitionem ad inſidias in deteſtationem *ipſarum inſidiarum*, & conſequenter etiam induſtriæ ab appenſamento procedentis, & concurrentis ad componendas inſidias.

Quamobrem non fuit ſuperflua diſpoſitio, quæ bis dirigebatur in idem obiectum, ſeu materiam, ſub diuerſis tamen reſpectibus conſideratam, & ad maiorem energiam, atque inculcationem, cum intenderit Pontifex excludere ab immunitate homicidam quidem, qui *animo deliberato, ac per induſtriam occidit.* Sed maximè qui id fecit *per inſidias*, vt acutè notauit Plotus *cit. conſ.* 24. *numero* 18. & debeat hoc rigoroſius, & à fortiori obſeruari, vt dicit Fagundez *in quintum Decalogi præcept. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 19.

38 Sic ſuperflua non eſt in lege multiplicatio verborum ſinonymorum, cum fiat ad indicandum rigorem, & ad maiorem certitudinem, & claritatem Suar. *tomo de legib. lib.* 5. *c.* 8. *n.* 2. quod vltimum de claritate dicit etiam Nauarr. *de ſpol. ſ.* 1. *num.* 2. & ad maiorem explicationem. Ianuar. *reſol. moral. par.* 1. *reſolut.* 65. *num.* 65.

Et ſuperflua non eſt geminatio verbi eiuſdem in aliqua lege, vel canone, Bulla, reſcripto, vel vltima voluntate, cum tunc contineat grande myſterium. Thom. Sanchez *in ſumm. lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 10. Euerard. *in locis argumentor. loco à vi geminationis num.* 16. *pag. mihi* 693. *verſ. ſecundo caſu.* Pellizzar. *in manuali Regular. tomo* 2. *tractat.* 8. *capite* 8. *numero* 55.

Præſumitur enim prolatum ſeriò, & non ex lubrico linguæ Euerard. *loc. cit.* & cum maiori deliberatione, & demonſtrat maiorem animi firmitatem, & propoſiti, & maiorem expreſſionem. Graſſ. *tract. de exceptionibus, except.* 14. *num.* 24. 25. & 26. & præciſam intentionem. Gutierrez *conſ.* 23. *num.* 5. & maiorem firmitatem conſenſus, & diuerſitatem iuris ab actu ſimplici, & præciſam coarctationem, & omnimodam deliberationem. Gutierrez *conſ.* 30. *num.* 6. & 7. & ſuperflua non eſt geminatio actus, cum demonſtret enixam mentem agentis, & magnam firmitatem animi & propoſiti. Idem Graſſ. *cit. except.* 14. *num.* 53. & 54. Venturin. *conſ.* 11. *n.* 113. & 141. & apertam voluntatem. Paulus Fuſcus *ſingulari* 3 *lit. G.* vbi dicit, eam eſſe naturam actus geminati, vt præſumptionem erroris excludat.

Ex quibus omnibus colligi poteſt, vitari ſemper ſuperfluitatem in diſpoſitionibus, quando repetitio diſpoſitionis à legiſlatore ordinatur ad effectum aliquo modo vtilem magis, quàm ſit ſimplex diſpoſitio:

Et argumentum deſumptum à ſuperfluitate eſſe admodum leue, & fragile, ac propterea ſufficere, quòd eiuſdem diſpoſitionis operatio conſiſtat in maiori declaratione. Vermigliol. *conſ. crim.* 465. *n.* 6.

Soluitur alia obiectio contra dicta in hoc §. 8.

Obiicies iterum. Locus *Exodi* 21. ex 39 quo

quo textus, *cap. 1. de homic.* deſumptus eſt, concedit locum refugij ei, qui proximo inſidiatus non fuerit: ergo non bene arguitur à textu *cit. cap. 1.* exemplati à dicto textu Exodi, ad excluſionem homicidæ voluntarij non inſidioſi à beneficio immunitatis; patet enim ad hanc excluſionem requiri *induſtriam inſidioſam* Thom. del Bene *cit. dub. 20. ſect. 7. num. 6.* Diana *cit. parte 6. tract. 1. de immun. Eccleſ. reſol. 12. 13.*

Reſpondeo, factam fuiſſe dictam excluſionem in lege veteri, etiam in caſu meræ induſtriæ, ſeu præmeditationis, vt docet, & probat Gambacurta *lib. 5. cap. 4. num. 20. verſ. Quartò.*

40 Præterquam quòd dici poteſt, Pontificem potuiſſe deſumere textum ex veteri lege, & relictis exemplis ipſius legis, quæ iam mortua, & mortifera eſt quo ad ceremonialia, & iudicalia præcepta, ſtatuere aliquid omninò nouum pro Eccleſia.

Secundam ſententiam firmatam in hoc. §. 8. poſſe per Epiſcopum deduci ad praxim.

41 Cum ergo tot, tantiſque patronis, & textu tam claro fulta ſit hæc ſecunda opinio, totque habeat teſtes ſuæ receptionis in praxi in diuerſis prouinciis Catholicis, & nihil in contrarium toti Eccleſiæ authenticè huc vſque intimatum reperiatur, & pro oppoſita ſententia non allegetur textus ſine inuolucris, aut ratio conuincens.

Vt proinde immeritò Iulius Chart. *deciſ. crimin. 95. num. 17.* aſſerat, ſuperfluam fuiſſe hac de re diſputationem, ſupponens, ſed ſine vllo fundamento, deciſam clarè fuiſſe ſententiam oppoſitam huic ſecundæ.

Excuſabitur Iudex Eccleſiaſticus à culpa, & dolo, ſi eamdem ſecundam ſententiam probabiliſſimam ſecutus fuerit, vt docet in caſu variarum opinionum huic immunitati eſſe locum, vel non eſſe, ſuſtinentium Hieronymus Gigas *tract. de crimin. læſæ Maieſt. lib. 1. quæſt. 10. num. 26.* intelligendus de ſola opinione magis probabili contra immunitatem, iuxta dicenda paulo poſt *à num. 58.* & in terminis huius quæſtionis docet Gambacur. *lib. 5. cap. 4. num. 22.* dicens, auctoritatem tot, tantorumque Doctorum ſatis eſſe ad faciendam ſententiam probabilem, in conſcientia tutam, vbi non apparet de contraria lege ſpeciali, vel conſuetudine.

Conſuetudinem fundatam in ſequela alicuius opinionis probabilis non reddere impracticabilem contrariã alioqui probabilem repertam.

Sed hoc vltimum de conſuetudine difficultatem habet non paruam. 42

Nam quamuis fortaſſe adſit conſuetudo admittendi ad immunitatem homididias ex induſtria ſine inſidiis, quæ conſuetudo introducta ſit ex hoc, quòd Iudices Eccleſiaſtici tenuerint primam ſententiam docentem ad excluſionem immunitatis requiri ſimul appenſatam induſtriam cum inſidiis in homicidio.

Non propterea hæc conſuetudo deſtruit maximam probabilitatem ſecundæ ſententiæ, neque eius vſum illicitum reddit, etiãſi hæc ſecunda ſententia ſupponatur de facto non viſitata alicubi.

Eſt enim hæc conſuetudo meri facti, 43 quæ propriè dicitur *vſus*, id eſt alicuius dicti, vel facti continua, & longa repetitio, quæ idem eſt, ac *mos*, vt notauit Gabr. Vaſqu. *tomo 1. in 1. 2. diſput. 177. cap. 1. num. 1.* & omninò diſtinguitur hic vſus ſeu mos à *conſuetudine iuris*, quæ eſt ius non ſcriptum, quod ex longo, & continuo vſu ortum eſt Vaſquez *ibid.*

Eſt inquam conſuetudo meri facti, quæ dici non poteſt ius non ſcriptum, ſeu lex, cum non habeat conditiones requiſitas ad tranſferendam ipſam facti conſuetudinem in rationem legis obligantis, inter quas illa præcipua eſt, vt

 non

Digitized by Google

non ſolùm adſit voluntas inducendi *conſuetudinem facti*, ſed etiam inducendi *ius conſuetudinis*, ſeu quod idem eſt, inducendi conſuetudinem obligantem, vt optimè obſeruat Suarez *tomo de legibus, lib.7. capite 14. numero ſexto*, & cum eo Baldellus *libro 5. tomo 1. de lege, diſp.22. num.2.* Caſtro Palao *parte 1. tract.3. diſp.3. puncto 3. §.3. num.12.*

Hæc autem intentio inducendi conſuetudinem obligantem, non fuit in dictis iudicibus Eccleſiaſticis, qui frequentauerunt actus ex eo, quòd crederent ſe teneri ad illos.

44 Sic ex eo, quòd adfuit conſuetudo aliquibus ante annis de præmittenda horarum matutinarum recitatione ad ſacrificium miſſæ, & de reſtituenda pauperibus re inuenta, ſi lateat rei dominus, & de reſpondendo directè ad interrogationem Iudicis legitimè, id eſt iuris ordine ſeruato, interrogantis, etiam cum periculo vitæ Rei reſpondentis, quæ conſuetudo fuerat introducta ex hoc, quòd communiter in illis caſibus Doctores illius temporis, & antiquiores tenerent, obligationem eſſe ſub mortali de facienda ea præmiſſione, & reſtitutione, & reſponſione.

Non propterea deſtructa fuit probabilitas opinionum contrariarum liberantium Sacerdotem ab onere illius præuiæ recitationis, inuentorem à debito illius reſtitutionis, & Reum ab obligatione illius reſponſionis, quæ opiniones repertæ poſteà à modernioribus Doctoribus poſt diligentem diſcuſſionem valdè probabiles, nunc paſſim ſuſtinentur tanquam morum regula, & tutæ in praxi ſunt, non obſtante contraria conſuetudine, quæ fuit meri facti, ſicut de prima opinione videre eſt apud Dianam *part.2. tract.14. reſol.36.* Iulium Mercorum in Baſi totius moralis Theologiæ, *parte 3. art.7. pag.222. colum.1. ad initium*, & Adamum Burghaber. *in centuria caſuum conſcientiæ caſu 66.* & de ſecunda apud eundem Dianam *eadem 2. parte, tract.17. reſol.5.* & Burghaber. *caſu 45.* & demum de tertia apud Petrum Nauarr. *de reſtit. lib.2. cap.4. num.142. & ſeqq.* Ioſephum de Ianuario *reſol. moral. parte prima, reſolut. 3. numero quarto*, Burghaber. *caſu 59.* & alios paſſim, quos in re obiter tacta allegare non decet.

Neque obſtat, quòd illæ opiniones antea eſſent communes; nam, vt optimè notauit Caramuel. *in Theologia fundamentali nouiſſimè edita Romæ, & Lugduni. num. 1622.* multa ſupponuntur etiam hodie, quæ non examinantur, & quoties diſcutiuntur, deprehenduntur erronea: ideo non ſtatim eſt admittenda hæc conſequentia: *hæc doctrina eſt communis: ergo contraria non eſt probabilis.* 45

Sic etiam ante Sotum communis erat opinio, beneficiarium ſub peccato mortali teneri quotidie ad horas, etiamſi beneficium ſolos duos, vel tres aureos ei penderet, & ita conſuetudine, & Doctorum opinione tenebantur ſub mortali. Verùm poſtquam Sotus præclaro iudicio docuit contrarium, paſſim cœpit rigida illa ſententia exoleſcere. Ita Leſſius *in prælectionib. poſthumis in Auctuario, verb. horæ canonicæ n.32.* 46

Sic item vult Caramuel *in citata Fundamentali, numero 1924.* doctrinæ nouiter ſuſtinenti, explicanda neceſſario non eſſe peccata dubia in confeſſione, non obſtare, praxim, & vſum exiſtentem in Eccleſia tanquam obligatorium in contrarium; quia licet conſtaret de dicto vſu, id ortum haberet ex eo, quòd omnes huc vſque Auctores ita docuerint, & pauci à paruo tempore incæperint id reducere ad dubium, provt ſæpius contingit & nunc, & olim in ſententiis antiquari incipientibus. Ita Caramuel, cuius tamen dictum ex parte particularis materiæ, circa quam verſatur, perdifficilè mihi eſt ob aliquas conſequentias, quas video, ſed hìc, ob loci inoppor 47

inopportunitatem, explicare non debeo. Faciam autem fortaſſe aliàs.

Eſt ergo dicendum, quòd in his, & ſimilibus caſibus, in quibus conſuetudo non aliter potuit inducere obligationem, quàm mediante hominum opinione, qui putarunt ſe obligari ſub mortali ad aliquid, obligatio facile tollitur, ſi oſtendatur, opinionem illam non ſolido niti fundamento, vt deduco ex traditis per Leſſium *citatq n.*32.

49 Sed redeundo ad Iudices Eccleſiaſticos, addo, quòd quamuis daretur, Iudices præceſſores habuiſſe intentionem inducendi conſuetudinem obligantem, ea tamen non potuiſſet lædere libertatem ſucceſſorum in pari auctoritate, iuxta vlgatum axioma: *Par in parem imperium non habet.*

Stylus Curiæ quando faciat ius.

50 Neque obſtat, ſi dicas, quòd ſtylus Curiæ facit ius, vt paſſim tradunt Doctores, & nominatim Salluſt. Tiberius *in pract. lib.*1.*c.*1. *in proœmio n.*6. Auila *de cenſur.parte* 1.*dub.*5.*ſub* ſ. *Tertio probatur.* Thom.Sanchez *de matrim. lib.*3.*diſp.*29. *n.* 17.*& lib.*7.*diſput.*44.*num.*6.quod adeo verum exiſtimat Garzia *de benef.parte* 5. *cap.*3.*num.*239. vt dicat, Stylum Romanæ Curiæ facere ius etiam extra Curiam, quod Oſaſc. *deciſ.*22.*num.*16.intelligit, ſi fuerit à Pontifice per modum prouiſionis confirmatus.

Cumque *ſtylus* ſit idem, quòd *modus procedendi in cauſis, & negotiis.* Gabriel Vaſquez *cit.diſp.*77.*cap.*1.*n.*12. vel etiam ſit conſuetudo vnius Iudicis, vel tribunalis. Anton. Piagius *tract.de iure conſuetudinis quæſt.*13.*num.*10. cum ſtylus dicatur à ſtilando, quaſi ſit vſus ſtillatus à Curia. Piagius *ibid. num.* 34. & vno verbo ſit practica alicuius Curiæ. Franciſc. Suarez *tomo de legibus lib.*7.*cap.*5.*num.*3.

Conſequenter dicendum eſt, quòd hic modus, vel conſuetudo iudicandi pro immunitate in caſu homicidij merè induſtrioſi citrà inſidias; facit ius, & obligat, cum ſit ſtylus ipſarum Curiarum Epiſcopalium, in quibus ſeruatur ille modus, & conſuetudo;

Reſpondeo enim primò, quòd noſtra materia non inuoluat in rigore *ſtylū*, qui propriè verſatur circà modū procedendi in iudicio. Peregrinus Ianninus *tract.de citatio.real.lib.*1.*c.*1. *n.*69. ſed potius conſuetudinem, quæ proptiè verſatur circà definitionem deciſionemque cauſarum: Idem Iannin. *ibid.* id eſt circà interpretationem iuris in definiendis, & decidendis cauſis: ſeu, quod idem eſt, conſuetudo reſpicit deciſoria, ſtylus ordinatoria, puta ordinem loquendi, ſcribendi, vel procedendi. Cumia *comment. in ritus magnæ Curiæ Regni Siciliæ in præludiis circa Rubricam. num.* 47. *pag.* 7. 51

Quod ſi hanc conſuetudinem velis etiam appellare *ſtylum*, ſeu praxim, ego nihil laboro, & dico, quòd ſæpe ſtylus, & praxis etiam Romanæ Curiæ, nedum aliarum Curiarum inferiorum fundatur in probabilitate vnius ſententiæ, neque ideò tollit probabilitatē alterius, & non declarat eam falſam, vt patet ex traditis per Dian.*par.*1. *tract.*10.*de legibus.reſol.*8. ſ. *Reſtat. videndum etiam reſol.* 9. §. *Nec valet dicere.* vbi quòd Iudices Romanæ Curiæ fundantur, & ſequuntur opinionem priorem in caſu, de quo ibi agitur, ſubditi verò poſſunt ſequi oppoſitam, quia probabilis eſt, ſed caueant pænas à Iudicibus infligendas: quarum pænarum irrogatio, quamuis dicatur fieri non poſſe ex multis, quæ adducit Ioſeph de Ianuar. *reſol. moral.parte* 1.*reſol.*47.*per totam*, quo modo tamen in hoc caſu ſequendi opinionem probabilem contrà opinionem Iudicis, iuſtificetur, oſtendit Catamuel *in cit. fundamentali. n.* 689. *qui per typi errorem in editione Lugdunenſi eſt* 684.*pag.*187. & non ſolùm ſequuntur dicti Iudices opinionem probabilem, ſed pro ſe ſemper tenent, vti aduertit Ioſeph de Ianuar. *reſolut. moralium parte* 1.*reſol.* 14.*n.* 6. *ad finem.*

Reſpon

52 Reſpondeo ſecundo, & magis directè, quòd ſtylus Curiæ circa interpretationem legum, aut difficultatum, quæ quotidie in iudicio occurrunt, facit ius, quando agitur de ſtylo Iudicum inferiorum, quem Princeps, aut Reſpublica approbat. Vaſquez *cit. diſp.* 177. *cap.* 8. *num.* 74. & quidem expreſſè, ita vt ad approbationem ſtyli, & deciſionum, quæ fiunt à Iudicibus, non ſufficiat, ad hoc vt tranſeant in legem, taciturnitas, & tolerantia Principis eum ſtylum ſcientis, cum tamen ad conſuetudinis confirmationem ſufficiat tacitus conſenſus Legislatoris, vt optimè idem Vaſquez *numer.* 75. eam allegans rationem diſcriminis, quia Princeps videns, Iudices tali, aut tali modo procedere, & tali modo leges interpretari, illud permittit; quia eos conſtituit vt Iudices, qui iudicent probabiliter, quid, ſeruatis legibus, rationi magis conſentaneum videbitur, nolens, eos eſſe legiſlatores, ſed Iudices prudentes.

Quare nec iudicium illorum, vt legem, admittit, ſed tanquam prudentem, & probabiliorem ſententiam, contra quam nihilominus alius poſteà Iudex, ſi æquum iudicauerit, poterit ferre ſententiam, idque integrum ei Princeps relinquit.

At verò cum Princeps videt vſum à maiori parte populi obſeruatum, & permittit, conſentire videtur in illum non tanquam in ſententiam probabiliorem Iudicis, ſed tanquam in id, quod à tota republica vult obſeruari, & conſuetudine, vt legem, recipi. Ita Vaſquez.

Qui appoſitè ad rem meam *num.* 74. dicit, quòd deciſiones Rotæ, licèt magna cum reuerentia à Iudicibus recipiantur, tamen non ſunt ſicut leges omninò ſeruandæ, ſed, ſi vrgeat ratio probabilior, poterunt Iudices contrariam ſequi opinionem, ſicut etiam, ratione vrgente, poterunt, relicto ſtylo recepto in aliquo Tribunali, iudicare, & citat Marcum Burgenſem *in proœmio legum Tauri num.* 229. *& ſequentibus*: idemque exiſtimat dicendum de ſtylo introducto in Curia ex ſolo Iudicum conſenſu circà modum procedendi, quia ſtylus, niſi ab eo approbetur, qui poteſt condere legem, non poteſt habere vim legis, ſicuti neque conſuetudo. Ita ille, cui quo ad hanc vltimam aſſertionis partem conſonat Anton. Piagius *cit. tract. quæſt.* 13. *num.* 33. vbi quòd ſecundum requiſitum, vt valeat ſtylus, eſt, vt Iudex, qui illum inducit, habeat poteſtatem, & ſit de maioribus poteſtatem ſtylum inducendi habentibus.

Vnde eſt, quòd hi ſtyli Curiarum ſæpius variant, ita vt modò albi, modo nigri à Doctoribus appellentur. Vermigliol. *conſ. crimin.* 12. *num.* 26. vbi plures, & nominatim ſtylus Curiæ Romanæ eſt volubilis, & mutabilis ad mutationem Iudicum, qui faciles ſunt in mutando inſtituta Prædeceſſorum. Piagius *ibidem num.* 57. vbi quòd ipſe expertus eſt, quòd qui ſignauerat ſibi quamdam commiſſionem, cuius exemplum penès ſe retinuerat, eâ amiſſa, aliam copiari fecit de verbo ad verbum, & ſecunda vice, licet nihil fuiſſet immutatum, non potuit obtinere ab eodem ſibi ſignari.

Quare non debemus dicere: *ita ſeruat Curia Romana*: niſi illa obſeruantia ſit firmata Conſtitutione Apoſtolica. Piag. *num.* 56. Sebaſt. Guazzin. *de confiſcat. bonor.* 23. *limitat. decimæ tertiæ concluſionis. num.* 27. vbi quòd ſtylus, vel obſeruantia Romanæ Curiæ eſt variabilis, & quilibet Pontifex inducit ſuam obſeruantiam. Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 49. *n.* 29. vbi quòd ſtylus Rotæ eſt quandoque albus, quandoque niger; volubilis eſt, enim, & alteratur ad mutationem noui Papæ, & Auditorum.

Vnde non poſſum ſubſcribere Venturino *conſ.* 1. *num.* 425. docenti ſtandum eſſe interpretationi, quam tribuit conſuetudo, licet talis conſuetudo poſteà appareret non bona.

Nihil ergo in caſu noſtro, in quo agitur 53

tur de ſtylo Epiſcoporum, qui ſecuti ſunt doctrinam probabilem, ac proindè non extrahentem à ſua probabilitate contrarias doctrinas, & non agitur de ſtylo inferiorum Iudicum, qui approbari poſſit à Principe; aut Republica, tanquã ſuperioribus poteſtatibus, & accipere vim legis, ſed de ſtylo Iudicum, qui ſunt ſupremi in ſuis Diæceſibus, quamuis cum ſubordinatione ad Papam, & tametſi poſſint determinatè ſequi vnum modum, normam, & formam in ſuis iudiciis, non tamen poſſunt tranſmittere obligationem imitandi ad ſucceſſores in iuriſdictionali auctoritate pares, nihil inquam in noſtro caſu obſtat allata de ſtylo, & de ſtyli virtute doctrina.

54 Quare niſi ſtylus, & conſuetudo admittendi ad immunitatem homicidas ex mera induſtria ſine inſidiis, aſſumatur ad eſſe legis ex auctoritate Pontificis, aut niſi Pontifex declaret authenticè, eamdem immunitatem competere eiſdem ex vi iuris iampridem conditi, & hùc vſque contrariis Doctorum interpretamentis obnoxij,

Sicuti è conuerſo declarauit, non competere immunitatem occidentibus proditoriè proximum ſuum, contrà multorum antiquiorum opinionem, de qua *§.1. in initio*, quæ fortaſſe tunc temporis erat in vſu in Curiis Epiſcoporum,

Poteſt Eccleſiaſticus Iudex eamdem ſecundam ſententiam ſequi tutâ conſcientiâ, vt dicebamus, non obſtante contraria ſuorum Prædeceſſorum conſuetudine, qui ex aliis principiis ſuas formabant conſcientias, nec per id deſtruebant aliorum principiorum vim, quæ nunc percipi poteſt à doctis ſucceſſoribus, & eorundem conſcientias regulare in contrarium, vt à fortiori conuincit doctrina modò allata ex Vaſquez.

Et dictam ſecundam ſententiam amplecti nos poſſe ſine timore erroris, ob multorum Doctorum numerum, & conditionem, dicit Sarpus apud Dianam *part.6.tract.1.reſol.13.ad initium*, & colligitur ex Ciarlini Doctrina *parte 1. controuerſ. forenſ.c.10.n.18. ad finem*, vbi quòd non eſſet error ſequi opinionum, quæ Clericis adimit Eccleſiarum immunitatem; de qua opinione ibi, cum habeat pro ſe tot Doctores claſſicos.

Quare aſſentiri non poſſum Dianæ *citat. reſol.* 13. & Thomæ del Bene *parte 2. de immun. & iuriſd. cap. 16. dub. 20. ſection. 7. numer. 4.* ex Tuſco aſſerentibus, quòd iſte caſus, & multi alij ſimiles erant controuerſi inter Doctores iuris canonici, & ciuilis, & quia iſtud dubium fuit declaratum per *Gregorium* XIV. *in dicta Conſtitutione*, de qua tamen ſublatione loquitur dubitatiuè Falconius apud Farinac. *conſ.76. n. 17.* omninò ſeruari debet, & vbique attendi, & amplius non eſt locus adhærendi Doctorum opinionibus, quam doctrinam approbat Iuliuus Chartar. *deciſ. crimin. 95. numer. 3.* 55

Non poſſum inquam aſſentiri; nam allatum non video fundamentum, quod efficaciter, ſicuti oporteret, conuincat declarationem, quam dicti Doctores aſſerunt emanatam per dictam Conſtitutionem ad includendum in immunitatis beneficio homicidium ſolummodò induſtrioſum, & non inſidioſum, ſed video ſolùm allatas rationes cum non magna probabilitate, ac proinde non agnoſco plus, quàm meram opinionem vix probabilem pro hac incluſione, cui incluſione, cui incluſioni contraponitur opinio nixa optimis fundamentis, atque auctoribus, & conſequenter remanet locus ad huic ſecundæ opinioni adhætendum.

Aſſentiar autem prædictis Doctoribus cum omni reuerentia, quãdò videro declarationẽ Pontificiam ſuper incluſione prædicta, per modum legis intimatæ toti Eccleſiæ cum debitis ſolemnitatibus;

Neque enim probatur lex, niſi per ſcripturam promulgetur, vel authenticè oſtendatur, adeò vt non credatur Doctoribus, & mortuis de ea

H

re teſtantibus, vt optimè obſeruat Ciarlin. *cit. cap.* 10. *num.* 94.

Neque militabit contra me declaratio Pontificis, ſi fortè emanet; hic enim non quæritur, quid ſit faciendum, ſed quid factum: & ſicut hucuſque Pontifex non declarando, reliquit Doctoribus locum ad legitimè diſcurdum, ſi cras declarauerit, ſumus obedire parati; vt in ſimili dixit Caramuel *in Theol. fundamentali parte* 1. *num.* 872. *ad finem.*

Reliquit inquam locum ad legitimè diſcurrendum, & voluit relinquere in ſua probabilitate hanc ſententiam, quæ vtique nota ſupponitur Sanctitati ſuæ, ſicut ex eo, quòd quædam alia opinio Franciſci Suarez, Thomæ Sanchez, & aliorum ſupponitur Pontifici perſpecta, & tamen non correxit, infert Ianuar. *reſol. moral. parte* 1. *reſol.* 14. *num.* 6. quòd ſignum eſt, velle relinquere eam opinionem in ſua probabilitate.

Reum attentati homicidij proditory gaudere immunitate.

57 Nec veridicè citatur Tuſchus; nam caſus, quem dicit declaratum Tuſchus, eſt ille, an ſcilicet reus vulnerationis proditoriæ, gaudeat immunitate Eccleſiarum, non ſecuta morte vulnerati, vt videre eſt apud eumdem Doctorem *in lit. E. concluſ.* 11. *num.* 9. *iuncto numero* 8.

Quam tamen declarationem non agnoſcunt graues Doctores etiam poſt Conſtitutionem Gregorij XIV. docentes reum attentati homicidij proditorij non gaudere immunitate. Peguera *deciſ.* 54. *numer.* 11. *&* *deciſ.* 62. *numer.* 2. Fontanell. *de pact. nuptial. tomo* 1. *clauſ.* 4. *gloſſa.* 14. *numero* 117. *pag.* 368. Gambacurta *lib.* 5. *cap.* 30. *numero* 6. Gutier. *practicar. quæſtionum lib.* 3. *quæſtio.* 7. *numero* 55. Venerus *in exam. Epiſcop. lib.* 9. *cap.* 37. *n.* 32. & alij penes Thom. del Bene *cit. dub.* 20. *ſect.* 9. moti ex ea ratione, quia hodie ex generali conſuetudine conatus nunquam punitur eadem pœna, qua punitur effectus, ſed mitiori, iudicis arbitrio, exceptis quatuor caſibus recenſitis per Anton. de Ballis *varior. tractat. lib.* 4. *de conatu. quæſt.* 1. *n.* 55. *&* *tribus ſequentibus*, inter quos caſus eſt caſus illius, qui proditoriè conatus eſt occidere, & peruenit ad actum proximum.

Contra quos argumentatur optimè Villagut. *de extenſ. leg. pag.* 362. *num.* 54. *vſque ad* 58. & in terminis citati *cap.* 1. *de homic.* tenuit etiam Rebuf. *tomo* 2. *Conſtitut. Regiar. fol.* 334. *num.* 16. *in titulo de immun. Eccleſ.* Anaſtaſ. Germon. *de ſacror. immun. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 60. *&* 61. & in terminis Gregorianæ tenent Farinac. *in append. de immun. num.* 146. vbi quòd hodiè ſecundùm *Bullam Gregorij* XIV. hæc opinio caret omni difficultate Vincent. Trancred. *tomo de religione. tract.* 1. *lib.* 4. *diſput.* 7. *quæſt.* 2. *n.* 7. *&* *diſput.* 8. *quæſt.* 5. *n.* 22. *&* 23. *pag.* 139. ibi: *effectu ſecuto.* Franciſcus Baronius *tract. de effectib. inimicitiæ* 14. *effectu num.* 18. Galganet. *de iure publico lib.* 3. *titul.* 69. *num.* 30. *pag.* 257. Ioan. Carol. Antonell. *tract. de regimine Eccleſ. Epiſcop. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 81. Ciarlin. *controuerſ. forenſ. cap.* 14. *num.* 19. Eſcobar. *tract.* 6. *ſtatus, exam* 4. *de immun. templor. cap.* 3. Paces Iordanus *elucubrat. lib.* 11. *titulo de immun. n.* 347. Bonacina *tomo* 3. *de cenſur. in particulari diſput.* 2. *quæſt.* 3. *puncto* 16. *§.* 8. *num.* 7. Bellettus *diſquiſ. clerical. part.* 1. *de fauore Clericor. reali. §.* 4. *n.* 48. Trullenc *tomo primo lib. primo capit.* 11. *dub.* 3. *n.* 18. Diana *parte* 6. *reſol.* 12. *tract.* 1. *de immun. Eccleſ.* Sperell. *deciſ.* 22. *numero* 4. & meritò quidem;

Dictum enim ius commune *in citat. capit. primo de homic.* & Gregoriana loquuntur de illo, qui *occidit*, ac proinde ex vi huius verbi reſpiciunt actum conſummatum.

Non eſt autem actus occiſionis conſummatus quantum ad æſtimationem hominum, & quantum ad rem ipſam,

ipſam, ſi quis *tentauerit occidere*, ſed fruſtrà:

Quidquid ſit de pœna vltimi ſupplicij qua puniri tractatum proditionis dicit Garon. *comment. in tit. de pœnis. no. Conſt. Status Mediol. lib. 4. tit. 6. pag.* 55. *numer.* 4. *qui pag.* 18. *numer.* 26. dicit, proditionem non excludere pænam ob minorem ætatem.

Iuxta quam doctrinam quidam nobilis, licet annos 18. non compleuiſſet, fuit capite plexus, ob occiſum veneno patrem, teſte Vincentio de Franc. *deciſ.* 230.

Opinionem fauentem immunitati non eſſe neceſſariò ſemper præferendam contrariæ.

58 Sed contra modò aſſerta obiicies in hunc modum.

Cum cauſa immunitatis ſit pia. Thom. del Bene *citat. cap.* 16. *dub.* 3. *numer.* 3. opinio fauens immunitati debet preferri opinioni docenti contra immunitatem, id quod implicitè tradunt Nauarr. *in manuali cap.* 27. *n.* 287. ibid. *vt aliis piis, & religioſis rebus* & Benintend. *in deciſio. Rotæ Bononien. concluſ.* 19. *numer.* 2. & expreſsè dictus del Bene *eodem capit.* 16. *dub.* 37. *ſection.* 1. *numer.* 27. Ciarlin. *parte* 2. *controuerſ. forenſ. capit.* 129. *numer.* 48. Diana *parte ſexta tracta.* 1. *reſol.* 30. *quæſt. ſexta* vbi alios allegat Sperellus. *parte ſecunda deciſ.* 105. *numer.* 46. colligens ex Franciſco Suarez *in defenſ. fidei cathol. lib.* 4. *capit.* 34. *numer.* 4. Euerardus *in locis argumentorum loco à contrario ſenſu in fine*.

Eodem planè modo, quo dicitur, opinionem ſingularem Doctoris matrimonium ſuſtinentis præferri plurium ſententiæ illud impugnantium, niſi textui aperto in nitantur, dũmodo opinio illa ſingularis probabili ratione fulciatur. Thom. Sanchez *de matrimon. libr. primo diſputat.* 18. *numer.* 7. Nauarr. *citat. numer.* 287. Ioan. Angel. Boſſius *de contractu matrimon. cap.* 3. *num.* 234. *Et in moralibus variis. parte* 1. *titul.* 1. §. 27. *numer.* 504. *verſ. quorum opinionem. & numer.* 689. Triuiſan. *deciſ.* 28. *n.* 16. *lib.* 1. Euerard. *in locis argumentorum. loco à contrario ſenſu. in fine.*

Fauet autem immunitati opinio, quæ docet, homicidam merè induſtrioſum, & non inſidioſum gaudere immunitate ergo hæc debet præferri contrariæ.

Sed antequam huic obiectioni faciam ſatis, præmoneo, quòd quando à me in propoſito appellatur *contraria* immunitati aliqua opinio, hæc loquutio in rigore non eſt propria. 59

Neque enim poteſt dici *contraria* immunitati doctrina, quæ ex probabilibus motiuis infert, non fuiſſe pro aliquo caſu ſtatutam in iure canonico immunitatem; aliàs enim quot piiſſimi, & grauiſſimi Doctores, qui in partem negatiuam in materia immunitatis deſcenderunt, dicendi eſſent *contrarij* immunitati?

Eſſet verò contraria propriè immunitati doctrina, ſi immunitatem certò, & indubitabiliter ſancitam quis impugnaret quocunque prætextu, vt faciunt hæretici, vel etiam parum timorati catholici, verbi gratia blaſphemus ille Ioannes Petrus de Ferrariis auctor practicæ Papienſis, de quo dictum eſt *ſupra numero* 13. quando ſine vullo probabili fundamento, ſed quæſitis affectatè friuolis ſubtilitatibus, negant immunitatem, quæ certò, vel ſaltem probabiliter pro aliquo caſu ſancita eſt. 60

Id autem volui, vt aduertat Lector meus, vt intelligat, me, quando in hac diſputatione vtor termino *opinionis contra immunitatem*, velle tantum ſignificare opinionem, quæ ex probabili ratione in caſu non claro dicit, non eſſe pro tali caſu ſancitam immunitatem.

Sicut nomine *opinionis fauentis immunitati* intelligo opinionem, quæ ex probabili ratione dicir, eſſe pro tali caſu ſancitam immunitatem.

61 Iam verò ad obiectionem reſpondeo primò, dictum hoc Nauarri, Thomæ del Bene, & aliorum præcitarorum eſſe quidem plauſibile, ſi cortice renus inſpiciarur, at penitus conſideranti, ingerere notabilem difficultatem.

Ex illo enim aperrè ſequitur, quòd redduntur planè inuriles multæ doctrinæ grauiſſimorum virorum, qui poſt ſincerum examen articulorum de immunitate controuerſorum, concluſerunr partem negatiuam ex optimis fundamentis, vt videre eſt in erudiriſſimis de hac materia tractationibus, quæ circumferuntur: remanet verò vtilis ſola doctrina etiam vnius auctoris non valdè periti, & nitentis fundamento tenuiter probabili, & non euidenter falſo, dummodo afferat immunitatem etiam in puncto inuoluente magnas rationes dubitandi, & alioqui indeciſo per ſupremum Romanum Tribunal.

62 Vnde fruſtraneum eſt, vt quis, etiam ſapientiſſimus, poſt lectam vnam ex huiuſmodi doctrinulis in fauorem immunitatis, & poſt agnitam talem qualem eiuſdem probabilitatem, vlterius ipſe ſecundùm ſua principia philoſophetur, vel concluſiones in contrarium à doctis factas, ad ſuam legat, aut alienam inſtructionem, cum illam eamdem doctrinulam, tanquam neceſſariam regulam ſuæ actionis, ſequi teneatur.

63 Hoc autem certè eſt omninò contra antiquam conſuetudinem Eccleſiæ permittentis in ordine ad praxim, Doctoribus facultatem diſcurrendi ſapienter, & ſine paſſione in vtramque partem circa Canones, & Conſtitutiones Pontificias, aut Conciliares, vtentes terminis non expreſsè diffinitiuis, ſed diuerueſimodè iuxtà regulas iuridicas interpretabilibus, ſiue circa immunitatem verſentur, ſiue circa alias materias valdè graues, cuiuſmodi ſunt exempli gratia facultates abſoluendi à cenſuris, à reſeruatis, &c. ſolemnitates præſcriptæ à Tridentino pro marrimonio, de quibus ſæpè conrraria concludunt doctiſſimi duo, Thomas Sanchez, & Baſilius Pontius:

Verbi gratia ille *lib.* 3. *diſput.* 19. *de matrim.* tenet, ſufficere quemuis Parochum ex duobus contrahentium, & ira Parochum viri in parochia fœminæ, & è contra, poſſe illos iungere matrimonio, & *eodem lib.* 3. *diſput.* 39. ſufficere, ſi Parochus intelligat contrahentium conſenſum per interpretem.

Pontius autem oppoſitum ſuſtinet in primo caſu *lib.* 5. *cap.* 16. *num.* 4. *iuncto num.* 11. & in ſecundo caſu, *lib. eodem* 5. *cap.* 22. *num.* 10. & 11. & ſic in ſexcentis aliis caſibus, in quibus neque Eccleſia, neque alius quiſquam offenditur, quòd non ſemper pars fauens Curiæ Pontificiæ, aut matrimonio ſuſtineatur, atque ad praxim deducatur.

Mala illatio per Sperellum facta ex doctrina Franciſci Suarez.

Nec bene colligit Sperellus ex allegato Suarez, quòd abſolutè teneantur Iudices eam amplecti ſententiam, quæ immunitati Eccleſiaſticæ fauet, ſi nihil certi ex ſacris Canonibus, vel Conſtitutionibus Apoſtolicis colligi poſſit. 64

Nam verba dicti Suarez *cit. illo c.* 34. *num.* 4. ſunt hæc:

At quando ignorantia, vel dubitatio circa ius prouenit ex rei ipſius difficultate, & opinionum varietate, tunc ſi nihil certum, & exploratum poſſit ex ſacris Canonibus colligi, ſeruandæ ſunt generales regulæ de opinionum delectu, & in hac materia eſt valdè obſeruandum, vt in fauorem religionis, & conſe

conſequenter in fauorem exemptionis, ampliatur potius, quàm reſtringatur Eccleſiaſtica immunitas. Ita Suarez.

Vbi vides, hunc magnum Doctorem præcisè dicere, quòd,quando dubitatio circa ius prouenit ex rei ipſius difficultate, & opinionum varietate, tunc ſi nihil certum, atque exploratum poſſit ex ſacris Canonibus colligi, ſeruandæ ſunt regulæ generales de delectu opinionum.

65 Hæ autem regulæ ſunt, vt Iudex in quæſtionibus iuris, quo ad cauſas ciuiles,ſequatur opinionem probabiliorem, id eſt proferat ſententiam in fauorem eius,pro quo ſtat maior illa probabilitas ex parte iuris. Thom.Sanchez *in ſumm. lib.*1. *cap.*9. *num.*47. Breſſerus *de conſcientia lib.*3. *cap.*14. *num.*140. Baldell. *lib.*4. *de conſcient. diſput.*15. *num.* 21. *tomo* 1. Ioannes Angelus Boſſius *parte* 1. *varior. moral.tit.*1. §.27.*num.*485. Iulius Mercorus *in Baſi totius moralis Theologiæ, parte* 2. *art.*16. *pag.*138. *col.*1. & alij,quos laudat, & ſequitur Bardi de conſcientia *diſcep.*4. *cap.*27.*n.*10. & probat *à n.*14. Laym.*lib.*1. *tract.*1.*cap.*5.§.3.*n.*16. Valentia *tomo* 3. *in* 2.2.*diſp.*5.*quæſt.*7.*punct.*4.*col.*1057.§.*Dico tertiò.*

Cauſam immunitatis eſſe ciuilem.

66 Eſt autem ciuilis cauſa immunitatis, quamuis ſit occaſionaliter à crimine. Manrique *quæſtionum moralium, & Vicarialium parte* 1. *quæſt.*57. *num.*8. quippè quæ verſatur directè, & principaliter circa articulum de competentia Iudicis, inquirendo ſcilicet, an reus ad Eccleſiam confuga ſubſit, nec-nè,iuriſdictioni Iudicis laici propter commiſſum delictum, incidenter autem,ſecundariò,& per modum cauſæ circa ipſum delictum,non ad illud puniendum, ſed ad declarandum circa ipſum competentiam,vel incompetentiam iuriſdictionis laicalis. Alexand.Peregr. *tract.de immun. cap.*3. *numero* 7. Giurba *conſ.*50. *num.*11. Gambacurt. *de immun. lib.*6.*cap.*15 *n.* 6.

Vnde cauſa immunitatis appellatur *præambula ante iudicium de crimine.* Gambac.*cit.lib.*6. *cap.*16.*n.*4.

Deſumitur autem ciuilitas cauſæ per 67 habitudinem ad aliquid diuerſum à pœna propriè dicta, etiamſi fortaſsè habeat nexum cum crimine, ſicuti criminalitas deſumitur per habitudinem ad punitionem,quod vltimum colligitur ex traditis per Auuendannum *de exequ. mandat. parte* 2.*cap* 17.*num.*1. Ioann.Crotum *tract.de teſtib. parte* 3. *num.*1. Farinacium *quæſt.*100. *per totam.* Gonzalum Suarez de Paz *in praxi. Annot.*1. *de iudic. à n.*19. *vſque ad* 26.Hannibalem Troyſium *comment. ſuper Ritibus Curiæ poſt comment. Proſperi Carauitæ. Ritu* 144. *num.*2. vbi quòd cauſa dicitur criminalis, quando pœna applicatur fiſco, *& Ritu* 243. *n.*1. vbi quòd cauſa dicitur criminalis,ſi agatur ad aliquid applicandum fiſco, ſiue ad vindictam, *& Ritu* 246. *num.*1. vbi quòd ſtrictè dicitur cauſa criminalis, quando agitur ad punitionem corporalem. *Et eodem Ritu* 246. *num. item* 1. vbi quòd quando in libello dicitur *accuſo*, &c. (quod verbum vtique reſpicit irrogationem pœnæ) tunc dicitur criminaliter agere. Et per Franciſcum Suarez *in defenſ. fidei Cathol. contra Regem Angliæ lib.*4. *cap.*15. *num.*1. vbi quòd cauſarum criminalium verba propria ſunt *accuſare,diſtringere, comprehendere, vel punire.* Et per Petrum Sutorem Theologum Cartuſianum *in libello de poteſt. Eccleſiæ in occultis c.*21.*fol.*129.

Vnde optimè notauit Iuliuus Chart. 68 *deciſ. crimin.*12. *num.*46. quòd cauſa ſuſpenſionis ab officio confeſſarij contra quemdam Ornilium mulierum ſollicitatorem in confeſſione, *ciuilis* potius videbatur, quàm *criminalis*.

Quia licet cauſa principalis fuerit ab initio criminaliter inſtituta ad ordinariam punitionem, vbi crimen teſtibus, aut ex propria confeſſione probatum fuiſſet,

H 3 Vide

Google

Videtur tamen deſiiſſe eſſe *criminalis*, dum agebatur ſolùm de indicenda ſuſpenſione ab officio confeſſarij;

Hæc enim indicitur potius ad ſalutem pœnitentium, & auertendam occaſionem à confeſſariis, ne tententur, & fortè cadant, quàm in pœnam ipſorum confeſſariorum.

Itemque optimè notauit Farinac. *quæſt.86.num.*17. ſententiam Salomonis *in cap. Aſſerte, de præſumpt.* non fuiſſe latam *criminaliter*, ad pœnam, ſed *ciuiliter* ad reſtitutionem rei.

Et Hannibal Troyſius *cit. comment. Ritu* 144.*n.*2.*&* *Ritu* 243. *n.*1. cauſam ciuilem dici, quando agitur ad aliquid applicandum parti.

Eſt autem valdè vtile cognoſcere diſcrimen inter cauſam *ciuilem* & *criminalem*, in ordine ad varios iuris effectus, vt obſeruat Farinac. *cit. quæſt.*100.*num.*2. & nominatim in ordine ad varia dicenda in hac diſputatione, quod diſcrimen eſſe magnum, notauit Nicol. Rodriquez Fermoſinus *tomo quindecim tractatuum, tract.*5. *ad Rubricam de iuramento calumniæ, quæſt.*2.*n.*4.*pag.*213.

Quando ergo Alexand. Peregrin. *de immun. cap.*3. *num.*22. ſupponit, cauſam immunitatis eſſe *criminalem*, venit explicandus de *criminalitate occaſionali* tantùm, quæ denominatio competit aliquando etiam cauſis in ſe *ciuilibus*, vt quando agitur *ciuiliter* contrà furem ad meram rei furtiuæ recuperationem.

69 Si ergo ſit probabilior opinio, quòd in aliquo puncto de immunitate controuerſo ipſa immunitas habeat locum, vel è conuerſo ſit probabilior opinio, quòd non habeat, Iudex, qui videt dubietatem conſurgentem ex natura ipſius obiecti, quod nimirum ex ſe perplexum eſt, nec certò, atque exploratè declaratum per Canones, videtque varias hinc inde opiniones; operatur ad præſcriptum illius doctrinæ per Suarez traditæ, ſi eligat opinionem probabiliorem, ſiue illa afferat immunitatem, ſiue neget.

Neque ex hoc, quòd dixit Suarez, 70 obſeruandum valdè eſſe in hac materia, vt in fauorem religionis amplietur potius, quàm reſtringatur immunitas, colligitur, quòd Iudex teneatur ſemper ſequi ſententiam fauentem immunitati, nulla habita ratione maioris probabilitatis, quam habet ſententia immunitatem negans in puncto per Supremum Tribunal non definito:

Sed benè colligitur primò, quòd fauor religionis expoſcit, vt in diſcurrendo quærantur rationes ad ampliandam potius, quàm ad reſtringendam immunitatem, & compeſcatur inordinatus affectus;

Mirum enim eſt, quantum aliqui ſcribentes, & nonnunquam etiam iudicantes afficiantur ad partes poteſtatum ſecularium, & ad hunc affectum attemperent ſua placita, & iudicia, apprehendentes, probabilem eſſe opinionem ex parte ſecularium, cum reuera non ſit, & acuentes ſe ad inueniendas rationes exiguæ probabilitatis, quas tamen, amantium in morem, fingunt eſſe probabilitatis maximæ; & ſe poſſe iuxta illas firmare ſua dogmata, & regulare iudicia, id quod cedit in enorme præiudicium iurium Eccleſiæ, vigilantis propterea præcipuè circa hanc materiam, quippè detrimentis, atque oppreſſionibus magis obnoxiam, quàm ſint aliæ multæ alioqui æquè graues, ſed non continentes illicium ad contradicendum.

Colligitur ſecundò ex dicta Suarez 71 doctrina, quòd quando in materia immunitatis, pro vtraque parte rationes ſecundùm iura ſunt æquales, fauor religionis tollit æquilibrium opinionum, & facit ponderoſiorem, vt ita dicam, opinionem fauentem immunitati, quam proinde opinionem oportet omnino, vt Iudex præferat opinioni contrariæ alioqui æqualis probabilitatis ex parte rationum.

Quidquid ſit de facultate, quam probabiliter Thom. Sanchez, Franciſcus

de

de Lugo, Texeda, quos citat, & ſequitur Bardi *de conſcientia cit. diſcept.* 4. *cap.* 27. *num.* 21. Valentia 2. 2. *diſp.* 5. *quæſt.* 7. *puncto* 4. *col.* 1056. §. *Dico primo*, concedunt Iudicibus ad ſequendam in ciuilibus quam maluerint opinionem ex duabus habentibus æquales rationes;

Re enim vera in hoc caſu neutra opinio alteri præponderat, niſi fortè ſuppetant rationes ex parte facti, in quo caſu non datur Iudicibus optio opinionum æqualium, & optimè Bardi. *loco cit.*

72 Colligitur tertiò multo magis ex eadem Suarez doctrina, quòd quando ſunt duæ opiniones inæqualis probabilitatis ex parte iuris in materia immunitatis, fauor religionis non permittit Iudici vllo modo ſequelam opinionis minus probabilis contra immunitatem:

Quamuis in aliis cauſis ciuilibus concedant id Iudicibus tanquam probabile Thom. Sanchez *in ſum. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 46. Baldell. *de conſcient. lib.* 4. *diſp.* 15. *num.* 18. & alij plures, quos allegat, & ſequitur Verricell. *qq. moral. & legal. tract.* 2. *q.* 15. *num.* 1. Diana *parte vndecima, tract.* 2. *reſol.* 60. contra quos ſunt efficaces rationes allatæ per Bardi *de conſcient. cit. c.* 27. *diſcept.* 4. *à num.* 14. qui *num.* 11. dicit, eorum doctrinam videri ſibi improbabilem, & falſam. Sed non eſt huius loci hæc diſcutere.

73 Colligitur quartò, quam meritò correctus fuerit de mandato S. Congreg. Ioannes Sanchez *in ſelect. diſp.* 44. *n.* 52. vbi non ſolùm admittit tanquam probabiles quoſdam caſus in materia immunitatis maximè dubitabiles, & fortaſsè etiam improbabiles, verùm etiam concedit abſolutè vſum opinionum minus probabilium contra immunitatem præ magis probabilibus pro immunitate, quē Doctorem allegauit, & non improbauit Ioannes Angel. Boſſius *cit.* §. 27. *num.* 481. *verſ. ſexto.* at cautè legendum dixerunt ſcitè ante correctionem Ægidius de Trullenc. *tomo* 1. *lib.* 2. *cap.* 11. *dub.* 6. *n.* 8. & Diana *par.* 1. *tract. de immun. Eccleſ. reſol.* 39.

Colligitur demum quintò, non eſſe 74 tenendam doctrinam Franciſci de Lugo *in prima parte decurſus præuij ad Theologiam moralem, cap.* 3. *quæſt.* 8. *pag. mihi* 141. *num.* 57. 58. & 59. vbi concedit amplam facultatem Iudici ſequendi in praxi opinionem etiam minus probabilem, non ſolùm quando opinio verſatur circa actum iudicandi, id eſt vtrum poſſit Iudex hoc modo iudicare, v. g. examinare teſtes, interrogare in tali caſu reum, &c. quæ eſt etiam ſententia Gabrielis Vaſq. *tomo* 1. *in* 1. 2. *quæſt.* 19. *diſput.* 64. *cap.* 2. *in initio.* Thomæ Sanchez *in Decal. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 43. Baldelli *in Theol. moral. lib.* 4. *diſp.* 15. *num.* 1. *tomo* 1. Cardinalis de Lugo *de iuſt. tomo* 2. *diſp.* 37. *num* 113. Ioann. Sanchez *in ſelect. diſp.* 44. *num.* 51. Sairi *lib.* 1. *clauis regiæ cap.* 11. *numero* 14. Ioann. Angeli Boſſij *varior. moral. tit.* 1. §. 27. *numero* 474. & meritò quidem, cum in hoc caſu agatur de præciſa honeſtate, vel turpitudine actus, & non debeat Iudex eſſe deterioris conditionis, quàm cæteri, quibus licet operari ſecundùm opinionem probabilem, vt optimè concludit Cardinalis de Lugo.

Verùm etiam concedit idem Franciſcus de Lugo eandem amplitudinem facultatis, quando opinio verſatur non circa actum iudicandi, ſed circa veritatem obiecti pertinentis ad immunitatem, an blaſphemo faueat immunitas Eccleſiæ, an committenti delictum in Eccleſia faueat pro aliis delictis extra Eccleſiam admiſſis, an exeunti ab Eccleſia committendi criminis cauſa, an occidenti Clericum, an delinquenti, qui ſatellitum manibus elapſus, ad Eccleſiam confugit: 75

In his enim, & ſimilibus caſibus vult hic Doctor, Iudicem poſſe ſequi in praxi opinionem etiam minus probabilem, propter rationes à ſe adductas *num.* 25. &

& ſequentibus, quas dicit militare in his euentibus, & allegat Thom. Sanchez, Ioannem Sanchez, Vaſquez, & Sairum, qui locis citatis ab eo expreſsè loquuntur de opinione verſante circa actum iudicandi, itemque Dianam 2. *part. tract* 13. *reſol*.3. qui tamen ibi nihil prorſus innuit de materia concernente immunitatem.

Sicut etiam Vaſquez *tomo* 2. *in* 1. 2. *diſput*.177. *capite* 8. *numero* 74. indiſtinctè docet, ſi agamus de ſtylo interpretandi leges aliquas, vel difficultates, quæ quotidie in iudicio occurrunt, Iudicibus liberum eſſe ſuo iudicio probabili decernere quid ſit rationi magis conſentaneum, & hoc modo leges interpretari.

76 Debuiſſet autem aduertere Franciſcus de Lugo, ſicut & alij omnes cum Zacharia Paſqualigo. *deciſ. moral*.26. *numero* 2. aliud eſſe loqui de opinione, vt habet rationem *regulæ operandi*, aliud de opinione, vt tranſit *in obiectum electionis*:

Id eſt aliud eſſe dicere: *Opinor probabiliter hoc eſſe verum, v. g. valere baptiſmum collatum in digito*: aliud eſſe dicere: *opinor probabiliter licere baptizare in digito extra neceſſitatem*: quo caſu prima illa opinio de valore illius baptiſmi compatata ad opinionem de licita baptizatione in digito extra neceſſitatem, ſe habet tanquam obiectum electionis, altera verò opinio ſe habet tanquam regula operationis.

Et quamquam prima illa poteſt eſſe probabilis, adhuc tamen ſtare poteſt cum hoc, quòd ſecunda ſit improbabilis, & impracticabilis.

77 In caſu autem noſtro, eſto opiniones illæ circa articulos immunitatis ſint probabiles, non ſunt tamen regula operandi, ſed ſunt obiectum electionis, & ex eo, quòd ſint probabiles, non tamen ſequitur neceſſariò, quòd ſit probabilis opinio, licere Iudici eas ſequi in praxi, etiamſi minus probabiles ſint:

Id quod ego nego ex allatis rationibus, & dico de illis, tanquam rationem obiecti electionis habentibus, non poſſe vniuerſaliter dici, quòd ſequibiles ſint, dummodo ſint probabiles, etiamſi ſint minus probabiles, quàm oppoſitæ, vt proportionabiliter dicitur de opinionibus minus tutis, etiam fortaſsè probabilioribus, in materia Sacramentorum.

Reſpondeo ſecundò, non poſſe aſſignari titulum, ex quo debeatur ſemper, & abſolutè Eccleſiaſticæ immunitati hæc opinionis fauentis prælatio; 78

Si quis enim titulus adeſſet, is maximè foret vel titulus religionis, ex cuius motiuo immunitas eſt ſancita ab Eccleſia, vel titulus charitatis, aut etiam iuſtitiæ pro reo, qui ad Eccleſiam confugit, & meretur tanquam miſer, & ad locum ſacrum confuga, vt pro ipſo vtilis à Iudice immunitatis præeligatur opinio: vel demum diſpoſitio *cap. fin. de ſent. & re iudic.* quo textu nituntur in præſenti quæſt. Thom. del Bene *cit. dub*.37. *ſect*.1. *numero* 27. Ciarlin. *cit. capite* 129. *numero* 48. & Benintend. *cit. num.* 2.

Sed nullus ex his titulis ſuffragatur, vt oſtendo per partes; 79

Neque enim titulus religionis operatur debitum abſolutum prælationis prædictæ;

Nam ſicuti, qui miniſtrat Sacramenta iuxta probabilem opinionem de valore ipſorum, ſed minus tutam, id eſt trahentem ſecum materiale periculum efficiendi in re ipſa irritum Sacramentum, aut effectum illius, non peccat contra reuerentiam debitam Sacramento ex virtute religionis. Gabriel Vaſquez *tomo* 1. *in* 1. 2. *S.Thomæ*, *quæſt*.19. *art*.6. *diſput*.63. *cap*.2. *numero* 4. & 5. Thom. Sanchez *in Decal. lib*.1. *c*.9. *num*.33. Baſil. Pontius *de matrim. lib*.4. *cap*.25. *numero* 9.

Baldelli

Baldell. *de conſcient. lib.4. diſp.12. num.9.* Arriaga *tomo 3. diſp.24. num.14. & ſeqq.* contra Iulium Mercorum *in Baſi totius moralis Theologiæ, parte 2. art.13. pag.126.* & alios, quorum diſcurſus, etiamſi doctiſſimè procedat, mihi tamen vim facere non poteſt;

Quia ſcilicet operando ex opinione probabili, operatur quis prudenter, & per hunc prudentiæ vſum abſtergit omnem moralem, & imputabilem irreuerentiam, & irreligioſitatem ab actione, quam probabilis ratio aſſerit, non exerceri inualidè: vnde religio non exigit ab ipſo agente vſum tutioris opinionis, quamuis poſtea ex aliis capitibus hic vſus exigi poſſit, nimirum ex charitate, ex iuſtitia, vel conſuetudine habente vim præcepti:

80 Ita & qui ſequitur opinionem probabilem de priuatione immunitatis quo ad aliquem caſum, ſed minus tutam, id eſt coniunctam cum materiali periculo de lædenda veritate, quam fortaſſè habet de iure contraria opinio fauens immunitati, & aſſerens, eundem caſum gaudere illa, non delinquit contra virtutem religionis per irreuerentiam, cuius religionis intuitu eſt inuecta immunitas;

Sequendo enim probabilem diſcurſum circa priuationem immunitatis quo ad eum caſum, operatur prudenter, ſicque eximit ſe ab omni morali, atque imputabili irreuerentia contra immunitatem.

Vnde religio non exigit abſolutè vſum opinionis tutioris ad vitandam irreuerentiam.

81 Exigit tamen eadem religio vſum opinionis probabilioris, & æquè probabilis pro eadem immunitate, reiecto vſu opinionis minus probabilis, & æquè probabilis contra immunitatem;

Nam quamuis ex vſu opinionis minus, vel æquè probabilis contra immunitatem, non reportaret religio irreuerentiam iuxta prædicta, fraudaretur tamen eadem religio eo fauore, quem meretur ex naturali ſua conditione, ſi ad alia in pari, vel pro ſe fortiori caſu compareretur.

Permittit autem religio vſum opinionis probabilioris contra immunitatem; quia exceſſus ille probabilitatis, ſeu veriſimilitudinis ex parte motiuorum, cum fortius impellat aſſenſum intellectualem ad negatiuam immunitatis, efficit, vt fauor religionis cedat maiori apparentiæ veritatis pro non immunitate, quam proinde maiorem apparentiam ſequi poteſt Iudex in iudicando, vt diximus. 82

Neque item titulus charitatis operatur debitum abſolutum prædictæ prælationis; 83

Sicut enim contra charitatem non peccat, qui zelo iuſtitiæ vindicatiuæ proximum ſuum delicti reum accuſat criminaliter ad pœnam.

Ita, & quidem multò minus peccat contra charitatem Iudex immunitatis, qui ex eodem zelo ciuiliter adiudicat cenſuræ fori ſecularis eum, cuius caſum cenſet de iure impotem immunitatis ex ſententia probabili, ac proinde nec temerè, neque imprudenter. Iudicium autem de immunitate eſſe ciuile, oſtendi ſuprà.

Quod verò attinet ad iuſtitiam, non apparet, in quo fundetur aliquod ius in ordine ad obligandum Iudicem immunitatis, vt eligat potius opinionem circa intellectum legis, quæ opinio faueat ipſi reo, illumque immunitate donet, quàm contrariam probabilem, ac fortaſſè à parte rei veram de iuris rigore, quæ faueat Iudici ſæculari. 84

Præterquam quòd dici poteſt, quòd 85

I cum

ſolutè, quòd opinio fauens immunitati debeat præferri contrariæ, cùm aliquando pro ipſa contraria militet exceſſus veriſimilitudinis vincens fauorem religionis, & impellens Iudicem immunitatis ad ſequelam eiuſdem opinionis contrariæ habentis maiorem illam veriſimilitudinem ex ſuis motiuis.

89 Quod demum attinet ad argumentum petitum ab opinione probabili ſingularis Doctoris ſuſtinente matrimonium,

Dico, neque inde conuinci quidquam contra me:

Nam primò placitum illorum Doctorum fundatur præcipuè *in cap. licet ex quadam, de teſtib. & atteſtat.* ſcilicet: *Tolerabilius eſt aliquos contra ſtatuta hominum dimittere copulatos, quàm coniunctos legitimè contra ſtatuta Dei ſeparare:* quem textum ad rem allegant Thom. Sanchez *cit. lib.1. diſp.18. n.7. de matr.* & Ioann. Angelus Boſſius *cit.* §. 27. *numero 689.*

Huius autem textus doctrina nihil habet applicabile immunitati, quippè quæ nullatenus eſt obiectum illius diſpoſitionis.

90 Secundò illud placitum patitur probabiles limitationes videndas apud Boſſium *cit.* §.27. *à numero 684. vſque ad 692.* & illam præſertim, quòd ſi opinio verior, & magis probata eſſet in contrarium, non deberet tunc iudicari pro matrimonio, & aliis fauorabilibus cauſis. Verticell. *qq. moral. & legal. tract.2. quæſt.17. num.1. & ſeqq.* quo ad alias cauſas fauorabiles, dotis, libertatis, &c. ſecus verò quo ad matrimonium iam contractum, vt idem Auctor dicit *n.3.* & confirmat etiam Nicol. Rodriquez Fermoſinus *tomo quindecim tractatuum, tract.7. ad text. in cap. capellanus 4. feriis quæſt.4. n.8. pag.311.* ſed abſolutè, incluſo etiam matrimonio, hanc ſententiam ſuſtinent multi, quos citat, & ſequitur Ioann. Gutierr. *de matrim. cap.3. num.19.* Caſtro Palao *cit. diſp.2. puncto 10. n.3.* ex ſapienti dicto Ioſephi Maſcardi: *Fauorabilibus cauſis debitores nos eſſe, vt aliis iniuſtitia non fiat: concluſ.1143. numero 14.* quod allegatur etiam per Gutierr. *loc. cit.*

Vnde cum opinio priuans immunitate homicidam induſtrioſum, & non inſidioſum, ſit multò verior, & magis probata, quàm contraria, non debet pro immunitate iudicari, vel ſaltem poteſt non iudicari.

Et confirmantur hæc; quia non obſtante matrimonij fauore, poteſt licitè præferri ſententia aduerſans matrimonio etiam exiſtenti dubitabiliter valido, ad eius diſſolutionem, diſpenſando per Papam in eo rato, quam opinionem dicit in praxi rutam Pontius *de matr. lib.9. cap.3. num.1.* etiamſi ſpeculatiuè doceat hanc poteſtatem non eſſe à Chriſto relictam Eccleſiæ *num.7. & ſeqq.* & potuit licitè præferri ſententia aduerſans matrimonio, & certiſſimè valido, & iam antea conſummato, recedendo ab eo per diuortium quo ad vinculi diſſolutionem apud Hebræos, vt docet Thom. Sanch. *de matr. lib.10. diſp.1. num.7.* vbi poſtquam dixit, quòd quarta ſententia, cui tanquam multò probabiliori ipſe adhæret, ait, repudium, quo matrimonij vinculum diſſoluebatur, fuiſſe licitum Hebræis, Deo diſpenſante in lege naturali, cui repudium aduerſabatur. 91

Subiungit hic egregius Doctor, quòd ſi interidas, rem non eſſe apertam, ſed ancipitem, nùm ea verba, quæ ſcilicet ipſe Sanchez allegat ex *Deuter.24.* & ex *Malach.2.* ſolam minoris mali permiſſionem, an potius conceſſionem importent, eſto ita ſit, id profectò ſatis eſſet, vt ea permiſſione vtentes, culpa vacarent, eo vel maximè, quòd nullo ſacræ ſcripturæ teſtimonio conſtabat, ſolam eſſe permiſſionem, cum iuſtam ignorantiæ cauſam haberent. Ita Sanchez apertiſſimè oſtendens, licitum Hebræis fuiſſe in

hoc caſu vſum opinionis ſuſtinentis licere diſſolutionem vinculi coniugalis per repudium, contra opinionem ſuſtinentem contrarium, quod dictum ſaltem in ordine ad praxim mihi perdifficilè eſt, iuxta infra dicenda:

Quidquid dicat, allegatis multis, De Tonduti Sanleger *quæſtionum, & reſolut. benefic. lib.* 1. *cap.* 48. *numero* 22. *volumine* 1. communem opinionem, & in praxi receptam, eſſe, vt etiam hodiernis temporibus Iudæi vxores ſuas dimittere poſſint, dato illis ſolemniter libello repudij ſecundùm legem Moſaycam.

Multa exempla tum ex Sanchez, tum ex aliis claſſicis afferre poſſem, ex quibus conſtaret, teneri paſſim ſententias non ſuſtinentes valorem matrimonij in concurſu aliarum pro eo valore pugnantium.

Et videntur hæ poſſe ſuſtineri, ſpeculatiuè loquendo, ex illo principio, quòd eo ipſo, quòd circa valorem matrimonij opiniones inter ſe confligunt, iam matrimonij valor non eſt certus:

Eſt autem certa naturalis libertas ab omni vinculo matrimoniali, pro qua conſequenter, tanquam habente poſſeſſionem certam, & antiquiorem, poteſt quis ſuſtinere ſententiam contra matrimonium etiam habens poſſeſſionem ex ſua celebratione, ſed incertam de iure, & nouiorem.

Quamquam hoc non caret magna difficultate, & in caſu matrimonij conſummati ego in praxi eas opiniones non permitterem, & video non permitti;

Alioqui enim poſſent grauiſſima ſcandala ſequi, ſi qui ſunt coniugati validè ſecundùm vnam ſententiam, ſe putarent ſolutos à vinculo ſecundùm alteram, & relinquerent primas coniuges, & ſuperinducerent alias.

Quare dicendum, quòd hoc in caſu poſſeſſio ſtat pro bono publico, quod exigit, vt ſemel coniugati validè ſecundùm vnam opinionem, perſeuerent in eo coniugio conſummato, ne per tranſitum ad aliud ex opinione nullitatis primi, excitent tumultum.

Addo poſſe dici, quòd is, qui contraxit verbi gratia, coram proprio Parocho, ſed extra Parochiam cum Berta, & conſummauit ex opinione ſuſtinente, validum eſſe illud ita contractum matrimonium, ademit ſibi facultatem variandi opinionem, & tranſeundi ad aliam ſuſtinentem inualidum eſſe illud idem matrimonium, & conformiter ad hanc ſecundam, dimittendi Bertam, & ducendi nouam vxorem;

Hic enim tranſitus fieret cum magno præiudicio Bertæ, & filiorum, ſi fortè geniti eſſent, & poſſet rurſum fieri cum ſimili præiudicio nouæ ſuperinductæ vxoris; dimittendo illam ex opinione, quòd primum matrimonium valuiſſet, ideoque ad primam dimiſſam vxorem redeundum foret.

Quæ omnia abſurdiſſima ſunt, & mirificè conuincunt veritatem ſententiæ docentis, non licere in opinionibus quantumuis probabilibus variare, ſequendo in praxi modò hanc, modò illam, quando ex variatione ſequitur tertij præiudicium, quam ſententiam excogitauit ingenioſiſſimus D. meus Cardinalis de Lugo *tom. de Sacram. diſp.* 15. *n.* 49.

Ad allegatum principium reſpondetur, elidi poſſeſſionem libertatis à vinculo coniugali per hoc, quòd quis applicat ſe ad hoc matrimonium ex ſententia ſuſtinente illius valorem, & conſummat;.

Quidquid enim ſit ex parte obiecti circa valorem, vel nullitatem præſentis matri

matrimonij, contrahens illud ex prudenti credulitate valoris, dat ius comparti, ſibique imponit obligationem non inferendi illi damnum per receſſum ab eo ex quantumcunque item prudenti, non demonſtratiua, credulitate inualiditatis matrimonij eiuſdem;

Eſt enim certum, quòd in materia probabili poteſt homo ſe ad alteram contradictionis partem obligare ſicut per iuramentum, & obligari per legem acceptatam, vt egregiè notauit Caramuel *in nouiſſima Theol. fundamentali. numer.* 452. ita & obligare ſe per adhæſionem ad aliquem particularem contractum cum aliquo, à quo proinde contractu iam celebrato non liceat deinceps retrocedere in vim opinionis ſolùm probabiliter ſuſtinentis nullitatem eiuſdem contractus, qui ex alia opinione ſuſtinetur habere firmitatem, vt hominum praxis declarat. Sed de hac extranea meo tractatui materia ſatis.

92 Stat ergo non eſſe vniuerſaliter verum illud axioma, quod opinio fauens immunitati, debeat neceſſariò preferri contrariæ, ſed habere duntaxat locum, quando opinio fautrix immunitatis eſt probabilior, quàm aduerſatrix, vel æquè probabilis: ſecus verò, quando aduerſatrix eſt probabilior, quàm fautrix, qui videtur caſus Ciarlini *controuerſ. forenſ. parte prima*, *capite* 10. *numero* 18. *ad finem.*

93 Et de facto ipſe Ciarlin. *cap.* 12. *n.* 48. cum eſſet Epiſcopi Regienſis Vicarius Generalis, ſecutus eſt in caſu, de quo agitur in eo *cap.* 12. ſententiam docentem, quòd qui exiſtens in loco ſacro, vulnerat alium exiſtentem extra, & ſequitur mors, vel mutilatio, non gaudet immunitate, tanquam veriorem, attento delicti initio, & præſumpta ſpe, quam habet delinquens in Eccleſia.

Et in eodem *cap.* 12. in quæſtione de proditorio ſecutus eſt ſententiam docentem, ſufficere ad proditorium, quòd, nulla exiſtente cauſa præcauendi, occidatur quis per inſidias ſine diffidatione *num* 43. *verſ. Ex prædictis.* pro qua allegauerat Doctores *n.* 3. & concluſit *n.* 50. *verſ. Ex quibus.* occiſores inſidioſos, de quibus agebatur, non gaudere priuilegio immunitatis.

Neceſſe eſt autem coniecturare, hunc Doctorem, & miniſtrum Eccleſiaſticum fuiſſe inductum ad ſequelam huius contra immunitatem opinionis, quia credidit probabiliorem, cum faceret comparationem inter modos proditorij, & *inſidioſo* præcipuum locum aſſignaret *cit. numer.* 3.

Sicuti è conuerſo quando *in cap.* 151. *num.* 18. *parte* 2. *controuerſ. forenſ.* dixit, aliquem non dici proditorem, nec excludi à beneficiis immunitatis, ſi proximum occidit dolosè, & appenſatè, non tamen ſub colore amicitiæ, quia ſolæ inſidiæ ſine prætextu amicitiæ homicidium proditorium non faciunt, quam ſententiam ibi ſecutus eſt in caſu tunc occurrente, præter alia fundamenta per eum allata ad includendos reos in beneficio immmunitatis,

Neceſſe eſt dicere, quòd receſſerit à prima ſententia, quam ſecutus fuerat in caſu citati *capituli* 12. & crediderit hanc ſecundam eſſe probabiliorem vel æquè probabilem, atque ideo iuxta illam iudicauerit pro immunitate.

Quod verò adducit in probationem 94
illius ſui dicti Thom. del Bene *cit. c.* 16. *dub.* 37. *sect.* 1. *num.* 27. itemque rurſum eodem *cap.* 16. *dub.* 46. *n.* 2. in dubio ſcilicet fauendum eſſe Eccleſiæ, id mihi non videtur cum proprietate dici, neque ad rem;

Nam noſtra quæſtio vertitur in hoc, quòd adſint diuerſæ opiniones: quando autem adeſt varietas opinionum, non dicitur res dubia, vt optimè Gabriel Vaſquez *tomo* 1. *in* 1. 2. *S. Thomæ quæſt.* 19. *art.* 6. *diſput.* 63. *cap.* 3. *num.* 14. *ad finem*; Paſqualig. *deciſ. moral.* 31. *num.* 2.

Sed ſunt res toto cælo diuerſæ, ſicut 95
dubium, & probabilitas. Caramuel *in*

Digitized by Google

Theol. fundam. num. 346. vbi in margine carpit Rodriquez confundentem dubium cum probabilitate, & *num.* 1846. in margine, & demum *num.* 1888. vbi carpit Lugum confundentem dubium poſitiuum cum probabilitate, & Ioannem Præpoſitum, qui videtur omne dubium cum probabilitate confundere;

96 Opiniones ſiquidem ponunt formalem aſſenſum in potentia intellectiua, quamuis cum formidine de oppoſito, quæ eſt propria paſſio opinionis. Iulius Mercorus *in Baſi totius Theologiæ moralis, ſeu praxi opinionum. parte* 1. *art.* 9. *pag.* 21. *col.* 1. *ad medium.* Thomas Sanchez *in Decalog. lib.* 6. *c.* 3. *n.* 6. & de intrinſeca ratione probabilitatis. Mercorus *eadem parte* 1. *art.* 14. *pag.* 37. *col.* 1. ſeu illam habet opinio inſeparabiliter annexam, vt continentia difficultatem. Petrus Sutor *tractatu de poteſtate Eccleſiæ in occultis. cap.* 31. *fol.* 207. *à tergo ſub. initium.* vnde opinio vocatur *aſſenſus formidoloſus.* Idem Sutor *fol.* 209. dubium autem relinquit eamdem potentiam in ſtatu neutro, id eſt neque aſſentientem, neque diſſentientem, ſed ſuſpenſam. Bardi *de conſcientia diſcept.* 5. *cap.* 1. *num.* 1. Verricell. *qq. moral. & legal. oract.* 2. *quæſt.* 2. *numer.* 3. *omiſſo per typographi incuriam in meo libro.*

Eſt enim dubium in medio affirmationis, & negationis. Remundus Lullus *in ſuis prouerbiis. parte* 2. *rubrica* 72.

97 Vnde approbare non poſſum doctrinam Martini del Rio *diſquiſit. magic. lib.* 3. *parte* 1. *quæſt.* 4. *ſect.* 8. §. *vltimò ſic.* aſſerentis, quòd dubium non dicitur, niſi ſint hinc inde Doctorum opiniones.

Quamquam explicari poteſt Martinus, & aliqui alij, vt quando aſſerunt, eſſe dubium, exiſtentibus opinionibus circa aliquod obiectum, accipiant *dubium* prout importat aſſenſum cum negatione euidentiæ de ipſo obiecto, quæ negatio non ſolùm non repugnat opinionibus, ſed immò ad illas neceſſariò preſupponitur; propterea namque opinor, quia rem demonſtratiuè non cognoſco,

Et in hoc ſenſu Breſſer. *de conſcient. lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 1. dixit, conſcientiam dubiam latè, poſitiuè, minuſque propriè ſumptam, nihil aliud eſſe quam opinionem, ſeu aſſenſum cum formidine de oppoſito; quia formido ſignificat non tantùm metum in voluntate, ſed etiam dubitationem in intellectu, an oppoſitum ſit verum, eamque vel actualem, qualis ſæpe opinioni adiungitur, vel ſaltem virtualem, ob modum, & motiuum opinandi fallibile. Sed benè addidit Breſſerus, quia ipſa opinio propriè non eſt dubitatio, eam magis propriè dici *conſcientiam probabilem*, quàm *dubiam.*

Corollarium ex dictis in hoc §. 8. pro materia excommunicationis contra duellantes.

Sequitur autem ex hac ſecunda ſententia, quòd qui occidit in duello alium, quem prouocauit ita vt locus fuerit incurſionis excommunicationis latæ per Clem. VIII. contra prouocantes, & pugnantes in duello, quam habes in Conſtitutione huius Pontificis apud Naldum *in Verb. Duellum.* priuetur immunitate; 98

Nam præter conditum loci, & temporis requiritur ad eam cenſuram incurrendam, *machinatio.* Nald. *in cit. Verb. Duellum numer.* 2. id eſt non in rixa, ſed præmeditate inuitatio ad pugnam fiat;

Hoc enim eſt ex *condicto* inuitare ad pugnam. Thom. Sanchez *in ſum. lib.* 2. *cap.* 39. *num.* 28. & alij per me allegati ſupra *in* §. 2. *huius.* 1. *ſectionis num.* 10. & conſentit Pregrin. *tract. de duello quæſt.* 15. *num.* 5. *& præmiſſ.* 4. *n.* 4. inter eſſentialia duelli numerans, quòd fiat datâ operâ, videlicet cum qualitate animi deliberati, quod item aſſerit Scaglion. *ſuper prag. apud Rouitum fol.* 99. *col.* 2. *numero* 8. dicens, duellum eſſe duorum corporalem pugnam *deliberatam.* 99

Verùm in hoc caſu amittitur immunitas

nitas ratione homicidij, quatenus præmeditatum eſt, non autem quatenus fit in duello vt ſic:

99 Nam ſi duo ex iracundia orta inuitent incontinenti ad pugnam etiam in determinato loco, ac ſtatim pugnent, & vnus alium occidat, hic ex defectu præmeditationis, etiamſi duellarit cum determinatione loci, & temporis præſentis, ſicut non incurrit excommunicationem. Nald. *loco cit.* & de irato prouocante ad duellum ſtatim, & in tali loco, tradit optimè Graff. *conſilior. tom.* 1. *lib.* 5. *de homic. conſ.* 6. *numer.* 2. ita nec amitiit immunitatem.

100 Duellanntes tamen, & in duello inimicum occidentes excludit ab immunitate aliter Marius Italia *lib.* 1. *tract. de immunit. cap.* 5. *§.* 4. *num.* 42. quod ſcilicet dantes cauſam interdicto, eo in caſu, immunitate gaudere non debent, iuxta per ipſum Italiam dicta *§.* 3. *numero* 20. ſed propter caſum duelli, loca, & terræ, ſi permittantur talia, vel de eis iuſtitia non fiat, interdicto ſupponuntur.

Sed hanc rationem examinat, & minus habentem inuenit Farinac. *in append. immun. n.* 117. concludens, bene eſſe, vt in duello occiſores cuſtodiantur à Paſtoribus Eccleſiæ, nec Iudici ſeculari tradantur ſine licentiæ Papæ, aut habentis abeo auctoritatem.

Sed circa hoc dictum habeo difficultatem; quia cum in duello includatur neceſſariò præmeditatio, & huic, ſi mors ſequatur, de iure ſit adempta immunitas, iam videtur conceſſa ipſo iure facultas tradendi duellantes, ſeu potius homicidas in duello Iudici ſeculari.

101 Quod autem dicit Peregrin. *in citat. præmiſſ.* 4. *n.* 4. ſi duellum fiat datâ operâ ex vna parte, & non ex altera, eſſe proditionem, nullatenus admitto;

Quia quamuis ego appenſatus faciam duellum, cum alio congrediente mecum ex improuiſo, quia non præcogitauit de prouocatione, eo tamen ipſo quòd adhibeo prouocationem, excludo rationem *proditionis*, quia relinquo homini locum ad ſe tuendum.

Sed de hac ratione infra diſſeram opportunius *§.* 9. *huiuſce primæ ſectionis.*

Admitto autem, quòd gaudeat immunitate, qui prouocatus ad duellum ab alio præmeditato, acceptat ſtatim, & in illa turbatione, ac calore vadit ad deſignatum locum, & ibi aduerſarium occidit in ipſa pugna; 102

Hoc enim homicidium caret præmeditatione, & conſequente fundamento excluſionis immunitatis.

Sicuti è conuerſo excludo ab immunitate prouocatum, qui non incontinenti, ſed poſt tempus ſufficiens ad maturam deliberationem ſe confert horâ condictâ ad locum acceptatum, & ibi pugnando occidit prouocatorem; iam enim eſt homicida appenſatus, ac proinde ſicuti priuatur communione Eccleſiæ, ita & immunitate Eccleſiarum.

Non eſſe correctum cit. cap. 1. *de homic. per Conſtitutionem Gregorij XIV. ſuper immunitate Eccleſiarum.*

Quòd ſi firmatis principaliter in præſenti §.8. opponas, & dicas cum Thoma del Bene *cit. part.* 2. *decimum. & iuriſd. Eccleſ. cap.* 16. *dub.* 20. *ſect.* 7. *numero* 8. Diana *parte* 1. *tractat. de immun. Eccleſiar. reſol.* 33. *& rurſum parte* 6. *tractat.* 1. *reſol.* 15. Iulius Chartar. *deciſ. crimin.* 95. *num.* 3. *&* 4. Sperello *deciſ.* 102. *numer.* 50. (vbi aduerte poſitum eſſe in meo libro per typi errorem *numerum* 50. poſt *numerum* 6.) allegatum textum *in cap.* 1. *de homic.* quatenus loquatur de meta induſtria cum propoſito, & appenſamento coniuncta, & immunitatem adimat occidenti per ipſam induſtriam ſine inſidiis occurentem, ac proinde non proditoriè, nunc manere correctum per dictam Gregorianam, quatenus illa perſpicuè excipit *ſolam occiſionem proximi proditoriè factam*, & conſequenter videtur firmare 103

firmare regulam in ibi non exceptis, inter quæ non excepta numeratur occiſio mere induſtrioſa, & non inſidioſa, quam correctionem videtur ſupponere etiam Ciarlin. *cit. cap.* 10. *numer.* 138. & *cap.* 151. *num.* 9. Locatell. *in Breuiario de qq. Iudic. inſpect.* 5. *numer.* 159. Pellizzar. *in manuali Regular. tomo* 2. *tract.* 8. *cap.* 5. *numer.* 36. & expreſſe aſſerit *num.* 58.

104 Reſpondeo primò, prædictum textum non manere correctum per Gregorianam, quæ intelligitur ſecundùm terminos iuris communis. Peguera *deciſ.* 54. *numer.* 8. & ſolùm reſtringit priuilegia Principum Nald. *in ſum. verb. Eccleſia n.* 5. Caſtro Pal. *tomo* 2. *tractat.* 11. *diſput. vn. puncto* 9. *num.* 5. quod ita demonſtratur ex ipſo contextu Conſtitutionis, vt nemo poſſit refragari. Gambacurta *lib.* 5. *cap.* 7. *à n.* 8. *vſque ad* 12. & tollit extenſiones, & interpretationes Canonibus factas à Doctoribus, & conſuetudines, ſeù potius corruptelas introductas, quæ immunitatem Eccleſiaſticam ad nihilum reduxerant. Peregrin. *cit. tractat. de immun c.* 2. *n.* 11. quem dicit eſſe refellendum, ſed non refellit adductis rationibus Diana *citat parte* 6. *tratact.* 1. *reſol.* 15.

Tollit inquam interpretationes; ſed hoc intellige de extortis, & violentis, non de legitimis, & fundatis in veriſimili ratione, aut in modo loquendi S. Scripturæ, ſicut eſt interpretatio illa, quam allegaui ſupra ad rem noſtram.

105 Quæ interpretationes appellantur *magiſtrales*, & *doctrinales*, quamuis ſint ſolùm probabiles, & non neceſſariæ, id eſt non obligantes, cuiuſmodi interpretationes poſſunt fieri à peritis. Turrecremata *in ſumma de Eccleſia. cap.* 53. Viguerius *inſtitut. cap.* 15. *pag. mihi* 434. Eraſmus à Cochier *de iuriſd. ordinar. in exempt. parte* 2. *quæſt.* 13. *num.* 3. *pag.* 163. Layman *lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 18. *numero* 1. Lopez de palacios ruuios *in gloſſemate ad Legem* 1. *Tauri num.* 6. vbi quòd in ſignum huius poteſtatis, datur ſibi liber, quando efficiuntur Doctores:

Ad differentiam illarum, quæ dicuntur *auctoritatiuæ* & *neceſſariæ* id eſt obligantes ad tenendum ſenſum per eas datum, cuiuſmodi interpretationes poſſunt fieri à ſolo legis conditore, aut ab eius æquali. Turrecrem. *loc. cit.* iuxta principium allatum à Layman *loc. cit. Eiuſdem eſt legem authenticè interpretari, cuius & condere.*

Quòd autem prædictus textus non maneat correctus per Gregorianam, probo efficaciter;

Quia cum iuris correctio ſit maximè odioſa. Thom. Sanch. *lib.* 1. *de matrim. diſput.* 17. *num.* 6. & *lib.* 10. *diſput.* 15. *num.* 19. *verſ. Quartò* Gambacurta *lib* 5. *cap.* 31. *n.* 3. & alij omnes,

Quippe quæ directè vulnerat ipſum ius, cuius incolumitas, vt potè in bonum commune à legiſlatore ordinata, valdè fauorabilis eſt, atque expetibilis: vnde mutatio legis de ſe nociua eſt. Franc. Suarez. *tomo de legibus lib.* 6. *cap.* 27. *n.* 4. *cum relatione ad cap.* 18. & nominatim correctionis non paruum eſt nocumentum. Suarez *cit. cap.* 27. *numer.* 5. & Reipublicæ intereſt, vt legum correctio non facilè præſumatur, nec permittatur, cum ex legum mutatione morum mutatio, & publica perturbatio contingat. Ioan. Bonifacius *lib. de furtis* §. 11. *inuito domino n.* 30. vbi quòd Ariſtoteles *lib.* 2. *polit.* tradit, leges etiamſi quid incommodi afferant, non eſſe facilè mutandas, quod etiam Vlpiano placuit, qui *in l.* 2. *ff. de conſt. Princ.* ſcriptum reliquit, in nouis legibus conſtituendis euidentem vtilitatem eſſe debere, vt recedatur ab eo iure, quod diu æquum viſum eſt:

Ideoque eamdem correctionem iura maximè deteſtentur. Gambacur. *cit. lib.* 5. *cap.* 7. *num.* 7. & paſſim clament, ſicut & Doctores, eſſe vitandam. Thom. Sanch. *in decal. lib.* 5. *cap.* 3. *n.* 32. Suarez *cit. num.* 4. vt ſumitur *ex cap. Cum dilectus de conſuetud. cap. Cum expediat. de elect. in* 6.

Atque ad effectum huius vitationis, etiam à propria verborum ſignificatione

ne recedendum ſit. Thom. Sanch. *cit. lib.* 1. *de matr. diſp.* 17. *n.* 6. *& cit. lib.* 10. *diſp.* 15. *n.* 19. *ver. Quartò.* Pontius *de matr. lib.* 9. *c.* 9. *n.* 2. Garon. *variar. reſol. cap.* 12. *n* 84. Venturin. *conſ.* 1. *num* 94.

Quòd tamen intellige cum limitatione adducta per Suar. *cit. c.* 17. *n.* 11. Baldel. *tom.* 1. *lib.* 5. *de leg. diſp.* 53. *n.* 13. Layman *lib.* 1. *tract.* 4. *c.* 18. *n.* 6. & vniuerſalia reſtringi debeant. Venturin. *conſ.* 1. *n.* 95. & ſuperfluitas potius toleretur, quam correctio inducatur. Venturin. *cit. conſ.* 1. *num.* 93. & omnis interpretatio facienda ſit, vt ea ceſſet. Mangilius *de imput. & detract. q.* 17. *num.* 9. *& quæſt.* 116. *numer.* 18.

Et inuehenda non ſit, niſi neceſſitas cogat. Layman. *citat. num.* 6.

Et non intelligatur inducta per repetitiones, ſubauditiones, aut tacitos intellectus, nec per argumentum à contrario ſenſu, nec per dictionem taxatiuam, *ſolùm, tantùm*, & ſimiles, nec per clauſulam *non obſtante alia lege.* Villagut. *de extenſ. leg. fol. mihi* 34. *n.* 32. & de caſu ſubauditionum Ioan. Angel. Boſſius *de contr. matr. c.* 3. *n.* 289. Venturin. *cit. conſ.* 1. *n.* 90. *& conſ.* 2. *n.* 561. Genuenſ. *in practicabilibus Eccleſ. quæſt.* 271. *n.* 3. & de argumento à contrario ſenſu. Magon. *deciſ. Lucenſ.* 1. *n.* 15. nec per maioritatem rationis. Villagut. *fol.* 26. *n.* 8. Venturin. *cit. conſ.* 1. *n.* 91. nec per identitatem rationis. Blanc. *in pract. crimin. fol.* 11. *n.* 21. qui idem dicit de maioritate *fol.* 32. *numero.* 7.

107 Sed ſolùm per expreſſam mentem diſponentis. Mangil. *cit. q.* 17. *n* 10. Villagut. *fol.* 34. *n.* 32. qui diſponens ſolus, tanquam legis conditor, poteſt facere hanc correctionem, & non alij homines miniſtri legis. Villagut. *fol.* 32. *n.* 25. *& fol.* 34. *n.* 32. & ſolet de hoc ſe expreſſè declarare. Gutier. *lib.* 3. *pract. qq. quæſt.* 15. *n.* 37. vel verbis, vel honorifica aliqua præfatione Gutier. *tract. de Gabellis. q.* 92. *n.* 50. Venturin. *conſ.* 1. *n.* 92. & debet hanc declarationem ſpecialiter facere in noua lege correctoria. Minadous *in repetit. Conſtit. Reg. in aliquib. fol. mihi* 101. *numer.* 29.

108 Alioqui niſi appareat expreſſè per legem ſcriptam, non datur ipſa correctio. Franciſ. Suarez *cit. lib.* 6. *c.* 27. *n.* 6. Venturin. *ſupra n.* 89. Excellentiſſ. D. meus Preſes Ducalis Conſilij Placentiæ Comes Ioannes Franciſcus Andreolus *in ſuis doctiſſimis controuerſiis part.* 1. *controu.* 21. *numer.* 6. *& rurſum controuerſia* 60. *num.* 3. *iuncto n.* 21. vbi quòd axioma procedit, quoties primum, & ſecundum, vt in caſu noſtro, ſe inter ſe compatiuntur, & poſſunt ſtare, ſecus, ſi primum, & ſecundum eſſet contrarium; quia tunc per vltimum contrarium, cenſetur primum ſublatum ex mente ſtatuentium abſque alia mentione de primo, & re ipſa per ſecundum primo ſtatuentes derogare voluiſſe dicuntur. Villagut. *fol.* 33. *numero.* 30. per optimum textum, quem etiam allegat Suarez *in l. præcipimus C. de appellat.* ibi: *Quidquid autem hac lege ſpecialiter non videtur expreſſum, id veterum legum, Conſtitutionumque regulis omnes relictum intelligant.* Pet. Ioan. Ancharan. *famil. iuris quæſtionum parte* 1. *q.* 29. *n.* 10. *per textum in l ſcimus C. de teſtam.* Honded. *conſ.* 9. *numero* 17. *libr.* 1. Vermigliol. *conſ. crim.* 350. *n.* 7. vbi quòd niſi expreſſius lex præcedens corrigatur, conſequens laudabile eſt, quòd iura iuribus ſint concordanda, & allegat Hoſtienſem *in cap. Volentes. de priuil. in* 6. *num.* 9. *in princ.* exclamantem contra illos, qui ad corrigenda iura nimis proni ſunt, & parati.

109 Cumque non fecerit Gregorius Legiſlator in ſua Conſtitutione hanc expreſſam declarationem de correctione prædicti textus neque in particulari, neque in communi, apponendo clauſulam: *non obſtante iure communi*: vt cum Curtellio, quem non vidi, notat Vincent. Tancred. *tom. de religione lib.* 4 *diſp.* 8. *q.* 2. *n.* 3. *pag.* 119. quam tamen declarationem feciſſet, ſi correctionem illam voluiſſet. Gutier. *lib.* 3 *pract. quæſtionum q.* 1. *num.* 36. & in ſimili Io. Angel. Boſſ. *citat. cap.* 3. *num.* 289. & facere debuiſſet,

Conſequens eſt, vt dicamus, textum,

prædictum, ſicut & reliquum ius commune (limita vt infra.*n.* 110.) non fuiſſe de facto correctum per ipſam Gregotianam ſed potius confirmatum, & auctum idem ius. Alex. Peregr.*cit.c.2.n.*11. Gambacur.*lib.5.cap.7. & c.*31.*n.*9. Castro Pal. *cit. tract.* 11. *diſput. vnica.punct.9.num.*1. & 5. vbi quòd Conſtitutio Gregorij ad firmandum ius commune, & reuocanda priuilegia illi contraria, expedita fuit. Tancredi *cit.diſp.8.quaſt.2.num.6.pag.*120.

110 Qui tamen optimè aduertit *num.7.&* 8. debere dici derogatum iuri commumuni per Gregorianam, quatenus per eam decernuntur aliqua, quæ conſiſtere non poſſunt cum integritate iuris communis:.

Et probat dictum; quia Gregorius addit aliquos caſus, quos ab immunitate excidit, vt *crimen hæreſis, leſæ maieſtatis in perſonam Principis, aſſaſſinij, populationis agrorum*, quos ius commune non excipiebar, & ſic regulam generalem *cap. Inter alia de immunit. Eccleſ. quantumcunque grauia maleficia perpetrauerit, non eſt violenter extrahendus*: limitauit, vr non procederet in crimine leſæ maieſtatis diuinæ, & humanæ, nec in diurno agrorum populatote, cum tamen ius ſolum de nocturno locutum fuerit.

Vnde in rigore falſa eſt doctrina Peguerræ *deciſ.*54.*n.*8. *qui tamen numerus per incuriam typographi omiſſus eſt in meo libro*, & aliorum dicentium, quod Romanus Pontifex in dicta Bulla nihil correxerit ex his, quæ ius commune diſpoſuir ſupet immunitate Eccleſiarum; re enim vera aliquid correxit, vt dixi.

Itemque falſa eſt doctrina Peregrini *citat. cap.* 2. *numero* 14. dicentis, hanc Bullam non eſſe nouum ius, ſed tantùm iuris Diuini, & antiquorum Canonum declaratiuam.

111 Sed hæc derogatio, ſeu cotrectio nihil officit caſui noſtro, in quo diſpoſitio Gregotij conſiſtere poteſt optimè cum diſpoſitione iuris communis quoad homicidium merè induſtrioſum citra inſidias, cum diſpoſitio eadem non ſit inter terminos contradictorios, ſicuti eſſet inter tales terminos, verbi gratia ſi ex ſuppoſitione, quòd pet illam non corrigeretur ius antiquum admitrens ad immunitatem omnes, etiam diurnum populatorem agrorum, eadem diſponeret, vt ralis populator non admitreretur; ius enim antiquum diceret, eum popularorem gaudere immunitate, Gregorius vero diceret, non gaudere, quæ contradictoria ſunt, vt notauit Tancredi *cit. q.*2. *num.*10 *pag.*121. *col.*1 *ad initium*.

Sed talis contradictio non eſt inter diſpoſitionem Gregorij, & caſum de homicidio induſtrioſo cirra inſidias, vt legenti textum Bullæ perſpicuum eſt: ergo per eam diſpoſitionem non cotrigitur ius commune, prout excludit ab immunitate dictum homicidium.

Atque hic optimè ad rem facit doctrina Eraſmi à Cochier *de iuriſd. ordinar. in exempt.par.3.q.9.n.2.* qui eam firmat iuribus, & Doctoribus; Principem ſcilicet non videri voluiſſe vno verbo tollere iura, quæ tot vigiliis fuerunt excogitata: & ſimilis planè doctrina Decij approbata per Franciſcum Suarez *de leg. lib.6. c.*27. *num.*4. quòd non eſt veriſimile, voluiſſe Principem vno verbo, & quaſi aliud agentem, reuocare legem obſeruaram: & concludit Suarez: *non eſt ergo admittendum, niſi neceſsitas ſumma ſit.* 112

Itemque ſimilis eſt doctrina apud Boſſium *cit.c.3.de contract.matr.n.*289. non eſſe veriſimile, quòd Concilium voluerit vno verbo totam matetiam matrimonij per procuratorem cōtracti atque ita permiſſi *in c.fin.de procur.in 6.*abolere.

Et demum in *c. Eccl. veſtra el.2.de elect.* dicitut non eſſe præſumendum, velle Legiſlatotem vnico verbo antiqua omnia iura deſtruere.

Refert hunc textum Nauarrus *conſilior. libr. primo de tempor. ordinat. conſ.* 14. *numer.* 4. *ad finem. pag. mihe* 103. iremque *cap. cum expediat. de elect. libro ſexto & l.* 1. *Cod. de inoffic. dotib. & leg.*

ſi

ſi quando. Cod. de inoffic. teſtam. vt probet non eſſe præſumendum, quòd Concilium voluerit delere quoſdam Canones, de quibus ibi.

Sequitur allatis iiſdem textibus ex vtroque iure Miranda *in manuali Prælatorum. tomo 2. quæſtion. 25. articul. 6. concluſ.* 3. vbi plura dicit ad conuincendam neceſſitatem vitandi correctionem iurium, & concordandi iura iuribus, & conciliandi, ſi poſſint rationabiliter, & demum remittit & ipſe lectorem ad Decium *in cap. finali. de reſcript in fine.*

113 Et ſicut credendum non eſt; vnum legiſlatorem velle irritas reddere exemptiones ab aliis prædeceſſoribus conceſſas, niſi id expreſsè enunciet; quia credendum eſt potius, vnum alterius auctoritatem, & facta velle conſeruare, quàm deſtruere, & quia par commodum eſt omnibus legiſlatoribus, quòd exemptiones ab vno conceſſæ non reuocentur ab aliis, niſi adueniente noua cauſa & quòd etiam tunc reuocationis expreſſa mentio fiat. Ioannes Sanchez *in ſelect. diſput.* 48. *numero* 9.

Ita etiam hoc ipſum credendum eſt de legiſlatore in ordine ad ſanctiones à ſuis prædeceſſoribus ſapientiſſimè cōditas, & toti cōmunitati promulgatas, velle ſcilicet eas conſeruare, & nolle, vt reuocatæ intelligantur, niſi reuocatio exprimatur;

Erit enim & ipſi percommodum, vt hoc idem circa ipſius ſanctiones à ſuis ſucceſſoribus cum ſimili honorificentia obſeruetur.

Soluitur fundamentum contrariæ ſententiæ de correctione Iuris.

114 Ad id verò, quod tanquam præcipuum fundamentum affertur pro contrariâ ſententia, nimirum exceptionem firmare regulam in non exceptis, & conſequenter regulam immunitatis firmari quoad caſum homicidij merè induſtrioſi, & non inſidioſi, qui in facta per Greg. XIV. exceptione non includitur,

Dico notabiliſſimè cum Gloſſ. & Bart. *in l. ſerui ſſ. de vſucap.* Panor. *in c. inter alia de immun. Eccl. n.* 15. Suar. de Paz. *in prax p.* 5. *t.* 1. *c.* 3. *ſ.* 3. *n.* 180. Couar. *var. lib.* 2. *c.* 5. *n.* 6. Ioan. de Viſchis *in tract. de immun. Eccleſ. n.* 36. Tho. Sanch. *de matr. lib.* 6. *diſp.* 40. *in fin ad* 2. *& lib.* 10. *diſp.* 15. *n.* 2. *verſ. Primò.* Marta *de iuriſd. par.* 2. *c.* 51. *n.* 10. Gābac. *lib.* 5. *c.* 7. *n.* 5. Villag. *de extē ſ. leg. fol. mihi* 242. videndo omnino *à n.* 17. *vſque ad* 37. vbi doctiſſimè rem hanc diſcutit. Lancelotto *inſtit. iuris canonici lib.* 2. *titul.* 10. *in Gloſſ. lit. E. verbo poterunt. pag. mihi* 207. *col.* 1. Euerardo *in locis argum. loc. ab exceptione ad regulam numer.* 5. *verſ. ſecundò dicta theorica:*

Dico inquam, quòd quando Conſtitutio, ſiue lex loquitur in materia iuris communis, & aliquos caſus excipit, etiāſi eos excipiat per particulā taxatiuā *tantùm, ſolùm*, aut aliam ſimilem, non firmat regulam in caſibus ibi nōn exceptis, qui tamen excepti ſūt alio iure antiquo, ſed nihilominus manent, atque intelliguntur excepti ipſi omnes alij caſus, qui alio iure excepti erant antea, ac ſuppletur ius illud nouum iure antiquo.

Quam vltimā doctrinam tradit etiam Sāch. *cit. lib.* 10. *diſp.* 15. *n.* 19. qui optimè notat, id procedere, vt legum correctio vitetur, ſicuti pariter aduertit Villag. *cit. n.* 27.

Et certè (nota, quæſo te, mi Lector) ſi tam ſtrictè accipienda foret exceptio, vt ſemper, atque illimitatè firmaret regulam in caſibus non exceptis in præſenti iure continente exceptionem, etiamſi excepti eſſent in alio anteriori iure, ſequerentur abſurda. 115

Et in ſpecie hoc non exiguum, quod cum Chriſtus Dominus dixerit *Mathæi* 5. 32. non poſſe dimitti coniugem, exceptā fornicationis cauſa, vt refertur *c.* 2. *de coniug. lepros. & in can. Dominus* 32. *quæſt.* 7. & aliis iuribus,

Deberet exceptio hæc firmare regulam in omnibus aliis caſibus diſtinctis à fornicatione, qui ibi à Chriſto excepti non fuerunt, ac proinde non poſſet fieri diuortium quod ad torum ob ſæui-

tiam, vt egtegiè deducit Villagut *cit. fol.* 242. *numero* 29. neque ob hæreſim, aliaſque cauſas ſimiles,

Quod tamen fieri poteſt, vt in caſu ſæuitiæ dicit Riccius *parte* 2. *deciſ.* 8. vbi plures allegat. Bellet. *diſquis Clerical. parte* 1. *de fauore Clericorum reali.* §. 4. *numer.* 96. & probat Thom. Sanchez *de matrim. lib.* 10. *diſput.* 18. *num.* 2. *ex cap. literas. in fine. de reſtit. ſpol.* & de caſu hæreſis *eodem lib.* 10. *diſp.* 15 *num.* 3: ex multis Canonibus, & concedi omnium Doctorum ſententia, vbi dicit, eſſe Catholicam veritatem, quòd licitum eſt diuortium ob alias cauſas, quàm fornicationem carnalem, & *num.* 2. *eiuſdem diſputationis* 15. dicit, ex allato Chriſti teſtimonio minimè conuinci, nullam aliam eſſe cauſam diuortij, ſed nullam aliam eſſe prætet eas, quæ in aliis iuris Eccleſiaſtici ius diuinum explicantis locis continentur, quales ſunt allatæ per ipſum Sanch. *num.* 1. *eiuſdem diſputationis*, quæ in aliis iuris locis exprimuntut. Vide etiam Gutierez *canonicar. qq. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 21. vbi quòd exceptio fornicationis non excludit cauſam ſæuitiæ.

116 Ex quibus patet, in hoc articulo correctionis recurrendum eſſe ad mentem excipientis aliquid per aliquod ius, & concludendum, eam mentem eſſe, vt alij caſus ab alio iure excepti non lædantur per præſentem exceptionem, niſi hoc expreſſè fieri præcipiat ipſe nouiſſimus conditot canonis, vel legis huiuſmodi poſterioris latæ cum exceptione, vt ex *Clementia Exiui.* §. *Deinde. de verb. ſignificat.* colligit optimè Villagut. *cit fol.* 242. *n.* 27. itemque caſum omiſſum à lege excipiente, manere decidendum ſecundùm diſpoſitionem iuris communis. Villagut. *ſupra num.* 36.

117 Patet etiam quid dicendum ſit ad eam doctrinam de dictione taxatiua *tantùm*, quòd ſcilicet de ſui natura impediat extenſionem ad caſus non expreſſos. Tho. del Bene *cit. c.* 16. *dub.* 20. *ſect.* 10. *n.* 3. Iuliuus Chartar. *cit. deciſ.* 95. *n.* 7. Alex. Ambroſin. *cit. tract. de immun. c.* 1. *n.* 14. Peregrin. *cit. tract. de immun. c.* 6. *n.* 24. Farinac. *conſ.* 76. *n.* 13. Falcon. *ibid. n.* 16. Diana *part.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 25. & omnia excludat, quæ expreſſa non ſunt. Giurba *conſ.* 60. *n.* 11. Mallet. *in auro Theol. malleat.* 35. *bractea* 14. & quando adiecta eſt orationi affirmatiuæ, vt in dicta Gregoriana, affirmet illud, quod ponit, & excludat, ac neget omne aliud, quod eſt extra modum, ac formam eius, quod ponitur, & eius natura ſit diuidere qualitatem à ſubiecto, & negare reſiduum. Iuliuus Chartar. *ſupra n.* 9. Diana *loc. cit* mutuati doctrinam ab Euerardo *in locis argumentor loco à natura dictionum taxatinar. numero* 6.

Dicendum enim eſt, quòd prædicta de dictione taxatiua, verificantur, in quantum nihil reperitur exceptum in alio iure; quia dictio *tantùm* nihil operatur circa illud, quod erat aliàs de iute diſpoſitum. Fernandez de Otero *diuerſ. qq. iuris part.* 2. *quæſt.* 10. *n.* 10. & in genere dictio taxatiua non impedit extenſionem, quando aliàs induceretur correctio iuris. Crauetta *de antiquit. temp. part.* 4. *n.* 113. *fol. mihi* 120. *in vna editione, & fol.* 187. *in alia editione vltimò viſa.*

Aliòqui enim ſi ſuſtineantut ad literam nuper aſſerta ab iis Doctoribus, vt obtineant, exceptionem factam in Gregoriana, elidere omnes exceptiones factas in iure antiquiori circa immunitatem, iam eorum doctrina nihil probat, quia nimis probat;

Probat enim, non licere diuortium extra cauſam fornicationis, & ſimilia, quæ cum falciſſima ſint, conuincunt, talem non eſſe dictionis taxatiuæ naturam, qualis aſſeritut à dictis Doctoribus non allegantibus vllam prorſus dicti ſui rationem.

Patet demum, non bene Megalium. 3. *part. inſtitut. confeſſar. lib.* 4. *c.* 2. *n.* 15. allegaſſe doctrinam, quam ſupra attuli ex Gloſſa, Bartolo, & aliis, atque eiuſdem doctrinæ non eneruatâ vi, ſed relicta omnino viuidâ, aſſeruiſſe, nullo iacto ſuæ

ſuæ aſſertionis fundamento, hanc *Conſtitutionem Gregorij* XIV. excludere omnium delictorum exceptiones in aliis iuribus expreſſas, & ſolùm habere locum quoad octo exceptiones in hac Bulla poſitas, quod ſanè eſt ſupponere id, quod eſt in quæſtione.

118 Reſpondeo ſecundò efficaciſſimè, & ex imitatione eorum, quæ tradunt Tho. Sanchez. *conſilior. moral. tomo 2. lib. 4. cap. 1. dub. 14. n. 6. & in decal. lib. 6. cap. 3. numer. 6.* vbi quòd ad ſpoliandum ſuperiorem ſua poſſeſſione ad præcipiendum ſubdito, non ſufficit cognitio probabilis de iniuſtitia præcepti. Verricell. *qq. moral. & legal. tract. 2. quæſt. 2. num.* 8. vbi quòd probabilis opinio non præualet certæ poſſeſſioni mariti. *& eodem tract. quæſt.* 13. *numer.* 3. vbi quod certa poſſeſſio præualet maiori probabilitati. Emanuel Sa *in Aphoris. confeſſar. in Verb. Gabella. num. 6. verſ. in tanto enim dubio in antiquis.* Ioan. Præpoſitus *in 3. partem S. Thom. de ſacram. pænit. quæſt.* 5. *dub. 6. num.* 131. Caramuel *in Theologia morali lib. 3. corollario 24. numero* 1361. *ad finem & in fundamentali n.* 123. vbi quòd poſſeſſio, ſi prudentia obtineat, omni contrario dubio, aut *probabilitate* potior eſt, & ex iis, quæ in terminis quæſtionis circa legis correctionem dicit Franc. Suarez *de legibus lib. 6. cap. 27. num. 6.* quòd ſemper antiqua lex eſt melioris conditionis, & ius ſuum quaſi poſſidet, quando de correctione expreſsè non conſtat: & ex iis, quæ tradit Ioſeph à Ianuario *reſol. moral. parte* 1. *reſolut. 46. num.* 1. quòd ad concurſum certitudinis, & dubietatis, certitudo præferenda eſt dubietati, quando cætera ſunt paria.

Dico, quòd cum *citatum cap. 1. de homic.* ſit in certa poſſeſſione excludendi, ſaltem valdè probabiliter, ab immunitate occiſionem merè induſtrioſam citra inſidias, correctio autem ipſius *cap.* 1. quo ad hunc articulum, ſit non certa, ſed ſolùm opinatiua, & probabilis, quippè nixa rationibus non excedentibus gradum meræ probabilitatis, ac proinde non demonſtratiuis.

Potior eſt conditio eiuſdem *capituli* 1. habentis pro ſe poſſeſſionem certam, quàm correctionis habentis pro ſe opinionem fallibilem, ac proinde non eximentem à dubio de ſua veritate, cum de opinionis ratione ſit, vt ſit aſſenſus non vndequaque certus, & euidens. Thom. Sanch. *in Decal. lib. 6. cap. 3. num. 6. verſ. At opinans*, quamuis, quod probabile eſt, dicatur ſuo modo certum, vt notauit Paſqualig. *deciſ. moral.* 5. *n. 6.* & Silueſt. *verb. Probabile.* & egregiè probat Antonius Bernardus Mirandulanus Epiſcopus Caſertanus *de euerſione ſingularis certaminis lib. 8. ſect. 16. ad initium, pag. in mea editione Baſileenſi* 162.

Quo fit, vt ſicut *citato capitulo* 1. in caſu occidentis per meram induſtriam ſine inſidiis, denominatio vigentis, & exiſtentis in ſuo robore ad priuandum, ſaltem probabiliter, immunitate conueniebat ante opinionem de correctione ipſius iuris antiqui, ita etiam poſt hanc opinionem, atque illa non obſtante, conueniat illi adhuc hæc denominatio, præſertim cum rationes pro illa opinione ſoluantur cum non minori probabilitate;

Prima enim ratio de virtute, & natura taxatiuæ dictionis, qua vtitur Gregoriana, iam manet ſoluta ex dictis dudum, & ex deductis per Gambac. *lib.* 5. *cap. 31. n. 9.* 119

Secunda ratio, quam afferunt Giurb. 120 *conſ. 20. num. 4. & conſ. 60. num.* 10. Farin. *conſ. 76. num.* 13. Mallet. *cit. Malleat.* 35. *bractea* 14. Diana *cit. reſol.* 25. quòd nempè in eadem Gregoriana exprimuntur illi caſus per modum formæ correctoriæ, vt patet ex illis verbis: *Ad vnam tantùm formam reducimus, & ad vniformem regulam.*

Soluitur, admittendo præſcribi formam, non tamen iuri moderando, ſed indultis reformandis, & hanc formam non præiudicare caſibus in iure expreſ-

Digitized by Google

ſis. Gambacurt. *cit. cap.*31. *numero* 10. cuius contrarium nondum à quoquam probatum vidi, ſicuti tamen oporteret.

121 Tertia ratio, quòd in eadem Conſtitutione Gregoriana reuocantur ſolemniter omnia contraria, ac proinde etiam *citatum cap.*1. *de homic.*

Soluitur, dicendo, quòd clarè, & apertè reuocantur ſolùm indulta, ex quibus abuſus omnes orti ſunt. Gambac. *cit. cap.*31. *num.*11.

122 Addo, prædictis, quòd quamuis non conſideraretur ratio poſſeſſionis certæ in noſtro caſu, ſed attenderetur ſola probabilitas diſpoſitionis *cit. cap.*1. *de homic.* adhuc illa probabilitas non impugnaretur per probabilitatem correctionis.

Eſt enim optima doctrina Caramuelis *in Theol. fundament. num.*791. quòd ratio, cum agitur de probabilitate, non eliditur ſolutione merè probabili; quia probabilitatem alia probabilitas non impugnat, ſed omninò propugnat; eſt enim bona conſequentia: hæc opinio eſt probabilis: ergo & oppoſita eſt probabilis.

Et meritò hæc dicit egregius hic Doctor, quia quando ſunt duæ contrariæ opiniones, ambæ nixæ ſuis principiis probabilibus, eo ipſo, quòd motiuum pro vna ex his opinionibus eſt ſolùm probabile, ac proinde non euidens, ſequitur ex natura rei, vt altera opinio, cum impugnetur ab hac cum ſola probabilitate ſui motiui, retineat & ipſa inconcuſſam ſuam probabilitatem ex ſuo probabili motiuo, quòd ſolùm per contrariam euidentiam expugnari poteſt.

123 Non eſt ergo correctum certò *cit. cap.*1. *de homicid.* per Gregorianam, vt tam ſecurè aſſerunt aliqui, quos mirum eſt ita correptos fuiſſe zelo immunitatis, vt pro nihilo habeant indemnitatem iuris communis Pontificij, cum tamen æqualis momenti, ſi non multò maioris, ſit pro Eccleſiæ bono, vt manuteneatur ius commune tam ſapienter conditum, immò ex S. Spiritus inſtinctu, ac dono, nutu, & gratia dictatum, vti dicit Damaſus *in can. Violatores* 25. *quæſt.*1. relatus à Sperello *deciſ.*110. *numero* 29. & per tot ſecula reuerenter cuſtoditum, meritóque à Trident. *ſeſſ.*25. *cap.*18. *de reform.* condecoratum *Sacratiſſimorum Canonum* appellatione, ac vt amplietur templorum immunitas, quantumuis fauorabilis, cum detrimento grauiſſimarum ſanctionum dicti iuris communis Pontificij, niſi euidens diſpoſitio Summorum Pontificum, qui ſuper totum ius commune ſunt, & ſuper totam Eccleſiam. Paludan. *in* 4. *diſt.*19. *q.*1. *art.*1. *concl.*3. ad eam ampliationem adigat;

Alioqui enim quantum ex vno capite Eccleſiam per ampliationem immunitatis ædificares, tantumdem, ſi non magis, eandem Eccleſiam per iuris communis prætenſam, & clarè non probatam correctionem deſtrueres.

Videatur tibi durum, quòd vna Conſtitutio Pontificia vnam Pontificiam decretalem corrigat, ſicut planè dura videtur ea correctio vnius legis Codicis per aliam legem Codicis Celſo Bargalio *in tract. de dolo. lib.*3. *cap.*8. *n.*20.

Ex his inferas, quàm immeritò dixerit Iulius Chartar. *cit. deciſ.*95. relatus, & laudatus à Ciarlino *controuerſ. forenſ. parte* 2. *cap.*151. *num.*8. 9. & 10. quòd cum Gregorij Conſtitutio non excipiat caſum homicidij præmeditati, & appenſati, ſi non concurrat proditio, vel aſſaſſinium, non eſt amplius locus diſputationibus, & opinionibus Doctorum, qui debent cedere auctoritati Pontificis. 124

Quaſi verò Pontifex articulum hunc expreſſis terminis definiuerit, quam tamen definitionem, ſi Bullam centies relegas, non fecit; ſi enim clarè feciſſet, quis, quantumuis ſubtilis diſputator, atque opinator, ſupremæ auctoritatis facto

cto contradicere, & adorando lumini rebellis eſſe auderet?

Gratis, mi Iuliue, adimis locum diſputationibus, & opinionibus Doctorum, dum Doctoribus non præmonſtras euidenter Pontificiam definitionem circa diſputabile, & opinabile obiectum noſtri caſus.

Immò ex hoc, quòd aliqui Doctores, qui poſt Gregorianam ſcripſerunt, ab immunitate ſemouerunt caſum præmeditati homicidij, deſumitur argumentum, quòd per Gregorianam non fuerit correctum *cit. cap.1. de homicid.* quia ijdem Doctores contrarium Docturi eſſent, ſi facta eſſet ea correctio, vt in ſimili argumentatur Thom. Sanchez *de matr.lib.2.diſp.32.n.17.*

125 Sed obiiciet aliquis, ſi adempta eſt per *citatum cap.1. de homic.* immunitas Eccleſiarum occiſioni commiſſæ per induſtriam tantùm citra inſidias, ergo fruſtraneam eſſe diſpoſitionem Gregorij XIV. quæ adimit immunitatem homicidio proditoriè commiſſo, cum in tali homicidio ſit incluſa induſtria, cui induſtriæ iam fuerat adempta prius immunitas.

Reſponderi poteſt primò, probari ex hoc ipſo, quod ego ſupra dicebam, caſum ſcilicet homicidij per induſtriam cum propoſito, & appenſamento coniunctam, & caſum homicidij per inſidias, poſſe in aliquo euentu ſeparari, ac proinde diſpoſitionem Gregorij cadere non ſolùm in caſum *proditorij* talis, quale regulariter accidit, ſed etiam in caſum inſidiarum, ſi accidat ſeparatim ab induſtria, propoſito, & præmeditatione, qui caſus, vt infrà diſputatiuè oſtendam, continet & ipſe rationem formalem, *proditorij*, & ſic nullam interuenire diſpoſitionis inanitatem.

126 Reſponderi poteſt ſecundò, admiſſa communi ſententia, quòd ad proditorium requirantur copulatiuè induſtria cum propoſito, & appenſamento coniuncta, & inſidiæ, nihilominus Conſtitutionem Gregorianam non poſſe dici fruſtraneam.

Quia ex peculiari odio proditionis confirmat diſpoſitionem iuris antiqui circa induſtriam cum propoſito, & appenſamento coniunctam, quatenus eadem induſtria concurrit ad componendas inſidias, & ad rationem *proditorij* ex inſidiis reſultantem. Vide dicta ſup. *n.36. in hoc §.8.*

Corollarium ex nuper dictis de correctione Iurium.

Quando aliquis Canon ſancit aliquid vel certò, vel probabiliter, ex probabili nempè terminorum ipſius Canonis non clarorum interpretatione facta per Doctores, ſi emanet noua Conſtitutio, quæ non adhibeat terminos expreſsè, & euidenter correctiuos eorum, quæ in vetuſto Canone vel certò, vel probabiliter, id eſt per probabilem interpretationem, ſanciuntur. 127

Non poteſt vllus Doctor per quantumuis probabilem nouæ Conſtitutionis interpretationem conuincere abſolutè, & certò, quòd correctus remaneat vetuſtus Canon quo ad ſancita in eo, vel certò, vel probabiliter, cum poſſeſſio Canonis quo ad ſua certa, vel probabilia, ſit certa, & antiquior, interpretatio autem correctionis ſit noua, & non certa, quippè nixa fallibili opinione.

Dixi *antiquior*; nam in materia poſſeſſionis habenda eſt, cæteris paribus, magna ratio antiquitatis iuxta Thom. Sanchez *in Decal. tom.1. lib.4. cap.32. n.2. poſt medium* docentem, quòd vbi duplex poſſeſſio concurrit, potius eſt antiquioris ius, idque præualet, vt conſtat ex regula *iuris in 6. qui prior eſt tempore, potior eſt iure.* 128

Quare correctio iuris certi, vt ſtabiliatur, indiget iure certo poſteriori, quod expreſſis terminis correctionem prioris iuris importet, & poſſeſſionem omnem 129

omnem elidat & quo ad certa, & quo ad probabilia.

Ad ſummum modernus Doctor poteſt impugnare ſententiam Doctorum dicentium, ſanciri in vetuſto Canone aliquid, quod ipſe modernus exiſtimet non ſanciri.

At hoc non eſt conuincere correctionem vetuſti Canonis quo ad contenta in eo, ſed eſt opponere interpretationem modernam ipſius Canonis interpretationi eiuſdem Canonis antiquæ, vel etiam modernæ.

---

§. IX.

Dari rationem proditorij in homicidio commiſſo per inſidias negatiuas, & dicti homicidij reum priuari immunitate.

SVMMARIVM.

Proponitur quæſtio præſentis, §.n.1.

Doctorum confuſio in hac materia ob non determinatam clarè à principio acceptionem vocis inſidiæ. n.2.

Malè aliqui limitant diſpoſitionem cap.1.de homic. *ad inſidias vel negatiuas, vel poſitiuas: optimè autem alij locuti de inſidiis in tota latitudine, intelligunt de iiſdem cit.*cap.1. de homic.ibid.

Poſſet ſtatui vniuerſalis regula, quòd omne inſidioſum homicidium ſit proditorium *in ſenſu tamen cauſali, non formali, ſed modus inſidiandi,cum ſit diuerſus,dignus eſt ſeparato examine,vt vitetur confuſio: & per diſtinctam tractationem modorum inſidiandi, magis appareat formalis ratio* proditorij, *quæ requiritur.* numero 3.

In homicidio per inſidias negatiuas commiſſo includitur vera ratio proditorij,*quæ tamen non eſt formaliter ipſa ratio* inſidioſi,*vt infrà* n.4.

Referuntur Doctores huius ſententiæ. numero 5.

Inſidias negatiuas non facere proditorium *docuerunt alij.* n.6. *& eos, qui inſidias expoſuerunt* per proditionem, *intelligendos de inſidiis conſiſtentibus in diſſimulatione odij, & oſtentatione amicitiæ.* ibid. *contra quos tanquam ex falſa ſuppoſitione philoſophantes, alibi diſputandum ex profeſſo.* num.7.

Proditoriè *occidit, qui facie ad faciem occidit, ſi aggreſſus non diffidatus, non poſſit præcauere.* n.8.

Qui caſus poſſet accidere, vtendo galero fiſtulis pleno, qui dum de capite amouetur in obuium, explodit lethales fiſtulas. ibid.

Proditoriè *occidit, qui fraudulenter eligit arma ſibi apta, inepta autem aduerſario non monito, qui tamen debuiſſet moneri opportunè, vt aſſuefieret eorum vſui.* num.9.

Proditoriè *agit, & contra naturam duelli, qui in ſtadio tribules ſpargit, aut aliis vtitur,quæ vni ex pugilibus defenſionem adimant.* ibid.

Proditorij *homicidæ ſunt, qui ex prauia doloſa pactione incipiunt rixam,vt alium inter ipſos mediantem occidant ſecurè.* num.10.

Affertur fundamentum principale ſententiæ auctoris. n.11.

Tota deformitas proditorij, *vt proditorium eſt,ſita eſt in hoc, quòd illud ſit in perſonam non valentem hic, & nunc ſe defendere ab aggreſſore: nec poteſt vlla alia radix iſtius deformitatis aſſignari.* ibid.

Referuntur auctores, qui proditoriam *labem refundunt in impotentiam ſe tuendi.* num.12.

Referuntur alij,qui proditorium *definiunt per habitudinem ad non præuiſionem, ad non timorem, ad non expectationem, ad non cogitationem, ad non ſuſpicionem, ad non præcautionem proditi de proditorio aggreſſore,& ad inde reſultantem impotentiam ſe tuendi, item per habitudinem ad defectum occaſionis præcauendi,ad impotentiam præcauendi, ad raritatem poten*

potentium præcauere, niſi ſint ditiſſimi, item per habitudinem ad incluſionem, demum ad non debitum præcauendi. num.13.

Inde mors dicitur ſecura. num.14.

Ex contrario fit bona conſequentia: Potuit ſe defendere: ergo ceſſat proditio. num. 15.

Primum Argumentum pro firmanda ſententia, quam auctor. n.4. amplexus eſt, proponitur. n 16.

Ratio proditorij eſt in homicidio inſidioſo inſidiis negatiuis, quia tale homicidium ſequitur ex aggreſſione hominis hic, & nunc impotentis ad ſe defendendum ab aggreſſore. ibid.

Hanc doctrinam ſi conſideraſſent Beoleus, & alij, non dixiſſent quædam, quæ impugnantur. num. 17. ſicut & quædam enunciata à Diana, & Ciarlino num.18. & quædam ab Anonymo inuehente immeritò contra doctiſſimum Couarruuiam. n.19. & 20.

Proponitur obiectio contra rationem proditorij ab auctore perpenſam in impotentia ſe defendendi in aggreſſo. num.21.

Iudas fuit proditor, & tamen concurrit ad necem non impotentis ad ſe defendendum: ergo ratio proditorij non fundatur in impotentia, &c. ibid.

Reſpondetur primo, quod Iudas tradidit potius, quàm prodidit. numero 22.

Reſpondetur ſecundo, & melius, quod ſecundum omnem reſpectum fuit verus proditor, & nominatim quia aggreſſus eſt impotentem ad ſe tuendum, ſecundùm quod habebat præcisè naturam humanam. num.23.

Proditio inſpicitur ſecundum quod accidit inter homines, & ſecundum modum, & menſuram humana, corporaliſque virtutis. n.24.

Conceptus proditionis Iudæ non læditur in ratione proditionis per hoc, quod Chriſtus, vt homo Deus, noſſet fraudes Iudæ & diffidaretur ſine interruptione & poſſet mille modis euadere. ibid.

Sicut non læderetur conceptus proditionis per hoc, quod tu, quem quis per humanas inſidias aggrederetur, ſcires ex Dei reuelatione eaſdem inſidias, & voluntariè omitteres defenſionem; occidereris enim humanitus indiffidatus, ac proinde humanitus impotens ad te tuendum. num.25.

Optimus S. Ambroſij locus ad oſtendendum, quod Chriſtus, tanquam periculi ignarus, atque improuidus, Iudæ ſocietatem adſciuit, cuius ſimulatione funeſta vſque ad crucem peruenit. numero 26.

Dici etiam poteſt, quod actio Iudæ ſpecificata fuit in ratione proditionis, tanquam ab obiecto, ab impotentia ſe tuendi apprehenſa in Chriſto. numero 27.

Iudas primus nouæ legis hæreticus Chriſtum non credidit Deum, ſed hominem & magicis artibus facientem ſigna, & meritò appellatus eſt ab Auguſtino inſidiator Saluatoris. n.28.

Prodere eſt terminus generalis, qui diuerſo in ſenſu accipitur, ſecundùm habitudinem ad diuerſa. n.29.

Prodere ſi ſumatur per habitudinem ad fidem, quam quis alteri debet, & non præſtat, ſed violat, eſt abiicere à ſe, & procul dare fidem: vndè proditor dicitur, qui fidem alicui debitam abiicit, & quidem tot modis dicitur proditor, quot modis deficit vel expreſsè, vel tacitè à data alicui fide. n.30.

Modi deficiendi à fide perperam ab aliquibus dicuntur ſpecies, cum differant inter ſe ſolùm materialiter, conueniant verò formaliter, quatenus omnes ſunt defectus à fide: ſicuti conueniunt formaliter omnia periuria inter ſe, omnes diuinationes inter ſe, omnia ſacrilegia contra obligationem votiuam, etiamſi materialem inter ſe differentiam inuoluant. ibid.

In prædicto ſenſu dicitur proditor, qui, contra fidem debitam committenti, ſecretum

*publicat, præſertim confeſſarius, & qui liberè veritatem non pronunciat quando debet, & qui ex metu tacet, & veritatem non defendit, & qui non reuelat atrociora, & Iudex, qui conſulit alteri parti, & abutitur officio Iudicis, & qui iudicat in cauſa, cuius primò fuit aduocatus, & qui inſtrumenta mea dat aduerſario meo, & qui aperit literas alicuius directas ad alium, & obſignatas, niſi fortè aperiens ſit Prælatus ſcribentis, vel alius ſpem ponens in ratihabitione, vel eſſent literæ aduerſarij, & ambigeretur, ne quid tractaretur contra aperientem.*n.31.

Et quia fides debita peculiariter eſt domino, & præſertim Principi, & Reipublicæ, ideo dicitur proditor *vaſſallus, qui fidelitatem iuratam domino violat, & qui infamat dominum, vel aliquid contra eius honorem facit, & qui dominum verbo, aut etiam opere non confitetur publicè, aut non defendit, & qui animo hoſtibus domini ſui inhæret, licet corpore, & actibus eidem domino aſſiſtat, & qui à poteſtate domini ſe ſubtrahit, & qui mutuat pecuniam hoſtibus, & qui vendit illis arma, aut ea ad illos portat, aut aliter illos munit, vt validiores fiant, vel qualitercunque illis mittit ſuccurſum, ſeu auxilium præſtat, aut res, aut conſilium, & qui ad illos ſe transfert, & qui illis mittit literas, aut nuncium in damnum domini ſui, aut Reipublicæ, & qui reuelat illis ſecretum domini ſui, & qui habens ſignum aliquo, dixerit illud, & qui in eorum inſidias inducit milites patriæ, aut ſui Principis, & qui tradit eis caſtrum ſuæ fidei à vero domino commiſſum, & qui cum impedire poſſet, permittit gentem inimicam intrare territorium, & qui permittit eam tranſire, & qui, cum ſit dux belli, paciſcitur cum inimicis, ſine licentia ſuperiorum, & qui non defendit obſeſſam ab hoſtibus patriam, cum poſſet, & qui detegit dominum ſuum, cum nempè ſibi aliquid metuens, latet, vt hac ratione illi noceat.* num.32.

Violationes fidei debitæ erga Rempublicam, includunt ſpecialem deformitatem contra iuſtitiam legalem, & contra pietatem. num.33.

Hinc auctor interpretatur procedere, quòd Doctores dicunt proditionem, *id eſt abiectionem fidei, propriè dici in patriam, & Principem, qui patriam repræſentat; quia hæc* proditio *inde accipit qualitatem ſpecialem, neceſſariò explicandam in confeſſione ſacramentali.* num.34. *at in priuatas perſonas non dicitur propriè* proditio, *ob defectum prædictæ qualitatis, ſed dicitur* crimen proditoriè factum. n.35.

Vel etiam dici poteſt, quòd proditio *dicitur ſubſtantiuè* proditio, *quatenus ſignificat crimen per ſe ſubſiſtens: at ſi quis crimini per ſe ſubſiſtenti addat qualitatem* proditionis, *v.g. occidat per inſidias, tunc* proditio *ſignificat adiectionem ad aliud crimen, & enunciatur per aduerbium* proditoriè. ibid.

Auctor vſurpaturus eſt terminum proditio *etiam in priuatam perſonam, ad loquendum expeditius.* ibid.

Prodere *ſi ſumatur per habitudinem ad aliquid, quod deberet manere occultum, eſt idem, quod porrò dare, id eſt aperire, propalare id, quod porro dari non debebat, & hoc ſiue circa res, ſiue circa perſonas: vnde* proditio *dicitur manifeſtatio occulti, nata inferre nocumentum alteri.* num.36.

In ſenſu prædicto dicitur proditor, *qui crimen ſibi ſoli notum malitiosè detegit, ſiue ſit ſocius, ſiue Prælatus, qui ſuper occulto peccato publicè corripiat, & qui alterius ſecretum aperit in eius detrimentum, & qui prodit perſonas ad eis nocendum, & qui abſconditam alterius rem oſtendit latroni, vt rapiat, & qui caſtrum defendens pro aliquo Principe, manifeſtat hoſtibus modum capiendi, in quibus caſibus etiam abiicitur, & proditur fides tacita, quæ nos ex humana ſocietate obligat ad non detegenda, quæ tegi debent, etiam ſecluſo ſpeciali pacto de tacendo.* ibid.

Ad peccatum proditionis *ita requiritur, vt ſit*

ſit contra fidelitatem, vt hoc ex communi acceptione magis ad illud pertineat quàm ratio manifeſtationis. ibid.

Proditorium, *ad propoſitum auctoris, eſt à* prodendo *dictum, prout* prodere *eſt afferre in publicum aliquid, quod publicandum non erat: vnde* proditoriè occidere *eſt machinationes necandi, id eſt inſidias, perpetuò deliteſcere debentes, id eſt nunquam in actum deducendas, efferre in actum exteriorem per executionem homicidij.* num. 37.

Inſidiæ *ad principium, & præparationem pertinent*, proditio *ad homicidij finem, & executionem.* n. 38.

Homicidium nunc vocatur inſidioſum *à præparatione, & principio, nunc* proditorium *à fine, atque executione.* ibid.

Ratio homicidij proditorij *tota perfecta completur ex inſidiis, &* proditione, *& hoc homicidium vtroque ſemper conſtat, id eſt occultis initio diſpoſitis inſidiis, & earumdem prolatione in fine, cum venitur ad executionem, nec poteſt eſſe* proditorium *ſine inſidiis aliquo modo præcedentibus.* ibid.

Inſidiæ *ſe habent præſuppoſitiuè ad differentiam vltimam* proditorij, *tanquam cauſæ ad effectum.* num. 39.

Perperam dicunt aliqui proditionem; *atque* inſidias *eſſe ſinonyma, & eſſe idem.* num. 40.

Inſidiæ *non ſunt formaliter* proditio *vnde per has voces* inſidiæ, *&* proditio *non importatur idem in ſenſu formali.* ibid.

Proditio *in ſuo eſſe pendet ab* inſidiis, *& ſine illis eſſe non poteſt, & nullum eſt* proditionis *genus, niſi per* inſidias *conſtituatur, cum per* inſidias *aliquas præparetur, atque aptetur aggreſſori terminus, & formale obiectum conſtituens in ſuo eſſe ſpecifico* proditionem. n. 41.

Non tamen ideo infertur, quòd proditio *ſit idem, quòd* inſidiæ: *immo infertur, quòd* proditio *diſtinguatur ab* inſidiis *non vt ſpecies à genere, ſed vt effectus à cauſa.* ibid.

Quando ab aliquibus dicitur homicidium inſidioſum *eſſe* proditorium, *ſenſus non eſt, vnum eſſe formaliter aliud, ſed eidem homicidio, cui conuenit denominatio* inſidioſi, *conuenire denominationem* proditorij, *ſecundum diuerſos reſpectus.* numero 42.

Sicut in phyſicis, qui dicit: ſolem lucidum, eſſe calidum, non ſignificat ſolem quatenus lucidum, *eſſe formaliter* calidum, *ſed bene ſolem eſſe ſubiectum, quod ſubſtat luci, & calori diuerſis inter ſe, & habentibus rationem cauſæ, & effectus.* num. 43.

Exponentes ly per inſidias *in* cap. 1. de homic. *vt idem ſit, atque occidere* proditoriè, *verum dicunt in hoc ſenſu, quòd occiſio, quæ includit* inſidias, *eadem includit* proditionem: *vnde duo nomina* proditio, *&* inſidiæ *confunduntur, & vnum pro alio accipitur.* n. 44.

Perperam conſtituuntur duo membra inſidiarum, *quarum aliquæ ſint ſimplices, & non proditoriæ, aliæ verò proditoriæ, cum in materia homicidij* proditio *ſequatur ad omnes inſidias, qualiſcunque ſtructuræ ſint, neque exigat ſequi ex ſolis inſidiis conſiſtentibus in prætextu amicitiæ.* ibid.

Pontifex in cap. 1. de homic. *potuiſſet nominare* proditionem, *ſed non fecit, cum ſciret in induſtria, & inſidiis contineri* proditionem. ibid.

Impotentia ſe tuendi intelligitur in hac de proditorio *diſceptatione, eſſe illa, quæ accidit extra conflictum, in puncto aggreſſionis, non quæ in ipſo conflictu.* n. 45.

Natura conflictus eſt, vt vnus alium vincibilem reddat, & ad victoriam ineptum. num. 46.

Secundum duelli leges, arma ſiue frangantur, ſiue cadant, alia non exhibentur; & cadentes, non eriguntur. n. 47.

Non occiditur à tradimento, *qui quando plures ſunt in actu armorum, percutitur à tergo.* ibid.

Ad moralem proditorij *conceptum requiri-*

tur, & ſufficit, vt aggreſsio inueniat aggreſſum omnino hic,& nunc impotentem ad defenſam: alioqui autem ſi aggreſſus diffidatus, poſſit aliquo modo ſe defendere, etiamſi poſtea ſuperetur, non dicitur apud vllam nationem proditoriè *occidi, ſed ad ſummum in caſu diſparitatis armorum, & adiunctionis ſociorum ex parte aggreſſoris, occidi* con ſouerchieria, *quæ ſimpliciter non tollit ſe tuendi poteſtatem.* n.48.

Si aggreſſor cum pluribus ſociis opprimat aliquem,non relinquendo locum defenſioni,eſt proditorius *homicida.* n.49. *& eſt caſus apud Cephalum.* n. 50. *nec abludit Tancredi.* ibid.

Proditionis *deformitas non fundatur in impotentia præuidendi caſum mortis vt ſic, ſed in impotentia euitandi mortem, & ſe defendendi, ſiue hæc impotentia ſe defendendi oriatur ex impotentia præuidendi, & præſciendi caſum mortis, ſiue aliunde,contra P. Bordonum conſtituentem rationem formalem* proditionis homicidialis *per habitudinem ad impotentiam præuidendi caſum mortis.* ibid.

Teſtis falſus, ob cuius dictum quis damnatus eſt ad mortem, non eſt proditor, *ſecundùm Bordonum, quia hic damnatus potuit præuidere, immò præuidit, & præſciuit ſuam mortem. Sed contrarium dici debet, quia teſtis per ſuum teſtimonium ſtatuit alium in impotentia euitandi mortem, eſto hic idem non occidatur incautus,quatenus cognoſcit machinationes contra ſe, à quarum vi ſe ſubducere non poteſt.* ibid.

Dicta in caſibus Cephali, & Tancredi videri poſſint dura non aſſuetis ad concipiendum proditorium, *niſi in caſibus ordinariis aggreſſionis ſecutæ à tergo, vel ex loco abdito: At attento, quòd eadem ratio, quæ in occidente à tergo conſtituit* proditorium, *militat etiam in occidente facie ad faciem cum multis armatis vnum non potentem contra tot aggreſſores ſe tueri, flectetur intellectus ad concipiendum* proditorium *in caſibus extraordinariis, & non antea examinatis, immo ne præcogitatis quidem confuſè.* num.51.

Communiter non attenditur proditorium *in quibuſdam caſibus, ſed non propterea deficit ipſa* proditorij *ratio.* ibid.

Proditio *denominatur* proditio *per habitudinem ad inſidias, quæ per executionem produntur, & exeruntur: ſortitur verò ſuam ſpecificam deformitatem per habitudinem ad impotentiam præſentem ſe tuendi ab aggreſſore.* numero 52. *quæ deformitas, cum non accidat ſine* proditione, *id eſt propalatione inſidiarum,accipit inde denominationem* proditoriæ. ibid.

Deformitas proditoria *ſuperadditur homicidio tanquam ſpecie diſtincta à malitia homicidij, & explicanda eſt in confeſſione.* num. 53. *remiſſiuè.*

Proditorium *dici etiam poteſt tale per comparationem ad fidem, quæ erga proximum vel explicitè, vel implicitè debita abiicitur in omni proditorio.* numero 54.

Non ſatis intelligitur, cur, vbi eſt fidei abiectio, ibi dicatur eſſe proditio, *& tamen* proditio *non dicatur eſſe ibi, vbi abiicitur aliqua alia honeſtas virtutis.* ibid.

Optima eſt Anonymi doctrina circa ethimologiam vocis proditor *traditam ab Iſidoro, ſi ſumatur, vt iacet: at bona non eſt ſecundum intentum docentis, qui eam ordinat ad oſtendendum, quòd* proditio *eſt alligata eſſentialiter ad amicitiam, id quod auctor negat, & eſſe falſiſſimum alibi oſtendit.* numero 55.

Homicida proditorius *denominatur talis, tum in ordine ad fidem, quam prodit, ſeu abiicit, tum in ordine ad inſidias, quas indebitè porrò dat, ſeu exerit per practicam homicidij executio*

cutionem, tum in ordine ad ius non inuadendi impotentem ad ſui defenſam, quod violat. num. 56.

Secundum argumentum pro firmanda ſententia, quam auctor amplexus eſt num. 4. proponitur. num. 57.

Occidens per inſidias non diffidatum, dicitur ſecundùm vſum communem loquendi id facere traditoreſcamente, e non da valent huomo: da traditore: à tradimento: non de bono ad bonum: à traycion: eſſe proditor: proditoriè occidere: eſſe aſſaſſinus, non tamen in ſenſu cap. pro humani de homic. in 6. ibidem.

Vſus communis maximè attendi debet in accipiendis verbis poſitis in lege, & ſtatuto, & in quacunque diſpoſitione, etiam in priuata, licet per hanc acceptionem à proprietate verborum recederetur, etiam in materia odioſa, & in materia exorbitanti, & correctoria, & in materia proditorij, & in omni alia ſiue fauorabili, ſiue pœnali: & præfertur proprio verborum ſignificatui, ſiue à definitione, ſiue ab ethimologia, ſiue à iuris authoritate proueniat: & omni Conſtitutioni præualere debet: & præfertur proprio ſignificato vocabuli non ſolùm in diſpoſitione iuris poſitiui, ſeu legibus iuriſconſultorum, ſed etiam in ſcriptura diuina: & argumentum petitum ab hoc vſu eſt efficax. n. 58.

Contra argumentum petitum à communi vſu loquendi aſſerit Anonymus, verba legis, ſtatuti, priuilegij beneficij &c. eſſe intelligenda iuxta vulgarem vſum loquendi, quando lex concepta eſt eadem lingua, & iiſdem verbis, ſuper quibus adeſt ipſe vſus loquendi, non autem quando diuerſis, vt in caſu præſentis diſputationis, & communem loquendi vſum non attendi in ſtatutis conditis à iuris peritis, præſertim latino ſermone, ſed hæc ex eruditorum vſu, & verborum proprietate interpretanda eſſe num. 59.

Refellitur Anonymi diſtinctio, vt inopportuna ad præſentem caſum, in quo obiectum ſignificatum per terminum Italicum à tradimento, & Latinum proditoriè, eſt omnino idem. num. 60.

Diuerſitas linguæ non facit diuerſitatem ſenſus, quando obiectum terminorum diuerſæ linguæ eſt omnino idem. num. 61.

Homicidium per inſidias, cum ſit proditorium priuatur immunitate Eccleſiarum. num. 62.

Procedit hæc priuatio immunitatis tum in terminis cap. 1. de homic. tum Conſtitutionis Gregorij XIV. num. 63.

Quando etiam concederetur, correctum fuiſſe per Gregor. c. 1. de homic. quatenus, ſecundum multorum intellectum, loquatur disiunctiuè, & adimat immunitatem homicidio commiſſo per ſolam induſtriam ſine inſidiis, non ideo dici poteſt fuiſſe correctum idem caput, quatenus ab immunitate excludit homicidium factum inſidioſè, cum hoc ſecum trahat, quòd ſit factum proditoriè. num. 64.

In materia etiam reſtringibili non excluditur lata interpretatio, quæ ex verborum proprietate deſcendit: ac proinde cum proditorium ſecundùm proprietatem verbi dicatur non ſolùm illud, quod fit in perſonam affidatam ſub ſpecie amicitiæ, ſed etiam quod fit per inſidias negatiuas in perſonam præciſè indiffidatam, reſtringibilitas materiæ, exceptio ſcilicet ab immunitate, nihil impedit, quo minus extendatur excluſio ab immunitate ad proditorium, quod fit in perſonam indiffidatam ſub inſidiis negatiuis. num. 65.

In contrarium prædictis eſt Decius Fauilla ex falſo fundamento, nimirum quod proditorium per inſidias ſit tale largo modo, & impropriè. num. 66.

In rigore non fit extenſio ad proditorium per inſidias negatiuas, ſed illud propriè dicitur comprehendi ſub eadem diſpoſitione, ſub qua proditorium per inſidias poſitiuas, ob parem rationem in vtroque militantem. num. 67.

Gregoriana, cum vtatur verbis generalibus, verificatur in omni proditorio. num. 68.

Quamuis daremus, diſtingui inſidioſum à proditorio, id quod negamus, in ſenſu

Digitized by Google

tamen cauſali, non poſſet dici, diſpoſitionem cap. 1. de homic. *loquentem expreſſe de* inſidioſo,*corrigi per Gregorianam loquentem expreſsè de* proditorio. num. 69.

Referuntur auctores docentes, homicidium inſidioſum priuari immunitate ibidem.

Videntur aliqui diſtinguere inſidioſum à proditorio, *ſed perperam.* num. 70.

Non eſt inutile aduertere ad hanc diſtinctionem inſidioſi à proditorio, *& cur?* num. 71.

Obiicitur, fruſtaneam eſſe Gregorianam diſpoſitionem, ſi homicidium proditorium *ſit idem, quod commiſſum* per inſidias, *cum ſic illa cadat in idem planè obiectum.* num. 72.

Non eſt fruſtranea tum quia confirmat diſpoſita per ius antiquum quæ confirmatio eſt veteris iuris præcedentis comprobatio, & corroboratio, & quaſi de nouo poſitio, & optimus effectus poteſtatis legiſlatricis, quippe oſtendit enixam voluntatem legiſlatoris circa vigorem, & obſeruantiam ſancitorum per prædeceſſores. ibid.

Sicut confirmatio ſententiarum facta à Principe operatur, vt ſint maioris auctoritatis. num. 73.

Confirmatio ſupplet, quod eſt inualidum, & operatur rei confirmatæ irreuocabilitatem, niſi licentia confirmatoris accedat. ibidem.

Tum quia cum multi eſſent intellectus cap. 1. de homic. *quorum nullus, vno excepto, immunitatem denegat.* num. 74.

Et preſertim cum Panormitanus, & alij intelligerent eum textum non de laicis homicidis, ſed de Clericis. num. 75.

Et è conuerſò alij contrarium ſuſtinerent, & dicerent aliqui, hunc eſſe communem intellectum dicti textus, & tenendum in iudicando, & conſulendo. num. 76.

Etiamſi eundem textum, cum multos habeat intellectus; non poſſe allegari ad deciſionem cauſarum, & nominatim ad deciſionem iſtius concluſionis, aſſerant aliqui. num. 77.

Quorum dictum non valet contra communem intellectum, comparatum præſertim ad alios intellectus ſatis inueriſimiles, cum in varietate intellectuum alicuius legis adhærendum ſit illi, quem communis vſus interpretatus eſt, & lex, vel ſtatutum habens plures intellectus, poſſit allegari in quolibet intellectu, quando quilibet intellectus probatur per bonas leges, aut rationes aliarum legum. num. 78.

Suſtulit Gregorius XIV. omnes alias doctrinales interpretationes, expreſſitque proditorium homicidium, de quo dubitabatur, & inſinuauit, in illis verbis per induſtriam, & per inſidias *idem fuiſſe ſignificatum, & vtiliſſimè tantam litem diremit.* num. 79.

PERPENSIS iam primis duobus gradibus, quos animaduerti in homicidio, & cum quibus non coniungi rationem *proditorii* ſatis oſtendi, 1

Deſcendo nunc ad inueſtigandum, an eadem ratio *proditorij* coniungatur cum tertio gradu, conſiſtente nimirum in ratione *inſidioſi*, & quo modo ratio *proditorij* ſe habeat ad ipſam rationem *inſidioſi*, an ſcilicet *proditorium*, & *inſidioſum* comparentur inter ſe tanquam idem formaliter, an verò comparentur tanquam cauſa, & effectus, ita vt *inſidioſum* ſe habeat tanquam cauſa ad *proditorium*, tanquam ad effectum.

Quia verò inſidiæ non ſunt eiuſdem modi, ſed aliæ ſunt negatiuæ id eſt quæ fiunt contra præcisè indiffidatum, & incautum modo explicato ſupra *in* §. *6. huius ſectionis*, aliæ autem ſunt poſitiuæ id eſt quæ fiunt contra affidatum modo idem explicato *in eodem* §. *6.*

Inſtituo meum diſcurſum, incipiendo à negatiuis, dicturus ſubinde de poſitiuis per diſtinctos paragraphos,

Et hic prænoto, miram eſſe confuſionem apud Doctores in hac materia, ob 2
non determinatam clarè à principio acceptionem iſtius vocis *inſidiæ*, qua multi vtuntur, & ex iis, quæ dicunt, indicant demum

Digitized by Google

demum ſe eam accipere prout ſignificat *inſidias negatiuas*, & de his ſolis intelligunt *cit. cap. 1. de homic.*

Alij verò vtuntur eadem voce, & ex allegatis per ipſos exemplis, oſtendunt, ſe eam accipere, prout ſignificat *inſidias poſitiuas*, & quidem limitatas ad caſum coloris amicitiæ, & de his ſolis intelligunt idem *cap. 1. de homic.*

Sed vtraque claſſis Doctorum perperam limitat ad ſuum votum diſpoſitionem citati *cap. 1. de homic*;

Nam textus loquitur omnino *indiſtinctè de inſidiis*, ac proinde non debuit, vbi ius non diſtinguit, fieri vlla per Doctores diſtinctio.

Alij demum loqnuntur *de inſidiis in tota latitudine*, & ſic de illis optimè intelligunt *cit. cap. 1. de homic.* prout exigit indiſtincta locutio eiuſdem capituli.

3 Prænoto inſuper, quòd ego hic poſſem ſtatuere vniuerſalem regulam, & concluſionem, ac dicere, quòd omne *inſidioſum* homicidium eſt *proditorium*, & idem eſſe *proditoriè occidere*, atque *occidere per inſidias*, id quod dicit Gambacur. *lib. 5. c. 29. n. 1.* intelligendo tamen dictum in ſenſu cauſali, non in formali, iuxta alleganda infrà ſuo loco:

Sed quia modus inſidiandi diuerſus dignus eſt, qui ſeorſim examinetur, vt ita vitetur confuſio, quam multitudo rerum dicendarum ſecum traheret, & per diſtinctam tractationem eorundem modorum inſidiandi magis appareț ipſa formalis ratio *proditorij*, quam inquirimus,

4 Propterea, inchoando ab *inſidiis negatiuis*, dico quòd in homicidio per inſidias negatiuas commiſſo datur vera ratio *proditorij*, id eſt in tali homicidio includitur vera ratio *proditorij*, quæ tamen non eſt formaliter ipſa ratio *inſidioſi* vt infra oſtendā, & præſcindo nunc ab inimicitia, quæ ſit inter lædentem, & læſum; hæc enim trahit ſecum peculiarem difficultatem infra examinandam.

Huius ſententiæ ſunt Farinac. *in praxi quæſt. 18. num. 75.* Plaza *epit. delict. lib. 1. cap. 21. num. 1.* Marius Italia *de immun. lib 1. cap. 5. §. 4. num. 14. pag. 199 col. 2. verſ. Idem eſſe videtur.* Falcon. apud Farinac. *conſ. 76. num. 18.* Villagut. *tract. de extenſ. leg. pag. mihi 362. num. 53. §. His ergo præmiſſis.* Rebuf. *tom. 2. Conſtitut. Regiar. tit. de immun. Eccleſ. num. 16. fol. mihi 334.* Anaſtaſ. Germonius *de ſacror. immun lib. 3. cap. 16. n. 63. & 64.* Hippolytus Riminald. *conſ. 685. n. 25. lib. 6.* indiſtinctè aſſerentes homicidium, quod *ex inſidiis fit*, eſſe proditorium. Quibus Doctoribus annumerandi ſunt multi ex allegatis per me *§. 1. num. 1.* qui aſſerunt, *proditorium homicidam* non gaudere immunitate, & citant *cap. 1. de homicidio*, vbi non nominatur *proditio*, ſed ſolæ *inſidiæ*, & hæ ſine vlla prorſus diſtinctione inter negatiuas, & poſitiuas.

Et in terminis *inſidiarum negatiuarum*, 5 docent, quòd ſit *proditor*, qui alium incogitantem, & inaduertentem aggreditur, & occidit. Baldell. *tomo 1. de vitiis, & peccatis capitalibus lib. 3. diſp. 10. num. 4.* Bonacina *tomo 3. de cenſuris particulari diſp. 2. quæſt. 3. punct. 16. §. 8. num. 2.* ſeu qui occultè offendit. Iacobus Nouell. *in practica, & theorica cauſar criminal. n. 40. fol. mihi 13.* Bertach. *in repertorio verb. Proditor.* Perſonal. *conſ. 9. num. 11.* Iacobus Bonaudus de Sauſeto *in addit. ad Ioannem de Terra rubea contra rebelles ſuorum regum. art. 6. tract. 3. fol. mihi 72. col. 2. ad initium*, vt faciunt malefici, qui occultè necant ex pacto, mediāte dæmone, ac proinde *proditoriè.* Mart. del Rio *diſq. Mag. l. 5. ſect. 16. § Tertio loco*: ſeu qui ſecurè alium interficit, id eſt non in prælio, bello, aut rixa, ſed à tergo, nō facie ad ad faciem, ita vt obſcurè occidat, vel offendat, taliter quòd offenſus non poſſit ſe defendere, inquit ius Regium Hiſpaniæ apud Suarez de Paz *parte 5. tomi. 1. cap. 3. §. 3. num. 118. & 120.* ſeu qui *tira il colpo, e naſconde il braccio.* Caualcan. *de brachio Regio parte 1. num. 75. & in alia editione num. 80.* ſeu qui laruatus, aut de nocte, vel in inſidiis ſtans in

loco abdito occidit. Idem Caualcan. *num.76.* ſeu qui permiſit ſibi obuiantem pertranſire,& mox in eũ irruit, & offendit. Garon. *comment. in tit. de Senator. no. Conſtitut ſtatus Mediolani lib.1.tit.4.art.13. num.103.* Anton. de Ballis *varior. tractatuum lib.5.de pragm. Regni. prag. vnica tit. 42.n.10.* ſeu qui à tergo occidit, vel quocunque alio modo interficit hominem nihil tale præcauentem. Franciſcus Suarez *cit.lib.3.cap.11.num.12.iuncto num. 13.* vbi *non inſidioſum homicidium* appellat *no echo à traycion*, oſtendens, ſe intelligere *inſidioſũ* pro eodem atque *echo à traycion.* Garon.*loc.cit.*Maſcard.*concl.98.n.18.*Iodocus Damhouderius *in praxi rerum crimin. cap.106.n.7. & 20.* Marta *in compilatione totius iuris controuerſi tomo 2.in verb.homicidium cap.37.*Riccius *parte 3.deciſ.262. n.4.* Gaſpar Caballin. *in Conſtitut. Ægidianas. lib. 4. gloſſa cap. 54. num. 4.* Aloyſius Albriccius concionator Pontificius, & noſtri ſeculi ſacer Tullius *in panegyri de S. Stephano pag. 8.* ibi *o per di dietro aſſaltino à tradimento.* Paces Iordan. *in elucubrat.lib.11.tit.de immunit Eccleſ.num.342.* Don Iuan vela,& Acunna *tract. de pœnis delictorum cap. 25. §. ex quibus.* Anelus Perſicus *de præcipuo Sacerdotis officio. lib. 1. cap.9. num. 111. fol. 159.* Decian. *tract.crimin. lib.7. cap. 19. num. 19. in fine.* Tuſcus *lit. P. concluſ. 869. num. 3. & 11.* Megal.3.*parte inſtit.confeſſar. lib. 4.cap.2. num.18. §. ſecundò.* Menoch. *de arbitrar. Iudic. caſu 361.num.27.*Muſcatell.*in pract. crimin.de homicidio, mediante mandato. num. 66.* Iacob. Nouell.*in pract. & Theorica cauſar. criminal. num. 39. fol mihi 12.* Caſtro Pal.*cit. tract.11. diſp. vn. puncto 9. num. 26.* Baſſæus *in flor. Theol in verbo immunitas.num.10.*Ciarlin.*lib.1.controuerſ. forenſ.cap. 12. num. 3.*Vulpell. *reſponſo 59. num.1.*Bonacoſſa *commun.opin.criminal.in verbo homicidium. fol. mihi. 82. col. 2.* Couarr.*variar.reſol.lib.2.cap.20.num.7.§.Tandem his prænotatis ad finem.* Gulielm. Benedict.*poſt repetit.cap.Raynutius de teſtam. quæſtione de homicidio fol.40.num.36.col.4.* Plaza *epit.de delict.lib.1.c.21.n.2.*Th. Sanchez *conſilior.moral.lib.6.c.1.dub.8.num.26.* Suar.de Paz.*cit.c.3.§.3.n.116. iuncto n.119. ad finem, & rurſum §.6.n.32.*Peguera *deciſ. 54.n.2.*Barboſ.*lib.2. vniuerſ. iuris Eccl. c.3. n.91.*Farinac.*in praxi q.18.n.75.& in conſil. 132.n.2.*Gãbac.*lib.5.c.28.n.2.*Marius Italia *de immun.lib.1. c.5.§.4.n.3.* dicens,ſecundùm Canoniſtas hoc obtentum eſſe, quia occidens aliquem per inſidioſam induſtriam, proditorius dicitur homicida,iuxta diſpoſitionem textus *in cap.1.de homic.* ibi: *per induſtriam, & per inſidias*: in quam etiam ſententiam ſe valdè inclinare dicit Vincent.Tancred.*tom.de religione tract.1.lib.4.diſp.8.q.5.n.20.pag.138.* & abſolutè tenet etiam Ioannes Petrus Fontanell. *de pactis nuptialibus clauſula 4. gloſſa 14.num.118.pag.mihi 368.* Gratian. *diſcept.forenſ. cap.619 n.22.& prius c.380. n.39.& 41.*Franciſcus Bermudez de Caſtro in allegat. apud Ioann. Aloyſ. Catalanum *tract. crimin. amneſtiæ, abolition. & indult. poſt caput 31. fol.245.* videndus omnino; hanc enim materiam optimè omnium, quos viderim, perſequitur *à n.14.* Conradus Brunus *tract. de ſeditioſis c.13.n.12.verſ.vel mors.* Alexander Ambroſin. *deciſ.23.n.22.*Ioann.Carolus Antonellus *tract.de regimine Eccleſiæ Epiſcopalis lib.1.c.9.n.74.& 75.* & innuit. Ioan. Bapt. Van. Helmont. *in ortu medicinæ. ſub rubrica de inſpiratis pag. mihi 392.col.2.* quatenus dicit, ex antris, paludibus, fodinis, montibus, ventis prouincialibus, ſerpentibus, ſordibus,cadaueribus, vel creſcentibus eſſe exhalationes, quæ *proditoriè* atque inſenſiliter vitam noſtram ſuffurantur.

Quidquid homicidium commiſſum 6 *ex inſidiis* (intellige negatiuis) differre à commiſſo *proditoriè*,& poſſe quem committere homicidium *ex inſidiis*, & non eſſe *proditorem*,contendat Petrus Caball. *tract. de omni genere homicidij numero 394.* & inſidias non facere homicidium *proditorium*,dicant Beoleus, & alij duo apud Farinacium *conſ. 168. n. 70.* & eos Doctores,

& eos Doctores, qui *inſidias* expoſuerunt, id eſt *per proditionem*, de iis inſidiis intelligendo eſſe, quæ *proditionem* efficiunt, nempe cum odij diſſimulatione, & oſtentatione amicitiæ, aſſerat idem Beoleus *citat. conſ.* 168. *numer.* 71. & non omne delictum, quod fit à tergo, ſi non fuit patratum ſub ſpecie amicitiæ, eſſe proditorium, affirmet Caſtil. *deciſ.* 156. *numer.* 42. addens non eſſe verum, quod firmatur per Bobadillam, & Azeuedum, in huiuſmodi caſu, de quo agitur, non debere gaudere immunitate, tanquam ſit delictum proditoriè commiſſum:

7 Contra quæ dicta ex profeſſo diſſeram infra *ſ.* 16. *&* 17. præſentis ſectionis; procedunt enim ex falſa ſuppoſitione, quod *prodere* ſit formaliter *vnum gerere in interno*, id eſt infeſtum, *& aliud in externo*, id eſt amicabile.

Vnde poſtea inferunt conſequenter, non eſſe proditionem in occiſione per inſidias negatiuas, quia illæ non continent coniunctionem interni infeſti, & externi amicabilis requiſitam neceſſariò ſecundùm ipſos ad proditorium.

8 Idem, quod ſuprà, nempe quòd proditoriè occidat, qui occidit etiam facie ad faciem, ſi aggreſſus non diffidatus non præcauere poſſit, ac proinde nec ſe defendere, ſuſtinuerunt in facto Vulpell. *reſponſ.* 59. Cephal. *conſ.* 57 *n.* 13. *ad finem*, & docent Gambacurta *lib.* 5. *cap.* 28. *numer.* 4. Ricc. *parte* 1. *deciſ.* 80. *numer.* 3. Ioan. Carol. Antonell. *cit. n.* 75. Don Iuan Vela *cit. cap.* 25. *§. ex quibus.* Fernandez de Otero *diuerſar. quæſt. iuris parte* 3. *quæſt.* 26. *num.* 1. Farinac. *cit. conſ.* 132. *numer.* 2. dicens, quòd eſt hæc certiſſima iuris concluſio, & videtur velle Plaza *cit. cap.* 21. *numer.* 3. qui tamen in meo libro, fortaſſe per typi errorem, non ſatis extricatè loquitur: & colligitur ex doctrina Raymundi Caſſinæ *tract. de off. & poteſt. Regularis Eccleſiæ Præfecti in verb. Eccleſia numer.* 33. vbi quòd ad proditoriè occidendum non requiritur, vt à tergo occidant, ſed ſufficit quoquo modo id faciant furto, vel veneno erga aliquem de hoc nihil ſuſpicantem.

Et poſſet hic caſus accidere, ſi quis vteretur ad occidendum hominem planè extraneum, & non affidatum antea, galero illo, quem audiui eſſe apud magnum Principem, includente aliquot fiſtulas ita compoſitas, vt qui galerum de capite detrahit ad ſalutandum, illas explodat in hominem obuium.

Idem dico, quod ſupra, videlicet 9 quòd *proditoriè occidat*, qui fraudem commiſit in electione armorum ad duellum, eligendo ſcilicet ea, quæ ſibi aptiſſima, aduerſario autem ineptiſſima cognoſcebat, non præmonens de hac aptitudine propria ineptum aduerſarium, vt accidit inter duos, qui vtebantur manu dextera: ille autem, cui obtigit armorum electio, cum ſciret vti etiam ſiniſtra, elegit enſes aptos ad ſiniſtram, habentes nimirum quandam ferream chirothecam incapacem dexteræ manus, quo artificio planè inſidioſo, ac *proditorio*, vti appellat illud Poſſeuin. *in Dialogo Honoris lib.* 5. *fol. mihi* 256. & colligitur ex doctrina Cephali *cit. conſ.* 57. *num.* 17. prouocantem ſuperauit, vt narrat Lælius de Zanchis *tract. inter militem ſacrum, & militem ſecularem lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 2. perinde enim fuit, ac ſi armatus hominem inuentum omnino inermem, atque adeo ſe tueri non valentem aggreſſus fuiſſet, de qua ratione mox agam.

Debuiſſet verò ante pugnæ diem monere aduerſarium pro tanto tempore, quantum fuiſſet ſatis ad apprehendendum vſum illorum armorum. Alciat. *tract. de duello cap.* 6. *fol.* 10. vt ita fieret capax ad ſe defendendum.

Sic demum dicitur *proditoriè agere*, & contra naturam duelli, qui in ſtadio tribules, ſeu tripodes, ſpargit. Lancellot. Conrad. *de duello, & pace part.* 1. *concl.* 8. *n.* 5. vbi quòd non debet quis ha-

bere, & ita iurat, res, quæ ad maleficia pertineant.

Vnde idem Lancellot. *concluſ.* 7. dicit duellum eſſe faciendum cum æqualibus armis, nó clauâ venenata, aut maleficiis, aut tripodibus ſparſis, aut ponis ignitis;

Similium enim vſus, quatenus adimit vni ex pugilibus defenſionem, fundat labem proditoriam, vt ex dicendis patebit:

10 Idem demum dico, quod ſupra; quòd nempe dicantur *homicidæ proditorij*, qui præuia inter eos fraudulenta pactione, incipiunt rixam, vt alium inter ipſos mediantem ſic ſecurè occidant. Fernandez de Otero *diuerſar. qq. iuris. parte* 3. *quæſt.* 26. *num.* 2. addens ex teſtimonio Perez, ita fuiſſe de facto iudicatum. Don Iuan Vela, & Acunna *de pœnis delictorum cap.* 25. *§. tertiò deducitur.* vti & ipſe allegat teſtimonium Didaci Perez.

Fundamentum I. meæ ſententiæ.

Radix deformitatis proditoria quæ?

11 Ducor autem primò, & quidem principaliſſimè ad aſſerendam in homicidio per inſidias negatiuas rationem *proditorij*;

Quia, ſi rem vſque ad imas radices conſideremus, concludamus tandem neceſſe eſt, totam deformitatem *homicidij proditorij*, quatenus *proditorium* eſt, ſitam eſſe in hoc, quòd illud fit in perſonam non valentem hîc, & nunc ſe defendere ab aggreſſore, prout illi conceditur de iure naturali apud omnes notiſſimo, cum virtute obſtatiua, ne quis eum ſic impotentem aggrediatur, vndecumque proueniat hæc impotentia ſe defendendi, ſiue excludat facultatem, vt ita dicam, radicalem vtendi mediis conducibilibus ad auertendum malum imminens ab aggreſſore, ſiue non excludat, ſed ſupponat non actuatam per opportunam cognitionem aggreſſionis, iuxtà dicta in *paragr.* 4. *huius ſectionis*;

Neque enim vlla alia radix iſtius deformitatis aſſignari poteſt, & cætera omnia, in quæ ab aliquibus refunditur iſta deformitas, & nomitatim alietas, ſeu diuerſitas eius, quod eſt in corde, ab eo, quod eſt in ore, aut operè externo, patiuntur eas difficultates, quas in decurſu huius diſceptationis conabor oſtendere, & ex profeſſo *in §.* 16. *à n.*19. cuius doctrinam non expono hoc loco, ne ex nimij diſcurſus intermixtione methodus, quã mihi præfixi, inobſcuretur.

Et de facto totam proditoriam labem refundunt in impotentiam ſe tuendi, & ex illa conſtituunt rationem formalem ipſius *proditorij* expreſſè ſapientiſſimus, & amiciſſimus D. Petrus Franciſcus Paſſerinus in ſua ad meam quæſtionem reſponſione, quam refero *infra* §. 28. *num.* 5. Peguera *deciſ.* 54. *numer.* 9. Graff. *de caſibus reſeru. lib.* 1. *cap.* 14. *n.*30. Layman. *in Theol. morali lib.* 3. *tract.* 3. *parte* 3. *cap.*4. *numer.*1. §. *Præterea.* Thom. Grammaticus *deciſ.* 33. *numer.* 1. *& conſ.* 36. *numer.* 2. Hieronym. à Laurentiis *deciſ. Auenionen.* 20. *num.* 5. vbi quòd proditor dicatur, qui ignorantem, & defenſum (vult dicere *indefenſum*) percutit, & iugulat. Tancredi *cit. diſp.*8. *tom. de relig. quæſt.*5. *num.*23. *ad finem pag.* 139. Paces Iordan. *cit. tit.*3. *num.*343. *verſ. ac ſe tueri.* Petrus Paulus Guazzinus Sebaſtiani filius *in tract. morali ad defenſam. lib.* 2. *defenſ.*1. *c.*14. *n.*20. Molina *de iuſt. tract.* 3. *diſp.*27. *ad initium.* Gutier. *pract. qq. lib.*3. *c.*7. *n.*14. Ius Caſtellæ apud Molinam *cit. tract.*3. *de iuſt diſp.*23. *n.*5. *verſ. illi locum ad ſe defendendum non relinquendo*, & apud cit. Sanchez *dub.* 8. *lib.* 6. *conſiliorum moralium cap.* 1. *numer.* 26. & apud Gutier. *pract. qq. lib.*1. *quæſt.*2. *n.* 3. & apud Suarez de Paz *cit. parte* 5. *tom.* 1. *cap.*3. §. 3. *num.*120. & omnium diſertiſſimè Antonius Gomez *tom.*3. *variar. reſol. c.*3. *n.*5. dicens, rationem veram, & concludentem (loquitur de proditorio) eſſe, quia tollitur illa 12

natu

Digitized by Google

naturalis defenſio, quæ de iure naturali ſibi competit, & permittitur, cum non poſſit ſibi præcauere, *& ſe defendere*, id quod repetit idem Doctor *eodem cap*. 3. *num*. 7.

Qua ratione vſi ſunt ad inferendam *proditorij* excluſionem alij doctiſſimi relati per Plazam *citat. cap*. 21. *numer*. 2. *verſ. ſiquidem*. Giurba *conſ*. 60. *numer*. 6. Franciſcus Baron. *de effectibus inimicitiæ*. 14. *effectu numer*. 9. Gambacur. *lib*. 5. *c*. 28. *numer*. 7. *cit. tract. de immun*.

Et eamdem rationem ſequitur Sperell. *deciſ*. 23. *numer*. 9. Marius Italia *cap*. 5. §. 4. *num*. 3. *verſ. ſed quis*. *& n*. 8. Marta *in compilat. totius iuris controuerſi tomo* 2. *in verb. Homicidium. cap*. 37. & Foller. *ſuper pragmat. de ictu ſcopetæ apud Rouitum fol. mihi* 91. *col*. 4. *&* 92. *col*. 1. vbi quòd ſcopetæ ſunt arma *proditoria*, quia per eas denegatur tempus vtendi præſidio ſuæ perſonæ, virium, & Dei, & rariſſimè ictus præuideri poteſt. Caball. *cit. tract. de omni genere homicidij num*. 551. Tuſchus *in lit. P. concluſ*. 869. *num*. 3.

13 Et tamdem ferè omnes, qui *proditorium* definiunt per habitudinem ad *non præuiſionem*, ad *non timorem*, ad *non expectationem*, ad *non cogitationem*, ad *non ſuſpicionem*, ad *non præcautionem* proditi de proditorio aggreſſore, & conſequenter ad inde reſultantem impotentiam ſe tuendi. Plaza *citat. cap*. 21 *num*. 1. Baldell. *cit. num*. 4. Eſcobar *tract*. 6. *ſtatuſ. Exam*. 4. *de immunit. templor. cap*. 3. Megal. *inſtit. confeſſ. parte* 3. *lib*. 4. *cap*. 2. *numer*. 18. Giurba *conſ*. 20. *num*. 11. *& conſ*. 60. *num*. 1. Franc. Baron. *cit. effectu* 14. *n*. 4. Aloyſ. Catalan. *tract. crimin. Amneſtiæ, abolitionis, & indultus cap*. 31. *n*. 17. Caball. *cit. n*. 551. *& n*. 399. Diana 6. *parte tract*. 1. *reſol*. 12. *§. ſed ego puto*. Vrſell. *in examine apum concluſ*. 150. *n*. 19. Gutier. *pract. qq. lib*. 1. *quæſt*. 2. *n*. 18. Franciſc. Suarez *cit. num*. 12. Caſtro Pal. *cit. n*. 26. Baſſeus *cit. num*. 10. Raymundus Caſſina *tractat. de officio, & poteſtate Regularis Eccleſiæ Præfecti in Verbo Eccleſia numer*. 33. Barboſa *cit. n*. 91. Don Iuan Vela, & Acunna *tract. de pœnis delictorum cap*. 25. *ſub initium*. Carolus Maranta *parte* 2. *reſponſ*. 46. *num*. 4. Perſicus *cit. num*. 111. Paces Iordan. *cit. num*. 342. Farinac. *cit. quæſt*. 18. *num*. 74. *§. Vel quia*. Gambacur. *lib*. 5. *parte* 4. *ante cap*. 27. *& cit. cap*. 28. *num*. 7. *verſ. Illud ſolùm*. Vermigliol. *conſ. crimin*. 93. *num*. 5. *& conſ*. 99. *num*. 1. Thomas del Bene *cit. c*. 16. *dub*. 20. *ſect*. 1. *num*. 3. Ciarlin. *cit. lib*. 1. *c*. 10. *num*. 108. *& cap*. 12. *num*. 3. Maller. *in auro Theol. cit. mallcat*. 35. *bract*. 11. Mantique *qq. moral. & vicarial. parte* 1. *quæſt*. 57. *num*. 3. Falcon. apud Farinac. *conſ*. 75. *n*. 15. Pet. Gregor. Tholoſan. *comment. in ſyntaxes artis mirabilis tom*. 2. *lib*. 4. *cap*. 60. *n*. 3. Bonac. *de legibus diſp*. 3. *quæſt*. 7. §. 4. *n*. 14. Maſtrill. *comment. ad indultum general. cap*. 29. *n*. 2. Didacus à Canrera *qq. criminalium cap*. 6. *de homic. num*. 31. *ſed per typi errorem* 33. *pag*. 539. *col*. 1. Fernandez de Otero *diuerſar. qq. iuris parte* 3. *quæſt*. 26. *num*. 1. Conrad. Brunus *tract. de ſeditioſis cap*. 13. *num*. 3. Ioan Carolus Antonell. *tract. de regim. Eccleſiæ Epiſcopalis lib*. 1. *cap*. 9. *n*. 74. Regens Sanfelicius *deciſ*. 241. *num*. 4. Anaſtas. Germonius *de ſacror. immunitatibus. lib*. 3. *cap*. 16. *num*. 63.

Vnde arma illa, quibus quis clam, & ignarus lædi poteſt, denominantur *proditoria*, vt proinde benè Burſatus *conſ*. 216. *numer*. 142. *lib*. 2. dixerit, ex armorum qualitate præſumi *proditionem*:

Vel per habitudinem ad defectum occaſionis præcauendi ab occiſore. Plaza *cit. cap*. 21. *num*. 1. Gutier. *pract. qq. lib*. 1. *quæſt*. 2. *n*. 4. *verſ. nec occiſus, & n*. 19. Beol. & alij duo *apud Farinacium cit. conſ*. 168. *num*. 7. Martin. del Rio. *diſquiſ. magic. lib*. 5. *ſect*. 16. *fol. mihi* 781. Philippus Paſcalis *tract. de viribus patriæ poteſtatis parte* 3. *cap*. 6. *num*. 18.

Vel per habitudinem ad impotentiam præcauendi. Gutier *cit. lib*. 3. *cap*. 7. *numer*. 14. Suarez de Paz *citat. cap*. 3. §. 3. *n*. 119. *&* 123. Riccius *part*. 3. *deciſ*. 262. *numer*. 5. Marius Italia *cit. cap*. 5. *§*. 4. *n*. 4.

Bordon. *tomo* 3. *controuerſ. moral. controuerſia prima n.* 272. *&* 273.

Vel per habitudinem ad raritatem potentium præcauere, niſi ſint ditiſſimi. Marta *conſ.* 188. *numer.* 16.

Vel per habitudinem ad incluſionem; Hebræis enim proditor dicitur *Naſghic* à verbo *Saghar* incluſit, cum ſoleat proditor quos prodere vult, verbis, & variis artibus includere, vt notatur in Theatro vitæ humanæ *tomo* 6. *in verb. Proditor*, ad quam incluſionem ſequitur impotentia ſe ruendi ab incluſore:

Vel demum per habitudinem ad non debitum præcauendi Lezana *in ſum. in verb. immunit. Eccleſ. numero* 12. *tomo* 3. Suarez de Paz. *citat.* ℱ. 3. *numero* 125. Caualcan. *de brachio regio parte* 1. *n.* 76. *in vna editione*. Antonell. *loc. citat.*

14 Vnde mors dicitur ſecura. Suarez de Paz. *citat. numero* 119. id eſt infallibilis ex parte proditi, & non periculoſa ex parte proditoris, qui propterea ordinat aggreſſionem ad impotentem, vt hoc modo proditus perdatur ineuitabiliter, & proditor ipſe ſaluus ſit, in quo agendi modo elucent ſordes proditionis execrabiles apud vniuerſas nationes:

Refundunt inquam totam labem proditoriam in impotentiam ſe tuendi, quæ tamen accipi debet vt explico *infra num.* 45. *& ſeqq.*

15 Vt proinde ex contrario fiat bona conſequentia: *potuit ſe defendere, ergo ceſſat proditio*: Giurba *conſ.* 60. *num.*6. ex Rouito, Farinacio, & Heuya, aliique doctiſſimi relati per Plazam *cit. numer.*2. *verſ. ſiquidem*:

His præmiſſis, quæ ex communi, & concordi tot ſapientiſſimorum hominum æſtimatione robur tam ineluctabile accipiunt, vt in re morali non videatur prætendi poſſe maior certitudo, iam ſic argumentor in forma.

16 Ratio *proditorij* eſt in omni eo homicidio, quod ſequitur ex aggreſſione hominis hîc, & nunc impotentis ad ſe defendum ab aggreſſore:

Sed homicidium, quod fit *ex inſidiis negatiuis*, de quibus ſupra, in hominem indiffidatum, & repertum nihil omnino de hoc ſuſpicantem, non præuidentem, non timentem, non cogitantem, non expectantem, non præcauentem, aut non habentem motiuum præcauendi, aut non potentem, aut non debentem præcauere, vt patet ex latè dictis ſupra *in* §. 4. quæ hic recognoſcenda ſunt, ſequitur ex aggreſſione hominis hîc, & nunc impotentis ad ſe defendendum ab aggreſſore:

Ergo ratio *proditorij* eſt in tali homicidio: qui diſcurſus eſt apud me ferè demonſtratiuus, & melius ſemper infrà declarabitur.

Hanc verò doctrinam ſi conſideraſſent Beol. & alij duo apud Farinac. *cit. conſ.* 168. *num.* 70. non dixiſſent: *Homicidium proditorium inſidiæ non faciunt, ſed quòd eum quis interficiat, cui nulla ab interfectore cauendi occaſio erat*: non dixiſſent inquam; 17

Ratio enim, quæ facit proditorium homicidium carens occaſione cauendi ab interfectore, quia ſcilicet ille interfectorem reputat vel amicum, vel ſaltem non reputat inimicum, & ideo ab illo non cauet, eadem militat in homicidio ex inſidiis negatiuis, quod nempè inuenit hominem omnino non cauentem, etiamſi hæc incautela non procedat ex defectu occaſionis cauendi fundata in conceptu de amicitia, vel non conceptu de inimicitia interfectoris inſidioſi in interfectum, ſed ex alia cauſa, dummodo inueniat hominem eundem impotentem ad ſe defendendum.

Ergo ratio hæc facit *proditorium* etiam homicidium ex inſidiis negatiuis.

Nec congruè ſtatuunt Beoleus, & alij duo rationem formalem *proditorij* per ordinem ad defectum occaſionis præcauendi, cum detur proditorium

tum

tum etiam in caſu præſentis occaſionis præcauendi, non tamen hîc, & nunc apprehenſæ, vt *infrà* §. *ſequenti per totum*, tum etiam in aliis caſibus, vt in decurſu huius diſputationis patebit.

18 Eandem doctrinam *num.*16. allatam ſi ponderaſſet Diana *parte 6. tract.*1. *reſol.*12. §. *Quod confirmatur.* non conceſſiſſet immunitatem occidenti inimicum dormientem, & occidenti per venenum item inimicum, tanquam *non proditoribus*, quos tamen nolens fecit *proditores*, dum aſſeruit, eſſe hominis *incauti* occiſores, cum in hac occiſione *incauti* reperiatur incluſa formalis ratio *proditorij*, nempè terminatio ad impotentem ad ſe tuendum.

Idem dico de Ciarlino *parte* 2. *controuerſ. forenſ. cap.*116.*n.*31. vbi occiſorem à tetro inimici *incauti* liberat à nota *proditoris*.

Sed de inimicitia dicam §. *ſequenti*; & de veneno §.19.

19 Eandem demum doctrinam ſi perpendiſſet Anonym. in cit. allegat. apud Campanil. *in diuerſorio iuris canonici. Rubr.*11.*cap.*31. non dixiſſet: *pag.*648. *ad medium*, Couarruuiam, quem & ipſe meritò oculatiſſimum vocat, in errorem incidiſſe, & tanquam Homerum dormitaſſe, dum aſſeruit, quòd vbi eſt induſtria, & inſidiæ, ibi ſemper, & indiſtinctè adeſt proditio (intellige conſecutiuè, & in ſenſu cauſali, non autem in formali, vt infrà) nec carpſiſſet, quaſi tantus Doctor ſupponat id, de quo principaliter dubitatur, neque addidiſſet, falſiſſimum eſſe hoc ſuppoſitum, nec feciſſet vllum myſterium ex eo, quòd in toties *citato cap.*1. *de homicidio*, cui innititur prædicta Couarruuiæ doctrina, fiat mentio de induſtria, & inſidiis, ſed nuſquam de proditione: quod etiam myſterium fecit Ioan. Bapt. de Leonardis apud Catalan. *in tract. crimin. amneſtiæ, abolitionis, & indultus poſt cap.*31. *fol.*240. *num.* 3.

Nam omnia hæc conuincuntur leuitatis per hoc, quòd ratio conſtituens formaliter *proditorium*, terminatio ſcilicet aggreſſionis ad hominem impotentem ad ſe tuendum hîc, & nunc ab aggreſſore, reperitur, vbi ſunt inſidiæ non ſolùm poſitiuæ, color ſcilicet amicitiæ, &c. ſed etiam negatiuæ, vt diximus.

Quo fit, vt neceſſe non fuerit nominari *proditionem* in citato *cap.*1. cum ſatis fuerit, nominari *induſtriam*, & *inſidias*, ad quas neceſſariò conſequitur *proditio*, ſi ex illis homicidium committatur. 20

Præterquam quòd non eſt ſolus Couarruuias in hac ſententia, cum teſtetur Barboſa *cit. cap.*3. *num.*89. *proditoriè quemquam occidere*, aut *per inſidias* vſurpari pro eodem apud peritos iuris in hac tractatione, & dicat Peguera *deciſ.*54. *n.*8. infinitos Doctores promiſcuè vti his duobus vocabulis *per inſidias, & proditoriè*, tanquam idem ſignificantibus (intellige conſecutiuè, vt infrà) & Farinac. *in appendice de immun. n.*113. verba *per inſidias* ſecundùm communem intellectum Doctorum ad *proditionis* qualitatem referri.

Sed quàm immeritò dictus Anonymus, & alij alligent rationem *proditorij* ad inſidias poſitiuas, nempè colorem amicitiæ, priuatiuè ad negatiuas, oſtendam infrà §.16.

Neque enim omnia poſſunt vbique dici, ne nimia confuſio generetur.

Quomodo Iudas fuerit proditor?

Sed contra aſſignatam radicem deformitatis proditoriæ dices. 21

Iudas fuit in toto rigore *proditor*, cum talis pleno calamo enuncietur *Lucæ* 6. 16. & emphaticè deſcribatur, & ſuggilletur vt talis à S. Antonino *in ſumma parte* 2. *tit.*1. *cap.*22. *per ſex paragraphos*, & tamen non concurrit ad necem impotentis ad ſe tuendum, cum Chriſtus Dominus, præter alias ſexcentas vias ſe

tuendi, poſſet rogare Patrem, & ab eo obtinere pluſquàm duodecim legiones Angelorum, vt ipſemet teſtatus eſt *Matthæi 26. 53.*

Ergo falſum eſt, quòd radix deformitatis proditoriæ ſit impotentia paſſiuè aggreſſi ad ſe tuendum.

22 Reſponderi poteſt primò, quòd Iudas potius *tradidit*, quàm *prodidit*, cum à Chriſto D. præuiſus fuiſſet caſus per verba illa: *Qui intingit mecum manum in catino ille me traditurus eſt*: vt obſeruat Franciſcus Bermudez de Caſtro in ſua allegatione, quæ habetur apud Catalan. *cit. tract. crimin. amneſtiæ, abolitionis, & indultus, poſt capite 31. folio 248. num. 57.*

23 Reſponderi poteſt ſecundò, & melius, quòd Iudas fuerit verus *proditor*, vt dicit Decian. *tract. crimin. lib. 7. cap. 29. num 5. fol. 120.* id eſt ſecundùm omnes reſpectus *proditor*, quia ſcilicet non ſolùm abiecit fidem domino ſuo debitam, eiuſque perſonam indebitè manifeſtauit miniſtris Curiæ Iudaicæ ad ei nocendum, quod in vno ſenſu eſt *prodere*, vt infra iam iam explicabo.

Verùm etiam quia, vti dux coniuratorum ſub ſigno pacis aggreſſus eſt impotentem ad ſe tuendum ſecundùm quòd præciſè habebat naturam humanam, præſcindendo à virtute ſibi communicata per vnionem eiuſdem naturæ ad perſonam Verbi;

Facta enim hac præciſione, Chriſtus Dominus verè conſiderabatur vt impotens humanitus ad ſe tuendum, cum affidaretur de Iuda quantum erat ex vi ſocietatis cum eo initæ prius, & alioqui in aggreſſionis articulo foret inermis, & haberet contra ſe armatorum globum, cui reſiſtere hîc, & nunc impar non poſſet, ſicut nec in iis anguſtiis fugere, neque aliorum hominum adiutorium vtiliter implorare, nihil obſtante quòd conſideratus vt homo Deus, cognoſceret fraudulentiam Iudæ efficacem ad diffidandum, & peſſimam intentionem ſatellitij irruentis, & hinc diffidaretur, & poſſet mille modis ſe à captura, & morte præſeruare.

Eſt autem terminata Iudæ actio ad Chriſtum hoc modo impotentem, & ſicuti fuit illi iniurioſa, quia, quatenus homo, non potuit ſe occidere, nec licentiam ſe occidendi concedere, adeoque illi facta fuiſſet iniuria, etiamſi, quod impoſſibile fuit, qua homo, ſe præcepiſſet occidi, aut licentiam conceſſiſſet, vt egregiè Caramuel *in Theol. fundament. num. 1124. propoſ. 66.* ita & fuit proditoria;

Quia Chriſtus ipſe debet hoc modo, vt homo impotens ad ſe ruendum, conſiderari, quatenus *proditio* contra eum in ſimilitudinem hominum factum commiſſa examinatur;

Proditio enim inſpicitur ſecundùm quòd accidit inter homines, & ſecundùm modum, & menſuram humanæ, corporaliſque virtutis: 24

Quo fit, vt conceptus proditionis Iudæ non lædatur in ratione *proditionis* per hoc, quòd Chriſtus conſideratus vt homo Deus, noſſet fraudes Iudæ & odium Iudæorum, & diffidaretur ſine interruptione, & poſſet mille modis euadere eorum vim:

Sicut non læderetur conceptus *proditionis* per hoc, quòd ille, quem ego per humanas inſidias aggrederer, ſciret per reuelationem diuinam eaſdem inſidias, & voluntariè ſe non defenderet; 25

Occideretur enim humanitus indiffidatus, ac proinde humanitus impotens ad ſe tuendum, & illa notitia ſupernaturalis, vtpotè exorbitans à modo hominum proprio, ſe haberet omnino per accidens ad occiſionem ſecundùm ſe, atque vt inter homines fit, inſidioſam.

Et huc optimè cadit locus S. Ambroſij tractantis illud prouerbior. *Ceruus amicitiæ, & pullus gratiarum confabuletur tibi*: 26

tibi: initio libri de interpellatione Dauid, allegatus à Raynaudo *in opuſc. inſcripto*: optimæ vitæ finis peſſimus: *cap.*11. *n.*19. *p.*573.

Verus Dei filius in ſemetipſo naturam, quam animantibus ipſe donauit, expreſſit, qui in hunc mundum tanquam ceruus aduenit, & cum his ſe mira ſimplicitate iungebat, à quibus ei parabantur inſidiæ; Fertur enim huiuſmodi ceruorum eſſe ſimplicitas, vt cum ſe exagitari viderint, hi ſeſe equitibus annectant, qui miniſterio fraudis appoſiti, fugæ ſpecie, ac ſimulatione ſocietatis inductos, ad retia vſque deducant. Ita ergo Dominus tanquam ignarus periculi, atque improuidus, Iudæis dolum ſibi adſtruentibus admiſcebatur, & ſocietatem Iudæ proditoris ſibi aſciuit, cuius ſimulatione funeſta, vſque ad Crucis laqueos, & paſſionis retia peruenit. Vnde conuerſus ad eum dixit: Iuda, oſculo filium hominis tradis? *Et hoc quidem modo venit ad ſynagogæ retia, volenſque ſe induit, ſed non implicitus eſt, nec inſtrictus, qui omnes reſoluit.* Ita Ambroſ. incomparabiliter bene.

17 Vel etiam dici poteſt, quòd actio Iudæ fuit terminata ad eum, quem ipſe exiſtimabat impotentem ad ſe tuendum. Impotentia autem illa exiſtimata, ſuffecit ad communicandam actioni deformitatem proditoriam, cum certum ſit, actiones humanas ſpecificari in genere moris ab obiectis, non prout obiecta ſunt in re, ſed prout repræſentantur in ipſorum agentium apprehenſione.

Quòd autem Iudas exiſtimauerit impotentem ad ſe tuendum Chriſtum Dominum, certiſſimum eſt;

18 Quia idem Iudas, quippè fuit primus nouæ legis hæreticus, vt ex luculentis Patrum, & ſcripturæ teſtimoniis, & aliis probationibus conuincit Raynaud. *in cit. opuſc. inſcripto*: Optimæ vitæ finis peſſimus: *toto cap.6.*

Nominatim non credidit, Chriſtum ipſum eſſe vnum cum patre Raynaud. *cit. cap.6. num.*3. *pag.*196. *ex Ambroſ. lib.*3. *de Spiritu Sancto, cap.*18. & non Deum, ſed hominem cenſuit. Idem Raynaud. *pag.*197. *ex Etherio, & Beato in diſput: qua Elipandum Toletanum proſtrauerunt; lib.*1. *pag.*354. & Iudæis perſuaſit, eum non eſſe Deum. Idem Raynaud. *pag.*197. *ex Chryſoſtomo. in Pſal.*13. & fuit Photini Syrmienſis anteceſſor, & ei præiuit in peruerſo dogmate de Chriſto nudo, ac puro homine. Idem Raynaud. *pag.*197. *ad finem, & pag.*198. *ad initium ex Luciſero Calaritano lib. de non parcendo in Deum delinqu.* & putauit ſigna, quæ Saluatorem viderat facientem, non maieſtate diuina, ſed magicis artibus facta. Idem Raynaud. *num.*3. *pag.*196. *ex Hieron. in c.*26. *Matth. & n.*7. *pag.*207. *ex eodem Hieronymo, & Beda, & pag.*208. *ex Origene tract.*35. *in Matth.* Id colligentibus ex eo, quòd dixerit, Saluatorem tenendum, & ducendum cautè, & adducendum diligenter.

Vnde meritò idem Iudas appellatus eſt *inſidiator Saluatoris eiuſdem* à S. Auguſtino *tract.*55. *in Ioann. apud eundem Raynaudum cit. cap.*6. *n.*8. *ad finem. pag.*212. [*factum fuerat in corde Iudæ per immiſſionem diabolicam, vt traderet diſcipulus Magiſtrum, ſed quem non didicerat Deum. Iam talis venerat ad conuiuium explorator Paſtoris, inſidiator Saluatoris, venditor Redemptoris, iam talis venerat, & videbatur, & tolerabatur, & ſe ignorari arbitrabatur; quia in eo, quem volebat fallere, fallebatur.*]

Ecce quomodo in ſententia S. Auguſtini Iudas ordinauit inſidias in Chriſtum, tanquam in creditum impotentem ad eas euadendas, perinde ac ſi eſſet deceptibilis homuncio.

Ex quibus apparet non eſſe falſum, quòd radix deformitatis proditoriæ ſit impotentia paſſiuè aggreſſi ad ſe tuendum, vt contra me inferebas.

Proditorium vnde dictum?

Vt autem per explanationem æqui- 19

uoco

Digitized by Google

uocorum illuſtretur magis hæc de proditorio nece difficultas,

Aduerto, quòd *prodere* eſt terminus generalis, qui diuerſo in ſenſu accipitur, ſecundùm habitudinem ad diuerſa, vt colligitur ex gloſſa *in can. Clericus, diſt.* 46. ad quam gloſſam recurrunt omnes Doctores, teſte Didaco à Cantera *quæſtionum criminalium. pag.* 78. *colum.* 2. *ad medium.*

Proditorium per comparationem ad fidem.

30 Et quidem accipitur primò ſecundùm habitudinem ad fidem, quam quis alicui debuit, aut debet circa aliquid, eamque non præſtat, ſed violat, & in hoc ſenſu *prodere* eſt idem, quòd *abiicere à ſe*, & *procul dare fidem.*

Vnde *proditor* dicitur, qui fidem alicui debitam procul à ſe abiicit, vti notarunt Decian. *tract. crimin. lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 1. Sperell. *deciſ.* 23. *num.* 4. Alexand. Ambroſin. *deciſ.* 23. *num.* 22. vt propterea qui proditionem commiſit, præſumatur ſine fide. Iacobus Aluarotus *de feudis, ſub rubrica, an ille, qui interficit fratrem Domini, &c. fol. mihi* 267. *num.* 3.

Et quot modis à fide data expreſsè, vel tacitè deficit aliquis, proditor appellari poteſt. Decian. *ibid.*

Hi autem modi appellantur *ſpecies* à Gizzarello *deciſ.* 16. *num.* 5. & à Mario Italia *de immun. lib.* 1. *cap.* 5. §. 4. *num.* 1. & à Hieronymo Campanili *in diuerſorio iuris canonici rubr.* 11. *cap.* 31. *num.* 7. ſed impropriè, cum differant inter ſe materialiter ſolùm, conueniant verò formaliter, quia omnes ſunt defectus à fide debita.

Sicuti conueniunt formaliter omnia periuria, etiamſi materialiter inter ſe differant, cum omnia iuramenta ſint eiuſdem ſpeciei, ſiue iuretur per Deum, ſiue per Sanctos. Card. de Lugo *de pœnit. diſp.* 16. *num.* 281. *ſect.* 5. & omnes diuinationes in ratione ſuperſtitionis, etiamſi per aſtra, per aquam, per terram, aut aliter fiant. Thom. Sanchez *in Decal. lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 14. & omnia ſacrilegia contra obligationem votiuam. Thom. Sanchez *in Decal. lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 23.

In prædicto autem ſenſu appellatur 31 *proditor* non ſolùm qui contra fidem debitam committenti ſecretum aliquod, illud publicat. Gigas. *de crimin. læſæ maieſt. lib.* 3. *tit. de proditoribus, quæſt.* 1. *num.* 3. Caluin. *in Lexico iuridico in verb. Proditor.* Balzaran. *de feud. tit.* 17. *num.* 9. Decian. *cit. cap.* 29. *num.* 15. *ex can. ſi peccauerit.* 2. *quæſt.* 1. *& ex cap. Nolite.* 11. *q.* 3. S. Antonin. *parte* 2. *tit.* 1. *can. de proditione, ad initium.* Ioannes Igneus *comment. de Senatuſconſ. Sillan. parte* 2. *cap. ſi vnus ex. num.* 17. Geſuald. *tomo* 3. *rerum moral. tract.* 7. *cap.* 2. *quæſt.* 9. Laratha *in theatro feudali parte* 10. *dilucidatione* 89. *num.* 10. Baldell. *de vitiis, & peccatis capital. lib.* 3. *diſp.* 10. *num.* 4. *tomo* 1. Gambacurta *lib.* 5. *cap.* 27. *num.* 4. Maiol. *de irregularit. lib.* 5. *cap.* 19. *num.* 8. Ioan. de Terra rubea *contra rebelles ſuorum Regum. art.* 6. *tract.* 3. *fol.* 71. *colum.* 4. *concluſ.* 3. Didacus à Cantera *qq. crimin. pag.* 81. *num.* 8. qui *num.* 9. confeſſarium reuelantem audita in confeſſione, meritò numerat inter *proditores* non ſolùm contra hominem, ſed & contra Deum,

Verùm etiam, qui veritatem liberè non pronunciat, quando debet. Chaſſaneus *in conſuet. Burgund. fol.* 204. *n.* 26. Ludouicus Alfer. *conſ.* 1. *num.* 3. Decian. *ſuprà num.* 27. Conrad. Brunus *tract. de ſeditioſis, cap.* 13. *num.* 10. Baldell. *cit. num.* 4.

Et qui propter timorem tacet, & veritatem non defendit. Gigas. *cit. quæſt.* 1. *num.* 1. *ex cit. cap. Nolite.* Brunus *cit. n.* 10. Baldell. *loc. cit.* Laratha *cit. dilucid.* 89. *numero* 4. Marſil. *conſ.* 15. *num.* 1. *& conſ.* 40. *num.* 1. *& conſ.* 73. *num.* 1. Franciſc. Marcus *in deciſ. Parlam. Delphinat. quæſt.* 774. *in initio, parte* 1. Iacobus Bonaudus de

Sauſeto

Digitized by Google

Sanſeto *in addit. ad Ioannem de Terra rubea contra rebelles ſuorum Regum, artic. 6. tract.3.fol72.colum.2.ad medium.* Cantera *cit.pag.*78. *num.*4.Lucas de Penna *ad Librum* 10. *Cod. tit.*11. *de delatoribus, lib.*6 *num.* 3.

Et qui non reuelat atrociora. Minadous *conſ.*11.*n.*22.*fol mihi* 234.v,g.ſi ſcias conſilia hoſtium de capiendo caſtro, & non reueles Principi, ſed capi ſinas ab hoſtibus. Baldell.*cit.n.*4.

Fides enim, quæ ſaltem tacitè intercedit inter homines ex humana, & communi ſocietate,obligat ad reuelandum in his caſibus.

Et Iudex, qui conſulit alteri parti,& abutitur officio Iudicis, cum debeat eſſe medius, & non declinare à dextris, vel ſiniſtris. Franciſc. Marc. *in deciſionibus Parlamenti Delphinatis,quæſt.*210.*num.*4. *parte* 1.

Et qui iudicat in cauſa, cuius primò fuit Aduocatus. Auendan. *de exequend. mand.part.*1.*c.*2.*n.*24.

Itemque qui inſtrumenta mea dat aduerſario meo.Laratha *citat.dilucid.*89. *n.*4. Bonaudus *cit.fol.*72.

Et qui aperit literas alicuius directas ad alium,& ſigillatas;quia etiam in hoc caſu violatur fidelitas, quæ vnicuique debetur in ſuis literis, & earum ſecreto non violando. Baldell. *lib.* 3. *de vitiis, & peccat. capital.diſputat.*11. *num.*4. *tom.*1.Sanctus Anton.*part.*2.*tit.*1.*cap.*22. §. 5. *verſus finem*, niſi fortè legens eſſet Prælatus eius, vel alius ſpem ponens in ratihabitione, vel niſi eſſet manifeſtus aduerſarius eius, dubitans, ne aliquid tractetur contra eum; debuit enim ſcribens prouidere, ne deuenirent ad manus aduerſarij. Sanctus Antoninus *cit.§.ad finem.*

Proditorium per comparationem ad Dominum, Principem, & Rempublicam.

32 Et quia fides peculiariter debita eſt domino, & præſertim Principi, ac Reipublicæ, propterea.

Dicitur *proditor* vaſſallus, qui fidelitatem expreſſam, & iuratam domino violat: vnde & meritò priuandus eſt feudo. Ioan. Andreas *in cap.*1. *de feudis, num.*4.itemque ille, qui infamat Dominum ſuum, vel aliquid contra illius honorem facit. Marſil *conſ.*1.*n.*22.Decian. *ſuprà n.*10. Gigas *cit.quæſt.*1.*n.*11. Laratha *cit. dilucid.*89. *num.* 15. & qui dominum ſuum verbo, aut etiam opere non confitetur publicè, aut non defendit. Ioan. de Terra rubea *art.*6.*tract.*3 *fol .mihi* 70. *column.* 3. *concluſ.*26. *& fol.* 71. *column.*4. *concluſ.*2.

Et qui animo, & mente hoſtibus Domini ſui, & capitis myſtici inhæret, licet corpore,& actibus eidem domino aſſiſtat.Ioan. de Terra rubea *citat. art.*6. *fol*72.*col.*1.*concl.*6.

Et qui à poteſtate Domini ſe ſubtrahit. Minadous *cit.conſ* 11 .*num.*49.& qui mutuat pecuniam hoſtibus. Bertachin. *in repertor. in verb.Proditor.* & qui vendit illis arma. Decian. *cit.cap.*29. *num.*7. Bertachin. *loc cit.* Laratha *ſuprà num.*13. aut ea ad illos portat. Cantera *pag.* 81. *column.* 1. ſeu quod idem eſt, telis inſtruit, quos indigere conuenit, vt debiliores reddantur. Lucas de Penna *ad lib.*10. *Cod.titulo* 11.*de delatoribus, lege* 6. *num.*3. aut aliter illos munit, vt validiores fiant.Ioan. Anton.de Nigris *comment. in cap.Regni Neapol.in cap.nuper ad vindictam num.* 34. *fol.*60. *column.* 4. vel qualitercumque ad eos mittit ſuccurſum.Laratha *cit.num.*13.Conrad.Brunus *tract.de ſeditioſis,cap.*13.*num* 11.ſeu auxilium præſtat,aut res, aut conſilium.Ioan.de Terra rubea *cit.art.*6. *tract.*3. *fol.*72. Lucas de Penna *cit.lib.*6.*n.* 5.& qui ad illos ſe trãsfert.Gigas *citat.quæſtione* 1.*num.*10. Iſern. *in vſus feud.comment.numero* 22. *pag.mihi* 327. ſeu transfuga eſt. Decian.*ſuprà num.*6. & qui illis mittit literas,aut nuncium in damnum domini ſui, aut Reipublicæ.Gig.*cit.num.*10. Iſern. *loco citato.*

Decian.*ſuprà num.*7.Lucas de Penna *cit. lege 6. num.*4. Brunus *cit. num.* 11. & qui reuelat illis ſecretum ſui capitis myſtici,& Domini.Ioan.de Terra rubea *f.*71. *concl.*3.*col.*4.& eius additionator Iacobus Bonaudus de Sauſeto *fol.* 72. *col.* 2. vbi ſtatuit exemplum in Cardinali Ballua, qui ad Burgundionum Ducem literas deſtinauerat, ſecreta Domini ſui Ludouici II. Francorum Regis reuelando. Lucas de Penna *ad lib.* 10. *Cod. tit.* 11. *de delatoribus, lib. 6.num.*3. Cantera *pag.*80. *num.*7.S.Antonin.2.*part.tit.*1.*cap.*22. §.5. *verſ.Tertio modo,*& conſonat Auendan. *de exequend.mandat. part.*1. *cap.*2. *num.*25. quatenus *proditorem* vocat eum, qui reuelat conſilium Ciuitatis,cuius eſt conſultot. Marſil. *conſ.*1. *num.*1. *& ſequentibus*, vbi eſt ſermo contra reuelatorem ſecretorum Regis: & qui habens nuncium, vel ſignum aliquod, dixerit illud, vt fecit Iudas dicens: *Quemcunque oſculatus fuero.* Ioan. de Terra rubea *fol.*72.*concluſ.*5.*col.*1. & qui in hoſtium inſidias inducit milites patriæ, vel ſui Principis. Decian.*eodem num.* 7. & qui tradit illis caſtrum ſuæ fidei à vero Domino commiſſum. Ioan. de Terra Rubea *art.6.tract.*3.*fol.*72.*col.*1.*concluſ.*5. Gigas *citat.quæſt.*1.*num.*12.*ex cap. de forma.* 22.*quæſt.*5. Baldell. *num.*4.*cit.diſputat.*10. Geſuald. *citat. quæſt.* 9. Tolet. *de ſeptem peccatis mortal. cap.*44. *num.*3. meritò dicens eſſe mortale obligans ad reſtitutionem: & qui cum impedire poſſet, permittit gentem inimicam intrare in territorium.Gigas *cit.quæſt.*1.*num.*13. Laratha *cit.dilucid.*89.*num.*21.Bertachin. *loco citato.*Decian.*ſupra num.*8. Minadous *cit. conſ.*11.*num.*27.Cantera *cit.pag.*80.*n.*7.& qui permittit eam tranſire. Laratha *ſup. num.*4. Caluin.*loc.cit.* Chaſſan.*in conſuet. Burgund.fol.*18.*fol.*61.Baldus *ſuper feudis, fol.mihi* 28.*col.*1. *num.*16. *ſub titulo quibus modis feudū amittatur.* Villagut. *de extenſ. legis,fol.*362.*cit.* & qui,cum ſit dux belli,paciſcitur cum inimicis ſine licentia ſuperiorum. Laratha *cit. num.*4. Bonaudus de Sauſeto *cit.fol.*72.*colum.*3. *ad initium.* Aloyſ.Catalan. *in tractat. criminal. amneſtiæ, abolitionis, & indultus, cap.*31. *num.* 12. & qui receptat hoſtes, deducit,viſitat,vel aſſociat, aut dona eis mittit,vel fauorem impendit:Lucas de Penna *cit. lib.*6.*n.*5. & qui cum hoſtibus factione contracta, facultatem eis prædas agendi præbet, aut rapinas habitas cum hoſtibus diuidit. Idem de Penna *citat. num.* 5. & qui non defendit obſeſſam ab hoſtibus patriam, cum poſſet. Brunus *ſupra num.*10. & qui detegit dominum ſuum, cum nempè ſibi aliquid metuens,latet,vt hac ratione illi noceat. Gambac.*lib.*5.*c.*27.*n.*5.

Proditio, & proditoria actio quid differant?

Et quia hæ violationes fidei, quæ erga Rempublicam, ſeu patriam debita eſt, includunt ſpecialem deformitatem contra iuſtitiam legalem, quæ reſpicit bonum patriæ ſecundùm quòd eſt bonum commune. S.Thom.2.2.*quæſt.*101. *art.*3.*ad* 3. & contra pietatem, quæ impendit patriæ officium,& cultum. Sanctus Thomas *cit.art.*3. *in corpore articuli.* Secundùm quòd patria eſt nobis quoddam eſſendi principium. Sanctus Thomas *ibid.ad.*3. 33

Hinc eſt, vt ego interpretor, quòd Doctores aſſerunt, *proditionem*, id eſt abiectionem fidei, propriè dici in patriam,& Principem, qui patriam repræſentat, ſeu in caput myſticum, vt appellat Ioannes de Terra rubea *articulo 6. tractat.*3.*fol.* 71. *colum.*4. *concluſ.* 1. *&* 2. quia hæc proditio eſt qualificata proditio, & ita qualificata, vt ſpecialem malitiam importet. Ioannes de Terra rubea *citat. concluſ.* 1.explicandam neceſſariò in Sacramentali confeſſione. Azor.*parte tertia, libro ſecundo, capite* 18. *inſtitut.moral.* & proditor Principis,dicitur proditor Dei. Lucas de Penna *citat. lib.6.num.*7. 34

In

In priuatas autem perſonas non dicitur propriè *proditio*; quia ſcilicet non eſt prædicto modo qualificata,ſed dicitur *crimen proditoriè factum*, v. g. *homicidium proditoriè commiſſum*, vt notarunt Gigas *cit. lib.3. quæſt.9. num.5. & 6.* Burſat. *conſ.147. num.29. & num.38. lib.2.* Gambacurt. *lib.5. cap.27. num.1. & c.28. num.1.* Blanc.*in tract.de indiciis,num.193. & 194.* Tuſch. *lit. P. concluſ.869. num.4.* Ioann.Anton. de Nigris *loc. cit. num.29. fol. 61. columun. 3.* Anonym. in allegat. apud Campanil. *in diuerſor. iuris canonici. Rubr. 11. cap. 31. pag.649.* nulla tamen huius diuerſitatis allata ratione.

Vel etiam dic, quòd *proditio* dicitur *ſubſtantiuè proditio*, quatenus ſignificat crimen per ſe ſubſiſtens, vt ſi quis prædictis modis lædat fidem debitam Principi,aut Reipublicæ.

At ſi quis alteri crimini per ſe ſubſiſtenti addat qualitatem *proditionis*, v. g. faciat homicidium per inſidias, tunc *proditio* ſignificat adiectionem ad aliud crimen, & enunciatur per aduerbium *proditoriè*, vt notauit Ioan. de Terra rubea *cit. concl.1.*

Quæ doctrina eſt quidem bona, ſed non tangit diſcrimen, quod DD. faciunt inter *proditionem* cum reſpectu ad patriam, & Principem, & ad priuatas perſonas.

Quamquam ego & vſurpaui ſupra aliquoties, & infra vſurpabo terminum *proditio* etiam in perſonam priuatam, quæ per inſidias necatur, vt paſſim faciunt DD. ad loquendum expeditius.

Proditorium per comparationem ad occultum quod propalatur.

36 Secundò ex habitudine ad aliquid, quod deberet manere occultum, *prodere* eſt idem quod *porrò dare*, id eſt *aperire, propalare* id, quod porrò dari, aperiri, & propalari non debebat, & hoc ſiue circa res, ſiue circa perſonas.

Vnde proditio dicitur *manifeſtatio occulti, nata inferre nocumentum alteri.* Reginald. *lib.23 cap.2.quæſt.3.n.31.* & proditor dictus,quòd detegit.Lucas de Penn: *cit. lege 6. n.3.*

Et in hoc ſenſu dicitur *proditor*, qui crimen ſibi ſoli notum malitioſè detegit. Cantera *ſuprà pag.79. colum.1.* Ioann. de Terra rubea *art.6. tract.3. fol.11.col.4. concluſ. 3.* & eius additionator *fol.72. col.2.* Lucas de Penna *cit. lege 6. num.3.* Gigas *cit.lib.3. de proditoribus. quæſt.1. n.2. ex cap.ſi peccauerit. 2. quæſt.1.* Laratha *cit. dilucid. 89. num. 14.* Balzaran. *cit. num.9. tit.17.* Decian. *cit. lib.7. cap.29. num.15.* ſiue ſit ſocius, ſiue Prælatus, qui notabile occultum alicuius peccatum manifeſtet aliis, publicè corripiendo, iuxta illud Auguſtini: *Si eum*, ſcilicet occultum peccatorem, *vis publicè arguere, non eris correptor, ſed proditor. can. ſi peccauerit. 2. quæſt. 1.* S. Antonin. *cit. capite 22. §. 5. verſ. ſed & cum quis.*

Quidquid hunc dici proditorem,neget Baldell. *cit. diſput.10. num.1.* requirens ad proditionem, vt aliquo modo ſit contra fidem, aut fidelitatem alicui debitam.

Et qui alterius ſecretum aperit in eius detrimentum. Tolet. *cit. cap.44.n.3.* Reginald.*loc.cit.* Afflict. *de conſtit.Neapol. lib.3. Rubr.15.num.9.fol.18. col.1.* Baldell. *n.2.*& qui prodit perſonas ad nocumentum eis inferendum, vt Dalida prodidit Samſonem, & Iudas proditorum anteſignanus Chriſtum Dominum. S. Antonin. *cit. cap.22. §.5.* Tolet. Geſuald. Reginald.Baldell. *locis cit.* meritò dicentes, eſſe graue mortale: & qui abſconditam alterius pecuniam, vel veſtem oſtendit latroni, vt rapiat. S. Antonin. *cit.§.5.* Tolet.Geſuald.Reginald.Baldell. *locis cit.* & qui caſtrum, vel ciuitatem defendens pro aliquo Principe, manifeſtat hoſtibus modum capiendi. Baldell. *num.2.*

Quamquam etiam in his caſibus

abiicitur, & proditur fides tacita, quæ nos ex humana ſocietate obligat ad non detegenda, quæ tegi debent, etiam ſecluſo ſpeciali pacto de tacendo, per quam obſeruationem ſatisfit difficultati excitatæ per Baldellum *cit. n.1.*

Qui Doctor *num.4.* bene aduertit ad peccatum proditionis ita requiri, quòd ſit contra fidelitatem alicui debitam, vt hoc ex communi acceptione magis ad illud pertineat, quàm ratio manifeſtationis.

Siue ergo lædatur fides expreſsè debita, ſiue tacitè, læſio hæc continet malitiam *proditionis*, provt *proditio* dicit fidei abiectionem iuxta ſupra dicta.

Proditorium ad rem meam.

37 Iam verò deſcendendo ad rem noſtram, ad explicandum ſcilicet vnde proditorium dicatur tale.

Dico ex notatis acutiſſimè per Gambacurt. *lib.5. cap. 29. n.2.* quòd *proditorium* eſt à prodendo dictum, provt *prodere* eſt afferre in palam aliquid, quod publicandum non erat, vti etiam notant Tolet. *cit. cap.44. tract. de ſeptem peccat. mortal.* Balzaran. *de feud. tit.17. n.9.* vbi, quòd *prodere* eſt in publico dicere. Baldell. *cit. diſp.1. n.1.* vbi quòd *prodere* eſt idem, atque manifeſtare, vel in publicum dare.

Quamobrem *proditoriè occidere* eſt, machinationes necandi, quæ veniunt nomine *inſidiarum*, & quæ perpetuò delitescere debebant, id eſt nunquam in actum deducendæ erant, efferre in actum ipſum exteriorem, & practicum per executionem homicidij ſeu, quod idem eſt, *proditoriè occidere* eſt per latentes, occultaſque inſidias in externum homicidij actum exire. Gambac. *cit. c.29. num. 2.*

38 Vnde inſidiæ ad principium, & præparationem pertinent, proditio autem ad homicidij finem, & executionem, qua ipſæ latentes inſidiæ poſtea in palam efferuntur, vt notauit dictus Gambacurta, qui addit optimè, homicidium nunc vocari *inſidioſum* à præparatione, & principio, nunc *proditorium* à fine, atque executione, & antea item optimè dicit, rationem homicidij proditorij totam perfectam compleri ex inſidiis, & proditione, & hoc homicidium vtroque ſemper conſtare, id eſt occultis initio diſpoſitis inſidiis, & earumdem propalatione in fine, cum venitur ad executionem, negatque poſſe eſſe proditorium ſine inſidiis aliquo modo præcedentibus, quod veriſſimum eſt, in ſenſu tamen paulò poſt explicando, & procedit quo ad inſidias ſumptas ſecundùm vtrumque ordinem & intentionis, & executionis, de quo ſuprà *in §.5. à num.6. vſque ad 8.*

Et hoc idem implicitè videtur velle Petr. Gregor. Tholoſan. *comment. in ſyntaxes artis mirabilis tomo 2. lib.4. cap.60. num.1.* quatenus dicit, verbum *proditionis* eſſe compoſitum ex *pro*, & *do*, quaſi datio, & traditio rei antea factæ, & determinatæ, diuerſa ab actu, qui ſimulatur: Vbi tamen hic Doctor loquitur de proditione reſtricta ad inſidias poſitiuas.

Inſidias ſe habere præſuppoſitiuè ad vltimam differentiam conſtitutiuam proditorij.

Quæ omnia ego intelligo ſic, vt inſidiæ ſe habeant præſuppoſitiuè ad ipſum conceptum formalem, id eſt ad vltimam differentiam *proditorij*, non tamen ſint de ipſo conceptu, id eſt de vltima differentia intrinſecè; 39

40 Nam hæc conſiſtit præcisè in hoc, quòd occiſio terminetur ad ſubiectum impotens hîc, & nunc ad ſe tuendum, ad quam tamen rationem deuenitur, mediantibus inſidiis, tanquam cauſis ſuo modo: id quod innuit Decian. *lib.9. cap.19. n.4. in tractat. crimin.* ibi: *vt quando proditoriè cum inſidiis*: quaſi verò cum

cum inſidiis ſit coniuncta *proditio* vt effectus cum cauſa.

40 Vnde ſubſcribere non poſſum Ludouico Pegueræ *deciſ.* 54. *num.* 7. & Mattæ *in compilatione totius Iuris controuerſi tomo* 2. *in verb. Homicidium cap.* 37. dicentibus, *proditionem* atque *inſidias* eſſe ſinonyma, ſicut neque aliis apud eumdem Pegueram *num.* 8. innuentibus, *proditionem*, & *inſidias* idem eſſe.

Quamuis enim admittam, ibi eſſe inſidias ſi non exiſtentes in ſe, ſaltem exiſtentes in ſuo effectu (loquor de inſidiis in tota illarum latitudine) vbi eſt proditio, id quod aſſerunt allegati per Franciſcum Molinam citatum à Peguera *eo num.* 8. nego tamen, *inſidias* eſſe formaliter *proditionem*, ac proinde nego, per has voces: *proditio*: *inſidiæ*: importari idem in ſenſu formali;

41 Quia licèt *proditio* in ſuo eſſe pendeat omnino ab *inſidiis*, & ſine illis eſſe non poſſit. Anonymus *in allegatione apud Campanil. Rubr.* 11. *cap.* 31. *pag.* 648. *col.* 1. *ad medium.* Franciſcus Bermudez de Caſtro *in allegatione apud Catalanum tract. crimin. amneſtiæ, abolitionis, & indultus poſt. cap.* 31. *num.* 64 *fol.* 249. *col.* 1. & nullum ſit proditionis genus, niſi per inſidias conſtituatur. Gambacurta. *lib.* 5. *cap.* 29. *num.* 2. cum per inſidias aliquas præparetur, atque aptetur agreſſori terminus, & formale obiectum ipſius proditionis, præſens ſcilicet impotentia aggreſſi, ad ſe tuendum ab aggreſſore iuxta dicenda infra. *§.* 12. *numer.* 8. & §. 16. *num.* 21. ſine quo termino, & obiecto ipſa *proditio* in ſuo eſſe ſpecifico conſtitui non poteſt, & cum omnes inſidiæ ſint cauſæ ſuo modo, vt occiſio terminetur ad dictam præſentem impotentiam ſe tuendi,

Non ideo tamen infertur, quòd *proditio* ſit idem cum *inſidiis*; immo infertur, quòd *proditio* diſtinguatur ab *inſidiis*, non quidem, vt ſpecies à genere, licèt id velit Anonymus *cit. pag.* 648. *col.* 1. *verſ. in ſumma, & pag.* 649. *col.* 2. *num.* 11. ſed vt effectus à cauſa, cum ſit effectus inſidiarum, & certum ſit apud omnes, quòd effectus à ſua cauſa diſtinguitur aliquo modo.

Vnde colligo, quòd quando dicitur à Gambacur. *loco cit.* itemque *cap.* 28. *num.* 7. & ab aliis, omne homicidium *inſidioſum* eſſe *proditorium*, ſenſus non eſt, *homicidium proditorium* eſſe formaliter idem, ac eſſe *inſidioſum*, ſicuti eſt idem formaliter eſſe *animal rationale*, & eſſe *hominem*, 42

Sed ſenſus eſt, eidem homicidio, cui conuenit denominatio *inſidioſi*, conuenire etiam denominationem *proditoris* ſecundùm diuerſos reſpectus, quatenus ſcilicet in omni homicidio, quod fit per inſidias, eſt occultatio paratæ cædis ad occidendum improuiſum, & incautum, vt notauit Gambacurta *lib.* 5. *cap.* 28. *n.* 7. *verſ. & quoniam.* vel clarius, & vniuerſalius, quatenus *inſidiatio*, quæcunque illa ſit, coniuncta cum occiſione, operatur terminationem ipſius occiſionis ad impotentem hîc, & nunc ad ſe tuendum, in qua terminatione conſiſtit formaliter *proditio*, quod demum eſt, eumdem actum occiſionis trahere ſecum cauſam, & effectum, ſortiri denominationes vtriuſque proprias, & diſtinctas, *inſidioſa* nempe, & *proditoria*:

Sicut in phiſicis dicimus, ſolem lucidum, eſſe calidum, id eſt ſecum trahere lucem tanquam cauſam caloris, & calorem tanquam effectum ipſius lucis, non tamen inde inferre poſſumus, lucem, & calorem eſſe formaliter idem, nec ſolem quatenus lucidum, eſſe formaliter calidum, ſed bene ſolem eſſe ſubiectum, quod ſubſtat duabus formis inter ſe diuerſis, luci, & calori.

Et iuxta hæc vides, in quo ſenſu verum ſit id, quod tradunt Doctores exponentes ly *per inſidias.* in *cap.* 1. *de homic.* vt idem ſit *occidere per inſidias*, & *occidere proditoriè*, teſte Gambac. *lib.* 5. *c.* 29. *n.* 1. eſt enim veriſſimum, quod occiſio, quæ includit inſidias, eadem includit prodi- 44

tionem: vnde eſt, quòd duo nomina *proditio*, & *inſidiæ* confunduntur, & vnum pro alio ponitur. Peguera *deciſ.54. num. 8. qui tamen deficit in meo libro impreſſo Auguſtæ Taurinorum.*

Vides item, quòd non bene Anonymus *in ſua allegatione apud Campanil. in diuerſorio Iuris canonici Rubr. 11. cap. 31. pag. 647. col. 2. §. Vel etiam dici poteſt.* conſtituit duo membra inſidiarum, quarum nempe aliquæ ſint ſimplices, & non proditoriæ, aliæ verò proditoriæ.

Re enim vera *proditio* in materia homicidij ſequitur ad omnes inſidias, qualiſcunque, ſtructuræ ſint, nec exigit ſequi ex ſolis illis, quæ in prætextu amicitiæ conſiſtunt, id quod ſupponit Anonymus, ſed ego falſitatis conuincam latè *in §. 16.*

Vides inſuper, quòd potuiſſet quidem Pontifex *in cit. cap. 1. de homic.* expreſsè nominare *proditionem*, ſed non fecit; quia ſciebat optimè, in *induſtria*, & *inſidiis* contineri *proditionem*, quam ſuppoſitionem eſſe falſam, & ab ea pendere omnem errorem, dicit immeritò citat. Anonym. *pag. 647. col. 2. verſ. quòd ſi quis dicat.* impugnandus à me infra in §. 16. tanquam is, qui ſupponit, & non probat eſſentialem nexum inter *proditionem*, & *inſidias* poſitiuas conſiſtentes in prætextu amicitiæ, vt paulo antè dixi.

In proditorio attendi impotentiam proditi in aggreſſione, non autem in conflictu.

45 Quando autem loquor de impotentia ſe tuendi in hac de proditorio diſceptatione, loquor de impotentia extra conflictum, & in puncto aggreſſionis;

Nam ſi ego te prouocem ad pugnam, & conſequenter relinquam te aptum ad te defendendum, id eſt ad vtendum mediis conducibilibus ad auertendum à te malum tibi imminens à me, iuxta dicta *in §. 4. præſentis ſectionis*, non cenſeor à quoquam *proditorius* homicida, ſi occidam te redditum poſtea impotentem ad defenſam in ipſo conflictu, quatenus ſcilicet vel enſem tibi decutio de manu, vel venio ad amplexum, vulgò *alle preſe*, & te compreſſum, carentemque vſu pugionis parui, & manus, ego breui ſicâ lateri tuo infixâ confodio;

Nam hæc eſt natura conflictus, vt 46 confligentes curent modis omnibus, & artibus, vt in illo ſuperiores ſe faciant aduerſario, vt eum occidere ipſi poſſint, & ab eo ipſi occidi non poſſint, & bonæ fortunæ ſuæ imputent quidquid eidem aduerſario accidat, quod vincibilem reddat, & ad vincendum ineptum, vt ſi amittat arma, cadat in terram, &c.

Vnde ſecundùm duelli leges, arma ſi- 47 ue frangantur, ſiue cadant, alia non exhibentur, & cadentes non eriguntur. Lancellot. Conrad. *comment. de duello, & pace parte 4. concluſ. 91. n. 1. & 2. ad finem concluſionis.*

Et nihil poſſet ineptius dici, quàm eſſe occiſum aliquem *à tradimento*, quando plures ſunt in actu armorum, & aliquis opportunè inter dimicandum percutit alterum ex inimicis à tergo, quaſi verò ſemper teneatur inimicus dicere: *defendas te ab hoc ictu: defendas ab hoc alio: caue oculis: caue cruribus.* vt notauit Anonymus apud Campanil. *pag. 653. col 2.*

Quare ad moralem *proditorij* conce- 48 ptum requiritur, & ſufficit, vt aggreſſio inueniat paſſiuè aggreſſum omninò hic, & nunc impotentem ad defenſam, quæ omnibus competit de iure naturali:

Alioqui enim ſi paſſiuè aggreſſus diffidatus, poſſit aliquo modo ſe defendere, etiamſi poſtea ſuperetur ab aggreſſore vel peritiori, vel animoſiori, vel robuſtiori, vel habenti arma longiora, vel ſocium, non dicitur apud vllam nationem *proditoriè* occidi, & ad ſummum in caſu diſparitatis armorum, & adiunctionis ſociorum ex parte aggreſſoris dicitur occidi *con ſouerchieria*:

Quia quamuis aggreſſor per diſparitatem armorum, & additamentum ſociorum

tiorum faciat iniquiorem conditionem aggreſſi,qui eſt vnus, & habet enſē breuiorē,& hoc dedecori adſcribatur apud monomachiſtas. Vulpel.*reſponſo* 127.*n.*6.

Tamen per hoc non tollit ſimpliciter ſe tuendi poteſtatem,cum nonnunquam vnus in conflictu ſatisfaciat duobus, immo etiam tribus, & quatuor; quia bellica virtus interdum in illo magis accenditur ex hoc, quòd ſtomachetur iniquitatem aduerſariorum, quos non pudet venire tot contra vnum.

49 Quamquam ſi mihi ita figures caſum, vt aggreſſor cum pluribus ſociis, & cum exceſſiua *ſouerchieria* irruat in vnum, etiam alioqui generoſum, peritum, robuſtum, armiſque inſtructum, & volentem tentare defenſam aliquam, & conſpirante tot armatorum impetu, opprimat, concedo vltro,hunc aggreſſorem eſſe proditorium,cum in hoc caſu aggreſſio talibus circumſtantiis qualificata, inueniat aggreſſum ſimpliciter impotentem ad ſe tuendum,perinde ac ſi inermis,immo ſopitus eſſet.

Quid enim prodeſt, quòd vnus contra ſex v.g.euaginet enſem?Non eſt hoc ſe defendere, ſed ſolummodò oſtendere promptitudinem ad ſe defendendum,ſi cætera forent paria,& permitteretur defenſioni locus.

50 Vnde Cephal.*conſ.*57.*n.*17.*&* 18.laudatus per Anton.de Ballis *var.tract.lib.*3.*q.*3.*caſus* 1.*n.*14.vidēduſque omnino,*eod. conſ.n.*44.*iuncto* 47.*&* 49.*verſ.cōmiſit proditionem,& aſſaſſinamentum,lib.*1.ſuſtinet meritò,quòd dicatur proditor,qui aliter offendit aliquē, quàm ſit mos, & ſtylus armorum,& inde infert,quòd ſaltem ſecundùm communē loquendi vſum,qui in omni materia etiã odioſa debet præferri propriæ ſignificationi,fuerit *aſſaſſinatus* (quod apud Italos eſt idem, quòd *tradito*) quidam,quem inſidentē equulo per dictum Cephalum appellato *roncino*,& cum ſolo enſe, inuaſit alius equitans in valido, & feroci equo, armatus, & aſſociatus tredecim militibus omni genere armorum inſtructis.

Hic enim ſolus contra tot probè armatos ferè inermis,erat abſolutè impotens ad ſe tuendum,ac proinde in toto rigore fuit *proditoriè* occiſus,eiuſque occiſor fuit *aſſaſſinus*, ſecundùm communem loquendi vſum,non tamen talis,vt in eum caderent pœnæ *capituli. Pro humani,de homicid.in* 6.Farinac.*q.*123.*n.*126.

Et Vincent.Tancredi *cit.tractat.*1. *de relig.lib.*4.*diſp.*8.*q.*5.*n.*25.*pag.*139. agnoſcit proditionem in caſu, in quo vnus incutit timorem per ſuam præſentiam gladio ſtricto, ne alter ſe defendat ab infligente vulnus, & occidente.

Et iure quidem meritò, cum ibi ſit *proditio*,vbi occiditur quis impotens ad ſe tuendum ab aggreſſore, intellige ſemper iniuſtè,vt *infra §.*25.

Neque obſtat, quòd iſte præuiderit, & præſciuerit caſum ſuæ mortis, dummodò eam euitare non potuerit.

Proditionis enim deformitas non fundatur in impotentia præuidendi caſum mortis vt ſic,ſed in impotentia euitandi mortem, & ſe defendendi, ſiue hæc impotentia ſe defendendi oriatur ex impotentia præuidendi, & præſciendi caſum mortis, ſiue aliunde, vt iam dixi §.4.& melius ſemper explicabo.

Vnde non poſſum acquieſcere doctiſſimo,& amiciſſimo P.Bordon.*tom.*3. *controu.moral.*1.*n.*272.*&* 273.conſtituenti rationem formalem *proditionis* homicidialis per habitudinem *ad impotentiam præuidendi caſum mortis* ſiſtendo in tali impotentia tamquam in vltimo termino ſpecificante *proditionem*: iuxta quod principium idem Doctor *cit. n.*272. eximit à titulo *proditoris* teſtem falſum,ob cuius dictum quis damnatus fuit ad mortem;quia hic damnatus potuit præuidere, immo præuidit, & præſciuit ſuã mortem; quam tamen euitare non potuit, in quam falſus teſtis cooperatus eſt mendaci teſtimonio.

Sed ego dico,talem teſtē fuiſſe *proditorē* eo ipſo, quòd per ſuũ teſtimonium ſtatuit

ſtatuit hominem in impotentia euitãdi mortem, eſto hic idem homo non occidatur incautè, quatenus cognoſcit machinationes teſtis contra ſe, à quarum tamen vi ſe ſubducere non poteſt.

51 Videbuntur autem tibi, mi Lector, duriuſcula hæc, quæ modo dixi in caſibus Cephali, & Tancredi, quia non es aſſuetus ad concipiendum *proditorium*, niſi in caſibus ordinariis, & quotidianis, quando ſcilicet quis à tergo, vel ex loco abdito incautum occidit.

At ſi aduerteris, quòd eadem ratio, quæ in occiſione à tergo conſtituit *proditorium*, militat etiam pleniſſimè in occidente facie ad faciem cum multis armatis vnum non potentem ſimpliciter contra tot aggreſſores ſe tueri, flectetur facillimè intellectus tuus ad concipiendum *proditorium* etiam in his caſibus extraordinariis, atque antea à te non examinaris, immo ne præcogitatis quidem etiam confuſè. Vide Gambac. *lib. 5. c. 28. n. 4. verſ. & quamuis durum.*

Fateor certè communiter non attendi proditorium in quibuſdam caſibus, vt aduertit Molina ſignatè in caſu procurationis abortus fœtus animati, *tract. 3. de Iuſt. diſp. 27. num. 2.*

At non propterea deficit ipſa *proditorij* ratio, quamuis non attendatur, nec pro illo pœna homicidij imponatur, cũ ſit euidens, quòd rerum quidditates, quippe conſtitutæ in ſe, & per ſe, independenter ab operatione intellectus circa ſe, nõ exinaniuntur per hoc, quòd ob ſuam ſubtilitatem, & inueſtigandi difficultatem, remanent vel ſemper, vel ad tempus etiam longum, humanis intellectibus incompertæ, perinde ac ſi eædem non exiſterent.

Addo etiam, quòd interdũ interuenit à parte rei, & materialiter proditorium, ſed illud ab hominibus neque attenditur, neque attendi poteſt, ac proinde latet formaliter, id eſt ſecundũ hominum cognitionem, perinde ac ſi non eſſet.

Accidit enim interdum, vt Titius in re ipſa generoſus vt octo, & laniſticæ artis peritus item vt octo, aggrediatur *da buono a buono* Caiũ generoſum in re ipſa, & peritum in eadem arte ſolùm vt duo: quo caſu interuenit materialiter proditorium, cum Titius aggrediatur impotentem in reipſa ad ſe tuendum ab illo, ob exceſſiuam ſui inhabilitatem ad reluctandum: at non interuenit idem proditorium formaliter, id eſt ſecundùm cognitionem aggreſſoris, & aliorũ, qua exceſſus ille in Titio, & defectus in Caio, ex quibus in eodem Caio conſurgit impotentia ſe tuendi à Titio, remanent regulariter occulti, cum habilitatis & inhabilitatis, quam vnus habet ad alterum quo ad vim congreſſiuã, non detur ita facilè cõparabilitas inter ſe, quæ fieri cum veritate poſſit iuxta ordinariam humani intellectus conditionem.

Quòd ſi daretur caſus, vt Titius certiſſimè ſciret ſe eſſe, ita habilem, vt reſpectu ſui, Caius in aggreſſione eſſet futurus inhabilis ſimpliciter ad ſe tuẽdum etiã prouocatus, *da galant huomo, da buono a buono*, & nihilominus aggrederetur, certè in ordine ad Deum eſſet *proditor*, quia res procederet *de bono ad nõ bonum*, quamuis non eſſet *proditor* in ordine ad homines, quibus nempe hæ certitudines habilitatis in vno, & impotentiæ in altero communiter ſunt incognoſcibiles, quando aggreſſio fit *da buono a buono* quo ad externam ſpeciem, cum præſertim ſciatur, quòd deſperatio ſalutis aliquando ita animet, & muniat puſillanimem, & malè in arte laniſtica inſtructum, vt optimè aduerſario reſpondere poſſit.

Habes autem ex dictis, quod *proditio*, quæ vti dicebam, præſupponit inſidias denominatur *proditio* per habitudinem ad ipſas inſidias, quia proditor eaſdem inſidias per homicidij executionem *prodit*, atque exerit.

Sortitur verò ſuam propriam, & ſpecificam deformitatem per habitudinem ad impotẽtiam præſentem ſe tuendi ab

ag

aggreſſore, ad quam homicidium *proditorium* terminatur quatenus taliter qualificatum, cum in hanc impotentiam, tanquam in ſuum ſpecificatiuum, reresoluatur hæc qualitas; propterea enim homicidium habet deformitatem *proditorij*, quia fit in impotentem ad ſe tuendum ab aggreſſore.

Ex eo autem, quòd hæc deformitas non accidit ſine *proditione*, id eſt propalatione inſidiarum, hinc eſt, quòd & ipſa inde accipit denominationem *proditoriæ*, iuxta regulam Dialecticorum, quam allegat, & ad rem ſuam applicat Franciſcus Suarez *tomo* 5. *de cenſur. diſputat.* 22. *ſection.* 1. *num.* 28. in hæc verba:

Aliud eſt, vnde nomen ſumptum eſt: aliud, ad quod ſignificandum impoſitum eſt; ſæpe enim vniuerſalius eſt ſignificatum, quam ratio, ſeu ethimologia nominis.

53 Quam quidem deformitatem ſuperaddi homicidio tanquam ſpecie diſtinctam à malitia homicidij, & ideo neceſſariò debere explicari in Sacramentali confeſſione, probabo infra *in* §. 28. *huius ſectionis.*

54 Quòd ſi etiam velis *proditorium* dici tale per comparationem ad fidem, quam *proditor* homicida abiicit à ſe, & quam ſaltem implicitè debebat alteri ex humana ſocietate, admitto totum? re enim vera in omni *proditorio* abiicitur fides erga proximum vel explicitè, vel implicitè, debita.

Quamquam cogor fateri, me non ſatis intelligere, cur vbi eſt fidei abiectio, ibi dicatur eſſe *proditio*, & tamen *proditio* non dicatur eſſe ibi, vbi abiicitur aliqua alia honeſtas virtutis, verbi gratia æqualitas iuſtitialis in furto, reuerentia pietatis in inceſtu, medium, ſeu mediocritas alimenti inter exceſſum, & defectum in intemperantia, & ſimiles, ob quarum abiectionem quis ineptiſſimè appellaretur *proditor.*

Excipio tamen, ſi quis fraterna diſcordia infectus, iura charitatis, & veritatis ſpernat; nam is *proditor* dicitur, vt notat Farinac. *citat. quæſt.* 18. *n.* 79. *ex cap. abiit.* 11. *quæſt.* 3.

Ex his autem patet, quòd quamuis optima ſit doctrina Anonymi *in allegatione apud Campanil. Rubr.* 11. *cap.* 31. *pag.* 645. *col.* 1. dicentis, quòd Iſidorus *origin. lib.* 10. *litt. P.* docens ethimologiam vocis *proditor*, dixit ita, proditor pro eo, quòd detegit: quaſi dixiſſet: deriuatur à verbo *prodere*, cuius germana, & præcipua ſignificatio eſt *detegere*, cum & ipſum veniat à *pro*, quod ſignificat *in publicum, & manifeſtum dare.* Bene itaque *proditor detector.* ſanè *detegere* pertinet ad arcana, & occulta. Deteguntur autem arcana noſtra ab iis, qui illa ſciunt: ſciunt, quibus nos manifeſtamus: manifeſtamus, quibus confidimus: confidimus amicis, iuxta illud Ioan. 15. *Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui à patre meo, nota feci vobis.* Ergo *prodere* proprium eſt amicorum: & quoniam ex detectione arcanorum infertur nobis damnum; quid enim prodeſſet ſtudioſè cælare, ſi non obeſſet detegere? hinc factum eſt, vt per tranſlationem quamdam, omne damnum nobis ab amicis ſub amicitiæ nomine, dolo illatum, *proditio*, & ipſi etiam amici damnum inferentes, *proditores*, nuncupentur. Amici inquam nomine, re tamen inimici, iuxta illud: amicus ſolo nomine amicus. *Eccleſ.* 37. *in princ.* 55

Quamuis inquam optima ſit doctrina, ſi ſumatur vt iacet, non eſt tamen bona ſecundùm intentum docentis, qui nimirum eam ordinat ad oſtendendum, quòd *proditio* eſt alligata eſſentialiter ad amicitiam, id quod ego nego, & eſſe falſiſſimum oſtendam *infra* §. 16. latiſſimè.

Dico ergo *proditionem*, & *proditorem* dici quidem per habitationẽ ad arcanũ, quod concreditum fuerit amico, & detegatur, ſed nego, reſtringi ad hoc, cũ dici etiam poſſit per habitudinem ad aliquid aliud,

quod latere debebat, & eductum fuit, etiãſi non eſſet arcanũ cõcreditũ amico.

56. Sed demum paucis complectendo fuſius dicta, dico, quòd homicida proditorius denominarur ralis, tum in ordine ad fidem, quã prodit, ſeu abiicit, tum in ordine ad inſidias, quas indebitè porrò dat, ſeu exerit per practicam homicidij executionem, rum in ordine ad ius non inuadendi impotenrem hîc, & nunc ad defenſam ſui ipſius, quod violat.

Fundamentum II. meæ ſententiæ.

57 Ducor autem ſecundò ad aſſerendum in homicidio per inſidias negatiuas commiſſo concurrere rationem *proditorij*; quia per inſidias occidens non diffidatum, & omnino improuiſum, arque incautum, dicitur ſecundùm vſum communem loquendi apud Iralos id facere *traditoreſcamente, e non da valent-huomo.* Marius Italia *cit.lib.1.c.5.§.4.num.3.* & *da traditore.* Hortenſ. Caluacan. *de brachio regio parte 1.n.77.in mea editione,* & *à tradimento.* Aloyſ. Albriccius *in panegyrico S.Stephani pagina mihi* 8. Franciſcus Bermudez de Caſtro *in allegatione apud Catalanum tract.crimin. amneſtiæ, abolitionis, & indultus,poſt cap.31.num.38.fol.247. & n.68.fol.249.* & non de bono ad bonum. Farinac. *quæſt.18.n.75.* & apud Hiſpanos id facere *à traycion.* Franciſcus Suarez. *tomo 1.de relig.lib.3.cap.11.num.13. iuncto num. 12.* Don Iuan Vela *tractat. de pœnis delictorum c.25.ſub initium.* & eſſe proditor. Vulpell. *reſp.59. n.1.* Bardel. *conſ.40. lib.1.n.10.* & Petr.Gerard.de Petra ſancta, quẽ citat Beoleus, & alij duo *cõſ.168.n.69. apud Farinac.* Magna Curia *penès Vincent. de Franchis deciſ.713.n.11.iunct.n.7.* & proditoriè occidere. Gaſpar. Caballin. *in Conſtitutiones, Ægidianas lib.4. in gloſ.c.54.n.4.* Rebuf. *t.2.conſt.regiar.tit.de immun. Eccl.n.16.fol.334.* & eſſe aſſaſſinus, non tamen in ſenſu *in capitul. Pro humani. de homic.in 6.* Decian. *tract.crimin.lib.9.c.30.n.4.in fine.* Anron.de Ball. *varior. tract.lib.3.q.3. caſus 1.n.17.* & alij, quos citat, & ſequitur Farinac. *quæſtion.123. numer 162.pagin.107.* 58

Qui vſus communis maximè artendi debet. Marius Italia *loc.cit.& lib.1.c.5.§.3. n.26.* Bermud. *cit.n.38.& 68.* Fernand.de Otero *diuerſarum quæſt. iuris part.2.q. 38. n.7.* Peregrin. *tract.de immun. cap.6. n.22. & cap.7.n.27.* in accipiendis verbis poſitis in lego, & ſtatuto. Fernand. Vaſquius *de ſucceſ.progreſſ.lib.1.§.1.n.38.* Magon. *deciſ.Lucenſ.15.n.6.* Th. Sanch. *de matr.lib.6. diſp.23.n.3.§.ſecundò.* & in quacunque diſpoſitione. Euerard. *in ſuis topicis loc.ab opinione vulgi n.2.* Alphonſ.de Caſtro *de poteſt.leg.pœnalis lib.1.c.7.docum.1.* Frãc. Suar. *de leg.lib.6.c.1.n.9.* Laym. *lib.1.tract.4.c.18. n.5.* Anron.de Ball. *cit.q.3.n.15.* ſicut & in diſpoſitione priuata. Lotter. *de re beneficiar.lib.2.q. 47. n.56.* licet per hanc acceptionem à proprietate verborum recederetur, Vaſqu. Sãch. Euerar. Suar. Laym. *locis cit.* Sa *in Aphoriſ.confeſſ.in verb. interpretatio.num.15.* etiam in mateiia odioſa. Paſſerin. *in eruditiſſimo ſuo opere de pollutione Eccleſiarum diſp.5.c.24.n.2.* & in materia exorbitanti, & correctoria. Anton. de Ballis. *vbi ſuprà.n.16.* & in materia *proditorij*: Cephal. *conſ.57.n.18. ſupra citat.* immò in qualibet materia præfertur proprio verborum ſignificatui, ſiue à definitione, ſiue ab ethimologia, ſiue à iuris auctoritare proueniat. Magon. *citat.deciſ.15.n.9.* vbi quòd poteſt propriam ſignificationem mutare, & propriam dare, cui dicto conſonat Suar. *loc.cit.* laudatus à Verricello *qq. moral.& legal. tract.8. q.27.n.6.* in omni inquam mareria fauorabili, odioſa, & pænali. Vulpell. *reſponſo 84.num.3.* Et omni Cõſtitutioni præualere debet. Carauita *comment. ſuper Ritib. Magnæ Curiæ. Ritu.25.n.4.* & quod plus eſt, cõmunis vſu loquendi præfertur proprio ſignificato vocabuli nõ ſolũ in diſpoſirione iuris poſitiui, ſeu legibus Iuriſconſultorum, ſed etiã in ſcriptura diuina. Euerard. *ſupra n.3.* ex textu notabili *in c.moiores.circa mediũ. de Baptiſmo.* & argumentũ petitũ ex communi modo loquẽdi, & ex opinione vulgi eſt efficax. Th. Sãch. *de Matr.lib.7. diſp. 62.*

Digitized by Google

61. *n.* 14. vt proinde conſiderandum ſit qualiter vulgus loquatur, cum præſumatur res ſic ſe habere, vt vulgus opinatur. Euerard. *cit. n.* 2. *&* *n.* 1. & quidem meritò, cum ſit commune proloquium, quòd ſpecies humana non decipitur. Vnde omnis intellectus, qui non conſonat auribus vulgi, tanquam extraneus reiiciendus eſt. Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 36.

59 Argumentum hoc à communi vſu loquendi, aliquē ſcilicet vulneraſſe *à tradimento*, quando à tergo vulnerauit incautum, refert obiectum ſibi fuiſſe cit. Anonym. *apud Campanil. Rubr.* 11. *c.* 31. *n.* 13. *pag.* 651. *§. ſumpta occaſione.* & reſpōdet *pag.* 652. verba legis, ſtatuti, priuilegij, beneficij, &c. eſſe intelligenda iuxta vulgarem vsū loquendi, quando lex cōcepta eſt eadem lingua, & iiſdem verbis, ſuper quibus adeſt ipſe vſus loquendi, non autē quando diuerſis, vt in caſu noſtro, in quo leges ſuper proditorio diſponentes ſunt Latinæ, & *à tradimēto* eſt terminus Italicus, & communem vſum loquendi non attendi in ſtatutis cōditis à Iuriſperitis, præſertim Latino ſermone, ſed hęc eruditorū vſu, & verborū proprietate interpretanda eſſe:

Et nominatim Conſtitutionem Gregor. XIV. cum Latinè ſit cōſcripta, iuxta vulgarem vſum explicandam non eſſe, tradunt Beol. & duo ſocij in *cit. conſ.* 168. *apud Farinac. num.* 73.

60 Sed hæc diſtinctio non eſt opportuna ad caſum noſtrum; nam obiectum ſignificatum per hos terminos, vnum Italicum *à tradimento*, & alterum Latinum *proditoriè*, eſt omnino idem;

Nam *à tradimento*, vt conſtat ex prima ratione ſupra facta, ſignificat *per inſidias, à tergo, &c.* contra impotentem ad ſe tuendum: & *proditoriè* ſignificat item *per inſidias, à tergo &c.* contra impotentem ad ſe tuendum, & quidem ex ſua primæua, & veluti naturali ſignificatione, vt notauit Vincent. Tancred. *tomo de relig. tract.* 1. *lib.* 4. *diſp.* 8. *q.* 5. *n.* 20. *fol.* 138.

Vt ſi quis velit efferre Italicè terminum *proditoriè*, non poſſit alio vti termino, quam *à tradimento*, vt patet ex Amalthea Onomaſtica Laurentiana verbo *Proditor, proditio, proditus*, & notat in ſpecie Bermudez *in cit. allegatione apud Catalan. tract. crimin. amneſtiæ, abolitionis, & indultus poſt. cap.* 31. *num.* 38. *&* 68. & Hiſpaniæ *a traycion*, vt notat Didacus à Cantera *qq. criminal. pag. mihi* 78. *col.* 1. *verſus finem.*

Diuerſitas ergo linguæ non facit neceſſariò diuerſitatem ſenſus, quando obiectum terminorum diuersè linguæ eſt omnino idem, vt in caſu noſtro, in quo multi tum Theologi, tum Iuriſperitis acceperunt pro eodem *à tradimento*, *proditoriè, per inſidias, à tergo, &c.* inuoluendo ſemper ex parte paſſiuè aggreſſi impotētiam ſe tuendi ab aggreſſore, quidquid alij in contrariū ſenſerint ſine ſufficienti ratione, vt oſtendā clarius infra §. 16. 61

Suppoſito autem, quòd homicidium commiſſum per inſidias ſit proditorium, iam ſequitur euidenter, quòd priuetur immunitate Eccleſiarum, id quod aſſerunt Farinac. *q.* 28. *n.* 24. Decian. *tract. crimin. lib.* 6. *cap.* 28. *n.* 12. 13. *&* 14. Franciſcus Suarez *cit. lib.* 3. *c.* 11. *n.* 12. & quoquot dixerunt generaliter, homicidas proditorios non gaudere immunitate, de quibus *§.* 1. *huius ſectionis.* 62

Et procedit hæc priuatio immunitatis tum in terminis *cit. cap.* 1. *de homic.* tum in terminis Conſtitutionis Gregorij XIV. expreſsè ab immunitate excipientis hunc caſum, vt patet ibi, *aut qui proditoriè proximum ſuum occiderint.* quæ Conſtitutio non correxit quidquam de contentis in illo *cap.* 1. vt probaui *§.* 8. *à num.* 103. 63

Addo, quòd quando etiam concederetur, correctum fuiſſe per illam Conſtitutionem dictum *cap.* 1. *de homic.* quatenus ſecūdùm multorum intellectum loquatur, diſiūctiuè, & adimat immunitatem homicidio cōmiſſo per ſolā induſtriam ſine inſidiis, non propterea poteſt dici fuiſſe correctum idem caput, quatenus ab immunitate excludit homicidium factum inſidiosè, cum hoc ſecum trahat, 64

quòd ſic factum proditoriè, ac proinde diſpoſitio Gregorij confirmet,& contra Doctorum dubia explicet ,diſpoſitionem citati *cap*. 1. atque idem omnino obiectum reſpiciat.

65 Quamobrem cum in materia etiam reſtringibili nuſquam excludatur lata interpretatio,quæ ex verborum proprietate deſcendit. Lotter.*de re beneficiar. lib*. 1. *q*.40.*n* 96.& proditorium ſecundùm proprietatem verborum dicatur non ſolùm id, quod fit in perſonam affidatam ſub ſpecie amicitiæ,& per inſidias poſitiuas, verùm etiam id,quod fit per inſidias negatiuas in perſonam præcisè indiffidatam, cum vtrumque participet vniuocè rationem deformitatis proditoriæ, non obſtante diuerſitate affidationis, & indiffidationis , cum vtrique æqualiter coniungatur impræcautio , ac proinde impotentia ad ſe hic, & nunc tuendum in perſona paſſiuè aggreſſa.

Conſequens eſt,vt, nihil impediente quòd materia ſit reſtringibilis, exceptio ſcilicet ab immunitate Eccleſiarum , & quanto minus fieri poteſt, coarctari debeat ipſa immunitas , ſit tamen facienda lata interpretatio , ac proinde extendenda excluſio ad proditorium etiam quod fit in perſonam indiffidatam ſub inſidiis negatiuis , & non coarctanda ad id, quod fit in perſonam affidatam ſub inſidiis poſitiuis, & nominatim ſub colore amicitiæ:

66 Quidquid dicat in contrarium Decius Fauilla *apud Campanil. cit. Rubr*. 11. *cap*. 31. *pag*. 644. §. *Ad tertium*. ex contrario fundamento, quia ſcilicet putat crimen, quod fit per exquiſitas inſidias, (intellige de negatiuis) eſſe ſolùm proditorium largo modo, & impropriè ſecundùm vſum loquendi vulgarium , ac proinde in materia ſtricta,cuiuſmodi eſt proditorium,exceptionē à regio indultu debere ſtrictè intelligi, & participationē indultus è conuerſo debere latiſſimè interpretari tanquam fauorem incluſorum in indultu , de quo ibi loquitur hic Doctor , dicturus idem de immunitate, ſi de illa fuiſſet ſermo. Sed contra hoc Fauillæ dictum infra rurſum.

Dixi *extendenda*: in rigore tamen non 67 fit extenſio ad proditorium per inſidias negatiuas , ſed illud propriè dicitur comprehendi ſub eadem diſpoſitione ſub qua proditorium per inſidias poſitiuas, ob parem rationem in vtroque proditorio militantem;

In his enim , quæ per rationem legis comprehenduntur , non dicitur fieri interpretatio extenſiua , ſed comprehenſiua. Thom. del Bene *cit. cap*. 16. *dub*.37. *numer*. 16. Scanarol. *de viſitatione carcerator. lib*. 1. *pag*. 90 *numer*. 11. Iuliuus Chartar. *deciſ. crimin*. 1. *numer*. 130. Villagut. *de extenſ. leg. fol*. 26. *num*. 12.

Addo,quòd conſtitutio Gregor. XIV. 68 vtitur verbis generalibus, *qui proditoriè, &c*.ergo verificatur in omni proditorio;

Nam verba generalia comprehendunt omnes caſus,& perſonas, & in omnibus verificantur, etiamſi eſſemus in materia odioſa, & reſtringibili. Hadrian. Neguſant. *quæſt*. 237. *num*. 10.

Addo amplius, quòd etiamſi daremus, diſtingui *inſidioſum* homicidium à 69 *proditorio*, id quod conſtanter negamus, in ſenſu tamen cauſali,vt dictum eſt,adhuc tamen non poteſt dici, diſpoſitionem *cit.cap*. 1.*de homic*.loquentem expreſsè de *inſidioſo*, corrigi per Gregorianam loquentem expreſsè de *proditorio*,vt conſtat ex deductis per doctiſſimum Gambacurtam *lib*.5. *c*.31.*per totum*, & per latè dicta à nobis §. *præcedenti*.

Porro homicidiùm commiſſum per inſidias excludi ab immunitate docent Clar.§.*Homicidium n*.7.*verſ. ex inſidiis,&* §. *fin. quæſt*. 30. *num*. 11. *verſ. Hoc autem* Molin. *cit. tract*. 3. *de iuſt. diſput*. 23. *n*. 4. Portel. *in dub.Regular. verb.Eccleſ.immun*. *n*.15.Fagundez *in* 2.*Eccl.precept.lib*.4.*c*.4. *n*.46.Layman.*lib*.4.*tract*.9 *c*.3.*n*.8. Caball. *tract. de omni genere homicidiis n*. 389. expreſsè loquens de inſidiis negatiuis Vrſell.*in exam.apum concl*.150.*n*.18.Remig. de

Gonny

Gonny *tract.de immun.ſallētia* 13 Caſſan. *in conſuetud.Burgund. rubr.*1.*n.*113.*fol.*54. Guido Pap. *deciſ.*121. *num.*1. vbi loquitur de homicidis,qui fuerant voluntarij, præpenſatis inſidiis, ſicut & Boër. *deciſ.*109.*num.*3.§.3.vbi citat *cap.*1.*de homic.* Royas *ſingulari* 93.*num.*2. Vulpell.*reſponſo* 128. *num.*6. Iodorus Damhouderius. *in enebirid rer.criminal. cap.*106.*num.*7. *&* *num.*10. Maſuerus *in prax. tit.de iudicibus. num.*18. *fol.mihi* 41. Ioannes Faber *inſtit. de iis, qui ſui, vel alieni iuris ſunt. fol.*14. *n.*2. Lælius de Zanchis *tract.de priuilegiis Eccleſiæ. priuilegio* 144. *num.* 3. *&* *priuilegio* 13. *num.*8. & à fortiori illi Doctores, quos teſtatur Gambacurt. *lib.*2. *ſ.*6. *in Gloſſa.verſ.ex inſidiis*, putaſſe, omne delictum inſidioſum carere immunitate, & poſt Gregorianam Adamus Tannerus 2. 2. *diſputat.* 5. *quæſtione* 8. *dub.*1. *num.*16.

70 Videntur autem aliquo modo diſtinguere homicidium inſidioſum à proditorio Clarus *cit.* §. *Homicidium n.*7. *&* 8. *ſimul combinatis*, ſicut & Molina *cit. diſp.*23. *n.*4. *&* 5. *item ſimul compoſitis.* & expreſsè diſtinguit Boëtius Epo Rordahuſanus Friſius *Heroicar.& Eccleſiaſticar. qq.lib.*3.*cap.*6. *pag.mihi* 102. *n.*34. ſed perperam.

71 Et non eſt inutile aduertere ad hanc diſtinctionem *inſidioſi* à *proditorio* ;

Eâ enim ſuppoſitâ, ſi demus, correctum eſſe ius antiquum per Gregorianam, cum ratio *proditorij* non concedatur in homicidio inſidioſi inſidiis ñegatiuis , iam homicidium inſidioſum gaudebit immunitate , vt tenent multi.

At ſi negemus, vt conſtanter negamus ex optimis rationibus allatis §.8. eam correctionem , iam homicidium inſidioſum, vt tale eſt, priuabitur immũnitate ex vi *cap.*1.*de homic.* etiamſi tale homicidium ſupponitur non eſſe proditorium, de quo, quatenus tale eſt, diſponit Gregoriana, excluditque illud ab immunitate.

Utilitas Conſtitutionis Gregorij XIV.

Dices : Si homicidium *proditorium* 72 eſt idem omninò , quòd homicidium commiſſum *per inſidias* in ſenſu cauſali, vt dictum eſt,

Ergo frũſtranea eſt diſpoſitio Gregorij XIV. eo ipſo, quòd cadit in idem planè obiectum, in quod cadit *cit. c.*1.*de homic.* vt quid enim Gregorius XIV. per ſuam Bullam egit iam actum per ius canonicum ?

Reſpondeo , non eſſe fruſtraneam eam diſpoſitionem, ſed vtiliſſimam ;

Primò enim confirmat diſpoſita per ius antiquum , quæ confirmatio eſt veteris præcedentis iuris comprobatio. Borgas. *de irregular.parte* 6.*fol. mihi* 347. *num.*10. & corroboratio. Carauita *comment ſuper Ritibus Magnæ Curiæ ritu* 301. *num.*8. vbi de confirmatione priuilegiorum latè per numeros ſequentes ; natura enim confirmationis eſt addere robur confirmato. Magon. *deciſ. Lucenſ.* 14. *num.*22. & eſt quaſi de nouo poſitio. Idem Borgas. *cit.parte* 6.*fol.*392.*num.*32. & eſt optimus effectus poteſtatis legiſlatricis.

Oſtendit ſiquidem enixam voluntatem, quam habet legislator, vt ſancita per prædeceſſores, vigorem retineant,& & obſeruentur :

Sicuti confirmatio ſententiarum facta à Principe operatur, vt maioris ſint 73 auctoritatis, & magis timeantur. Vital. Camban. *tract. Clauſularum clauſ. Quatenus ritè*, *&* *rectè*, *numero* 2. *pagina mihi* 10.

Quem maioris auctorizationis effectum agnoſcit in confirmatione rei factà ſcienter per Papam Lælius de Zanchis *tractat. de priuilegiis Eccleſiæ priuil.* 73. vbi bene addit, quòd confirmatio ſupplet, quod eſt inualidum, & operatur rei confirmatæ irreuocabilitatem, niſi accedat licentia confirmatoris.

Digitized by Google

Secundò, cum multi eſſent intellectus *citati cap. 1. de homic.* quorum nullus, excepto vno, immunitatem denegat. Sperell. *deciſ. 23. num. 16.* de quibus agunt Guido Pap. *deciſ. 121. num. 1.* Gigas *tract. de crimin. læſæ maieſt. lib. 1. qualiter, & à quibus, &c q.* 10. *n.* 9. *& ſeqq.* Alex. *conſ.* 145. *num.* 7. *lib.* 7.

75 Et cum præſertim Panorm. & alij plures, quos ſecutus eſt Gomez *variar. reſol. tomo* 3. *cap.* 10. *num.* 2. *verſu finem.* Hippolytus Riminald. *conſ.* 685. *n.* 25. *lib.* 6. & quos dicit ſomniare Rebuff. *tomo* 2. *conſtit. Regiar. tit. de immun. Eccleſ. num.* 17. *fol. mihi* 335. cenſuerint illud *c.* 1. *de homic.* non de laicis homicidis, ſed de Clericis intelligendum, & conſequenter dixerint, ibi non agi de immunitate deneganda his homicidis, ſed de Clerico occidente alium per inſidias, nimirum quòd ſit ab Altari euellendus, id eſt deponendus, & degradandus, vt moriatur, id eſt brachio ſeculari tradatur.

76 Et cum è contrario alij, inter quos Franciſcus Suarez *cit. tomo* 1. *de relig. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 10. qui ſolidiſſimè Panormitanum impugnat, itemque Marta *de iuriſd. parte* 2. *cap.* 51. *num.* 5. Couar. *variar. reſol. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 7. §. *Tandem his prænotatis.* Suarez de Paz 5. *part. tomi* 1. *c.* 3. §. 3. *num.* 113. *&* 114. Rebuff. *cit. num.* 17. Villagut. *de extenſ. leg. pag.* 362. §. *His ergo præmiſſis*, & apud eum plures alij. Caſtro Palaus *cit. diſp. vn. puncto* 9. *num.* 25. Didacus à Cantera *qq. criminal. cap.* 6. *de homic. num.* 32. *ad finem. pag.* 541. *col.* 1. vbi quòd cum eſſet Vicarius generalis Pampilon. ſatis laborauit, vt practicaretur opinio Abbatis, tamen nunquam potuit obtinere, concludant id capitulum intelligi de laicis homicidis, qui Eccleſiarum immunitate priuantur, cum per inſidias aliquem occiderint, & dicat Gutierrez *practicar. quæſtionum lib.* 3. *q.* 7. *num.* 52. hunc eſſe communem intellectum huius capituli, & magis practicabilem, & tametſi contrarium plures tenuerint, inter quos ipſemet Gutierrez *lib.* 1. *practicar. quæſtion. quæſt.* 2. *num.* 7. *&* 8. negari tamen non poſſe, quin in iudicando, & conſulendo, communis intellectus ſit tenendus, & ab ea communi recedendum non ſit, quod etiam dicit Decian. *tract. crimin. lib.* 6. *c.* 28. *n.* 13. *verſ. Breuiter tamen.*

Quidquid textum illum, cum multos alios habeat intellectus, allegari non 77
poſſe ad deciſionem cauſarum, dicat Tuſch. *concluſ.* 11. *num.* 6. *litera E.* & nominatim ad deciſionem iſtius concluſionis, Falcon. *apud Farinac. conſ.* 76. *num.* 18. Alexand. *cit. conſ.* 145. *num.* 8. *iuncto num.* 7. quod idem in genere dicit Lancellor. Gallia *comment. in conſuetud. Alexandr. præfat.* 5. *num.* 38. *fol. mihi* 20. Royas *de Hæreticis par.* 1. *n.* 204. *&* 371.

Quorum dictum non valet contra 78
communem intellectum textus, comparatum præſertim ad alios intellectus ſatis inueriſimiles, cuiuſmodi ſunt illi, quos adducunt multi Doctores ad textum citati *cap.* 1. *de homic.* cum in varietate intellectuum alicuius legis, ſtandum, & adhærendum ſit illi, quem communis vſus interpretatus eſt. Laurent. de Rodulphis *conſ. matrimoniali* 8. *num.* 4. & lex, vel ſtatutum habens plures intellectus poſſit allegari in quolibet intellectu, quando quilibet intellectus probatur per bonas leges, aut rationes aliarum legum. Plot. *de in litem iurando.* §. 6. *n.* 46.

Cum inquam eſſent multi intellectus 79
citati cap. 1. *de homic.* & articulus de proditorio in ordine ad immunitatem non eſſet auctoritatiuè deciſus, & mira eſſet opinionum fluctuatio.

Suſtulit ſapientiſſimus Pontifex Gregor. XIV. omnes alias doctrinales interpretationes, expreſſitque homicidium proditorium, de quo dubitabatur. Gambacurt. *lib.* 5. *cap.* 7. *num.* 14. & adeo dubitabatur, vt multi negarent, ipſum homicidium proditorium priuari immunitate, vt dixi §. 1. *num.* 1. & inſinuatur,

Digitized by Google

uit, in illis verbis textus *per induſtriam, & per inſidias* idem fuiſſe ſignificatum. Diana *par.6.tract.1.reſol.13.verſ.tum quia conſtitutio.*

Quare vtiliſſima fuit Gregorij Conſtitutio, quæ tantam litem diremit.

---

§. X.

Saluari rationem proditorij, etiamſi occiſio inſidioſa proueniat ab inimico occiſi, & occiſorem per inſidias inimicum priuari immunitate.

Inimicitia & rancor quid?

SVMMARIVM.

Odium diuiditur in odium abominationis, *quo abominamur malum alicui perſonæ nobis placitæ.* n.1. *& in odium* inimicitiæ, *quo volumus malum alicui perſonæ diſplicitæ.* n.2.

Hæc diſplicentia perſonæ efficit, vt velimus eidem malum per ſimplicem complacentiam de malo illius, vt malum illius eſt, vel per actum efficacis deſiderij tendentis in malum abſens, vel per actum electionis tendentis in media vtilia ad illud malum efficiendum, vel per actum gaudij tendentis in malum præſens. num.3.

Eadem diſplicentia efficit, vt nolimus eidem perſonæ diſplicitæ bonum per ſimplicem diſplicentiam de bono illius, vt bonum illius eſt, vel per actum timoris tendentis in bonum abſens, vel per actum electionis tendentis in media vtilia ad illud bonum auertendum, vel per actum doloris tendentis in bonum præſens. ibid.

Nomine inimicitiæ *in præſenti diſputatione intelligitur odium inimicitiæ, & quidem limitatum ad* rancorem *cuius definitio affertur.* n.4.

Hoc odium in præſenti difficultate, non debet latere apud oſorem, ſed patefieri perſonæ peroſæ. n.5.

Supponunt omnes Doctores præcognoſcendam eſſe à perſona peroſa illam inimicitiam, quæ influit in præſentis quæſtionis difficultatem, ſed pauci de hoc monent lectorem, quod omnes ad maiorem claritatem facere debuiſſent. n. 6.

Supponunt item, eamdem inimicitiam eſſe capitalem, id eſt talem, vt peroſus poſſit inde ſibi timere necem ab oſore. numero 7.

Leuis rancor, qui præceſſerit, non excuſat in omnium ſententia occidentem à proditione, ſi cætera concurrant. n.8.

Referuntur auctores, qui ſuſtinent, eum qui occidit per inſidias inimicum, etiamſi occidat à tergo, aut dormientem, aut clam ex feneſtra cum archibuſiis, non eſſe proditorium *homicidam.* n.9.

Dictum Gratiani diſcept. forenſ. cap.380. num.39. *vbi quòd quamuis occidens inimicum à tergo cum ſclopo, poſſit dici committere delictum* proditorium, *tamen in ſpecie immunitatis fuit declaratum contrarium, quòd* proditor *dicatur, qui colore amicitiæ homicidium committit.* ibid.

Impugnatur hoc dictum. num. 10.

Referuntur alij Doctores negantes eſſe proditorium *occiſorem, qui per inſidias occidit cum inimicitia.* n.11.

Allegatur fundamentum prædictorum, quod ſitum in eo eſt, quòd qui occiditur ab inimico, non poterat cenſeri affidatus, vel indiffidatus de illo, ſed poterat, & debebat ab eius inſidiis cauere, cum de inimico mala ſemper cogitante confidendum non ſit: vnde qui defuit huic debito cauendi, debet ſibi imputare, quòd obſcurè ſit occiſus. Achilles pro prædictis, ſed indiſcuſſus, quippè putatus ex ſe clarus, & ineluctabilis. num. 12.

Alij alia via incedunt, ſed erronea, vt alibi demonſtrandum. num.13.

Conſequenter ad ſuum principium admittunt multi ad immunitatem, homicidam ex inſidiis inimicum. num.14.

Docto

Digitized by Google

Doctores impropriè,& obſcurè vtuntur termino occiſionis inimici *in præſenti materia,quia deberent vti termino occiſionis factæ ab eo, cui occiſor eſt inimicus, cum nihil faciat ad præſentis quæſtionis difficultatem inimicitia occiſi contra occiſorem inſidioſum, bene autem inimicitia occiſoris contra occiſum, capitalis, & cognita, quæ proinde ſecundùm eoſdem Doctores quaſi ponit occidendum in ſtatu, vt poſſit, & debeat præcauere & ſe defendere ab inimico cognito.* numero 15.

Dicentes non eſſe proditorem, *qui occidit inimicum, loquuntur de inimico paſſiuè,id eſt de eo, cui occiſor eſt inimicus: ſed eſt obſcura locutio.* ibid.

Sententia auctoris eſt, quòd occidens per inſidias inimicum, id eſt eum, cui occiſor eſt inimicus capitalis, & vt talis cognitus,dici debet homicida proditorius. n.16.

Afferuntur pro hac ſententia non pauci Doctores, ibid.

Vt proinde mirum ſit Decium Fauillam ſupponere, quòd nullus ex Canoniſtis ſtet pro hac ſententia, & carpere Farinacium, quatenus dicat, quòd communis opinio ſit contra Bartolum, & neminem de iure audere Bartolo contradicere, quòd Fauillæ dictum eſt apertiſſimè falſum. num.17.

Quibus ſimilia habent Ioan. Bapt. de Leonardis, & Falconius. num.18.

Farinacius non eſt huic ſententiæ contrarius in appendice immun. ibid.

Decianus, Paris de Puteo, & alij de monomachia ſcribentes poſſent videri in hac ſecunda ſententia quatenus faciunt proditorem *vnum ex pugilibus, qui pendente prouocatione,alium pugilem offendat, cui ſupponitur vtique inimicus capitalis, & cognitus: ſed re vera non ſunt, cum ex præfixione diei ad pugnam ſupponant interim dictam vtrinque ſecuritatem de non offendendo, quæ ſecuritas ſit compoſſibilis cum inimicitia. At noſtra concluſio procedit in caſu inimicitiæ non admiſcentis vllam ſecuritatem datam per pactum.* num.19.

Mouetur auctor ex textu, & ratione ſibi pluſquam probabili. Ex textu quidem, quia in cap.1.de homic. *habetur ſolùm ratio* inſidiarum, *non autem amicitiæ, vel inimicitiæ.* n.20.

Contraria ſententia videtur aduerſari textui, quo probatur, ſolam induſtriam inſidioſam *efficere crimen* proditorium *ſine vllo reſpectu ad quidquam, quæ proinde induſtria ſufficit.* n.21.

Gizzarellus dicit aliqua gratis, & ſine fundamento. ibid.

Ius Caſtellæ agnouit necem proditoriam *in occiſione inſidioſa, contemmendo rationem intercedentis inimicitiæ.* numero 22.

Ius Caſtellæ agnouit, *non* ſtatuit, *quia ſi ratio* proditorij *non poteſt de ſe ſtare cum inimicitia, non poſſet legiſlator eam compoſſibilem facere, cum legiſlatrix poteſtas non poſſit mutare eſſentias rerum, ſed ſolùm declarare.* n.23.

Aliqui non cautè dixerunt prædictum ius Hiſpanicum ſtatuiſſe, *id eſt ordinaſſe de nouo, quòd offendens retro, etiam inimicum,occidat proditoriè.* n.24.

Ex ratione autem mouetur auctor, quæ exprimitur argumentando in forma, & reducitur ad hoc, quòd formalitas proditorij *in adultum rationis compotem conſiſtit in hoc, quòd occidatur impotens ad ſe tuendum ab aggreſſore: & inimicitia non tollit hanc formalitatem, quia non facit neceſſario, vt occidatur non impotens, ſed potens ad ſe tuendum,ſed relinquit impotentem perinde, ac ſi ipſa non eſſet.* n.25.& 26.

Aſſertur primus caſus impotentiæ abſolutæ ad ſe tuendum ab inſidioſo aggreſſore inimico capitaliſſimo, etiam cognito tali in puncto aggreſſionis. n.27.

Non poteſt quis negare ibi eſſe rem, vbi eſt formalis ratio ipſius rei,ac proinde ibi eſſe proditorium *homicidium,vbi eſt iniuſta occiſio hominis hic,& nunc impotentis ad ſe defendendum ab aggreſſore.* ibid.

Hic

Hic caſus non metaphyſicus, ſed practicus, & nominatim occurrens in iis, qui à ſuis inimicis capitalibus, cognitis vt talibus, occiduntur per diabolica occulta ineuitabilia veneficia, debuiſſet conſiderari ab aſſerentibus vniuerſaliter, & prorsùs illimitatè, homicidam quocumque modo inſidioſum, dummodo capitalem inimicum occiſi, non eſſe proditorium *homicidam.* numero 28.

Sapienter Giurba, etiamſi velit proditorium *non eſſe homicidium, ſi occidatur etiam frater carnalis, contra quem erat inimicitiæ cauſa, dicit tamen eſſe homicidam* proditorium *eum officialem, qui apud ſe detentum captum, non reſiſtentem, etiamſi aliàs inimicum occidit.* n.29.

Aſſertur ſecundus caſus impotentiæ moralis ad vlterius præcauendum ab inimico capitali. n.30. & 31.

Domus ſua eſt cuique tutiſſimum refugium, & receptaculum. n.31.

Optima doctrina Caualcani in hanc rem. num.32.

Quidam nobilis ſuſpenſus, vt proditor, ob occiſum in proprio lecto fratrem cui erat cognitus capitaliſſimus inimicus. numero 33.

Proditores etiam nobiles non eximuntur à ſuſpendio. ibid.

Ratio vniuerſaliter allata, quòd occiſus poterat, & debebat ſibi præcauere, conuincitur nullius eſſe momenti. ibid.

Neque enim quis poteſt teneri ad impoſſibile tum phyſicum, tum morale. numero 34.

Aſſertur tertius caſus impotentiæ ad præcauendum, & defendendum, conſurgentis ex ſuppoſitione, quòd tu, ob naturalem intellectus diſtractionem ad alia, vel ob naturalem ſtoliditatem, non cogitas actu de mea in te inimicitia, & malis ab ea tibi imminentibus, & hac ſtante incogitantia actuali, non potes tibi præcauere. num.35.

In hac caſu inimicitia, *quæ habitualiter tantùm cognita eſt, ſi ſe compatitur cum* proditorio *in perſonam tuam, cum non impediat terminationem occiſionis ad impotentem in hoc actualis incogitantiæ ſtatu ad ſe tuendum.* ibid.

Hæc ratio efficaciſſimè vrget, & inſinuata eſt à Didaco à Cantera. ibid.

Non eſſe, & non apparere *æquiparantur.* num.36.

Non eſſe in re inimicitiam occiſoris, & eſſe in re, at non apparere eamdem in actuali cogitatione occiſi per inſidias, æquiparantur: ideoque cum in æquiparatis idem debeat eſſe iudicium, ſicut eſt eadem natura, & idem ſit iudicium de non entibus, *&* non apparentibus, *ſicut iudicatur* occidere proditoriè, *qui alterum* occidit per inſidias, *non exiſtens illi inimicus in re, ita & iudicari debet* occidere proditoriè, *qui occidit alterum* per inſidias, *exiſtens quidem illi inimicus in re, ſed non apparens talis in actuali eius cogitatione.* ibid.

Proponitur argumentum contrarium de fundamento, & debito præcauendi ab inimico cognito, & de imputabilitate, & culpa non præcautionis. n.37.

Præcautio fuit impoſſibilis abſolutè, & phyſicè in primo caſu ex duobus: ergo in his non eſt locus imputabilitati, & culpæ non præcautionis. n.38.

Refertur, & refellitur doctrina quorumdam repræſentantium impoſſibilem præcautionem, quam poſſibilem, & debitam aſſerunt num.39.

Metaphyſica, & non moralis eſt hæc potentia præcauendi, & incapax, vt ex eius conſideratione liberetur quis à nota proditionis, *quæ non poteſt prætendi deſtructa, niſi per comparationem ad moralem, & humanam potentiam præcauendi exiſtentem in paſſiuè aggreſſo.* numero 40.

Referuntur, & refelluntur aliæ doctrinæ omninò ſimiles præcedenti. num.41. 42. & 43.

Debuiſſent prædicti Doctores, ad excludendam ex inſidioſa occiſione proditionem *ob inimicitiam, figurare ex parte aggreſſi, potentiam vitandi inſidias ſecundùm*

P *pruden*

prudentiam puri hominis, non fruentem Angelici intellectus perſpicacitate, ac proinde incapacem attingendi tales cautelæ gradus, qui ſufficiant ad ſuperanda omnia, & ſingula in maximo numero ſtratagemata per proditorem *comparabilia ad ſecurè occidendum.* numero 44.

Optima in hanc rem doctrina. n.45.

Incongruè quidam dixit, inimicum ſemper poſſe, & debere conſiderare, & præcauere, ne ab inimico ſuo offendatur. numero 46.

In tertio caſu ex ſupra expreſſis adfuit fundamentum præcauendi ab inſidiis inimici capitalis cogniti, itemque potentia, & debitum cogitandi de his inſidiis: at non debes tibi imputare, neque eſt tua culpa, quòd de facto non præcaueris: neque ad vitandum proditorium *ſufficit, quòd aggreſſus haberet fundamentum, potentiam, & debitum in re ad præcauendum.* num.47.

Quia de facto ex naturali diſtractione, aut ſtoliditate innocenter non apprehendiſti actualiter, & opportunè, te habere illud fundamentum, & te poſſe, ac debere præcauere, quamuis in intellectu haberes ſpeciem intelligibilem, de ſe repræſentatiuam meæ capitalis inimicitiæ, contra te, & periculi exinde tibi imminentis, & potentiæ, debitique de præcauendo. n.48.

Illa enim ſpecies erat ſolùm habitualis, & non repræſentabat in actu ſecundo ob applicationem potentiæ intellectricis ad alia obiecta, quod in ſuo caſu non aduertit Marcabrunus ab Anguillis. n.49.

Hoc fundamentum præcauendi, &, te poſſe in re, ac debere præcauere, *ſi non apprehendatur hîc, & nunc actualiter per intellectum, vnde hæc inapprehenſio ſit cauſa, cur de facto tu non præcaueas, ſtant omnino materialiter, & mortuo modo, ac proinde non poſſunt operari, vt occiſio terminata ad potentem in re, & debentem item in re præcauere, ſed ex innocenti inapprehenſione iſtius potentiæ, & iſtius debiti remanentem impotentem de facto hîc, & nunc ad præcauendum, & de facto hîc, & nunc non præcauentem, careat nota proditorij.* n.50.

Proditor *indagat articulum, in quo perſona prodenda, immemor fundamenti potentiæ, debitique de præcauendo ab illo, tanquam infenſiſſimo, non cogitat quidquam.* num.51.

Nihil concludit quoddam argumentum Criminaliſtarum. ibid.

Quod occiſus per inſidias habuerit innocentem inapprehenſionem de fundamento, potentia, & debito præcauendi ab inimico occiſore, patet ex ea ratione, quia ſi apprehendiſſet, & non præcauiſſet, peccaſſet peccato intimiditatis.num.52.

Intimiditas *opponitur fortitudini per exceſſum, quo inordinatè contemnuntur pericula mortis, quando timenda eſſent ex præſcripto rectæ rationis, ſeu per defectum timoris debiti circa eadem pericula quando, vbi, prout, & quantum oportet.* num.53.

Intimiditas *eſt mortaliter mala, ſi periculorum contemptus, & timoris defectus procedat ex conſenſu deliberato, quando ſcilicet non curat homo* intimidus *notabilem corporis læſionem, omittendo prouiſionem debitam, & vno verbo, non defendit vitam, ſicuti ſi, ruente domo, aut inuadente tauro, aut appropinquante incendio, non fugiat, vel ſine rationabili cauſa permittat ſe occidi ab hoſte iniquo, vel à latronibus, vel à Iudice iniuſtè damnante, à quo tenetur fugere, & , ſi fugerit, non redire ad illum, etiamſi ad reditum ſe iuramento obſtrinxiſſet.* n.54.

Intimiditatis *eſt adeo certa malitia, vt hæreticum ſit dicere, quod non ſit peccatum vltro pati mortem ſine iuſta cauſa.* num.55.

Intimiditatis *malitia fundatur in oppoſitione ad graue præceptum de dilectione noſtræ conſeruationis, & de remotione mediorum ducentium ad mortem, aut eius periculū, & de nō expoſitione vitæ abſque cauſa, quod præceptum non obligat pro ſēper: quā conſeruationē omittēdo, & expoſitionē faciendo cenſeremur vitā ex intentione*

tione perdere, & nos virtualiter occidere. num. 56.

Huius perditionis, & occiſionis deformitas vel ex hoc fit manifeſta, quòd vitæ dominium non habemus, quamuis habeamus vſumfructum. n. 57.

Delictum non præſumitur: & in concurſu contrariarum præſumptionum, amplectenda eſt illa, quæ delictum excludit: & impropriandà ſunt verba, vt euitetur delictum: & præſertim contra mortuos, qui audiri non poſſunt. n. 58.

Potiſſimùm non præſumitur delictum intimiditatis, *grande, non habens illicium ad ſui commiſſionem, ſed horribilitatem abſterrentem à commiſſione, & potens ſecum trahere illicò mortem, negato ſpatio pœnitentiæ agendæ, & procurandæ ſalutis, cuius nemo præſumitur immemor, & præſertim in extremis, quando non à ſemetipſo, ſed ab alio interficitur.* n. 59.

Non debet de occiſo per inſidias ab inimico, præſumi mortale peccatum intimiditatis *in ſe ipſum truculentæ quo ad corpus, & animam, ſed debet cenſeri perpeſſus eaſdem inſidias eum omnimoda actuali inapprehenſione inimicitiæ, periculi, potentiæ, debitique grauis de præcauendo: vnde illi non eſt imputabilis omiſſio præcautionis debitæ, non cognito debito.* n. 60.

Omiſſio fidei circa articulos explicitè ſciendos ab omnibus, non eſt imputabilis ruſticis Chriſtianis, qui de illis nihil audierunt, nihiluè de debito eos credendi ſuſpicati ſunt, vel ſi audierint, nihil perceperunt, aut ſi perceperint, ſunt prorſus obliti obligationis. n. 61.

Si tritum illud: potuit, & debuit ſcire: *habeat vim, non poteſt ſtatui, quando inconſideratio à peccato excuſet, quando non, ſed relinquitur res planè inexplicabilis, & mille obnoxia ſcrupulis.* numero 62.

Haberet vim in præſenti materia: potuit, & debuit ſcire: *& efficeret imputabilem omiſſionem præſeruationis à nece tua, ſi profitereris te ſcire inimicitiam capitalem contra te, certumque periculum da incidendo in letales inſidias inimici, & facilitatem euadendi, & debitum de euadendo, & adderes, te non curare de imminente inde nece, quippè iam eſſes mortiferæ* intimiditatis *reus: necator verò tui* proditorius *non fores.* n. 63.

Hæc autem temeraria, nulloque iuſtificabili titulo prodigalitatis vitæ, mortiſque contemptio, quæ occiſorem inſidioſum liberat à nota proditorij, *vix poteſt in praxi occurrere, aut habere motiuum, vt exerceatur, niſi tædium vitæ, aut deſperationem, quæ non præſumitur.* n. 64.

Mirum eſt, graues Doctores, tum Legiſtas, tum Theologos aſſeruiſſe tam promptè abſolutè, & ſine examine, inſidioſam *occiſionem ab* inimico *patratam, carere qualitate* prodinionis *eo ipſo, quòd ab* inimico *peragitur, cum hæc aſſertio ſupponat in occiſo per inſidias tum actualem aduertentiam ad odium capitale inſidiatoris, ad periculum certum necis, ad potentiam, & graue debitum vitandi periculi, tum conſenſum quaſi beſtialem in omiſſionem defenſionis, & in ſecuturam illico mortem, ac proinde mortale peccatum* intimiditatis, *& voluntaria amiſſionis corporis, & animæ.* n. 65.

Non eſt veriſimile, quòd intimiditatis *peccatum horribile admittatur ita facile, & crebrò, ſicut alia peccata de ſe illectiua humanæ voluntatis.* n. 66.

Cur imputetur in foro externo culpa iuridica ſolùm, & non Theologica circa cuſtodiam rei alienæ commodatæ, &c. & non imputetur eadem circa cuſtodiam vitæ propriæ contra inimicum. ibid.

Vt illud: potuit, ac debuit ſcire: *habeat vim ad excluſionem* labis proditoriæ, *non ſufficit in aggreſſo exiſtentia potentiæ à parte rei ad vitandas inſidias, & debiti radicalis ad eam vitationem, ſed requiritur in eodem exiſtentia actualis cognitionis de tali potentia, & debito.* n. 67.

Sicuti vt tu, alioqui pauperrimus, dicaris poſſe, & debere *ſoluere debitum aliquod, ita vt omiſſio ſolutionis ſit tibi imputabilis, non ſufficit exiſtentia theſauri*

in domo tua, & debiti radicalis de ſoluendo ex illo theſauro, ſed inſuper requiritur in te exiſtentia cognitionis de theſauro conſtituente te potentem ad ſoluendum, & de debito inde reſultante ad id faciendum. ibid.

In his caſibus per cognitionem id, quod erat ſolùm potentia, & debitum obiectiuè, & materialiter, *ac proinde extra genus moris, atque extra imputabilitatem, fit* potentia, & debitum formaliter, *& pertinet iam ad genus moris, redditque imputabilem omiſſionem eius actionis, quæ cognoſcitur* poſſe, & debere *fieri.* num.68.

Antequam cognoſcas te poſſe, *ac* debere *facere, non potes denominari* potens, *ac* debens *à quantacunque* potentia, & *quantocunque* debito *exiſtentibus extra tuam cognitionem.* num. 69.

Doctoribus aſſerentibus inſidioſum *tui occiſorem, per qualitatem* inimicitiæ *liberari à nota* proditoris,*quia tu* poteras, & debebas *timere malum ab inimico læſo, & tibi præcauere, negandum eſt te* potuiſſe, *ac* debuiſſe, *cum ipſi æquiuocè accipiant pro* formali debito, & formali potentia *id, quod per defectum tuæ cognitionis eſt* radicale debitum, & obiectiua potentia *duntaxat.* numero 70.

Si admitteretur, te potuiſſe, & debuiſſe, *vt dicti Doctores contendunt, iam ſi occidereris illicò* per inſidias, *admittendum etiam neceſſario foret, quod non eſſes ſepeliendus in ſacro, quippe mortuus in actuali peccato* intimiditatis, *ſicut ibi non eſt ſepeliendus occiſus in actuali peccato furti.* num.71.

Ab Eccleſiæ praxi alieniſſimum eſt, vt occiſis per ſubitas inſidias à notorio capitali inimico negetur ſepultura in ſacro. ibid.

Hinc deſumitur argumentum euidens, quod de ſic occiſis Eccleſia non præſumat actuale peccatum intimiditatis, *ac proinde, nec præſumat formalem potentiam, ac formale debitum præcauendi ab inimico, atque adeo neque imputabilitatem impræcautionis.* num.72.

Si Eccleſia hæc præſumeret, iam ſic occiſis negaret ſacram ſepulturam, tanquam voluntariis ſui homicidis ſine pœnitentia defunctis. ibid.

Paria ſunt ſcire, & ſcire debere, *ad probandum non admitti in foro externo ignorantiam ſtatutorum, & conſuetudinis, non autem ad imputandum* prodito, *quod ex culpa ſua non præcauerit ab inimico.* num. 73. & *quæ ſit diſparitas.* ibid.

Si ſine neceſſitate exponatur vita periculo, aut non euitetur ipſum periculum certum, interuenit etiam peccatum tentationis *Dei.* n.74.

Non eſt veriſimile, quod tu, ſi cogitaſſes actualiter de inimicitia in te mea, & de eius probabilibus contra te conſequentiis, omiſſurus fuiſſes omnes diligentias ad te ſubtrahendum periculo vitæ, ex naturali inſtinctu ad propriæ vitæ indemnitatem. ibid.

Iudex præſumere debet, quod tu non cogitaueris de periculo tuo, ac proinde cum omnimoda impotentia præſenti ad te tuendum occiſus ſis, donec doceatur te in aggreſſionis articulo agnouiſſe periculum tuum certum, & voluiſſe nihilominus pluſquàm beſtialiter pati iacturam vitæ contra omne debitum, & propenſionem conſeruandi vitam. ibid.

Hoc præſumpſiſſet à fortiori quidam Epiſcopus, qui hominem à ſeipſo ſuſpenſum admiſit ad Eccleſiaſticam ſepulturam ex præſumptione, quod hic vſum rationis amiſiſſet, cum amor naturalis erga vitam propriam, & horror in mortem, præſertim violentiſſimam, ſuadere videantur, neminem ſibi cum plena deliberatione conſciuiſſe manus, ſed potius egiſſe ex furore. num.75.

Secus vero, ſi aliunde conſtet de contrario, ſicuti aliquando conſtare poteſt ex circumſtantiis qualificantibus caſum, vt in caſu Vermiglioli conſ. crimin.18. n.15. & *conſtito de hoc, certiſſimum eſt, quod ſui*

Digitized by Google

ſui ipſius homicida debet ſepeliri extra locum ſacrum. n. 76.

Practicatur in dubio præſumptio, quòd ſui occiſor, id tædio vitæ fecerit, omiſſa præſumptione furoris, aut alterius paſſionis auferentis vim deliberatiuam. ibid.

Refertur ſumma diſcurſus auctoris circa hanc de inimicitia occiſoris inſidioſi quæſtionem. num. 77.

Occidens per inſidias, etiamſi occiſo ſit præcognitus capitalis inimicus, tanquam verè, & propriè proditorius *homicida, non gaudet immunitate Eccleſiarum.* n. 78.

Bartolum non eſſe contrarium prædictæ ſententiæ, interpretatur Didacus à Cantera, ſed non ſatisfacit auctori. ibid.

Affertur obiectio contra recurſum ad excluſionem intimiditatis *habitum ab auctore, vt oſtenderet aggreſſum non cognouiſſe de præſenti opportunè aggreſſionem, &* potentiam, debitumque *vitandi aggreſſionis, & conſequenter aggreſſionem ab inimico capitali factam non caruiſſe labe* proditionis: *& fundatur obiectio in doctrina quadam Cardinalis de Lugo, & aliorum, ex qua colligi videtur, quòd aggreſſus inimicitiam, & reliqua omnia cognouerit, ſed tamen non imputabiliter* intimidus *extiterit, ex eo quòd præſumendus ſit aliquam cauſam habuiſſe tolerandæ patienter mortis.* num. 79.

Soluitur obiectio per hoc, quòd ea cauſa, cum ſit aliquid facti, non præſumitur, præſertim cum ſit extraordinaria: vnde poſſeſſio ſtetit pro præcepto fugiendi pericula mortis. num. 80.

Inimici, qui per vſum lignearum pixidum, ſeu ſcattolarum *archibuſetis oppletarum inſidioſè occidunt aduerſarios, ſunt* proditorij *homicidæ.* num. 81.

Ingenioſa, ſed proditoria *vindicta vnius Brixienſis in eum, quem capitali odio proſequabatur, & ſeſe domi continere cum vigilantiſſima præcautione ſciebat.* numero 82.

Kemethus Scotorum rex proditoriè *occiſus ex ingenioſa fraude Fenellæ matris, vlciſcentris necem Erathlinthi filij à Kemetho patratam.* numero 83

Qui traſmittit has proditorias *machinas, vel ad eas deducit per aliquem fraudis ignarum ad alium occidendum, non gaudet immunitate, quippe qui eſt cauſa* phyſico-moralis *homicidij proditorij.* n. 84.

At gaudet, ſi vtatur mediatoribus parati proditorij conſciis, qui non gaudent, cùm ille ſit cauſa ſolùm moralis, illi verò cauſæ phyſico-morales. remiſſiuè. n. 85.

Perperam quidam refundunt rationem proditorij *in hoc, quòd quis non præcauerit, quia præcauendi cauſa non præceſſerat: quaſi verò non eſſet futurum* proditorium, *ſi cauſa præcauendi præceſſiſſet; licet enim ea cauſa præceſſerit, perinde, ac ſi non præceſſiſſet, ex eo, quòd apprehenſa non fuit ab occiſo per inſidias.* n. 86.

Incongruè ſtatuitur ratio proditorij, *per ordinem ad defectum cauſæ præcauendi, cum ſtatuẽda ſit in vlteriori termino, impotentia ſcilicet ſe tuendi, quæ poteſt ſubſiſtere etiam cum cauſa præcauendi, dummodo hæc inapprehenſa maneat.* ibid.

Non eſt imitanda ſententia olim lata per Curiam Neapolitanam pro inſidioſo occiſore vxoris confeſſæ adulterium, & incautæ ſedentis in gradibus domus: neque ſubſcridendum allegationi factæ ad defenſam inquiſiti de homicidio commiſſo in hominem odio habitum cauſa honoris, cooperante interfecti vxore ad dictum homicidium per aperitionem domus. n. n. 87. & 88.

Item imitanda non fuiſſet ſententia, quam Ciarlinus fuit paratus ferre pro aliquibus inimicis, qui ex feneſtra hoſpitis vnum ex ſuis aduerſariis ementem, & comedentem ceraſa occiderunt ictu ſclopi, cum hic nihil cogitaret de inimicitia, periculo, poteſtate, & debito præcauendi, ob applicatum ad ceraſa intellectum. n. n. 89. & 90.

Imitanda autem eſt ſententia lata per Vicarium generalem Curiæ Salernitanæ in caſu ſimili cum præcedente. n. 91.

Optima doctrina Gambacurtæ conuincens

moralem impoſſibilitatem defenſionis ab inſidioſo aggreſſore, & improprietatem diſcurſus eorum, qui vniuerſaliter rationē proditorij, ab inſidioſo homine ſemouent per hoc, quòd inſidioſus aggreſſor ſit inimicus aggreſſi, nihil conſiderantes fieri poſſe in plurimis caſibus, vt odio habitus non poſſit ab odientis machinationibus ſe ſubtrahere humano modo num. 92.

Malè quidam aſſerunt, homicidium ab inimico factum per inſidias, eſſe proditorium latè, & impropriè, non autem ſtrictè, & propriè, cum ratio inimicitiæ nihil emolliat rationem proditorij, ſed relinquat incolumia prædicata quidditatiua eius. n. 93.

Si qualitas inimicitiæ officeret proditorio, deſtrueretur omnino ratio proditorij, ita vt non poſſet vllo modo appellari proditorium, cum eſſentiæ ſint indiuiſibiles, ſicut numeri. ibid.

Si inimicus aggreſſor vult vitare notam proditionis, non debet niti præciſo titulo inimicitiæ, ſed debet hanc intimare aggreſſo in ipſo titulo aggreſſionis per diffidationem ita opportunè factam, vt relinquat alteri locum ad ſe tuendum, ſi tamen ille talis eſt, vt monitus poſſit ſe tueri. n. 94.

Si contra eum, quem aggredi paro, dicam: volta quà: quæ eſt formaliſſima diffidatio, tunc ſequente occiſione per eam apertam de præſenti inimicitiam, non ſum proditorius homicida. num. 95.

Hoc volunt à contrario ſenſu multi, qui referuntur, includentes tanquam eſſentialem in difinitione proditorij non diffidationem perſonæ proditoriè occiſæ. n. 96.

Si inſidiæ non pararentur ad necem, ſed ad aliud, exempli gratia vt ego te ducam ad locum, vbi quis ex facie, & prævia diffidatione, te adoriatur, & ſinat te capere arma, & te defendere, ſi tu in illo conflictu prouocatus occidaris, non erit homicidium propriè proditorium. n. 97.

Appellatur etiam proditor, qui mouet bellum in alterum ſine diffidatione. n. 98.

Non apparet quo modo Didacus à Cantera admittat proditionem cum inimicitia in perſonam priuatam, & eamdem proditionem neget cum inimicitia in perſonas publicas, quibus ſine diffidatione bellum mouet. n. 99.

Dicta de diffidatione, procedunt, quo ad eos qui per diffidationem excitari poſſunt ad exercendam vim defenſiuam, quam habent; ſi enim quis etiam diffidatus, non eſſet habilis ad ſe defendendum, illa diffidatio non auferret ab aggreſſione labem proditoriam. n. 100.

Doctrina includens in definatione proditorij non diffidationem, eſt bona, ſed non adæquatur, cum detur proditorium aliquod cum diffidatione, in hominem ſcilicet non excitabilem ad ſui tutelam per diffidationem. ibid.

In inquiſitione proditionis non eſt neceſſe dicere, quòd, nulla præcedente inimicitia, offendit. n. 101.

Praxis contraria fundatur in ſententiâ apud auctorem improbabili, & ferè euidenter falſâ. ibid.

Auctor directè intendit non euerſionem praxeon tribunalium, ſed candidam inueſtigationem quiddatis proditorij, & hanc inueſtigationem credit non pendere vnicè à praxi tribunalium, tanquam neceſſariâ regula philoſophanti: & putat eamdem inueſtigationem fieri poſſe, ſine iniuria eorumdem tribunalium, per diſcuſſionem rationum ab ipſa praxi ſeparatarum, ètiamſi indè quaſi accidat correctio ipſius praxis, & receſſus ab illa, quem receſſum non debet omittere in meram gratiam tribunalium contra proprium lumen. ibidem.

Si tribunalia praxim fundarent in aperitiſſima iuris ſanctione, vel ratione conuincenti, temerè conciperentur opiniones in contrarium: at cum neutrum habeant pro ſe, cauendum potius illis eſt, ne praxim non fundatam ſequantur, quàm timendum auctori, ne erret, qui in hoc tribunalia non ſequitur, quæ non ſequela licita eſt. ibid.

Refellitur Sperelli dictum, volentis inimicitiam, & proditionem implicare, & inuoluere contradictionem. n. 102.

Vera

Vera praxis erit, ſi in accuſatione proditorij, *dicatur, quod,* nulla interueniente præſenti diffidatione, & inimiciriæ côteſtatione, *quæ cautum redderet, & potentem ad ſui tutelam, offendit incautum, & impotentem ad ſe defendendum.* n. 103.

Si velis ex capite inimicitiæ *excludere* proditorium *in iudicio, debes probare non ſolùm, quod aggreſſus certificatus antea fuerit de capitali inimicitia aggreſſoris contra ſe, quæ certificatio non præſumitur, ſed inſuper, quod per factam ſibi aliquam externam diffidationem præſentem aduerterit planè grauiſſimam inimicitiam aggreſſoris in actu aggreſſionis, atque ita opportunè aduerterit, vt haberet locum ſe defendendi.* numer. 104.

Alioqui, prædicto non probato, cum præſumendum non ſit, aggreſſum peccaſſe peccato intimiditatis, *&* tentationis Dei, *præſumendum eſt, eumdem aggreſſum non cognouiſſe opportunè in actu aggreſſionis dictum odium, & ſic manſiſſe incautum, atquè impotentem ad ſui defenſam, ideoque fuiſſe* proditoriè *occiſum.* ibid.

Qui dicunt, per inimicitiam *tolli qualitatem* proditionis, *quia inſidioſus occiſor ex hoc ipſo quòd inimicus eſt, non occidit ſub colore amicitiæ, cum id malum, quod gerit in animo, oſtendat in opere, &* proditio *ſecundum ipſos conſiſtat in diſſimulatione eius, quòd eſt in animo, & eius, quod apparet in opere, nituntur falſa ratione, cum inimicitia tollat quidem colorem amicitiæ, & ponat ſimilitudinem inter latentia in animo, & apparentia in opere, at non tollat terminationem inſidioſæ occiſionis ad impotentem ad ſui tutelam, in qua terminatione conſiſtit* proditoriũ *formaliter, non in colore amicitiæ, vt alibi.* n. 105.

1 VT melius intelligas & hanc, & alias huiuſce diſputationis quæſtiones, in quibus de inimiciria fit mentio, annoto ex doctrina Caietani 1. 2. *quæſtion.* 29. *articul.* 1. quem ſequuntur Martinus Becanus *parte ſecund. ſuæ Theologicæ ſummæ tractat.* 1. *capit.* 3. *quæſtion. prim. numer. quart.* & alij communiter, quòd duplex eſt odium, vnum, quod *abominationis* vocant, quo ſcilicet abominamur, deteſtamur, & nolumus malum alicui perſonæ nobis placitæ, id eſt in quam voluntas fertur, & rendit per módum complacentiæ, & conſonantiæ:

Aliud verò, quod vocant *inimicitiæ*, quo volumus malum alicui per- 2
ſonæ diſplicitæ, id eſt in quam voluntas tendit per modum diſplicentiæ, & diſſonantiæ.

Porro hæc diſplicentia perſonæ efficit, vt aliquando eidem perſonæ ſic 3
diſplicitæ velimus malum inefficaciter, & per modum ſimplicis complacentiæ de malo illius, vt malum illius eſt: aliquando velimus illud malum efficaciter per actum deſiderij, quod fertur in idem malum, vt abſens eſt, vel per actum electionis, quæ fertur in media vtilia ad illud malum efficiendum, vel per actum gaudij, quod fertur in illud malum iam præſens.

Efficit item illa diſplicentia, vt nolimus eidem perſonæ diſplicitæ bonum inefficaciter, & per modum ſimplicis diſplicentiæ de bono illius, vr bonum illius eſt: aliquando nolimus illud bonum per actum timoris, qui fertur in illud bonum, vt abſens eſt, vel per actum electionis, quæ fertur in media vtilia ad illud bonum auertendum, vel 10
per actum doloris, qui fertur in illud bonum iam preſens.

Quid veniat nomine inimicitiæ in præſenti quæſtione.

Omiſſo autem odio abominationis, 4
quod ad rem noſtram non facit,

Dico, nomine *inimicitiæ* in propoſito præſenti intelligi odium, quod *inimicitiæ* odium vocant, & quidem limitatum ad

ad *rancorem*, quem ex Toſtato definitum habes apud Paulum Comitolum *lib.4 q.32.n.12. Deſiderium retribuendi malum pro malo*: vel melius ex Angelo de Clauaſio *in ſumma verb. Rancor: Diſplicentia contra aliquem, propter quam deſiderat, vel quærit quis malum alteri.* id quod voluit Lucas de Penna *ad* 10. *lib. Cod. titul. 66. ſi propter inimicitias. leg. vnicà. numer. ſecund.* vbi quòd inimicitia eſt libido vlciſcendi tempus obſeruans.

5 Hoc autem odium, de quo procedit præſens difficultas, laterè non debet in arcano ſinu liberæ voluntatis, ſed educi palam per externa ſigna & deduci ad notitiam perſonæ odio habitæ;

Niſi enim ſupponamus, te odio habitum à me, conſcium eſſe huius meæ prauæ diſpoſitionis contra te, iam non poteſt ſapienter inſtitui quæſtio, an ego exiſtens tibi inimicus, ſed à te non cognitus talis, ſim proditor, ſi te occidam per inſidias;

Nam mea inimicitia, quamuis ſupponatur pluſquàm Vatiniana, dummodo ſit tibi abſcondita, ac proinde inepta ad te diffidandum de me, perindè ſe habet, ac ſi non eſſet, & conſequenter non poteſt influere in dubium de proditorio, ſubſiſtátne hoc cum illa, an non.

6 Supponunt autem omnes Doctores, inimicitiam occiſoris in præſenti propoſito eſſe præcognitam ob occiſo, ſed pauci admodùm de neceſſitate iſtius præcognitionis lectorem monent, quod tamen omnes ad maiorem claritatem facere debuiſſent.

Fecit hoc expreſsè Anonymus *in docta allegatione apud Campanil. in diuerſorio iuris canonici. Rubric.* 11. *capite* 31. *pagin. 646. col. prim. verſ. ergo qui, & pagin. 647. col. prim. verſ. ſecus verò.*

Innuit verò hoc idem Falcon. *citat. conſ.* 76. *apud Farinac. numer.* 15. quatenus loquitur de inimicitia cum addito *publica*, ac proinde ſuppoſitâ præcognitâ occiſo, & Beoleus, aliique duo *conſil.* 165. *numer.* 70. *apud Farinac.* quatenus loquuntur de illo, qui ſe alteri inimicum *palam* profitebatur, & Cephal. *conſ.* 57. *numero decimo tertio,* quatenus loquitur in caſu, in quo diſſidia *extent.*

Supponunt item omnes Doctores, 7
hanc inimicitiam proditoris in proditum, quæ influit in hoc dubium, an ſcilicet inimicitia ſit compoſſibilis cum proditorio, eſſe capitalem, id eſt, talem, vt quis prudenter poſſit dubitare, quòd alius ſit paratus ſibi mortem.

Nam ſi leuis rancor, qui commu- 8
niter inter amiciſſimos ſæpè ſolet accidere, præceſſerit, non excuſat vtique in omnium ſententia occidentem à proditione, ſi cætera concurrant, vt appoſitè aduertit Tancredi *citat. tomo de relig. tractat. prim. libro quarto, diſputat. octau. quæſtion. quint. numer.* 26. *pagin.* 140. dicens quòd qui dicunt, requiri ad proditionem, vt abſit inimicitia, hoc vltrò concedent, cum ipſa naturalis ratio, & iura tradant, aliquas eſſe inimicitias capitales, alias non item, ſed leues: at quis ob has mortem timeat? Certè omnes deberent cum ſolicitudine viuere, ſi hoc eſſet. Ita Tancredi, qui notat inſuper optime, quo maior eſt coniunctio amicitiæ, vel cognationis, eo maiorem debere eſſe cauſam, quæ det anſan præcauendi.

Solutio quæſtionis principalis.

His præmiſſis eum, qui occidit per 9
inſidias inimicum, non eſſe proditorium homicidam, etiamſi occidat à tergo, aut dormientem, aut clam è feneſtra cum archibuſiis, docent Bartolum ſequentes *in l. Reſpiciendum ſ. Delinquunt ff. de pœnis* Gomez *variar. reſolut. tomo tertio capite tert. numer. quint.*

Eman.

Eman. Suarez *in annotationib. ad prædi-ctum. Gomez lib.* 3. *capit.* 3. *numer.* 5. *lit-ter. B.* Aluarot. *de feudis.ſol.* 267. *num.* 3. Vermigliol. *conſ. criminal.* 94. *numer.* 3. *& conſ.* 97. *numer.* 4. Ciarlinus *parte* 1. *controuerſ. forenſ. capit.* 10. *numer.* 109. *&* 117. *& capit.* 14. *numer.* 21. *& parte* 2. *cap.* 116. *numer.* 30. *omiſſo per typogra-phi incuriam & cap.* 151. *numer.* 23. *&* 24. vbi, dicit, ſe bis ſecundùm hanc ſen-tentiam iudicaſſe. Monticell. *in praxi cri-minalib. regula tert. numer.* 15. Petrus Gerardus de Petra Sancta. *ſingulari* 14. Iacobin. de Sancto Georgio *tractat. de feud. ſol. mihi* 261. *numer.* 17. Trullenc. *tomo* 1. *lib.* 1. *capit.* 11. *dub.* 3. *numer.* 16. Al-uarez Guerrero *in Theſauro Chriſtianæ re-lig. capit.* 71. *numer.* 15. Boetius Epo Ror-dahuſanus Friſius *Heroicar. & Eccle-ſiaſticar. quæſtionum capit.* 6. *pag. mihi* 102. *numer.* 35. Baiardus ad Clarum *paragr. Homicidium numer.* 25. vbi quòd nun-quam vidit formari inquiſitionem con-tra occidentem inimicum ſuum. Ioan. Anton. de Nigris *comment. in capit. Re-gni Neapolitan. cap.* 13. *nuper ad vindictam. numer.* 31. *folio* 60. *col.* 3. Cephal. *conſil.* 57. *numer.* 13. Giurba *conſ.* 20. *numer.* 14. dicens hoc procedere, etiamſi occiſor, & occiſus ſint fratres carnales. *& conſil.* 60. *numer.* 4. Gizzarell. *deciſion.* 16. *nu-mer.* 2. 3. 4. 7. *&* 8. qui ante *numerum quint.* fatetur, doctrinam Bartoli fuiſ-ſe valdè controuerſam. Milleus *in praxi criminis perſequendi numer.* 10. *folio mihi* 138. Alexander Ambroſin. *tractat. de immunit. capit.* 6. *numer.* 5. Ioan. Carol. Antonell. *tractat. de regimine Eccleſiæ Epiſcopalis lib.* 1. *capit.* 9. *numer.* 79. Se-baſt. Guazzin. *defenſ.* 1. *capit.* 38. *num.* 41. Pelizzar. *in manuali Regular. tomo* 2. *tra-ctat.* 8. *capit.* 5. *numer.* 17. Didacus de Mari *in additione ad deciſionem* 16. *Giz-zarelli numer. ſecund.* Follerius *comment. ſuper Conſtitut. regni, Rubrica de his, qui ad Eccleſ. confug. folio* 103. *à tergo nu-mer.* 14. *&* 15. Pettus Paulus Guazlin. Sebaſtiani Filius *tractat. morali ad de-fenſam. lib. ſecund. defenſ. prim. capit.* 14. *numer.* 20. Laratha *conſil.* 102. *numer.* 19. Fernandez de Otero *diuerſar. iu-ris quæſtionum parte tert. quæſtion.* 26. *nu-mer. ſecund.* Bordon *tomo* 3. *controuer-ſiar. moral. prim. numer.* 273. Campanil. *in diuerſorio Rubr.* 11. *capit* 31. *numer.* 8. Peregrin. *tractat. de immunitat. capit.* 7. *numer.* 20. Eſcobar *tractat.* 6. *in Verbo ſtatus. exam.* 4. *de immunitat. templor. capite tert. pagin.* 732. Franciſcus Ba-ronius *tractat. de effectib. inimicitiæ* 14. *effectu numer. prim. & numer.* 8. Garon. *comment. in titul. de ſenator. nou. conſtit. ſtatus Mediol. lib. prim. titul. quart. art.* 13. *numer.* 104. *&* 105. vbi quòd conſi-derati non poteſt qualitas proditionis in verè inimico. Anton. de Ballis *va-rior. tractat. lib. quint. de pragmat. re-gni. pragmatica vn. titulo* 42. *numer.* 10. Marcus Salon de Pace *conſ.* 22. *numer.* 15. Ioan. Baptiſt. de Leonardis *in allega-tione apud Ioannem Aloyſium Catalanum tractat. crimin. amneſtiæ, abolitionis, & in-dultus poſt cap.* 31. *numer.* 8. 12. *&* 13. Bonac. *in Decalogum diſput.* 3. *q.* 7. *§.* 4. *numer.* 14. *& tomo* 3. *de cenſur. in particu-lari diſputat.* 2. *quæſt.* 3. *puncto* 16. *§.* 8. *numer.* 3. Paces Iordanus *elucubrat. lib.* 11. *titul. tert. de immun. Eccleſ. numer.* 342. Gratian. *diſcept. forenſ. capit.* 619. *n.* 23. volens *numer.* 25. *&* 26. etiam non di-ci proditorium, ſi mandans erat ini-micus, quamuis mandatarij non eſſent tales, dummodo ipſemet cum illis in-terueniat. *& capit.* 380. *numer.* 39. vbi di-cit quòd quamuis talis poſſit dici com-mittere delictum *proditorium*, tamen in ſpecie immunitatis fuit declaratum contrarium, quòd *proditor* dicatur, qui colore amicitiæ homicidium com-mittit.

Sed dictum hoc Gratiani placere 10
mihi non poteſt; dato enim quòd oc-ciſio inſidioſa per inimicum patra-ta, contineat qualitatem proditoriam,

Q vt

vt Gratianus admittit, iam immunitatis amiſſio, quæ ſancita fuit indiſtinctè per Gregorium XIV. contra *occidentes proditoriè*, non potuit congruè declarari coarctata ad occidentes ſub colore amicitiæ, ſed debuit relinqui in ampla ſua extenſione ad omne homicidium affectum ea qualitate.

11 Sed redeundo ad Doctores negantes, eſſe proditorium homicidam illum, qui exiſtens inimicus, occidit per inſidias perſonam odio habitam, in ea ſententia, vltrà præallegatos, ſunt etiam Gargiareus *conſ.* 71. *numer. prim.* Ioannes Thomas Pollius *apud Ioannem Baptiſtam de Thoro in compend. deciſion. Neapolitan. in Verbo Proditorium. fol.* 419. *col.* 1. *vbi* quòd præſentia inimicorum facit ceſſare proditionem. Diana *parte prim. tractat. de immun. Eccleſiar. reſolut.* 5. *&* *reſolut.* 35. Nald. *in verb. Eccleſia numer.* 32. Caball. *tractat. de omni genere homicidij numer.* 395. Caſtil. *deciſion.* 154. *numer.* 12. *&* *deciſion.* 156. *numer.* 4 Riccius *parte prim. deciſion.* 80. *numer.* 1. Lezana *in verb. Immun. Eccleſ. numer.* 12. Beol. & alij duo *in citat. conſ.* 168. *numer.* 70. Marcellus Vulpe *in praxi iudic. cap.* 3. *numer.* 10. qui falsò citat pro hac ſententia Marium Italiam. Decius Fauilla *apud citat. Campanilem pagin.* 643. & alius Anonymus *pagin.* 646. *apud eumdem Campanil.* qui plurimos allegat. Caſtro Palaus *citat. diſputat. vn. puncto* 9. *numer.* 28. Sperell. *deciſion.* 23. *numer.* 10. Farinac. *conſ.* 76. *numer.* 7. & ibidem Falcon. *numer.* 15. *&* *conſil.* 136. *numer. ſecund. iuncto numer.* 8. quæ conſilia fecit ille Doctor in gratiam clientium. Baſſæus *in flor.* Theol. *in verb. Immunitatis numer.* 10. Mallet. *in auro Theologiæ malleat.* 35. *bractea* 11. Nouarius *parte ſecund. in ſumma Bullar. titul. de immun. Eccleſiaſtica numer.* 49. *&* *ſuper pragmat. regni. collect. ſecund. numer.* 10. Thomas del Bene *parte ſecund. de immun. &* *iuriſdiction. Eccleſiaſtica capite* 16. *dub.* 20. *ſection. ſecund. numer.* 8. *&* *ſection.* 5. *numer.* 1.

Qui Doctores nituntur eo fundamento quòd qui occiditur ab inimico (intellige quem ſciebat inimicum) non poterat cenſeri affidatus, vel indiffidatus, ac proinde nec dici ſuſpicione mortis, & inſidiarum carere vnquam, ſed bene poterat, & debebat ab iiſdem inimici inſidiis prouidere & ita circumſpectus incedere, vt ne à tergo quidem incautus, aut dormiens poſſet occidi, cum ipſamet inimicitia ſcita, moneret eum, & diffidaret: 12

De inimico enim confidendum non eſt, cùm ſemper inimicus mala cogitet de inimico: Hadrian. Neguſtant. *quæſtion.* 172. *numer.* 5. *&* *ſemper*, inquit Gomez *citat. numer.* 5. *proditor videatur eſſe cum animo, &* *intentione nocendi, vel offendendi eo modo, quo poſſit.* quibus ſimila dicit Maſcard. *concluſion.* 98. *numer. ſecund.* & alij, quos in hanc rem plenè congerit Franciſc. Baronius *de effectib. inimicitiæ* 75. *effectu*, & conſentit Bordon. *controuerſia prim. citata, numer.* 273.

Ac proinde ſi aduerſarius non eſt executus debitum, quod habebat, cogitandi, inimicum ſtruere illi inſidias, & quærere illum ad mortem, quacumque via poſſet, debet ſibi imputare, quòd adeo parum ſibi proſpexerit, vt incautus à tergo aut aliàs obſcutè, & occultè ſit occiſus. Hic eſt horum Doctorum Achilles, quem vlterius non examinant, ſed ex ſe clarum, atque ineluctabilem exiſtimant.

Aliqui etiam putantes, rationem *proditorij*, ſitam eſſe in hoc ſolummodò, quòd delictum fiat ſub ſimulata amicitia, dicunt, ipſum *proditorium*, 13

cadere

cadere non poſſe in inimicum, cum certum ſit, eſſe inimicum, & non amicum ſimulatum, ac proindè, nec *proditorem*. Ita inter alios Gizzarell. *deciſ. 16. numer.* 4. Foller. *comment. ſuper Conſtitut. regni. Rubr. de his, qui ad Eccleſ. confug. fol.* 103. *numer.* 14. & Monticell. *in praxi criminali. regula.* 3. *numer.* 15. contra quod dictum latè proloquar infra *in ſ.* 16.

Conſequenter autem ad prædicta, occidentem cum inimicitia per inſidias, gaudere immunitate, tanquam non propriè proditorium homicidam, docent è ſupracitatis DD. multi, & nominatim Thom. del Bene *citat. dub.* 10. *ſection. ſecund. nnmer.* 8. dicit, maximè poſt Conſtitutionem Gregorij XIV. immunitate priuari tantùm homicidium, quod fit ſub colorè amicitiæ, quia tunc eſt propriè proditorium, non autem quòd fit ab inimico etiam per quaſcunque inſidias, quia tunc propriè proditorium dici non poteſt, id quod etiam docet Gratian *diſcept. forenſ. cit. cap.* 619. *num.* 32.

15 Qui autem ex prædictis Doctoribus vtuntur termino *inſidioſæ occiſionis inimici*, vt Caſtro Palaus *citat numer.* 27. & 78. Farinac. *in append. immun. numer.* 143. Antonell. *citat. numer.* 79. Vulpe *citat. numer.* 10. & alij, loquuntur obſcurè, atque impropriè;

Deberent enim vti termino *occiſionis factæ in eum, cui occiſor eſt inimicus*, & quidem ab eodem occiſo cognitus inimicus, & capitalis;

Quòd enim proditus habeat inimicitiam cum proditorio occiſore, nihil facit ad præſentis difficultatem quæſtionis niſi quatenus connotat inimicitiam reciprocam, & quaſi actiuam occiſoris, quam reciprocam inimicitiam cautè expreſſit Milleus *in praxi criminis perſequendi fol. mihi* 138. *numer.* 10.

At bene ad dictam difficultatem facit, quòd proditorius occiſor ſit inimicus, & quidem cognitus à prodito: & quatenus capitalis, qualis decribitur in caſu Gizzarelli *deciſion.* 16. vbi Lælius ſciebat, ſe grauiſſimam feciſe offenſam, & iniuriam Fabricio inde ſibi propterea grauiſſimè infenſo, & in caſu Caroli Marantæ *parte ſecunda reſponſ.* 46. *numer.* 9.

Nam hic proditus diffidatur per hoc, & monitus de imminente ſibi periculo vitæ, ponitur quaſi in ſtatu, vt poſſit, & debeat præcauere & ſe defendere ab aggreſſore inimico, ſecundùm citatos Doctores indè inferentes, occiſionem eius non eſſe proditoriam, vti nominatim infertur apud Gizzarellum *citat. deciſion.* 16. *num.* 2.

Quando itaque Doctores dicunt, non eſſe proditorem, qui occidit *inimicum*, loquuntur de *inimico paſſiuè*, id eſt de eo, cui occiſor eſt inimicus: ſed, vti dicebam, eſt obſcura locutio.

Sententia mea.

Verùm, non obſtante tot Doctorum caterua in contrarium, ego prorſus cenſeo, quòd qui occidit per inſidias inimicum paſſiuè, id eſt eum, cui ipſe occiſor eſt inimicus cognitus, & quidem capitalis, dici debet propriè proditorius homicida. Ita Couarru. *citat. lib. ſecund. variar. reſolution. cap.* 20. *numer.* 7. *paragr. Tandem.* Plaza *Epit. delict. lib. prim. cap.* 21. *numer. ſecund. verſ. ipſe tamen non poſſum.* Falsò citatus *capit.* 10. *numer.* 109. à Ciarlino pro contraria. Petrus Gambacurta *lib. quint. cap.* 28. *numer.* 3. Suarez de Paz *parte quint. tom. prim. capit. tertio numer.* 119. *ad finem iunctis numero* 117. & 118. *in ſua praxi.* Don Iuan Vela, & Acunna *tractat.* 16

de pœnis delictorum cap. 25. *pag. mihi* 133. vbi quòd difficulter id praxi reciperetur propter contrariam militum conſuetudinem ex aſſertione Azeuedi *in l.* 3. *n.* 11. *tit.* 2. *lib.* 1. *recopi.* Didacus Cantera *in quaſt. criminal. cap.* 6. *de homicidio pag.* 539. *col.* 2. *num.* 32. Thomas Sanchez *conſilior. moral. lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 8. *num.* 26. Barboſa *lib.* 2. *vniuerſi iuris Eccleſiaſtici cap.* 3. *num.* 91. Marta *in compilat. totius iuris controuerſi in verb. Homicidium c.* 37. Anaſtaſ. Germon. *de ſacror. immun. lib.* 3. *capit.* 16. *numer.* 64. Aloyſius Albricci *in panegyrico ſancti Stephani pag. mihi* 8. Farinac. *in praxi. quæſtion.* 18. *numer.* 76. *ad medium verſ. quæ tamen opinio*; vbi loquitur non in gratiam clientium, ſicut in conſiliis, in quibus, vti Aduocatus, ſuas interpoſuit partes, vt notat Marius Italia *lib.* 1. *cap.* 5. *paragr.* 4. *num* 7. *fol.* 181 *verſ. ſed nil mirum* (vt etiam fecerunt Alba, & Plotus, ſicuti obſeruauit Vulpell. *reſp.* 127. *numer.* 9. *verſ. nec me mouet.* & fecerunt item Felinus, & Federicus de Senis, ſicuti aduertit Eraſmus à Cochier *de Iuriſdict. Ordinar. in exempt. parte* 1. *quæſtion.* 9. *numer.* 7. *&* *parte* 2. *quæſtion.* 7. *numer.* 1. meritò dicens, aliam in lecturis, aliam in conſiliis eſſe adhibendam fidem Doctoribus) neque vt ſeſe accommodet ſententiæ, & voto regnantis Pontificis Pauli V. & declarationi Clementis VIII. vt facit *in append. Immunit. numer.* 143. vt infra, etiamſi ipſemet dicat *in addit. ad conſil.* 168. *litera C.* ſe, mutato poſtea conſilio, magis veram Bartoli ſententiam arbitratum eſſe. Farinacius inquam *in praxi quæſtion. numer.* 76. Marius Italia *citat. cap.* 5. *§.* 4. *numer.* 3. Franciſcus Bermudez *apud cit. Farinacium num.* 144. *& apud Ioannem Aloyſium Catalanum tract. crimin. amneſtiæ, abolitionis, & indultus, poſt cap.* 31. vbi eiuſdem Bermudezij affertur allegatio per extenſum quæ lectu digniſſima eſt. Magna Curia *apud Vincentium de Franchis deciſ.* 713. *numer.* 11. *& apud Ioannem Baptiſtam de Leonardis apud Catalanum in eiuſdem Leonardi allegat. poſt citatum cap.* 31. *numer.* 1. Villagut. *de extenſ. leg. folio* 362. *num.* 53. *§. Quartus modus.* Azebedus, & Bouadilla apud Caſtro Palaum *citat. puncto* 9. *numer.* 27. quos in fonte videre non potui, & inſinuat etiam Decian. *tract. crimin. lib.* 7. *cap.* 29. *numer.* 19. *ad finem* vbi indiſtinctè dicit, proditoriè quem interfeciſſe, quando incautè & de retro offendit, ſicuti etiam Muſcatell. *in pract. crimin. titulo de homicidio mediante mandato. num.* 67. *fol.* 20. cuius tamen ſermo mihi perplexus eſt.

Vt propterea mirum ſit, erudititiſſimum Decium Fauillam *in citat. allegat. apud Campanil. pag.* 643. *col.* 2. dicere, ſe præſupponere, quòd nullus ex Doctoribus Canoniſtis, qui ſcribunt ſuper *cap.* 1. *de homicid.* dicat, vel cogitet, homicidium commiſſum per inſidias contra inimicum incautè manentem, eſſe proditorium: & paulò infra *ad finem paginæ*, non ſolùm mirandum, ſed cauendum eſſe à Farinacio, viro alioqui docto, & diligenti *dicta quæſt.* 18. *ſub. n.* 76. qui falsò aduocat Canoniſtas *in dicto cap.* 1. Couarr. Plaz. Menoch. prorumpens, hos tenere contrà Bartolum, & contra eundem Bartolum eſſe aliam Doctorum com. opin. cum tamen nemo de iure in hac re audeat Bartolo contradicere: quod tamen Decij Fauillæ dictum eſt apertiſſimè falſum: 17

Itemque mirum ſit, quòd Ioannes Bapt. de Leonardis *apud citat. Catalanum poſt cap.* 31. *numer.* 9. dicat Doctores noſtræ ſententiæ non bene dicere, quia, inquit, nullus ex Doctoribus in eo cap. hoc dicit, nec arguit: 18

Et demum mirum ſit, quòd Falconius *cit. conſ.* 76. *apud Farinac. num.* 15. dicat, omnes ſecutos eſſe Bartolum *cit. l. Reſpiciendum*, *§. Delinquunt*, *ff. de pœn.*

Neque in contrarium eſt Farinac. *in cit. Append. de immun. num.* 143. quia ibi ad hanc immunitatem pro occiſore per inſidias

inſidias inimico admittendam permotus eſt ab extrinſeco principio, quia ſcilicet meminit, tale fuiſſe votum Pauli V. quando erat Cardinalis, & talem ſenſum Clementis VIII. quem ipſemet in caſus contingentia informauerat ore tenus. Vide illum ad finem *cit. num.*143.

19 Poſſet etiam fortaſsè aliquis credere fuiſſe in hac ſententia, quam ſequimur, Decianum *cit. tract. crimin. lib.*7. *cap.*29. *num.*26. & oracula Monomachiſtarum Paridem de Puteo *de re militari lib.*2. *q.*7. *iuncta Rubrica cum textu.* Alciatum *tract. de duello cap.*14. Lancellotum Conradum *comment. de duello, & pace parte* 3. *concl.*82. *num.*2. quatenus volunt, eſſe proditorem vnum ex pugilibus, qui, pendente prouocatione, & die, ad quam deſtinatum eſt duellum, offendit alterum pugilem; hi enim vtique ſupponuntur *inimici capitales* inter ſe, & cogniti vt tales.

At non debent prædicti exinde cenſeri huiuſce opinionis;

Quamuis enim agnoſcant qualitatem *inimicitiæ* in dictis pugilibus, per hoc tamen, quòd eſt præfixa dies ad duellum, exiſtimant, datam eſſe vtrinque ſecuritatem de non offendendo interim, dum pendet tempus, quæ ſecuritas, & non præcauendi libertas compatiatur ſe ſe cum *inimicitiæ* qualitate, de qua re rurſum agam §.12. *&* 13.

Noſtra autem concluſio procedit in caſu inimicitiæ non admiſcentis vllam ſecuritatem datam per pactum.

Fundamentum meæ ſententiæ.

20 Moueor autem ad hanc ſecundam ſententiam ſequendam cum paucioribus quidem patronis, ſed tum ex textu, tum ex ratione, quæ apud me eſt plus quàm probabilis, & fortaſsè talis euadet apud attentum ingenium mei Lectoris.

Ex textu moueor; quia *cit. cap.*1. *de homicid.* habet rationem ſolummodo *inſidiarum*, vt homicida ab altari euellatur, nulla habita conſideratione amicitiæ, vel inimicitiæ, vt notarunt Suarez de Paz *parte* 5. *tomi* 1. *cap.*3. §.3. *numero* 118. Marius Italia *cit. lib.*1. *cap.*5. §.4. *num.*3. & aliqui apud Pegueram *deciſ.*54. *n* 9. §. *Et quamuis.* qui eorum ſententiam meritò ſecutus eſt in tradenda proditorij definitione.

Vnde contraria ſententia videtur aduerſari textui *citati capituli* 1. *de homic.* quo probatur, ſolam induſtriam inſidioſam efficere crimen proditorium ſine vllo alio reſpectu ad quidquam Farinac. *quæſt.*18. *num.*76. Vnde illa induſtria ſufficit. Couarruu. *cit. cap.*20. §. *Tandem his prænotatis. verſ. aduersùs quos.* Anaſtaſ. Germon. *cit. lib.*3. *cap.*16. *numero* 64. Suarez de Paz *tomo* 1. *parte* 5. *cap.*3. §.3. *num.*118. Plaza *Epit. delict. lib.*1. *c.*21. *n.*2. Marius Italia *cit.* §.4. *n.*3. *pag.*193. *col.*1. *ad init.* 21

Quidquid dicat Gizzarell. *deciſ.*16. *num.*9. Canoniſtas *in d.c.*1. deceptos eſſe, *nam*, inquit, *ille textus non probat delictum proditorium, vbi quis inimicum incautum per inſidias offendit*: & paulò pòſt: *nam ille textus confirmat opinionem Bartoli; ſiquidem loquitur de delicto proditoriè commiſſo ſub zelo amicitiæ, non de delicto patrato in inimicum, &c.*

Quæ omnia gratis, & ſine fundamento dicit hic Auctor, cum textus nudè loquatur de *induſtria inſidioſa*, nihilque innuat de zelo amicitiæ, quam non facere ad rem circa formalem conceptum proditorij demonſtrabo infrà *in* §.16. latiſſimè.

Et conformiter ad hanc diſpoſitionem citati textus *in cap.*1. *de homic.* Ius Caſtellæ apud Molinam *de iuſt. diſp.*23. *num.*5. *tract.*3. agnouit meritò rationem necis proditoriæ, ſi quis occidat alium ex inſidiis à tergo, aut quacumque alia ratione ſecurum, & ſubitò coram illo ſecuro doloſè compareat, locum illi ad 22

ſe defendendum non relinquendo, ſiue *inimicitia inter vtrumque eſſent*, ſiue non, vti etiam notat Gomez *tomo* 3. *variar. reſol. cap.*3. *num.*5. dicens; corrigi per hoc, quod ipſe, & alij ex Bartolo docent, requiri ſcilicet, vt eſſent inuicem amici occiſor, & occiſus.

Eſſentias declarari, non mutari à Legiſlatoribus.

23 Dixi, *agnouit*, non autem dixi *ſtatuit*; nam ſi *proditorij* ratio non eſſet de ſe compoſſibilis cum inimicitia proditoris in proditum, non poſſet Legislator eam compoſſibilem facere per auctoritatem legiſlatricem;

Nam legislatrix poteſtas mutare non poteſt eſſentias rerum, ſed ſolùm eas declarare, ſicut nec tollit, nec mutat, ſed ſolùm declarat ius naturale. Couarruu. *variar. lib.*2. *cap.*20. *num.*2. vel eiſdem eſſentiis manentibus incolumibus, præcipere, prohibere, adiicere pœnas, ſtatuere ſolemnitates, facere ex alicuius virtutis motiuo, vt aliqua materia, quæ erat liberæ obſeruationis, euadat neceſſariæ.

24 Vnde non cautè Ricc. *parte* 1. *deciſ.*80.*num.*3. aſſeruit, ſtatui in Hiſpania per legem Regiam, quòd offendens retrò, & non de facie ad faciem, homicidium proditorium committit, etiamſi inimicum offendat;

Id enim non eſt *ſtatuere*, id eſt ordinare de nouo, ſed declarare illud, quod antea erat ſtatutum iure naturali, quod item non aduerterunt Baiard. ad Clar. §.*Homicidium*, *num.*25. Gizzarell.*deciſ.*16. *num.*8. vbi ſupponit, ius hoc Hiſpanicum eſſe non merè declaratiuum, ſed propriè diſpoſitiuum, & Anton. de Ballis *varior. tractat. lib.*5. *de pragmat. Regni pragmat. vn. tit.*42. *num.*10. *ad finem*, & Anonymus *apud Campanil. pag.*650. *columm.*2. §.*Nec dicatur.* vbi legem Hiſpanam eſſe contra ius commune, nouam, & correctoriam dicit, at bene aduertit Matius Italia *cit. cap.*5. §.4. *num.*3. *lib.*1. dicens, ita per plures leges *declaratum* ad tollendas controuerſias, & Decius Fauilla *apud Campanil. cit. Rubr.*11. *cap.*31. *pag.*643. *column.*2. *ad finem.* dicens, legem Hiſpanam in ſpecie *decidere* contra Bart.

Ex ratione autem moueor, & ſic diſcurro: 25

Tota formalitas illius proditorij, quod committitur in adultum rationis compotem, conſiſtit in hoc, vt ego te occidam impotentem hîc, & nunc ad præcauendum, & te defendendum à me aggreſſore, vt probaui §. *præcedenti.*

Iam verò ſi inimicitia mei occiſoris contra te occiſum per inſidias, eſt incompoſſibilis cum proditorio, hoc maximè eſt, quia eadem inimicitia cognita à te, efficit neceſſariò, vt tu occidaris non impotens, ſed omninò potens ad præcauendum, & te defendendum:

Sed eadem mea inimicitia non efficit hoc, ſed relinquit tibi omninò impotentiam præcautionis, & defenſionis, perinde ac ſi ipſa inimicitia non eſſet:

Ergo eadem inimicitia non eſt incompoſſibilis cum proditorio, & non deſtruit eius formalitatem, permittitque, vt ego inimicus per inſidias occiſor tui, denominer *homicida proditorius*, perinde ac ſi inimicus non eſſem.

Maior eſt euidens; nam inimicitia 26 non poteſt eſſe incompoſſibilis cum proditorio in perſonam rationis compotem, niſi quatenus inducendo potentiam præcauendi, & ſe defendendi, deſtruit impotentiam ad præcauendum, & ſe defendendum, in qua impotentia radicatur formalitas proditorij.

Minor probatur, aſſignando tres caſus, qui occurrere poſſunt in hac materia, & oſtendendo in illis, *inimicitiam* nihil obeſse *proditorio*; quia relinquit occiſum nihilominus impotentem

potentem ad ſe tuendum ab aggreſſore.

Primus caſus impotentiæ abſolutæ ad ſe tuendum.

27 Primus caſus eſt impotentiæ abſolutæ ad præcauendum, & ad te defendendum, vt v. g. ſi coniiciaris in carcerem omnino ſolitarium, cuius claues mihi vni inimico tuo capitali, & à te cognito tali tradantur.

Iam ſi ego te occidam à feneſtra carceris per ictum ſclopi inimicitia mea à te probè cognita etiam vt capitaliſſima, in actu etiam occiſionis, non efficit, vt tu occidaris potens ad præcauendum, atque ad te defendendum, ſed relinquit tibi abſolutam impotentiam præcautionis, & defenſionis, perinde ac ſi ipſa inimicitia non eſset;

Nihil enim ſuffragante capitaliſſimæ inimicitiæ liquidiſſima, etiam actuali, cognitione, tu nec obluctari, nec implorare opem, nec fugere potes.

Ergo in hoc caſu inimicitia eſt compoſſibilis cum proditorio, & ſinit, vt ego denominer proditorius homicida, quod non video quo modo à quoquam negari poſſit;

Neque enim quis poteſt negare, ibi eſse rem, vbi eſt formalis ratio ipſius rei, v. g. ibi eſſe hominem, vbi eſt animal rationale, & in noſtro caſu ibi eſſe proditorium homicidium, vbi eſt iniuſta occiſio hominis hîc, & nunc impotis ad ſe defendendum ab iniquo aggreſſore; alioqui diſputandum non foret cum negatore inepto concluſionis ab vno principio iam ferè euidenter probato, & ſtabilito fluentis.

28 Et cum hic caſus non ſit metaphyſicus, ſed in praxi occurrere poſſit, immò & paſſim accidat in iis adultis, qui ab inimicis ſuis capitalibus cognitis vt talibus, occiduntur per diabolica occultiſſima veneficia, à quibus humanitus ſe ſe tueri non poſſunt, vt infra rurſum dicam §. 20.

Debuiſſet conſiderari ab iis, qui vniuerſaliter, & ſine vlla prorſus limitatione dixerunt, homicidam quocunque modo inſidioſum non eſſe proditorem, ſi ſit capitaliter inimicus occiſi;

Adeſt enim in hoc caſu manifeſta proditio, occiſio nimirum terminata ad abſolutè impotentem ad ſe tuendum, itemque adeſt inimicitia occiſoris grauiſſima contra occiſum, qui illam cognoſcit, ſed fruſtra in ordine ad ſe tuendum.

Vnde ſapienter Giurba *conſ.* 20. quamuis *num.*14. velit, proditorium non eſſe homicidium, quoties occiditur aliquis, inter quem, & occiſorem intercedebat cauſa inimicitiæ, etiamſi eſſent fratres carnales, ſicut & Garon. *comment. in tit. de Senator. no. conſtit. ſtatus Mediolani. lib.* 1. *tit.* 4. *art.* 13. *num.* 104. quod dictum ego nullatenus admitto, 29

Dicit tamen idem Giurba *num.* 8. eſſe homicidam proditorium illum officialem, qui occidit eum, quem captum apud ſe detinet, non reſiſtentem, etiamſi alias inimicum, nec gaudere immunitate Eccleſiarum:

Et meritò quidem; nam inimicitia Officialis à capto cognita, ipſum non facit potentem ad præcauendum, & ſe defendendum, ſed relinquit cum abſoluta impotentia obluctandi, implorandi adiutorium, & fugiendi, perinde ac ſi ipſa inimicitia non adeſſet.

Dictum Officialem aſſerit eſſe proditorem homicidam, & non gaudere immunitate etiam Sanfelicius *deciſ.* 241. *num.* 4. *ad finem*; ſed inimicitiæ non meminit: meminit tamen *deciſione* 249. *num.* 25.

Secundus caſus impotentiæ moralis ad vlterius præcauendum.

Secundus caſus eſt impotentiæ moralis ad vlterius præcauendum, & ad te defendendum, vt ſi ſciens, me eſſe tibi 30

capita

capitalem inimicum, adhibeas exquiſitas diligentias omnes tibi, tanquam prudenti viro, poſſibiles ad tibi præcauendum à me, adeo vt rationabiliter credas, te iam eſſe extra morale periculum patiendarum à me inſidiarum, ego autem tanta vtar calliditate, vt demum ſuperem omnem tuum conatum, & diligentias prædictas, & vigilantiam in præcauendo, & te, qui meritò non ſuſpicaris, non times, & te tutiſſimum putas, occidam:

31 Verbi gratia ſi nocte in lectulo moreris intra domum tuam, quæ cuique eſt tutiſſimum refugium, & receptaculum. Gulielmus Benedictus *poſt repet. cap. Raynutius, de teſtam. in quæſt. de homic. num.* 23. *fol. mihi* 40. *colum* 1. Peguera *deciſ. crim. cap.* 8. *num.* 1. Bellon. *de mandata iuriſdict. cap.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 10. Baron. *tractatu de citatione quæſt.* 42. *num.* 30. Bonifacius *libro de furtis*, §. 11. *inuito domino. num.* 17. vbi quòd profectò res eſſet miſerrima, ſi in noſtris ædibus tuti cum noſtris rebus non eſſemus:

Et meritò putes eſſe mihi perdifficilè deportare longiorem ſcalam per vrbem, vel eam à vicinis illicò malum ſuſpicaturis commodatò accipere, & bene concludas etiam debere mihi eſſe formidabile inferre pedem in ædes perſonæ inimicæ, valentis facilè in noctis ſilētio audire ſtrepitum, qui fit ineuitabiliter in his, & præuenire, occidendo paratum ad aggreſſionem, ego autem, non obſtantibus his, ex quibus tu prudentiſſimè de tua ſecuritate non dubitas, eamque augeri non poſſe exiſtimas, inueniam ſcalam, & per altiſſimas feneſtras aſcendam, vel per tectum, & me per caminum à tecto demittam, vel aliàs per corruptum pecunia famulum, reputatum à te fideliſſimum admittar in penetralia, & te dormientem in cubili tuo, quod inacceſſibile exiſtimabas, interficiam, hoc in caſu inimicitia mea capitalis à te clariſſimè cognita, non efficit, vt tu occidaris potens moraliter præcauere, & te defendere, ſed relinquit tibi eadem inimicitia moralem impotentiam ad præcauendum, & te defendendum, perinde ac ſi ipſa inimicitia non eſſet,

Quid enim amplius facere poteras morali, & humano modo, vt re in tuto collocares aduersùm me, niſi exeundo, vt ita dicam, de mundo?

Inimicitia ergo in hoc caſu eſt compoſſibilis cum proditorio in perſonam tuam, & ſinit, vt ego denominer proditorius homicida, cum, non obſtante illa, occidam hominem moraliter, ſeu quod idem eſt, humanitus impotentem ad præcauendum vlterius, & ad ſe tuendum à me.

Sic quòd inimicus dicatur proditoriè occidere, ſi laruatus, aut de nocte, vel in inſidiis ſtans in loco abdito, inimicum occidat eo tempore, quando præcauere non debuerat, vel cogitare veroſimiliter non poterat de huiuſmodi offenſa ab incognito ſibi facta, docet in terminis Hortenſ. Caualcan. *de brachio Regio parte* 1. *num.* 76. *in alia editione n.* 81. addens, ita practicari. 32

Et de facto ego memini, quòd, me puero, iudicatus fuit proditor, & publicè ſuſpendio plexus quidam nobilis, nobilitate non eximente illum ab infamis ſupplicij genere, iuxta tradita per Decian. *tractat. criminal. lib.* 7. *cap.* 31. *num.* 8. Schrader. *de feud. parte* 9. *cap.* 3. *num.* 66. Balzaran. *in comment. ad conſtit. vtriuſque Siciliæ de homicid. puniend. num.* 20. *pagina mihi* 143. Nicolaum Carbonem *in pract. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 71. Marſilium *in pract. criminali*, §. *Diligenter*, *num.* 166. *fol.* 91. Gaſparem Caballinum *in Conſtitut. Ægidiana, lib.* 4. *in Gloſſa cap.* 54. *numero* 5. Thomam Grammaticum *conſ.* 40. *n.* 11. Didacum à Cantera *qq. criminal. cap.* 6. *de homicid. num.* 34. *pag.* 541. *column.* 2. Ferret. *tract. de re, & diſcipl. milit. titulo de bello ſpirituali. num.* 22. Ioannem Bonifacium *lib. de furtis*, §. 12. *num.* 71. docentes, proditoribus etiam nobilibus, deberi ſuſpendium, 33

ſpendium, ob neglectam ſcilicet re ipſa, & turpiſſimo illo crimine renunciatam ipſam nobilitatem, vt optimè obſeruat Bonifac. *loc. cit.* qui nobilis proprium fratrem, quócum gerebat acerbiſſimam, eamque notiſſimam inimicitiam, in proprio lectulo iacentem, conſcenſis per applicatam ſcalam altis cuiuſdam externi podij feneſtris, interemit.

Et ex his patet, rationem vniuerſaliter allatam ab Auctoribus primæ ſententiæ, quòd ſcilicet occiſus poterat, & debebat, ſibi præcauere, nullius eſſe momenti;

34 Neque enim poteſt quis teneri ad impoſſibile, vt in hac ſpecie optimè aduertit Gambacutt. *libro* 5. *capite* 28. *numero* 3. quod intellige non ſolùm de impoſſibili phyſico, vt in primo caſu, verùm etiam de morali, vt in ſecundo.

Tertius caſus impotentiæ ad præcauendum ex ſuppoſitione.

35 Tertius caſus, qui maioris difficultatis ſpeciem habet, eſt impotentiæ ad præcauendum, & te hîc, & nunc defendendum ex ſuppoſitione, conſurgentis ſcilicet ex ſuppoſitione, quòd tu, ob naturalem intellectus diſtractionem ad alia, vel ob ſtoliditatem, non cogitas actu de inimicitia mea contra te, tibi tamen iam antea præcognita, nec de malis tibi probabiliter imminentibus à me inimico tuo capitali, & hac ſtante incogitantia actuali, præcauere tibi non potes, cum tamen, remotâ tali incogitantiâ, præcauere poſſes, & deberes, ac de facto præcaueres.

Eſt autem etiam in hoc caſu inimicitia, quæ habitualiter tantùm eſt cognita, eſt inquam omninò compoſſibilis cum proditorio in perſonam tuam, & ſiniit, vt ego, ſi te occidam incogitantem de mea inimicitia, & de malis eiuſdem conſequentiis, denominer proditorius homicida;

Occido enim, non obſtante inimicitia non actualiter, ſed habitualiter tantùm cognita, hominem hîc, & nunc de facto impotentem ad præcauendum, & ad ſe tuendum, perinde ac ſi inimicitia nullo modo eſſet.

Vnde ſicuti inimicitia in hoc caſu non impedit terminationem occiſionis ad hominem impotentem hîc, & nunc ad præcauendum, & ad ſe tuendum, in qua ratione conſiſtit *formalis ratio proditorij*, ita neque impedit inde conſurgentem denominationem *proditoriæ occiſionis*. Quæ ratio ſi funditus percipiatur, efficaciſſimè vrget, & inſinuata eſt à Doctiſſimo Didaco à Cantera *qq. criminal. capite* 6. *de homicid. numero* 32. *pagina mihi* 539. *column.* 2. quatenus dixit, quòd ille dicitur *proditor*, qui per inſidias occiderit aliquem *etiam inimicum*, *nilque tale præcauentem*, *cum iuſta nulla eſſet præcauendi cauſa*: vbi hîc Doctor coniungit *inimicitiam* cum *non præcautione*, & cum *non exiſtentia iuſtæ cauſæ* non quidem à parte rei; hæc enim cauſa certiſſimè exiſtit, *inimicitia* nempe, ſed ex parte *apprehenſionis*.

Quòd autem neque in hoc caſu inimicitia deſtruat rationem proditorij, neque impediat denominationem inde conſurgentem, probatur etiam hoc modo; 36

Nam cum paria ſint non eſſe, & eſſe, ſed non apparere, *vulgat. iuribus apud Didacum de Segura in repet. l. ſi ex legati cauſa. ff. de verb. obligat. num.* 133. *pag. mihi* 779. Caſtracan. *tract. de ſociet. cap.* 24. *num.* 14.

Non eſſe in re inimicitiam occiſoris, & eſſe in te, at non apparere eamdem in actuali cogitatione occiſi per inſidias, æquiparantur, & conſequenter, cum in æquiparatis idem debeat eſſe iudicium. Caſtracan. *cit. tract. c.* 35. *num.* 8. & hæc ſit certa regula. Ioannes Maria Vermigliol. *conſ. crimin.* 7. *n.* 9. *in ſummario, qui numerus deeſt in textu. pag.* 16. *colum.* 2.

poſt medium in meo libro. Merlin. Pignatell. *controuerſ. forenſ. centur.* 1. *cap.*97. *num.*12. ſicut eſt eadem natura. Ciarlin. *part.*1. *cap.*14. *controuerſ. forenſ. num.*13. & idem ſit iudicium de non entibus, & de non apparentibus Royas *ſingulari* 154. *num.*5.

Sicuti iudicatur, & dicitur *occidere proditoriè*, qui alterum per inſidias occidit, non exiſtens illi inimicus in re,

Ita etiam iudicari debet, & dici *occidere proditoriè*, qui alterum per inſidias occidit, exiſtens quidem illi inimicus in re, ſed non apparens talis in actuali cogitatione occiſi, qui, ſtante hac inapparentia, non poteſt præcauere, & tueri ſe hîc, & nunc ab inimico.

Soluitur argumentum, quo glorioſè innititur contraria ſententia.

37 Neque obſtat prædictis, ſi dicatur cum Doctoribus contrariæ ſententiæ, & nominatim cum Ciarlino *parte* 1. *controuerſ. forenſ. cap.*10. *num.*109. Thom. del Bene *parte* 2. *de immun. & iuriſdict. Eccleſ. capite* 16. *dub.*20. *ſect.*2. *numero* 6. *& ſect.*5. *num.*1. Caſtro Palao *cit. diſput. vn. puncto* 9. *num.*28. Decio Fauilla *apud Campanil. cit. Rubr.*11. *capite* 31. *pag.*643. & aliis apud Gambacurtam *lib.*5. *capite* 28. *num.*3. te habuiſſe fundamentum præcauendi à me, propter cognitam inimicitiam meam in re, & debuiſſe cogitare de meis inſidiis, atque adeo debere tibi imputare, quòd non cogitaueris, & occiſus incautè ſis: & cum Farinacio *in cit. append. numero*, 143. & Vermigliolo *conſilio* 94. *numero nono*, tuam eſſe culpam, quòd non præcaueris;

38 Reſpondeo enim primò præcautionem à meis inimici tui, quantumuis cogniti, inſidiis, fuiſſe tibi impoſſibilem abſolutè, & phyſicè in primo caſu ex ſupra expreſſis, & moraliter, atque humanitus in ſecundo, ac proinde in iiſdem duobus caſibus, non obſtante fundamento præcauendi, non debere te tibi imputare, neque tuam eſſe culpam, quòd non præcaueris, cum imputatio, & culpa ſupponant poſſibilitatem rei, cuius omiſſio imputabilis eſt, atque culpabilis.

Quo fit, vt in iiſdem duobus caſibus inimicitia mea, quantumuis tibi perſpecta, non fecerit imputabilem, & culpabilem omiſſionem præcautionis impoſſibilis, ac proinde neque deſtruxerit formalitatem proditorij, nec denominationem inde conſurgentem in meo actu occidendi per inſidias.

Aliquorum Doctorum mala philoſophatio in hac materia.

Vnde aliqui ex Doctoribus pro prima ſententia allatis, & nominatim Thomas del Bene *cit. cap.*16. *dub.*20. *ſect.*2. *num.*8. Diana *parte* 6. *tract.*1. *reſol.*12. *verſ. & ideo, & verſ. nam inimicus*, qui ad excludendum proditorium ab occiſione inſidioſa per inimicum facta, recurrunt ad eam rationem, quia paſſiuè aggreſſus habebat fundamentum præcauendi, & conſequenter poterat, & debebat præcauere, videntur mihi non ſatis conſideratè ſe gerere, dum ibidem ipſimet repræſentant impoſſibilem, quam poſſibilem, & debitam aſſerunt, præcautionem, dicentes, non eſſe proditorium homicidium, quantumcunque (nota ly *quantumcunque*) per inſidias quis occidat, ſiue veneno, ſiue in ſomnis, ſiue per ſclopum ex feneſtra, ſiue à tergo &c. 39

Quo enim pacto in his omnibus caſibus, & in aliis etiam fortioribus, quos illi per particulam, *&c.* excogitari poſſe concedunt, homo purus, per purè humanam prudentiam, diuinationis dono deſtitutam, poterat, & conſequenter debebat præcauere, exiſtente quan

quantumuis magno præcauendi fundamento?

40 Metaphyſica certè, & non moralis eſt hæc potentia præcauendi, ac proinde incapax, vt ex eius conſideratione liberetur quis à nota proditionis, quæ non poteſt prætendi deſtructa, niſi per comparationem ad moralem, & humanam potentiam præcauendi, quæ in paſſiuè aggreſſo exiſtat.

41 Sic etiam Paces Iordanus *cit. lib.* 11. *tit.*3.*num.*342. & Falcon. *cit.conſ.*76. *apud Farinac. numero* 15. vtuntur eadem ratione, qua citati Del Bene, & Diana:

Sed & ipſi incongruè omninò qualitatem *proditorij* remouent ab occidente per quamcunque adhibitam artem, illum, cui publicè inimicus eſt;

Ego enim dico, poſſe adhiberi artem talem, cuius vim præcauere non poſſis, quantumcunque vigil, ſagax, & diligens exiſtas, qui proinde, non obſtante inimicitia à te cognita, remanebis impotens ad vlterius præcauendum, & ad te defendendum, & conſequenter mactaberis proditoriè.

42 Eamdem rationem potentiæ præuidendi futuram vindictam, & præcauendi allegant etiam Alexander Ambroſin. *cit.tract. de immun. cap.*6.*num.*5. Guazzin. *cit. defenſ.*1. *n* 41. Bonac. *in Decal.diſp.*3. *quæſt.*3.§.4.*num.*14. Trullenc. *tom.*1.*c.*11. *dub.*3.*n.*16.

Sed indebitè & ipſi aſſignant caſum occiſionis ex feneſtra cum archibuſiis, in quo præcautio eſt moraliter impoſſibilis habenti neceſſitatem non latendi ſemper in ſecretiori parte domus ſub centum repagulis, ſed exeundi aliquando cum circumſpectione ad humanum commercium, nec valenti habere exploratores vbique, qui eum monere poſſint de paratis inſidiis ad ſingulas oppidi feneſtras.

43 Ea demum ratione potentiæ præuidendi, & præcauendi nituntur Baſſæus *cit.n.*10. Mallet. *cit. malleat.*35.*bracten* 11. & Bonac. *loc.cit.*

Sed & ipſi perperam ſtatuunt caſum in occidente à tergo, aut dormientem, nulla adhibita diſtinctione;

Si enim dormitio hæc fiat, vt fieri ſolet, non in publica via, ſed in propria domo, in cubiculo obſerato validis vectibus, & reputato tutiſſimo, & proditor per opem Diaboli, vel aliquo alio exquiſito medio cubiculum penetret, & dormientem interimat quo poterat modo humanitus præcaueri, & vitari hoc infortunium?

Debuiſſent enimverò prædicti Doctores, ad excludendam ex inſidioſa occiſione labem proditoriam, ob inimicitiam, ita figurare ex parte paſſiuè aggreſſi, potentiam vitandi inſidias, vt fuerit ei poſſibilis ea vitatio ſecundùm prudentiam puri hominis, & ſecundùm modum, quo ſolet homo purus ſe gerere in cuſtodienda vita ſua: 44

Quæ prudentia, & qui modus non inuoluit perſpicacitatem, & prouidentiam Angelici intellectus, ac proinde non poteſt attingere talem circumſpectionis gradum, qui extendat ſe ad ſuperanda omnia, & ſingula in maximo numero ſtratagemata, quæ proditor, inſtructore Diabolo, poteſt ſubtiliſſimè inuenire, & comparare ad ſecurè occidendum.

Vnde optimè notauit Menchacha *controuerſ.illuſtr.lib.*1.*c.*32.*n.*7. quòd *cauere proditionem*, eſt vltra prouidentiam, & vires humanas, & *proditioni occurrere* eſt impoſſibile. 45

Ex quo infert idem Doctor, par eſſe, vt carceris cuſtos non teneatur de ſocij proditione.

Quamobrem incongruè dixit Ioan. Bapt. de Leonardis *in allegatione apud Joannem Aloyſium Catalanum tract. crim. amneſtiæ, abolitionis, & indultus poſt caput* 31. *numero* 8. quòd inimicus *ſemper poteſt, & debet* conſiderare, & præcauere, ne ab inimico ſuo offendatur; 46

Digitized by Google

Quot enim ſunt caſus, in quibus non adeſt hæc potentia, ac proinde neque hoc debitum?

Sed quando etiam concederemus aduerſariis, paſſiuè aggreſſum habuiſſe potentiam moralem, & hominis propriam ad vitandam aggreſſionem inſidioſam, adhuc non ſufficeret hoc præcisè ad excluſionem qualitatis proditoriæ, vt iam iam patebit. Dico enim, &

Valdè differre fundamentum præcauendi obiectiuum, & formale.

47 Reſpondeo ſecundò ad ſuprà factum argumentum, te habuiſſe quidem in tertio caſu, fundamentum præcauendi à me, quem cognoueras inimicum tibi capitalem, & te potuiſſe in reipſa, & debuiſſe cogitare de meis inſidiis:

Sed conſtanter nego, debere te tibi imputare, & eſſe tuam culpam, quòd de facto non præcaueris:

Et conſequenter omninò nego, ſufficere, *ad vitandum proditorium*, quòd paſſiuè aggreſſus haberet fundamentum præcauendi, & poſſet in re, ac deberet cogitare, & præcauere.

48 Eſt autem ratio, quia de facto ex naturali diſtractione, aut ſtoliditate *innocenter* non apprehendiſti per intellectum actualiter, & opportuno tempore, te habere fundamentum præcauendi, & te poſſe, ac debere præcauere, quamuis in intellectu ipſo haberes ſpeciem intelligibilem, de ſe repræſentatiuam meæ grauiſſimæ contra te inimicitiæ, & periculi exinde tibi imminentis, & potentiæ debitique de præcauendo;

49 Illa enim ſpecies erat ſolùm habitualis, & non repræſentabat in actu ſecundo, ob applicationem potentiæ intellectricis ad alia obiecta, quod in ſuo caſu non aduertit Marcabrunus ab Anguillis *conſ.* 98. *num.* 89. dicens, excludi proditionem, *quia Angelus pluries minatus fuit occidere prædictos* (de quibus ibi) *& tanquam inimicos habebat, ipſique non incauti, ſed conſcij mali animi dicti Angeli, occiſi fuerunt*, quod de conſcientia habituali concedo, de actuali nego.

Hoc autem *fundamentum præcauendi*, &; *te in re poſſe, ac debere præcauere*, ſi non apprehendatur actualiter hìc, & nunc per intellectum, vnde hæc inapprehenſio ſit cauſa, cur de facto tu non præcaueas, ſtant omninò materialiter, & mortuo modo, ac proinde non poſſunt operari, vt occiſio terminata ad potentem in re, & debentem item in re præcauere, ſed ex *innocenti inapprehenſione* iſtius potentiæ, & iſtius debiti remanentem impotentem de facto hìc, & nunc ad præcauendum, & de facto hìc, & nunc non præcauentem, careat nota *proditorij*, perinde ac ſi apprehendens actualiter, te poſſe, ac debere præcauere, & voluntariè non præcauens, occidereris. 50

Atque in hoc elucet inſidiatrix malitia proditoris, quòd is ſagaciſſimè indaget articulum temporis, in quo tu planè immemor *fundamenti, potentiæ, ac debiti* de præcauendo ab illo, qui tibi eſt infenſiſſimus, non cogitas quidquam, cum ſis diſtractus ad alia, aut non cogitas opportunè, nec præcaues; atque in his circumſtantiis remanes impotens ad te defendendum: 51

Vnde ille ſic impotentem aggrediens, inficit actum qualitate *proditorij*, nihil obſtante ſua contra te inimicitia, habitualiter ſolùm reſidente in intellectu tuo, non autem actualiter apprehenſa per eumdem intellectum.

Ex qua doctrina conuincitur inſubſiſtentiæ id, quod mihi obiecerunt quidam docti Criminaliſtæ, videlicet non decere, vt ego ex tua ſtoliditate, aut inaduertentia indebita circa debitum præcauendi, reportem aggrauationem meæ actionis, & qualificer vt *proditor*, cũ huic ſordidę denominationi viã ex parte mea ſufficienter interciderim per hoc, quòd meam

Digitized by Google

meam contra te capitalem inimicitiam declaraui;

Reſpondeo enim, actionem meam aggrauari, & me tanquam *proditorem* qualificari directè non ex tua ſtoliditate, & inaduertentia ad debitum præcautionis, ſed ex malitia mea, quæ impulit me, vt ſtudioſè, & affectatè eligerem punctum temporis, in quo videbam te ſtolidum eſſe, & inaduertentem ad illud debitum, vt hoc modo ſecurè, infallibiliter, & ſine vllo meo periculo te miſerum non potentem hîc, & nunc reluctari conuellerem de mundo: Vnde ſtoliditas, & inaduertentia tua concurrit merè indirectè, & ſolùm occaſionaliter ad aggrauandum, & qualificandum, non autem directè, & cauſatiuè.

Neque per declarationem inimicitiæ ego intercidi viam *proditoriæ denominationi*; quia licet diffidauerim te pro tunc, quandò me declarabam, & te conſtituerim item pro tunc in occaſione, potentia, & debito te defendendi, quando tamen poſtea appuli animum, & manum ad te aggrediendum in puncto ipſiſſimo tuæ ſtoliditatis, aut inaduertentiæ à me affectatè obſeruatæ, & quæſitæ, & non extra illud, iam volui recedere ab illa diffidatione, & potentia tutelari priſtina, quæ ſubinde ſtetit, ac ſi nunquam antea fuiſſet, & volui omnino, vt actio mea aggreſſiua terminaretur ad indiffidatum de preſenti, & de præſenti omnino impotentem ad ſui tutelam, ac proinde inficeretur ſordibus *proditionis*, quas ſi arcere voluiſſem, neceſſe erat, vt in aggreſſione agerem *da buono à buono, da galant'huomo*, diffidando te tunc, & reliquendo tibi locum ad te tuendum, non autem vellem antea te *diffidatum*, & *defendibilem*, per declarationem inimicitiæ, & vellem poſtea te indiffidatum, & indefendibilem, per vſum inſidiarum clanculariarum, quæ euidenter faciunt *proditorem*, quidquid repugnet Gizzarell. *deciſ.* 16. *num.* 2. & aliqui alij, nulla tamen allata repugnantiæ ratione.

Quòd autem *innocenter* non apprehenderis per intellectum actualiter, te habere fundamentum præcauendi, & te poſſe, ac debere præcauere, probo efficaciter;

Intimidas quid?

Quia ſi hæc opportunè apprehendiſſes actualiter, & illicò non præcauiſſes modo tibi poſſibili ab inſidiis meis, in inimicitia mea, tanquam in ſua proxima cauſa, cognitis à te, iam peccaſſes peccato *intimiditatis*, quæ eſt vitioſa, S. Thom. 2.2. *quæſt.* 126. *art.* 1. *in corpore.* 52

Quippe oppoſita fortitudini per exceſſum, quo quis inordinatè contemnit pericula mortis ſecundùm circumſtantias, ſecundùm quas ex præſcripto rectæ rationis timenda, & refugienda forent. Tanner. *tomo* 3. *in* 2. 2. *ſancti Thomæ. diſputat.* 3. *q.* 2. *dub.* 3. *num.* 44. 53

Seu, quod in idem recidit, per defectum timoris debiti circa eadem pericula quando, vbi, provt, & quantum oportet. Viguer. *inſtitut. cap.* 6. *de fortitud.* §. 2. *verſ.* 2. *pagin. mihi* 254. Tabiena *verb. Intimiditas.* Sebaſt. Medices *in ſum. de peccatis capitalibus tit.* 4. *q.* 90.

Et eſt mortaliter mala, quando inordinatus ille contemptus, ſeu timoris defectus procedit ex conſenſu deliberato, id eſt cum plena aduertentia, & voluntatis conſenſu. Caiet. *in ſummula. verb. Intimiditas.* Viguer. *loc. cit.* Fumus *eodem verbo.* Valentia. *tomo* 3. *in* 2. 2. *S. Thomæ. diſput.* 8. *q.* 3. *puncto* 2. *verſ. Intimiditas.* Leſſ. *tomo de iuſt. lib.* 3. *capit.* 1. *num.* 64. Tamburin. *in Decal. lib.* 6. *cap.* 2. §. 1. *num.* 2. *verſ. quoties vero.* Arriaga *tomo* 5. *diſput.* 31. *num.* 70. vbi quòd *intimiditas* videtur conincidere cum *temeritate.* Card. de Lugo *tomo* 1. *de iuſt. diſput.* 10. *num.* 28. *verſ. ſecundò negatiuè.* quando ſcilicet non curat homo intimidus notabilem corporis læſionem, omittendo prouiſionem debitam. Tabien. *loc. citat. num.* 2. & vno verbo non defendit vi- 54

tam, ſicuti ſi, ruente domo, aut inuadente tauro, non fugeret. Sotus *de tegendo ſecreto. membro* 1. *quæſt.* 3. *§. Quartò arguitur. verſ. nam qui ſinc.* vel videns incendium ad ſe iam appropinquans, nolit loco moueri, ſed flammam expectet. De Lug. *loc. cit.* vel ſine rationabili cauſa permittat ſe occidi. Chapeauille *de caſib. reſeruat. poſteriori parte cap.* 3. *caſu tertio. quæſt.* 1. *§. Qui permittit. pag. mihi* 147. Carpanus *commentar. ad cap. homicida. nouar. Conſtitut. num.* 345. ab hoſte iniquo, aut, latronibus, à quibus ſe abſcondere tenebatur. Arriaga *cit. n.* 70. vel à iudice iniuſtè damnante, è cuius manibus tenebatur ſe ſubducere per fugam, ſi poterat. Plaza *epit. delictor. lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 6. vbi quòd hic magna vſus eſt temeritate. Gutierez. *canonic. qq. lib.* 2. *cap.* 24. *n.* 40. *ad finem*, vbi quòd peccaret mortaliter propter temeritatem, & vitæ prodigalitatem ex Couarruuia. Reginaldus *lib.* 21. *num.* 44. *in praxi.* & poſito quòd fugit, tenetur non redire, etiamſi iuramento pollicitus fuerit, quod iuramentum non obligat ad violandum præceptum de propriæ vitæ conſeruatione, & redeundo grauiter peccat. Plaza *cit. numer.* 6. *ad finem.*

55 Eſt inquam mortaliter mala *intimiditas*, & adeo certæ malitiæ, vt hæreticum ſit dicere, quòd non ſit peccatum vltrò pati mortem ſine iuſta cauſa, vt ex Alphonſo de Caſtro aſſerit Petrus Nauarr. *de reſtit. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 27. *iuncto num.* 19.

56 Fundatur verò hæc malitia in hoc, quòd opponitur graui præcepto nobis impoſito à lege naturali, & charitate, vt nos, noſtramque naturam, & conſeruationem diligamus. S. Thom. 2. 2. *q.* 64. *art.* 5. Comitol. *lib.* 4. *quæſt.* 10. *numer.* 6. & media dicentia ad mortem, aut eius periculum remoueamus. Ioannes Sanchez *in ſelect. diſput.* 46. *num.* 26. *paulò poſt medium.* Balthaſſar Gomez de Ameſcua *tractat. de poteſtate in ſe ipſum. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 11. §. *Probatur primo*, ſeu quòd in idem recidit, vitam abſque cauſa non exponamus. Salas *de legibus tractat.* 14. *diſputat.* 11. *ſect.* 1. *numer.* 6. vbi optimè notat, præceptum hoc non obligare pro ſemper, reducitur enim ad illud affirmatiuum: *tuere propriam vitam.* Ameſcua *lib.* 2. *cap.* 1. *numer.* 14.

Non exponamus inquam, aut conſeruare omittamus; tunc enim cenſeremur illam ex intentione perdere. Leſſius *tomo de iuſt. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 27. & eſſe noſtri ipſorum homicidæ, Plaza *cit. num.* 6. & nos virtualiter occidere. Sotus *loc. cit.* & moraliter; quia qui non tuetur, quem poteſt, & debet, occidit. Caramuel. *in Theol. fundamentali nouiſſima numer.* 1182. *iunctâ notâ marginali.*

Cuius tamen perditionis, & occiſionis deformitas vel ex hoc fit manifeſta, 57
quòd eiuſdem vitæ dominium non habemus. Sotus *de iuſt. lib.* 4. *art.* 3. Valerus *de differentiis vtriuſque fori. verb. Vita. differentia* 2. Gomez de Ameſcua *citat. tractat. de poteſt. in ſeipſum lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 1. ex trito axiomate, & velut in rem iudicatam tranſacto, cuius veritatem examinat doctiſſimè more ſuo Eminentiſſimus. De Lugo. *citat. diſput.* 10. *ſect.* 1. *n.* 9. *& ſeqq.* Carafa *de duello tract.* 3. *ſection.* 3. *quæſt.* 1. *n.* 13.

Quamuis eiuſdem vitæ vſufructuarij ſimus. Caramuel. *in Theol. fundament. num.* 1608. optimè inferens ex hoc dominij vitæ defectu, & eiuſdem vitæ vſufructu, nos non poſſe vitam prodigere, poſſe expendere, quod fecerunt martyres, faciunt & milites &c. & *num.* 1056.

Peccaſſes inquam peccato *intimiditatis*: 58

At cum delictum non præſumatur. Maſcard. *concluſ.* 495. Ricc. *parte* 1. *deciſ.* 61. *num.* 3. Graff. *conſilior. lib.* 3. *de ſepult. conſ. vnico. num.* 14. immo ſi concurrant præſumptiones contrariæ, illa ſit amplectenda, quæ delictum excludit, & improprientur verba, vt euitetur delictum. Bertazzol. *conſ.* 54. *num.* 6. *&* 7. *& conſ.* 167. *numer.* 16. *&* 17. *lib.* 1. & præſertim contra mortuos. Lezana *conſult.* 49.

num.

numer. quint. qui nimirum audiri non poſſunt.

59 Et potiſſimùm non præſumatur delictum *Intimiditatis*, quod eſt tam grande, & non ſolùm non continet vllum illicium ad ſui commiſſionem, ſed maximam habet horribilitatem, quæ abſterreat ab ipſa commiſſione, ſicuti de ſuimet occiſione notauit Graff. *cit. n.* 14. inde ducens maius argumentum ad eam non præſumendam,

Et ad illud conſequi poteſt immediatè mors delinquentis, non relicto ſpatio pœnitentiæ agendæ, & procurandæ ſalutis, cuius nemo præſumitur immemor, iuxta vulgata iura apud Hortenſium Caualcanum *tractat. de teſtibus parte* 2. *partis* 2. *numer.* 76. *folio mihi* 113. & Horatium Perſium *in ſemicenturia conſilior. criminalium conſ.* 2. *numer.* 10. & præſertim in extremis, quando non à ſemetipſo, ſed ab alio interficitur. Ioan. Sanch. *in ſelect. diſput.* 36. *numer.* 3.

60 Non debet vllo modo præſumi de te per inſidias occiſo à me inimico tuo, mortale hoc peccatum *intimiditatis* in temetipſum truculentæ quo ad corpus, & multò magis quo ad animam:

Ac proinde cenſeri debes perpeſſus eſſe eaſdem inſidias cum omnimoda actuali inapprehenſione inimicitiæ meæ contra te, & certi periculi inde contra te imminentis, & potentiæ tuæ ad præcauendum, & debiti grauis de præcauendo.

Et propterea non eſt tibi imputabilis omiſſio præcautionis contra debitum præcauendi, cum id debitum hîc, & nunc non agnoueris.

61 Ad eum proportionabiliter modum, quo omiſſio eorum fidei articulorum, quos explicitè ſcire tenentur omnes, non eſt imputabilis ad culpam quibuſdam ruſticis Chriſtianis, qui de illis vel nihil audierunt, & de debito eos credendi nihil fuerunt ſuſpicati: Ægidius de Coninck. *de Fide. diſputat.* 14. *dub.* 11. *numer.* 211. Franciſc. Suarez *de Fide. diſp.* 15. *ſect.* 1. *numer.* 10. & 11. Gabriel Vaſquez. 1. 2. *diſp.* 121. *cap.* 2. *numer.* 3. Sayr. *in claui regia lib.* 2. *cap.* 9. *numer.* 15. Ioan. Sanchez *in ſelect. diſput.* 19. *numer.* 5. vel ſi audierint, nihil, inſtar brutorum, perceperunt, aut ſi perceperint, aliis negotiis diſtenti, ſunt prorſus obliti huius obligationis, Thom. Sanchez *in ſumma. lib.* 2. *cap.* 3. *numer.* 20.

Notabilia circa tritum illud potuit, & debuit ſcire.

Vnde optimè notauit Adamus Burghaber noſtræ ſocietatis *in ſua erudita centuria prima caſuum conſcientiæ caſu* 2. quòd ſi tritum illud: *potuit, & debuit ſcire*: vim habeat, non poteſt ſtatui, quando inconſideratio à peccato excuſet, quando non, ſed relinquitur, res planè inexplicabilis, & mille obnoxia ſcrupulis. 62

Haberet autem vim illud idem: *potuit, & debuit ſcire*: & efficeret imputabilem tibi omiſſionem præſeruationis à nece tua, ſi profitereris, te ſcire inimicitiam capitalem contra te meam; & cognoſcere hîc, & nunc præſentiam certi periculi de incidendo in inſidias meas letales, & debitum graue, ac facilitatem euadendi eaſdem inſidias, & nihilominus adderes, te non curare de imminente inde morte; 63

Iam enim apertiſſimè fores reus mortiferæ *intimidatis*, quippe qui ſciens, ac volens mactareris, & potens, ac debens ſubducere te vicinæ morti, & id voluntariè omittens, ac proinde eadem mors accideret ſine labe proditoria ex parte mea, quippe qui formaliter potentem ſe defendere occiderem, formaliter inquam, id eſt *cum cognitione* quæ effertur per illum terminum *formaliter*, qui condiſtinguitur à termino *materialiter*, id eſt ſine accidentali forma cognitionis, quod aduerto ad inſtructionem non verſatorum in ſcholis, vt me ſine hæſitatione circa terminos intelligant.

Verum hæc planè temeraria, & nullo iuſtifi 64

iuſtificabilis titulo prodigalitas vitæ, mortiſque contemptio, quæ occiſorem inſidioſum liberat à nota *proditorij*, vix poteſt in praxi occurrere, cum ad eam exercendam vix poſſit ſe offerre aliquod motiuum, niſi fortè tædium vitæ, ac deſperatio, quæ tamen de nemine in hac vita vnquam præſumitur. Borgas. *de irregular. parte 6. fol.* 329. *numer.* 13. cum grauiſſimum delictum ſit.

65 Vt proptereà mirum ſit, tot graues Doctores non ſolùm Legiſtas, qui articulos conſcientiam concernentes diſcutere non ſolent, ſed etiam Theologos alioqui exactos, aſſeruiſſe tam promptè, atque abſolutè,& ſine examine, inſidioſam occiſionem ab inimico patratam, carere qualitate *proditionis* eo ipſo, quòd *ab inimico* peragitur;

Hæc enim aſſertio ſupponit ſemper in occiſo per inſidias tum actualem aduertentiam ad odium capitale inſidiatoris, & ad periculum certum necis, quod tamen ſæpiſſimè abeſt,ob metum, quem habent à Curia ſeculari iſti oſores etiam capitaliſſimi, ſi occidant,quos oderunt, itemque ad potentiam, atque ad graue debitum vitandi illud idem periculum, tum conſenſum quaſi beſtialem in omiſſionem defenſionis, & in ſecuturam illicò mortem, & conſequenter mortale peccatum intimiditatis, & voluntariæ amiſſionis corporis, atque animæ:

66 Quod tamen cum nullum illicium contineat, ſed potius horribilitatem, vt diximus, non eſt veroſimile, quòd admittatur cum ea facilitate, & crebritate, cum qua admittuntur alia peccata de ſe illectiua humanæ voluntatis, vt ſunt inter omiſſiones non auditio præceptæ miſſæ ad ludendum, aut ſtudendum &c. atque inter commiſſiones luxuria, vindicta &c.

Ex qua doctrina colligitur reſponſio ad obiectionem mihi factam à quibuſdam eruditiſſimis amicis, dicta nempe à me procedere quo ad forum conſcientiæ, non quo ad externum, in quo ex mera exiſtentia debiti de præcauendo ſu præſumeris violaſſe illud ipſum debitum ſi non per culpam theologicam, ſaltem per iuridicam:

Sicuti quando non vteris debita diligentia circa cuſtodiam alienæ rei tibi commodatæ, depoſitæ, locatæ, oppigneratæ &c. quæ ideò perit, præſumeris, & iudicaris reus contra debitum exiſtens, licet tunc non cognitum, cui contraueniſti ſi non cum peccato theologico, certè cum iuridico, & obligaris ad reſtitutionem totius rei acceptæ;

Dico enim, à me aſſerta ſupra procedere etiam quo ad forum externum;

Neque enim mera exiſtentia debiti de præcauendo ab inimico tuo declarato olim, non autem pro tempore aggreſſionis,fundare poteſt in iudice præſumptionem, ſeu credulitatem,& aſſenſum intellectualem, quòd tu, niſi aliud in contrarium conſtet, grauiſſimum debitum de ſaluando vitam tuam, & animæ ſalutem violaueris ſiue theologicè, ſiue etiam ſolùm iuridicè, quando de facto non præcauiſti, cum etiam ad imputabilem ſolùm iuridicam tranſgreſſionis debiti requiratur *pactum*,per quod quis ſe voluntariè obliget ad quaſi ſe conſtituendum reum, & quaſi luendam pœnam tranſgreſſionis etiam merè materialis, & ſecundùm Deum innocuæ, ipſius debiti præcisè exiſtentis, & non cogniti actualiter, quando contra illud fit, vel omittitur aliquid:

Id quod apparet in prætacto caſu culpæ iuridicæ circa cuſtodiam alienæ rei commodatæ,&c.

Hæc enim culpa ideo quaſi luitur in foro externo,immo & in foro conſcientiæ, quia quis ipſam cuſtodiam ſuſcepit in ſe per liberum contractum, ex cuius natura in vtroque foro conſurgit obligatio ad reſtitutionē in caſu periculi rei indiligēter cuſtoditæ,poſitâ ciuilis,ac canonici iuris diſpoſitione,vt egregiè notauit Molin. *de iuſt. tra. 2. tom. 2. diſp.* 295. *n.* 10.

Vnde

Vnde, ſi velimus propriè loqui, nec tu teneris, quia commiſeris culpam, & læſeris debitum circa cuſtodiam, ſed quia ſic teneri voluiſti *per pactum liberum*, in caſu etiam inculpatæ omiſſionis diligentiæ, nec Iudex in his caſibus agit ex præſumptione culpæ contra te non cuſtodientem, ſed, vt faciat ius comparti habenti intereſſe, fert ſententiam circa præſtationem damni, ad quod præſtandum tu te obligaſti per *ſpontaneam pactionem*, ſi damnum obuenerit ex diligentiæ omiſſione etiam theologicè inculpabili.

At in noſtro caſu neque adeſt, neque adeſſe poteſt *pactum* hoc, quod reddat aliquo modo imputabilem tibi non vſo præcautione debitâ necem, quam ab inimico pateris, & fundet contra te ſiue præſumptionem, ſiue mauis ſententiam Iudicis, qui immo potius habet motiuum efficax non ſolùm præſumendi, ſed euidenter iudicandi *maculam proditoriam* contra tuum occiſorem inimicum, quem videt affectatè vſum inſidiis, id eſt *ex induſtria*, *&* *appoſtatè* diſpoſuiſſe, & executum eſſe aggreſſionem contra te inueniendum, & inuentum omnino indiffidatum, inaduertentem ad periculum tuimet, atque impotentem pro eo puncto ad te tuendum, iuxta prædicta.

67 Vides itaque, ad hoc vt: *potuit*, *ac debuit ſcire*: habeat vim ad excluſionem labis proditoriæ, non ſufficere in paſſiuè aggreſſo exiſtentiam *potentiæ à parte rei* ad vitandas inſidias, & *debiti radicalis* ad eam vitationem,

Sed ſemper in eodem aggreſſo requiri exiſtentiam cognitionis hîc, & nunc *talis potentiæ*, *&* *talis debiti*:

Sicuti ad hoc, vt tu, alioqui pauperrimus, dicaris *poſſe*, & *debere* mihi ſoluere debitum aliquod, ita vt omiſſio ſolutionis tibi ſit ad culpam imputabilis, non ſufficit exiſtentia theſauri in domo tua, & *debitum radicale* de facienda ſolutione ex illo theſauro, ſed prætetea requiritur in te exiſtentia *cognitionis de theſauro* te conſtituente potentem ad ſoluendum, & *de debito* inde reſultante ad id faciendum;

Per cognitionem enim in his caſibus, id, quod erat ſolòm *potentia*, & *debitum obiectiuè*, *&* *materialiter*, ac proinde extra genus moris, atque extra imputabilitatem, fit *potentia*, *&* *debitum formaliter*, & pertinet iam ad genus moris, cum reddat imputabilem omiſſionem eius actionis, quam cognoſcis *poſſe*, & *debere* fieri: 68

Quare antequam cognoſcas, te poſſe, ac debere facere, non potes denominari *potens*, ac *debens* à quantacunque *potentia*, & à quantocunque *debito* exiſtentibus extra tuam cognitionem,

Sed dicendum potius eſt eſt, quòd tu *poſſes*, *&* *deberes*, ſi cognoſceres.

Quo fit, vt Doctoribus dicentibus, inſidioſum tui occiſorem per *qualitatem inimicitiæ* liberari à nota *proditoris*, quia tu *poteras*, & *debebas* perſuaſum habere, quòd illi, quibus nocueras, non mutaſſent propoſitum nocendi, reddendique malum pro malo, vt in ſuo caſu dicit nominatim Carolus Maranta *parte ſecund. reſponſ.* 46. *numero* 18. itemque *debebas* tibi præcauere. 70

Reſpondendum ſit, abſolutè negando, te *potuiſſe*, ac *debuiſſe*, cùm ipſi æquiuocè accipiant pro *formali debito*, & *formali potentia* id, quod per defectum tuæ cognitionis eſt *radicale* debitum, & *obiectiua* potentia duntaxat, ſicuti eſt *obiectiua*, & non *formalis* illa non ſecuritas, de qua loquitur in ſuo caſu Marcus Salon de Pace *conſ.* 22. *numer. decimo octauo* inde malè inferens, mortem illius iniuriatoris, de quo agebatur, non potuiſſe

tutam mortem nuncupari; potuit enim dici *tuta* eo ipſo, quòd idem iniuriator non aduertebat actualiter ad *fundamentum, potentiam, & debitum* præcauendi ab inſidiatore iniurias paſſo;

71 Alioqui enim ſi admitteretur, te *potuiſſe*, ac *debuiſſe*, vt dicti Doctores contendunt, iam ſi occidereris illicò per inſidias, admittendum etiam neceſſariò foret, quòd non eſſes ſepeliendus in ſacro, quippe qui in actuali peccato mortali *intimiditatis* deceſſiſſes:

Sicuti ſepeliri non debet in ſacro ille, qui furando, vel deprædando occiſus eſt *cap. fures. de furtis.* Graff. *conſilior. lib. 3. de ſepult. conſ. vn. num.* 10. Bonifacius *libro de furtis. §. 12. quod iure naturali n.* 87. vel in torneamentis, aut duello. Gomez de Ameſcua *tract. de poteſtate in ſe ipſum. lib. 1. cap. 22. numer.* 10.

Et tamen alieniſſimum eſt ab Eccleſiæ praxi, vt huiuſmodi occiſis per ſubitas inſidias à notorio capitali inimico, negetur ſepultura in ſacro.

72 Vnde argumentum euidens deſumitur, quòd eadem Eccleſia non præſumat de illis actuale mortiferum peccatum *intimiditatis*, quando ab eodem inimico in ipſomet inſtanti inſidioſæ percuſſionis, per ictum verbi gratia ſclopi, occiduntur, ac proinde nec præſumat *formalem* potentiam, ac *formale* debitum præcauendi ab inimico, atque adeo neque imputabilitatem impræcautionis,

Si enim hoc præſumeret, iam illis tanquam manifeſtis, ac publicis peccatoribus, & quaſi ſui ipſorum voluntariis homicidis ſine pœnitentia defunctis, Eccleſiaſticam ſepulturam negaret, iuxta præſcriptum Ritualis Pauli V. meritò laudatum à Ioanne Sanchez *in ſelect. diſputat.* 36. *numero decimo quarto.*

73 Quòd ſi dicas ex Vermigliolo *conſ. criminal.* 482. *numer. ſecund.* quòd paria ſunt *ſcire*, & *ſcire debere*, & inferas; ergo qui *debet ſcire*, cenſetur *ſcire*: ergo proditus ab inimico, cum debeat ſcire cauendum ſibi ab *illo*, cenſetur *ſcire*, ac proinde *in culpa* eſſe, niſi caueat:

Reſpondeo, axioma illud Vermiglioli, quod etiam eſt Nauarri *in prælect. in cap. cum contingat. de reſcript. cauſa vndecima. §. Quartò facit.* Carauitæ *comment. ſuper Ritibus magnæ Curiæ. ritu.* 170. *num.* 7. Duardi *in comment. Bullæ Pij V. de cenſib.* §. 1. *quæſt.* 47. *numer.* 15. eſſe verum ad probandum non admitti in foro externo ignorantiam ſtatutorum, & conſuetudinis; de hoc enim ibi loquitur Vermigliolus, itemque eſſe verum ad probandum non admitti in eodem foro externo ignorantiam cenſuræ, vel inaduertentiam ad illam ad excuſandum ab eius incurſione:

Quod probatur; quia poſita promulgatione ſtatuti, & cenſuræ, & notorietate conſuetudinis, cenſetur contractum debitum ſciendi, & acquiſita ſcientia ſtatuti, conſuetudinis, & cenſuræ, & quando quis agit contra ſtatutum, conſuetudinem, & cenſuram, præſumitur tranſgredi hæc omnia *formaliter*, id eſt cum aduertentiâ ad ipſum ſtatutum, conſuetudinem, & cenſuram tanquam iam ſcita, cum non adſit motiuum ad præſumendam inaduertentiam aliquam;

Si enim diceretur adeſſe hoc, quòd *delictum non præſumitur*, & hinc inferretur nec præſumi aduertentiam, quæ fundat delictum in genere moris, iam ſequeretur grauiſſimum abſurdum, quòd nempe nullum delictum poſſet puniri, cum ſemper poſſet dici abfuiſſe delictum ob operantis actualem inaduertentiam ad obiectum habitualiter ſolùm cognitum: quæ tamen doctrina communi bono requirenti exercitium iuſtitiæ vindicatiuæ, foret nimis nociua, & legum omnium per impunitatem destructiua.

At nego, prædictum axioma verum eſſe ad imputandum prodito, quòd

ex

Digitized by Google

ex culpa ſua non præcauerit ab inimico;

Culpa enim hæc cum impræcautione connexa, habet hoc ſibi peculiare, vt nullatenus præſumatur, ſed anticipatè, & præuentiuè per inaduertentiam totali neſcientiæ æquiparatam impedita, & prærepta cenſeatur, ob fortiſſimam præſumptionem, quòd ab inimico ſuo inſidiosè occiſus non voluerit ſciens, & libens per enormem temeritatem, & ſuæ ſalutis contemptum, proiectionemque peccare peccato finali *mortiferæ intimiditatis* non relinquentis pœnitentiæ locum, ſi ad inſtans percuſſionis mors ſubſequatur, & ſe irreparabiliter deuouere illicò gehennæ incendiis: quæ præſumptio multò melius iuſtificabilis in omiſſione defenſionis vitæ quàm eſſet in commiſſione contrà vitam propriam vincit iuxta generale axioma, quòd nempe in concurſu contrarium præſumptionum debiliores, & pauciores vincuntur à fortioribus, & pluribus. Farinac. *quæſtion.* 126. *numer.* 99. & 100. vincit inquam omnem aliam præſumptionem & aduertentiæ ad debitum præcauendi poſt intimatam ſibi alienam inimicitiam, & delicti ex aduertentia conſurgentis, iuxta æquiſſimam Eccleſiæ praxim præindicatam ſupra in hoc eodem *paragr. numer.* 72.

74 Addo prædictis, quæ in hac grauiſſima difficultate fuſius diſcutienda fuerunt, quòd, præciſo etiam peccato intimidatis, vel etiam tentationis Dei, quam ſicuti tacitè interuenire, ſi ſine neceſſitate exponas te periculo vitæ, aſſerit doctus F. Ioannes Pedraza *in ſua ſummula folio mihi* 8. *à tergo*, iuxta illud Chriſti D. ad Satanam hortantem, vt mitteret ſe deorſum: *non tentabis Dominum Deum tuum*: Matthæi 4.

Ita & ego aſſero interuenire, ſi abſque neceſſitate non te ſubtrahas præſenti certo periculo vitæ, vt verbi gratia ſi incidas in latrones, & poſſis fuga tibi conſulere, ſed velis te defendere, vt experiaris diuinum auxilium. Petrus Binsfeldius *in Enchiridio Theologiæ paſtoralis parte* 3. *capit.* 5. *pagin. mihi* 151. *in editione Tullenſi*, cuius peccati reus præſumi non debes, vt diximus,

Non eſt veriſimile, quòd tu, ſi cogitaſſes actualiter de inimicitia in te mea, & de eius probabilibus contra te conſequentiis, omiſſurus fuiſſes omnes diligentias ad te ſubtrahendum periculo vitæ, ex naturali inſtinctu, & amore, quem habemus omnes ad vitæ noſtræ proſequendam indemnitatem.

Vnde cum tu non te ſubtraxeris, argumentum eſt euidens, quòd non cogitaueris, ac proinde cum omnimoda impræcautione, atque ad te defendendum impotentia, ideoque *proditoriè* occiſus ſis,

Id quod omnino Iudex præſumere debet, donec doceatur, te in aggreſſionis articulo opportunè agnouiſſe periculum tuum certum, & voluiſſe nihilominus pluſquam beſtialiter pati iacturam vitæ contra omne debitum, & propenſionem conſeruandi eamdem vitam.

Hoc præſumpſiſſet à fortiori quidam Epiſcopus, qui hominem à ſeipſo ſuſpenſum admiſit ad Eccleſiaſticam ſepulturam ex allegata ſibi per quoſdam Doctores ſententia Villaboli *apud Dianam parte quint. tractat. tert. reſolut.* 100. vbi agens de reperto ſuſpenſo, quatenus credatur, eumdem ſibi mortem intuliſſe, id quod in hoc mortis genere præſumitur potius feciſſe ipſemet, quàm alius. Vermigliol. *conſ. criminal.* 18. *numer.* 15. Gutier. *canonic. qq. lib.* 2. *capit.* 3. *numer.* 13. ſecus verò de reperto mortuo in puteo, vel in via, vel in proiecto ex feneſtra. Gutier. *cit. cap.* 3. *n.* 15. ait: *yo verdaderamente creyeria mas ay, que eſte auia perdido a caſo el iuyzio, que no el contrario*; 75

Re enim vera amor naturalis erga vitam

tam propriam, & horror in mortem, præſertim violentiſſimam, ſuadere videntur, quòd nemo amatæ lucis vſuram ſibi eripere voluerit cum pleno conſilio, & libera voluntate, ſed potius id fecerit ex furore, ac proinde, non per actum humanum, ob defectum deliberationis perfectæ:

Quem defectum habuiſſe quidam Parochus ſuimet ſuſpenſor ob imaginatum ſibi triplex caput, à quo nimis grauaretur, præſumptus fuit, & ſacra ſepultura iudicatus dignus à Caramuele tunc D. Cardinalis ab Harrach Vicario generali, vt ipſe narrat. *numer. 1634. in ſua nouiſſima Theol. fundamentali*:

76 Niſi aliunde conſtet de contrario; ſicuti aliquando conſtare poteſt, ex circumſtantiis, quæ qualificant caſum, vt accidit in caſu Vermiglioli *citat. conſil. 18. numer. 15.* vbi qui repertus eſt mortuus cum laqueo in collo, dixit pridiè, quàm moreretur, cum audiſſet, ſe tranſmittendnm carceratum ad vrbem, eo quòd ſciens ſe pro furtis condemnatum in Curia Gubernaroris ad ſeruandum exilium iniunctum ſub pœna triremium ad ſeptennium, contrauenisſet, dixit inquam, ſe velle prius laqueo ſe ipſum ſuſpendere:

Et conſtito de hoc, certiſſimum eſt, quòd ſui ipſius homicida debet ſepeliri extra locum ſacrum, iuxta præſcriptum citati Ritualis Pauli V. in quam rem egregiè diſſerit vltra Gutierez *citato capite tert.* Gomez de Ameſcua *de poteſt. in ſeipſum lib. prim. capit. 22. per totum.* qui *capit. 23. numer. 75.* docet, præſumi in dubio, quòd ſe occidens, id tædio vitæ fecerit, quam præſumptionem video practicari, omiſſa præſumptione furoris, aut alterius paſſionis auferentis vim deliberatiuam.

Summa mei diſcurſus circa hanc de inimicitia occiſoris inſidioſi quæſtionem.

Totus itaque diſcurſus meus in compendium redactus eſt hic. 77

Inimicitia occiſoris per inſidias, etiam capitalis, & cognita vt talis à paſſiuè aggreſſo, non facit potentem ad ſe tuendum ipſum aggreſſum ab aggreſſore, vel quia ſimpliciter, & phyſicè eſt impotens, vel quia moraliter, & humano modo fecit omnes diligentias, & iis non obſtantibus, adhuc remanet impotens ob maiorem aſtutiam aggreſſoris, vel quia, quamuis ſciat habitualiter inimicitiam grauem alterius contra ſe, & imminere ſibi ab illa certiſſimum capitis periculum, & ſe poſſe præcauere ab illo, & habere graue debitum præcauendi, ne peccet mortali peccato *intimiditatis*, aut *tentationis Dei*, & habeat naturalem inclinationem ad ſe præſeruandum à morte, tamen hîc, & nunc non cogitat de hac inimicitia, de hac potentia, & de hoc debito præcauendi, nec ſentit actualiter naturalem hanc inclinationem, eo quòd vel diſtrahatur naturaliter ad alia, vel ſit naturaliter ſtolidus, & ſtante hac incogitantia inimicitiæ, & periculi, & potentiæ, & debiti ad præcauendum, & inſenſibilitate inclinationis ad ſui tutelam, remanet de facto hîc, & nunc impotens ad ſe tuendum ab aggreſſore, perinde ac ſi illa inimicitia, illa potentia, illud debitum, illa inclinatio non adeſſent, cum adſint modo planè mortuo, & materiali, ob ſui non apprehenſionem de præſenti:

Ergo eadem inimicitia non tollit terminationem inſidioſæ aggreſſionis ad impotentem hîc, & nunc ad ſe tuendum:

Sed in hac terminatione conſiſtit quidditas, ſubſtantia, eſſentia, ratio formalis, & ſpecifica *proditorij*.

Ergo inimicitia non tollit *proditorij* quiddita

quidditatem, ſed omnino eſt compoſſibilis cum illa, id quod à me erat probandum.

78 Cum igitur occidens per inſidias, etiamſi alteri ſit præcognitus capitalis inimicus, ſit verè, & propriè proditorius homicida, conſequens eſt, vt Eccleſiarum immunitate non gaudeat, vt tradunt cit. Thom. Sanchez, Suarez de Paz *locis cit.* Couarruu. *cit. lib.2. variar. reſol. cap.*10. *num.*7. §. *In his profectò.* Vincent. Tancredi *tomo de religione tract.*1. *lib.*4. *diſput.*6. *quæſt.*2. *num.*8. vbi quòd, attento iure communi, ambæ ſunt probabiles, & tutæ, cum & rationes, & auctores habeant non vulgares. Marta *in compilat. totius iuris controuerſi in verb. Homicid. cap.*37. Gabriel de Bellis *in ſuo poſthumo tractatu* 2. *de iure ſacro. cap.*4. *numero* 18. vbi quòd plerique includi volunt (in caſu ſcilicet excludente ab immunitate) eum, qui occiderit appenſatè, & per inſidias inimicum, vt ſonant verba textus *in dicto cap.*1. *de homicidio.* & in terminis Gregorianæ Marius Italia *cit. lib.*1. *cap.*5. §. 4. *num.*3. Barboſa *libro* 2. *vniuerſi iuris Eccleſ. cap.*3. *num.*91. qui tamen *num.*92. dicit, quòd non ſine fundamento exiſtimauit Bartolus, hunc immunitate gaudere, quoniam occiſus debuit præcauere, ſciens occidentem eſſe inimicum.

Sed iam oſtendi ſupra huius dicti nullitatem: præterquam quòd ibi non loquitur Bartolus de immunitate.

Immò nec contrarius eſt mihi Bartolus, ſi vera eſt interpretatio Didaci à Cantera *qq. criminal. cap.*6. *de homic. n.*32. vbi quòd Bartolus non loquitur, quando ſeditioſè, & per inſidias occiderit inimicum, ſed tantùm vult dicere, quòd non eſt præſumendum, quòd qui occidit inimicum, aliud actu oſtendat, aliud gerat in mente; nam eſt credendum, quòd etiamſi mente gerat, & actu oſtendat, ſe velle occidere inimicum, & hoc debuerat ſemper proſpicere occiſus, non tamen dicit Bartolus, quòd ſi per inſidias occidit, non occidat proditoriè. Ita Cantera, cuius doctrina ad ſaluandum Bartolum non ſatisfacit mihi, ſicut nec ſatisfacturam aliis multis exiſtimo, cum Bartolus nimis clarè loquatur in contrarium.

Satisfit obiectioni aduersùs prædicta.

Sed obiiciet aliquis. Inanis fuit recurſus ad excluſionem *intimiditatis*, vt oſtendatur, te non cognouiſſe de præſenti opportunè aggreſſionem, & potentiam, debitumque vitandi mala aggreſſionis, & conſequenter aggreſſionem à me inimico tuo capitali factam non caruiſſe labe proditionis; 79

Potuit enim eſſe, quòd tu omnia hæc cognoueris, & tamen non imputabiliter intimidus extiteris;

Quia, cum habeamus ex Cardinali de Lugo *tomo* 1. *de iuſt. diſput.*10. *num.*29. quòd ſi ſcias aliquem te quærere ad necem, non teneris ſemper fugere, ſed potes ex graui cauſa patienter mortem ab alio illatam, vel inferendam expectare, cui doctrinæ conſonant tradita per Michaëlem Salon *de iuſt. quæſt.*69. *artic.*4. *controu.*14. *concluſ.*1. §. *Ad ſecundum. fol. mihi* 547. Balthaſſarem Gomez de Ameſcua *de poteſt. in ſeipſum lib.*2. *cap.*1. *num.*14. apud quem plures alij in hanc rem,

Poterit præſumi, quòd tu ſcieueris quidem periculum ab inſidiis meis inimici tui capitalis imminens tibi de præſenti, & cognoueris, te fugere poſſe, ſed aduerteris, te habere grauem cauſam tolerandi mortem patienter, ac proinde tè hic, & nunc excuſari à naturali debito, quod ſine illa cauſa haberes ad fugiendum, & non poſſe peccare peccato *intimiditatis*, & de facto volueris non fugere, ſed mortem ipſam patienter expectare.

In quo certè caſu ego inimicus tuus

aggrediens te cognoſcentem, te poſſe fugere, & nolentem fugere, exemptus fui à labe proditoriæ occiſionis, cum aggreſſus fuerim non impotentem ad defenſam ſui; & tu ex cauſa non fugiens mortem, exemptus fuiſti à labe imputabilis, & peccaminoſæ *intimiditatis*.

80 Reſpondeo, grauem illam cauſam, cum aliquid facti ſit, non præſumi, ſed probari debere:

Et addo, cum regulariter huiuſmodi cauſæ non fugiendi pericula mortis non ſuppetant, præſumendum potius eſſe non adfuiſſe huiuſmodi extrauagantem cauſam, cum præſumptio cadat in id, quod communiter contingit. Thom. del Bene *parte 2. de immun. & iuriſdict. cap. 16. dub. 21. ſect. 2. n.* 8. & pronunciandum eſſe, quòd poſſeſſio ſteterit pro præcepto fugiendi pericula mortis.

Quo fit, vt ſi de facto non fugeris periculum mortis ab irruente aggreſſione tibi imminens, dicendus ſis vel peccaſſe peccato *intimiditatis*, vel non aduertiſſe id periculum:

Non poteſt dici primum: ergo debet dici ſecundum: & conſequenter debet dici, doctrinam Cardinalis de Lugo non allegari ad rem, vt eximas à labe proditoria aggreſſionem à me inimico tuo in te factam.

Corollarium primum, ex firmatis in hoc §. 10.

81 Ex dictis infero primò, eſſe proditorium homicidam illum, qui fruſtra conatus per mille ſtratagemata occidere inimicum ſuum, fit demum voti compos per hoc, quòd oppletam archibuſetis onuſtis pyxidem ligneam, vulgò *Scattola*, ita ex arte compoſitam, vt ad ſigilli amotionem, fatales illæ fiſtulæ explodi, & letiferas glandes circumquaque diſpergere debeant, tranſmittit vel titulo donationis, vel alio veriſimili ad ipſum inimicum, adiectis tot coloribus, & cautelis, vt ille de illapſa in manus ſuas peſte nihil admodum ſuſpicetur, vnde aperiens pyxidem, claudat infelix diem, id quod vſuveniſſe non ſemel audiui.

Sicut & audiui de quodam Brixienſi, qui vt demum occideret Titium, cui infenſiſſimus erat, & qui cum omnimoda præcautione viuebat, petiit ab Titij amico ſeruum nullatenus ipſi Titio ſuſpectum, & eumdem ſeruum pecunia corruptum, & probè inſtructum impoſuit clitellato equo cum ampliſſima, vt dicunt, *forma* caſei Placentini ad anteriorem clitellarum partem, quæ *forma* fuerat excauata, & archibuſetis introrſum diſpoſitis, & ad lædendos obuios directis referta, & ſuæ prioris cruſtæ operculo affabrè clauſa. Venit ſeruus ad Titij domum: & dato nomine, introducitur vt amici ſeruus, & non timendus. Obuium habet in impluuio Titium, & dum ſimulat depoſitionem caſei dono tranſmiſſi ab amico hero, & deſcenſionem ab equo, per arcani funiculi attractionem archibuſetos explodit, & Titium, aliquoſque ex eius mirmillonibus circumſtantibus interimit. 82

Et ſimili doloſa ratione fuiſſe occiſum Kemethum Scotorum Regem à Fenella matre Erathlinthi per eumdem Regem interempti, tradit P. Nicolaus Cauſinus *Hieroglyphico 5. lib. 11.* 83

Cum enim vltrix hæc mulier fabrefactam ſtatuam cum aureo in porrectrice dextera pomo, gemmis diſtincto, atque ita compacto, vt remouentem ab eadem dextera, pluribus extemplò eiaculatis cuſpidibus tranſuerberaret, ſtatuam inquam iuſſiſſet deponi in quodam loco, & illuc incautum Principem artificiosè introduxiſſet, apprehendit ille de manu ſtatuæ ſubdolum munus, atque è Fenellæ voto transfixus interiit.

Non gaudet autem immunitate, qui has proditorias machinas ad aliquem tranſmittit, vel ad eas aliquem deduci iubet, ſi machinarum delator, vel 84

ad

Digitized by Google

ad eas deductor latentem fraudem ignoret;

Nam, iuxta latè dicenda *in §.19. huius ſectionis*, ipſe tranſmiſſor, vel iuſſor eſt propria,& phyſica, ſeu phyſico-moralis cauſa necis proditoriæ, ad quam delator, & deductor concurrit merè materialiter ob ignorantiam fraudis.

85 At ſi delator, vel deductor ſit conſcius,ſicut fuit ille à Brixienſi oſore corruptus, iam tranſmiſſor, vel iuſſor gaudet immunitate, cum illius necis ſit cauſa ſolùm moralis, non gaudet autem delator,vel deductor, cum ipſe ſit cauſa propria, & phyſica, ſeu phyſico-moralis eiuſdem necis, quæ omnia probè intellexetis, cum legeris dicenda infrà §.19. vbi de diſcrimine inter cauſam moralem,& phyſico-moralem.

Corollarium II.

86 Infero ſecundò, quòd Fatinac. *q.18. in praxi.num.74.verſ.vel qui.* Thom.del Bene *cit.cap.16. dub.20. ſect.2. num.5.* & alij, qui refundunt rationem *proditorij* in hoc, quòd quis non præcauerit, quia præcauendi cauſa non præceſſerat, quaſi verò non eſſet futurum proditorium, ſi cauſa præcauendi præceſſiſſet, minus bene philoſophantur;

Nam etiamſi præceſſerit ea cauſa, cum tamen non fuerit per intellectum actualiter apprehenſa ab occiſo per inſidias, perinde eſt ac ſi non præceſſiſſet;

Quia per eam inapprehenſionem eodem modo cauſatur præſens impræcautio, & impotentia hîc, & nunc ad ſe tuendum, quæ denominat *proditorium* homicidium.

Vnde non congruè ſtatuunt hi Doctores rationem *proditorij* per ordinem ad defectum cauſæ præcauendi, cum ſtatuenda ſit in aliquo vlteriori termino, nimirum in præſenti impotentia ſe tuendi, quæ impotentia ſubſiſtere poteſt etiam cum cauſa præcauendi, dummodò tamen eadem cauſa non apprehendatur, vt modo dixi.

Corollarium III.

Infero tertio, imitandam non eſſe ſententiam olim latam per Curiam Neapolitanam, teſte Nouario *parte 2. ſummæ Bullar. tit. de immun. num.52.* in cauſa mariti, qui vxorem ore proprio confeſſam adulterium, occidit ictu ſclopi incautam ſedentem in gradibus domus, quamuis apparuiſſet, nullam inimicitiam inter eos interceſſiſſe, ſed potius amicitiam ſimulatam,cum in eadem domo ſimul habitarent, & iudicatus fuit non proditorius occiſor; 87

Quia dicebatur, inimicitiam inter eos interceſſiſſe, & mulierem debuiſſe præcauere caſum, & cogitari ſibi mortem præcauendam, quemadmodum ſolet à maritis inferri, ne diſſimulantes iniuriam, irrideantur. Ita Nouarius.

Non eſſe inquam imitandam; cum enim maritus occiderit non apprehendentem actualiter fundamentum præcauendi,& conſequentias huius fundamenti, & ſe poſſe, ac debere præcauere, & de facto non præcauentem innocenter, & ideo hîc, & nunc impotentem ad ſe defendendam, occidit proditoriè.

Eodem modo ſubſcribendum non eſt allegationi factæ per eruditum Iuriſconſ. Ioannem Thomam Pollium *apud Ioann. Bapt. de Thoro in compend. deciſ. Neapol.in verb.Proditorium.pag.428.col.2.* ad defenſam inquiſiti de homicidio commiſſo in hominem odio habitum ex cauſa honoris, cooperante interfecti vxore ad dictum homicidium per aperitionem domus; 88

Erat enim maritus tutiſſimus, ſub fide vxoris; quia cum vxor eſſet caro ipſius viri, & cum eo ſtaret, comederet dormiret, quo modo poterat hic infelix præconcipere prudenter, quòd inimici

mici ſui vſuri eſſent miniſterio proditricis vxoris ad ſe occidendum ſecurè?

89 Item quia Ciarlin. *parte 2. controuerſ. forenſ. cap.* 151. iudicauit pro immunitate aliquorum, qui in duos, quibus erant inimici, exploſerant archibuſios ex feneſtra hoſpitij, dum illi duo emerent ceraſa, & comederent, è quibus vnus obierat,

Et quamuis habuerit alia motiua ad ita iudicandum, vt patet ex dictis per eum *à n.6. vſque ad* 17.

Fuit tamen paratus ad illud iudicium ferendum ex eo ſolùm motiuo, quòd prædicti occiderant cum qualitate inimicitiæ hominem per inſidias, per quam qualitatem excludi credebat rationem *proditorij*, vt apparet ex deductis per ipſum *à n.*17. *vſque ad* 24. vbi dicit, hanc eſſe veram, & communiſſimam Doctorum ſententiam, ſecundùm quam pluries vidit fuiſſe iudicatum, & ipſe bis iudicauit.

90 Ego dico, iudicium Ciarlini, ſi ex ſequela eius ſententiæ emanaſſet, non fuiſſe imitandum;

Quis enim diceret (attende amabo, amice Lector,) infelicem illum, qui ex feneſtra percuſſus fuit à latentibus inimicis, dum applicatum haberet animum ad emptionem, & comeſtionem ceraſorum, apprehendere actualiter, & imputabiliter *inimicitiam* aliorum contra ſe, & *periculum* ab illa ſibi de præſenti impendens, & *potentiam*, *debitumque* ſub mortali peccato de præcauendo iuxta graue præceptum conſeruandi vitam?

Certè ille nihil horum apprehendit, ac propterea ab illo ictu feneſtrario deprehenſus eſt omnino impotens hîc, & nunc ad ſe tuendum à clancularijs aggreſſoribus, ideoque in toto rigore, non obſtante aggreſſorum inimicitia, *proditoriè* occiſus eſt.

91 Imitanda eſt autem ſententia lata per Vicarium Generalem Curiæ Salernitanæ de priuatione immunitatis pro quibuſdam, qui ſclopo inimicum petierunt ex feneſtra è regione domus, in qua ille miſer degebat, vt refert Carolus Maranta *part.* 2. *reſponſ.* 46. *n.* 1. etiamſi idem Maranta contrarium ſuſtinuerit, cum ageret Aduocati munus.

Corollarium IV.

Infero quartò, dici meritò per Gambacurtam *lib.* 5. *cap.* 28. *n.* 3. quòd Doctores primæ ſententiæ, ſi geſſiſſent inimicitias, ſeque ipſos armis defendere magis, quàm calamo id definire debuiſſent, longè aliter dicturi fuiſſent, & quòd libenter ab ipſis percontaretur, quanam ratione ſibi à tergo cauerent, ſi inimicos habuiſſent? 92

Si reſponderent, ſe id facturos, includendo ſe intra domeſticos parietes, dicit Gambacurta, quòd ne aſſentiretur quidem;

Neque enim domi tuti eſſent, ne à corruptis pecunia famulis inimici in domum introducerentur, qui eos à tergo occiderent, nevè ab ipſiſmet corruptis famulis à tergo occiderentur.

Sed prætereà domeſticorum neceſſitas domo exire cogit, & rei familiaris anguſtiæ non permittunt trahere poſt ſe magnam famulorum cateruam, atque in media famulorum turba facilè à tergo occidi quis poteſt ictu pilæ tormentariæ, aut ab ipſiſmet corruptis famulis occidi.

Quare concludit hîc Doctor, illud ſolum remedium iuuare poſſe, ne à tergo occidatur, ſi totidem à tergo habeat oculos, quot ante habet.

Optima certè doctrina, quæ indicat moralem impoſſibilitatem defenſionis ab inſidioſo aggreſſore, & improprietatem diſcurſus eorum, qui vniuerſaliter rationem *proditorij* ab inſidioſo homicidio ſemouent per hoc, quòd inſidioſus aggreſſor ſit inimicus aggreſſi, nihil

nihil conſiderantes, fieri poſſe in plurimis caſibus, vt odio habitus non poſſit ab odientis machinationibus letalibus ſe ſubducere humano modo.

Corollarium V.

93 Infero quintò, non diſtingui benè per Thomam Del Bene *cit. cap.* 16. *dub.*20. *ſect.*5. *num.*5. Ioannem Baptiſt. de Leonardis *in citata allegatione penes Catalanum poſt caput* 31. *numero* 26. & per Sperellum *deciſione* 23. *numero* 15. quòd homicidium ab inimico factum per inſidias, ſit *proditorium* latè, & impropriè, non autem ſtrictè, & propriè;

Cum enim inimicitia nihil emolliat, aut lædat rationem formalem *proditorij*, ſed eam relinquat omnino in ſuo naturali eſſe, non eſt vllum fundamentum aſſerendi hanc latitudinem, atque improprietatem in *proditorio* propter inimicitiam.

Addo quòd deſtrueretur omninò ratio *proditorij*, ſi quid ei efficeret qualitas *inimicitiæ*, cum eſſentiæ ſint indiuiſibiles, ſicuti numeri, ac proinde occiſio per inimicum facta inſidioſè, non poſſet appellari vllo modo *proditoria*, quia ſupponeretur deſtructum omne omnino fundamentum iſtius appellationis.

Quia ergo non obſtante inimicitia, remanent prædicata quidditatiua *proditorij* omnino incolumia, vocabis non *latè*, non *improprie*, ſed *ſtricte*, & *proprie proditorium* homicidium ab inimico factum per inſidias, non minus quàm ſi à non inimico perpetratum foret.

Corollarium VI.

94 Infero ſextò, quòd inimicus aggreſſor, ſi vult vitare notam *proditionis*; non debet niti præciſo titulo *inimicitiæ*, quam gerit contra aggreſſum, cum hæc, vt diximus, ſit compoſſibilis cum *proditorio*, ſed debet ipſam *inimicitiam* intimare aggreſſo *in ipſo articulo* aggreſſionis per diffidationem opportunè factam, vt relinquat alteri locum ad ſe tuendum, ſi tamen ille talis eſt, vt monitus, & diffidatus, poſſit ſe tueri.

Cum enim *proditionis* labes fundetur in præſenti impotentia aggreſſi ad ſe defendendum ab aggreſſore, vt toties diximus, ea verò impotentia oriatur ex præſenti inaduertentia eiuſdem aggreſſi ad hoſtilem animum aggreſſoris, & ad aggreſſionem ipſam,

Excitatur per diffidationem, quæ in re ipſa eſt *monitio præſens* de eodem animo hoſtili ipſius aggreſſoris, & de imminente aggreſſione, vt explicaui *§.* 7. *præſentis ſectionis*, excitatur inquam in aggreſſo aduertentia ad eundem hoſtilem animum, & ad inde irruentem aggreſſionem, atque actuatur potentia ad ſe tuendum, & ſic per eandem diffidationem *labes proditorij* intercipitur.

Quo fit, vt ſi contra eum, quem 95 aggredi paro, dicam: *Volta quà*: quæ eſt formaliſſima *diffidatio*, atque inimicitiæ conteſtatio.

Tunc, ſequente occiſione per eam apertam de præſenti inimicitiam, non ſim *proditorius homicida*. Giurba *conſilio* 60. *numero* 6. *potuit enim*, inquit idem Doctor, *ſe defendere*: *ergo ceſſat proditio*. quod etiam dicit Franciſcus Baronius *tract. de effectib. inimicitiæ* 14. *effectu. numero* 9. & colligitur ex doctrina Ioann. Baptiſt. de Leonardis *apud Catalan. cit. tractat. crimin. amneſtiæ*, *abolitionis*, & *indultus*, *poſt caput* 31. *numero* 13. vbi quòd ſi poſt diffidam offendit, non eſt *proditor*.

T Nec

Nec bene in hoc caſu cadit inquiſitio de proditorio. Muſcatel. *in pract. criminal. de homicid. mediante mandato. num.66. ex Blanco, & Deciano.*

96 Et hoc, quod dixi, volunt à contrario ſenſu multi Doctores, includentes, tanquam eſſentialem in definitione proditorij, *non diffidationem* perſonæ proditoriè occiſæ. Baldus *ſuper feudis fol. mihi 27. num.16. ſub tit. quibus modis feudum amittatur.* Gigas *tract. de crimin. læſæ maieſt. lib.3. de proditoribus, quæſt.1. num.16.* Grilenzon. *conſ.45. numero 3.* Afflict. *deciſ.265. num.54. num.9.* Farin. *in praxi. quæſt.18. num.77. & conſ.132. num.2.* Gutierr. *pract. quæſt. lib.1. quæſt.2. num.4. & 9.* Herculan. *tract. de cautione de non offendendo. cap.10. num.3.* Iacobus Nouel. *in pract. & Theor. cauſar. crimin. num.40 fol. mihi 13.* Guido Papa *deciſ.191. num.4.* Laratha *in theatro feudali part.10. dilucidatione 53. num.13.* Vrſel. *in examine apum. concluſ.101. num.30. ſed per typi errorem 40.* Perſonal. *conſ.9. numero 11.* Caluin. *in lexico iuridico verb. Proditor.* Iacobus Bonaudus de Sauſero *in addit. ad Ioan. de Terra rubea contra rebelles ſuorum regum. art.6. tract.3. fol.72. columm.2.* Ioan. Carolus Antonellus *tract. de regimine Eccleſ. Epiſcopalis lib.1. cap.9. numero 75.* Paris de Puteo *de re militari, lib.2. quæſt.7.* Burſat. *conſ.216. num.142. volum.2.* Baiard. *ad Clarum, §. Homicidium, num.22.* Ioann. Anton. de Nigris *comment. in cap. Regni Neapol. cap.13. Nuper ad vindictam. num.32. fol.60. colum.3.* Cephal. *conſ.57. num.14.* Iacobin. de S. Georgio *de feudis, fol.261. nu.17.* Foller. *ſuper pragmat. de ictu ſcopetæ apud Rouitum fol.92. colum.2. num.9.* Remigius de Gonny *tract. de immun. Eccleſiar. fallentia 14. num.2. §. Secundò.* Gambacurt. *lib.5. cap.27. num.7.* Bardellon. *conſ.40. num.10. lib.1.* Tuſch. *in lit. P. concluſ.23. verſ. proditoriè*, dicens, proditoriè agere, qui alium inſultat ſine monitione, vel prouocatione, quod etiam docet Megal. *inſtit. confeſſar. parte 3. lib.4. cap.2. numero 18. §. Secundò*, quaſi dicant non ſubſiſtere *proditorium*, ſi occidatur *diffidatus*.

Vnde optimè dixit Gambacurta 97 *cit. lib.5. cap.28. num.7.* quòd ſi inſidiæ non pararentur ad necem, ſed ad aliquid aliud, exempli gratia, vt ego te ducam ad locum, vbi quis ex facie, & præuia diffidatione, ſeu prouocatione, te adoriatur, detque tibi opportunitatem ad capienda arma, atque ad te defendendum, ſi tu in illo conflictu prouocatus occidaris, non erit homicidium propriè proditorium, quia aduertens, & te defendens, vel potens te defendere, occiſus es.

Et confirmantur hæc ex eo, quòd 98 appellatur etiam *proditor*, qui mouet bellum in alterum ſine diffidatione. Iacobus Bouaud. *loc. ſup. cit.* Decian. *tract. crim. lib.7. cap.29. num.20.* Bald. *cit. fol.17. n.16.* Gigas *de crim. læſæ maieſt. lib.3. de proditoribus, quæſt.1. num.5.* Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. fol.18. num.61.* Franciſc. Marcus *quæſt.710. num.3. parte 1.* & alij.

Quia ſcilicet *non diffidando*, relinquit alium omnino inaduertentem ad debitum ſe defendendi, ac proinde inuadit hîc, & nunc impotentem ad ſe defendendum.

Quam rationem inſinuat Decian. *cit. num.20.* ex Guido Pap. *q.191. num.1.* vbi quòd ita debet diffidari, vt poſſit ſe præparare, & Didacus à Cantera *qq. crim. pag.80. col.2.* vbi quòd exemplum proditionis ponitur in mouente bellum contra alium *ſine diffidatione*; nam ille, qui tractat de bello contra aliquem ſine eo quòd ſciat ille, contra quem tractat, dicitur *proditoriè* agere, cum alius ſit ſecurus, & non credat de tali, & videtur inſidiari alteri, quod nefas eſt. Ita Cantera, qui tamen hoc intelligit verũ, quando moueretur bellum contra illum, qui non eſt inimicus; nam ſi moueret

uereretur contra inimicum, vel contra eum, qui habetur pro inimico, non diceretur *proditoriè* moueri, ſed abſque *proditione* mouebitur.

99 Sed non video quo modo conueniant hæc cum dictis per eumdem Canteram *pag.* 533. *col.* 2. vbi admittit proditionem cum inimicitia in perſonam priuatam.

100 Quòd autem dixi de diffidatione, procedit quo ad eos, qui per diffidationem excitari poſſunt ad exerendam vim defenſiuam, quam habent;

Si enim quis, etiam *diffidatus*, *& monitus*, de irruente aggreſſoris hoſtilitate, non eſſet habilis ad ſe defendendum, iam illa diffidatio non auferret ab illa aggreſſione labem proditoriam, quia relinqueret incolumen terminum ſpecificatiuum proditionis præſentem ſcilicet impotentiam ſe tuendi.

Vnde vides, quòd doctrina illa, quæ includit in definitione proditorij *non diffidationem*, eſt quidem bona, ſed non adæquata, cum detur proditorium aliquod cum diffidatione, in hominem ſcilicet non excitabilem ad ſui tutamen per diffidationem.

Corollarium VII.

101 Infero ſeptimò, in inquiſitione, ſeu accuſatione huius criminis ad iudicandam proditionem, non eſſe neceſſe dicere, quòd, *nulla præcedente inimicitia, offendit*,

Etiamſi de contraria praxi teſtentur Blanc *tract. de indiciis, num.* 194. Decian. *tract. criminal. lib.* 7. *cap.* 30. *numero* 10. Beoleus, & alij duo apud Farinac. *conſilio* 168. *num.* 70. Sperell. *deciſione* 23. *numero* 11. Ricc. *parte* 1. *deciſione* 80. *numero* 1. Gargiareus *conſ.* 71. *numero* 8. Anton. de Ballis *varior. tract. lib.* 5. *de pragmat. Regni. pragmat. vn. tit.* 42. *numero* 10. vbi quòd, quando eſt præmeditatum, debet dici, *inimicitia præcedente.* Nouarius *cit. parte* 2. *ſummæ Bullar. tit. de immun. Eccleſ. num.* 49. quæ praxis fundatur in ſententia apud me improbabili, & ferè euidenter falſa, vt patet ex latè deductis *in hoc §.* 10. per me, qui directè intendo non quidem euerſionem praxeon tribunalium, ſed candidam inueſtigationem quidditatis *proditorij*, & hanc inueſtigationem credo non pendere vnicè à praxi tribunalium, quaſi verò hæc fundetur in propoſitionibus æternæ veritatis, & debeat eſſe neceſſaria regula philoſophanti.

Et puto eamdem inueſtigationem fieri poſſe, ſine vlla ipſorum tribunalium iniuria, per legitimam diſcuſſionem rationum ab ipſa praxi non irrefragabili, & mutabili ſeparatarum, licet inde contingat quaſi correctio ipſius praxis, & receſſus meæ concluſionis ab illa;

Quid enim? An ſi mihi ferè ſit euidens per ineluctabilia rationum momenta, *proditorium* conſiſtere poſſe cum inimicitia, debeo in meram tribunalium gratiam, quaſi dediſcere meum lumen, & adigere intellectum vel inuitum ad credulitatem, cuius motiua video planè indiſcuſſa, agnoſco futilia, inueriſimilia, & falſa?

Si tribunalia praxim fundarent in apertiſſima iuris ſanctione; vel in alia ratione conuincenti, poſſem ego dici temerarius, ſi contra ius, aut rationem concipere, & vulgare auderem non opiniones, ſed opinationes.

At cum neque ius, neque ratio (neutrum enim aſſignabile eſt) aſſiſtant praxi paulò ante allegatæ, cauendum potius eſt tribunalibus, ne praxim fundamentis deſtitutam ſequantur, quàm timendum mihi, ne errem, qui in hoc tribunalia non ſequor, quàm non ſequelam licere oſtendi §. 8. *num.* 52. ex Gabriele Vaſquez 1. 2. *diſp.* 177. *num.* 74. *tomo* 2. ſicut & locutus ſum de volubilitate tribunalium circa ſtylos ex Vermigl.

conſ. criminal. 12. *numer.* 26. Piagio *tract. de iure conſuetud. quæſtion.* 13. *numer.* 57.

Quæ volui dicta, vt faciam ſatis oppoſitioni contra me factæ à viro graui, & docto, qui meam de proditorio cum inimicitiæ qualitate doctrinam improbabat ex eo, quòd à praxi tribunalium recedat.

102 Ex dictis etiam cõuincitur inſubſiſtentiæ id, quod aſſerit Sperell. *citat. numer.* 11. *inimicitiam*, & *proditionem* implicare, & vnam excludere alteram;

Vna enim cum altera ſe ſe probè compatitur, dummodò inimicitiam in actu ipſo aggreſſionis non apprehendat opportunè ad ſe defendendum aggreſſus, ac proinde non diffidetur de aggreſſore, & ſtante non diffidatione, remaneat incautus.

103 Vera ergo praxis ea erit, ſi in accuſatione proditorij dicatur, quòd, *nulla interueniente præſenti diffidatione, & inimicitia conteſtatione, quæ cautum redderet, & potentem ad ſui tutelam, offendit incautum, atque hic, & nunc impotentem ad ſe tuendum*, neglecto, tanquam inutili, articulo inimicitiæ, quæ hic, & nunc non apprehenſa, non facit ad rem, cùm ſtet omnino materialiter, & mortuo modo, vt dixi.

104 E conuerſo autem, ſi velis ex capite inimicitiæ aggreſſoris in aggreſſum excludere proditorium in iudicio, debes probare non ſolùm, quòd paſſiuè aggreſſus certificatus antea fuerit de capitali inimicitia aggreſſoris contra ſe, quæ certificatio non præſumitur. Maſcard. *concluſ.* 283. *numer. prim.* ſed præterea quòd per factam ſibi aliquam externam diffidationem præſenrem aduertit plenè aggreſſoris graue odium, & inimicitiam capitalem in actu aggreſſionis, atque ita opportunè aduerterit, vt haberet locum ſe defendendi;

Alioqui enim, hoc non probato, cum præſumendum non ſit, aggreſſum peccaſſe peccato mortali *intimiditatis*, & *tentationis Dei*, omittendo ſubtrahere ſe aliquo modo à præſenti periculo ſuæ necis plenè cognito, & neglexiſſe dictum, & inſtinctum naturalem ad conſeruandam vitam,

Præſumendum eſt, eumdem aggreſſum non cognouiſſe opportunè in actu aggreſſionis dictum odium, & inimicitiam aggreſſoris, & ſic manſiſſe incautum, atque impotentem hic, & nunc ad ſe tuendum ab illo, ideoque fuiſſe proditoriè occiſum.

Corollarium VIII.

Infero octauò, Doctores, & nominatim Gizzarellum *deciſion.* 16. *num.* 4. *ad finem.* qui excludunt à ratione *proditorij* occiſionem inſidioſam prouenientem ab inimico, eo quòd inſidioſus occiſor ex hoc ipſo, quòd inimicus eſt, non occidit ſub colore amicitiæ, cum id malum, quod habet in animo, gerat in opere, & proditorium conſiſtit ſecundùm ipſos in diſſimilitudine, & contrarietate eius, quod eſt in animo, & eius quod apparet in opere, Doctores inquam hos niti falſa ratione; 105

Nam etiamſi inimicitia tollat colorem amicitiæ, & ponat ſimilitudinem, & homogeneitatem inter latentia in animo, & apparentia in opere, quæ omnia in proditi perniciem tendunt,

Non tamen tollit terminationem inſidioſæ occiſionis ad impotentem ad ſui tutelam, in qua terminatione conſiſtit *proditorium* formaliter, quòd prædicti Doctores ad colorem amicitiæ alligant ſine vllo fundamento, vt ex profeſſo oſtendam infrà *paragr.* 16. *præſentis ſectionis.*

§. XI.

§. XI.

Videri probabile, quòd ſaluetur ratio proditorij in homicidio ex ſolis inſidiis, ita vt non concurrat cum iiſdem inſidiis induſtria cum propoſito, & appenſamento coniuncta, & quòd homicida non induſtrioſus, ſeu non ex propoſito, nec appenſatus, ſed ſolùm inſidioſus priuetur immunitate.

SVMMARIVM.

Afferunt communiter Doctores, proditionem *continere tum animum deliberatum, tum qualitatem* proditionis, *quaſi verò* proditio *eſſentialiter ſecum trahat animum deliberatum, ſeu quod idem eſt, appenſamentum, propoſitum, & induſtriam ab his procedentem*. n. 1.

At non allegant Doctores vllam dicti rationem. n. 2.

E conuerſo probè intelligitur ſubſiſtere conceptum proditorij, *per hoc, quòd quis voluntariè quidem, & cum peccato mortali, quamuis non præmeditatè, occidat hominem incautum, atque hic, & nunc impotentem ad ſe tuendum*. numer. 3.

Inſidiæ regulariter de facto coniunguntur cum appenſamento, propoſito, & induſtria: at non apparet, cur ſicut poteſt eſſe homicidium appenſatum ſine proditione, *ita non poſſint inſidiæ, & conſequenter* proditorium *eſſe aliquando ſine appenſamento, propoſito, & induſtria ſimul coniunctis, cum poſſit quis, durante calore concepto ex præcedente rixa iam diruupta, redire, & opprimere conrixatorem incautum, & impotentem ab opprimente ſe tueri*. n. 4.

Sicut & poteſt quis ſubitò indignatus contra Titium, ob factas ſibi prauas relationes de illo, qui nihil de hoc ſcit, & in antiqua confidentia, & incautela perſeuerat, eundem Titium ſecurum, atque impotentem ad ſui tutelam occidere incontinenti. n. 5.

Dato, quòd ſaluetur ratio proditorij *in homicidio ex meris inſidiis ſine induſtria cum propoſito, & appenſamento coniuncta, ſequitur neceſſariò, homicidium ſine appenſamento, propoſito, & induſtria inſidioſum priuari immunitate tum in vim* cap. 1. de homic. *decernentis priuationem immunitatis tum pro homicida ſolùm induſtrioſo, tum pro ſolùm inſidioſo plenè condiſtinctis, tum in vim Bullæ Gregorij XIV. excludentis indiſtinctè ab immunitate* occidentes proditoriè. n. 6.

Nec mirum eſt hoc, cum, ſicuti priuatur immunitate ob deformitatem ſacrilegij homicidium voluntariè, ſed impremeditatè factum in Eccleſia, ita vt priuetur ob peculiarem deformitatem inſidiarum, homicidium voluntariè, ſed impræmeditatè factum cum inſidiis. num. 7.

Non obſtat, quod, cum in caſu homicidij merè inſidioſi ſine appenſamento, propoſito, atque induſtria ſimul coniunctis, non ſit locus pœnæ ordinariæ, ob difficultatem temperandi iuſtum dolorem, videtur intrare axioma aliquorum, quod quandocumque pœnæ ordinariæ non eſt locus, ſemper eſt locus immunitati. n. 8. *eius pœnæ quidditas deſcribitur*. n. 9.

Reſpondetur enim, & oſtenditur falſitas axiomatis. num. 10.

Iudicis ſecularis ſolius eſt examinare meritum ad pœnam vel ordinariam, vel extraordinariam, poſtquam reus fuerit ſibi relaxatus: Iudicis verò Eccleſiaſtici eſt examinare quid iuris circa exceptionem delicti, & quid facti circa commiſſionem: vnde apparet neceſſitas connectendi in foro Eccleſiaſtico, vt ſit locus immunitati, ſi non ſit locus pœnæ ordinariæ, ſed extraordinariæ tantum. ibid.

Alioqui enim, data hac neceſſitate, deberet Epiſcopus directè inquirere de merito alterutrius pœnæ, quod dicendum non eſt, cum præſertim Epiſcopus non poſſit reum torquere ſuper delicto excepto, in ordine ad ipſam immunitatem. n. 11.

Poſſe excuſatum à pœna ordinaria, licèt non ab extraordinaria, carere immunitate, tradiderunt aliqui ante, & poſt Gregorianam, qui referuntur. n. 12.

Si ideo non ſit locus pœnæ ordinariæ, quia defecit qualitas aliqua delicti excepti in Gregoriana, tunc verum eſt, quòd, non exiſtente loco pœnæ ordinariæ, eſt locus immunitati. n. 13.

Aſſertur quædam doctrina Ciarlini in hanc rem. numero 14.

Reditur ad quæſtionem principalem, & obiicitur, quòd ex dictis infertur, me eſſe excludendum ab immunitate, ſi videns rixantem cum conſanguineo meo, aggreſſus ſim ſtatim ſine appenſamento à tergo, & occiderim, cum fuerim proditor: *cuius tamen contrarium fuit* | *racticatum de conſilio Ioannis Gutierez,* num. 15.

Reſpondetur, videri admittendum totum, attento præſertim dubio, in quo circa hoc fuerunt quidam Iudices. n. 16.

Si rixantem cum conſanguineo meo occidam ex apprehenſione tituli neceſſariæ defenſionis, non ſum homicida, nedum proditor. numero 17.

Homicidæ *nomine venit ſolùm, qui iniuſtè occidit: nomine autem* proditoris, *qui ſic iniuſtè occidit impotentem ad ſui tutelam.* ibid.

Si rixantem cum alio, occidam ex ſtimulo non neceſſariæ defenſionis, nullis dictis verbis, non punior pœnâ ordinariâ, quia actus non eſt deliberatus antè, at ſum proditor, *cum incautum opprimam, & immunitate priuor.* num. 18.

Vel aſſignanda eſt ſolida ratio, cur proditio *includat neceſſariò appenſamentum, propoſitum, & induſtriam ab ipſo propoſito procedentem, & non ſit contenta ſolo voluntario, quod, quamuis impræmeditatum, eſt tamen plene deliberatum, & ſufficit ad peccatum mortale, nec differt à præmeditato, niſi ſecundùm maiorem, vel minorem conſultricis potentiæ perſpicuitatem: vel ſi ea ratio non adſit, dicatur,* proditionem *ſaluari ſine induſtria cum propoſito, & appenſamento coniuncta, in homicidio ex ſolis inſidiis præciſis ab ipſa induſtria cum propoſito, atque appenſamento coniuncta, & excludi ab immunitate.* num. 19.

Hactenus dicta, procedunt ad meram diſputationem; alioqui enim auctor non vult videri ſingularis, & inferre nouas opiniones, ſed ſequitur in hoc caſu communem opinionem docentem non ſaluari proditorium *ſine induſtria cum propoſito, & appenſamento coniuncta, ſine quibus, tanquam conditionibus requiſitis ex parte ſubiecti operantis, non poteſt quis denominari* proditor. n. 20.

Ratio proxima concluſionis eſt æſtimatio prudentum. n. 21.

Sæpe in rebus moralibus non poteſt aſſignari melior regula, quàm hæc æſtimatio, quamuis non ſemper poſſit allegari fundamentum iſtius æſtimationis. ibid.

Solus homicida inſidioſus, & inſidioſus, atque appenſatus ſimul, eſt proditor: *inſidioſus vero, & non induſtrioſus, neque appenſatus, non eſt* proditor, *& hic gaudet immunitate in terminis Gregorianæ.* n. 22.

In terminis autem cap. 1. de homic. *condiſtinguentis caſum homicidij merè induſtrioſi à caſu homicidij merè inſidioſi, & hos ſigillatim caſus excipientis, & excludentis ab immunitate, eſt vſus excludendi in primo caſu, teſtibus Doctoribus recenſitis* §. 8. *at in ſecundo non eſt talis vſus.* num. 23. *ſed legitur potius contrarium apud Gutierez,* n. 24.

Clericum turpiter inuentum cum vxore, vel filia, & impotentem ad ſui tutelam occidens, quamuis mortaliter peccaret, non incurreret reſeruationem homicidij, nec excommunicationem, nec iacturam immunitatis, nec titulum proditorij. n. 25.

Regula, ſi homicidio quantumcunque inſidioſo, & cadenti in impotentem ad ſui tutelam, deſit qualitas præmeditati, & procedentis à propoſito, non aufertur immunitas. n. 26.

Stabilita

STABILITA iam ratione conſtitutiua proditorij, inquirendum eſt, an ipſum proditorium ſubſiſtere poſſit ſine induſtria procedente ex propoſito, atque appenſamento.

Scio aſſeri communiter per Doctores, & nominatim per Peguerам *decif.* 54. *num.* 6. Caball. *tract. de omni genere homicidij num.* 397. Ciarlinum *parte* 1. *controuerſ. forenſ. cap.* 10. *num.* 136. Menoch. *de arbitrar. Iudic. caſu* 361. *num.* 25. Vermigliol. *conſ. crimin.* 94. *numer.* 2. proditionem continere vtrumque, nempe tum animum deliberatum, ſeu, quòd pro eodem ſumitur, propoſitum, & induſtriam, tum qualitatem proditionis, id quod ſupponit etiam Graff. *de caſibus reſeruatis lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 50.

Ac proinde proditorium non eſſe ſine coniuncta cum propoſito, & appenſamento induſtria. Diana *parte* 6. *tract.* 1. *reſol.* 13. *verſ. neque inde*, & verbum *inſidiari* propriè comprehendere occidentem ex propoſito, & appenſatè. Peguera *cit. decif.* 54. *num.* 10. *verſ. ſecundò quod dicta verba*:

Et dici per Gutier. *pract. qq. lib.* 1. *q.* 2. *n.* 23. quòd vbi præceſſit rixa, ceſſat deliberatio, & proditio: quaſi verò proditio includat deliberationem, ac proinde induſtriam cum illa coniunctam, tanquam quid eſſentiale, & ſibi omnino connexum:

Et dici per Blancum *tract. de indiciis num.* 188. verbum *per inſidias* declarare illud verbum *per induſtriam*, quo vtitur *cap.* 1. *de homic.* vt idem ſit, ac ſi dixiſſet *ex propoſito*, & illud idem verbum *per inſidias* importare machinationem ſiue manifeſtam, ſiue clandeſtinam, & *n.* 192. committi ex propoſito antecedenti homicidium, quando ſit proditoriè:

Et dici per Grilenzon. *conſ.* 149. *n.* 39. eſſe communem, & approbatam concluſionem, quòd proditor ſit, qui intuitu amicitiæ, animo deliberato, aliū occidit:

Et dici per Petrum Gregorium Tholoſanum *comment. in ſyntaxes artis mirabilis. tomo* 2. *lib.* 4. *cap.* 60. *num.* 1. verbum *proditionis* præcogitatam longè, & anteaquam exeratur fraus, malitiam demonſtrare:

Et haberi ſimilia apud alios, quæ longum foret recenſere: 2

Scio inquam hæc: At non video allegari per ipſos Doctores rationem vllam, quæ conuincat, eſſe de conceptu formali *proditorij*, quòd fiat ex induſtria coniuncta cum propoſito, & appenſamento.

E conuerſo autem probè intelligo, 3 ſubſiſtere conceptum prædictum per hoc, quòd quis voluntariè quidem, & cum peccato mortali modo explicato *in §.* 2. *præſentis ſectionis.* quamuis non appenſatè ſecundùm formam allatam *in* §. 3. *item huius ſectionis*, occidat hominem incautum, atque hîc, & nunc impotentem ad ſe tuendum ab aggreſſore.

Quare, vt dixi ſupra *eodem* §. 3. *n.* 15. 4 fateor quidem, inſidias regulariter de facto coniungi cum appenſamento, propoſito, & induſtria:

At non video, cur ſicut poteſt eſſe homicidium appenſatum ſine proditione. Ciarlin. *cit. cap.* 10. *num.* 136. ita non poſſint inſidiæ, & conſequenter *proditorium* eſſe aliquando ſine appenſamento, propoſito, atque induſtria ſimul coniunctis;

Nam poteſt quis, durante calore concepto ex præcedente rixa iam dirempta, redire, & opprimere ſecurè conrixatorem omnino incautum, nihilque de hoc ſuſpicantem & ideo impotentem hîc, & nunc ad ſe tuendum ab opprimente extra rixam, & conflictum, quæ ratio, vt toties dixi, fundat totam deformitatē proditoriam, & agnita fuit à Mario Italia *de imm. c.* 5. §. 4. *libri primi n.* 3. *pag.* 193. *col.* 2. *ad initium.* in caſu occidentis à tergo, vel incautè eum, cum quo recens præceſſerit rixa, vbi nota ly *recens.*

Sicut

5 Sicut & poteſt quis ſubitò indignatus contra Titium, ob factas ſibi prauas relationes de illo, qui nihil de hoc ſcit, ſed in antiqua confidentia, & incautela perſeuerat, eumdem Titium ſecurum, atque impotentem ad ſui tutelam occidere incontinenti.

6 Dato autem, quòd ſaluetur ratio *proditorij* in homicidio ex meris inſidiis ſine induſtria cum propoſito, & appenſamento coniuncta, iam inferamus neceſſe eſt, homicidam ſine appenſamento, propoſito, & induſtria inſidioſum non gaudere immunitate tum in terminis *cap. 1. de homic.* decernentis priuationem immunitatis tum pro homicida ſolùm induſtrioſo, tum pro homicida ſolùm inſidioſo plenè condiſtinctis, quòd expreſsè aſſerit Molina *tract. 3. de iuſt. diſp. 23. num. 3. verſ. quaſi alterum*:

Tum in terminis Gregorianæ excludentis ab immunitate, ſine vlla diſtinctione, *occidentes proditoriè proximum ſuum.*

7 Neque mirum hoc debet videri; ſi enim ſimplex homicidium, immo ipſa mutilatio, quæ eſt aliquid minus, facta voluntariè quidem, & cum mortali peccato, ſed ſine appenſamento, & propoſito, in Eccleſia, priuantur immunitate ob peculiarem deformitatem ſacrilegij contra reuerentiam templis debitam, iuxta dicta §. 2. *numer. 16.*

Ita etiam homicidium voluntariè, & cum delicto letali, ſed non appenſatè, non ex propoſito, non induſtrioſè commiſſum, eâ induſtriâ ſcilicet, quæ ex propoſito procedit, ſed cum ſolis inſidiis impræmeditatis, ſed in furore paſſionis coortis, priuatur immunitate ob peculiarem deformitatem ipſarum inſidiarum, per quas homo opprimitur incautus, & perimitur, non relicto loco ſe defendendi, iuxta dicta *in §. 5. huius primæ ſectionis.*

Non eſſe verum axioma aliquorum, quod quandocunque pœna ordinariæ non eſt locus, ſemper ſit locus immunitati.

Neque obſtat, quòd in hoc caſu 8
homicidij merè inſidioſi ſine appenſamento, propoſito, atque induſtria ſimul coniunctis, non eſt locus pœnæ ordinariæ, à qua quis per rixam excuſatur. Addit. *ad ſecundum conſilium Farinacij lib. 1. litt. C.* Giurba *conſ. 2. n. 32.* ſicut & per calorem iracundiæ. Iacobus Nouellus *tractat. ad defenſam. tit. Homic. quibus ex cauſis à pœna mortis excuſetur. n. 64. fol. mihi 21.* Blanc. *in pract. crimin. fol. 74. num. 84.* Graff. *de caſibus reſeruat. lib. 1. cap. 14. n. 45.* Vermigliol. *conſ. 103. num. 8.*

Et meritò, cum id, quod fit per iram, non dicatur fieri per electionem. Nicol. Moton. *tractat. de fide, treuga, & pace parte 2. quæſt. 38. n. 7.* & difficillimum ſit temperare iuſtum dolorem. Graff. *ſupra num. 44.*

Ac proinde videtur eſſe locus immunitati, cum ſit regula tradita per Vermigliolum *conſ. criminal. 99. numero ſecund.* & alios, quòd quandocunque pœnæ ordinariæ non eſt locus, ſemper eſt locus immunitati,

Pœnæ inquam ordinariæ, quæ ſci- 9
licet eſt illa, quam leges ſanxerunt, quam Principes conſtituerunt, aut certè quæ longa, patriaque conſuetudine introducta eſt, & differt ab extraordinaria, quòd hæc ſit, quam Iudex non ex legum, Principúmve Conſtitutione, aut ex inolita conſuetudine, ſed ex proprio arbitrio infert, & imponit. Peguera *deciſion. criminal. cap. 7. numer. 16.* Iuliuus Chartar. *deciſ. criminal. 49. num. 67.*

Non inquam obſtat;

Reſpondeo enim, regulam illam Vermiglioli, & aliorum mihi eſſe perdifficilem, & videri falſam;

Quia

Digitized by Google

Quia cum ſeculari Iudici reſeruetur examinatio meriti ad pœnam ordinariam, vel extraordinariam, facienda ſecundùm iuris regulas, poſtquam reus fuerit illi relaxatus ab Eccleſiaſtico poſt confugium ad Eccleſiam, vt optimè obſeruat Ciarlin. *parte prim. controuerſ. forenſ. cap. 12. numer.* 19. non autem hoc ſpectet ad ipſum Eccleſiaſticum, cuius eſt diſquirere, an crimen ſit de iure exceptum, necnè, & dato quòd ſit exceptum, cognoſcere, fueritnè commiſſum de facto, an non, vt pronunciet ſententiam de participatione immunitatis, vel de excluſione ab eadem,

Non apparet vlla neceſſitas connectendi in foro Eccleſiaſtico hæc duo, vt ſcilicet ſit locus immunitati, ſi non ſit locus pœnæ ordinariæ, ſed extraordinariæ tantum;

11 Alioqui enim ſi adeſt iſta neceſſitas, deberet omnino Epiſcopus inquirere directè de merito alterutrius pœnæ, vt regulare poſſet ſententiam in cauſa immunitatis, quod dicendum non eſt, cum præſertim idem Epiſcopus torquere reum non poſſit ſuper delicto excepto, in ordine ad ipſam immunitatem, vt dicam ſuo loco *in ſequenti ſectione. §. 29. num.* 52.

12 Quamobrem poſſe aliquem excuſatum à pœna ordinaria ex aliqua cauſa, qui tamen extraordinariæ ſit obnoxius, carere immunitate, tradiderunt antè Gregorianam meritò Remigius de Gonny *tractat. de immun. Eccleſiar. fallentia* 13. *num.* 8. *verſ. credo tamen.* & tanquam conſtitutiſſimũ Petrus à Plaza *epit. delict. lib. 1. c.* 19. *n.* 24. & apud eum Marcus Mantua *obſeruat. legal lib. 5. c.* 41.

Et reum criminis in dicta Gregoriana excepti non admitti ad beneficium immunitatis, etiamſi extra ordinem ſit puniendus, ratione ætatis, vel alio reſpectu, docuerunt optimè Ciarlin. *citat. cap. 12. n. 21. & n.* 23. Franciſc. Merlin. Pignatell. *controu. forenſ. cenſur. 1. c.* 64. *n.* 10.

Quod etiam de reo attentati homicidij proditorij, qui deuenit ad actum proximum, ſed ex ſibi facta reſiſtentia non compleuit, aſſerit, ſed perperam, Gambacur. *lib. 5. cap. 30. n.* 6. neque enim Bulla adimit immunitatem *attentationi occiſionis proditoriæ*, ſed ipſi *occiſioni*, quæ dicit actum conſummatum, ſecuto effectu mortis, vt alibi dixi.

Quòd ſi propterea non ſit locus pœnæ ordinariæ, quia deſit qualitas aliqua delicti excepti in dicta Gregoriana, vel in iure antiquo, verbi gratia, ſi quis proditoriè vulneret, & non occidat, in quo caſu eſt locus ſoli extraordinariæ pœnæ. Ciarlin. *citat. cap. 12. num.* 22. 13

Certè in hoc caſu veriſſimmum eſt, quòd, non exiſtente loco pœnæ ordinariæ, eſt locus immunitati;

Ratio enim, quæ excludit pœnam ordinariam, eadem includit immunitatẽ;

Atque in hoc ſenſu exiſtimo locutum fuiſſe Ciarlinum *citat. parte 1. c.* 10. *n.* 139. quando dixit: *vbi non eſt locus pœnæ ordinariæ, confugientes ad Eccleſiam nunquam traduntur foro ſeculari poſt Gregorianam, cum tunc videatur ceſſare qualitas delicti excepti, quæ faceret locum pœnæ ordinariæ.* 14

Quòd ſi quid aliud per illa non ſatis clara verba velit Ciarlinus minus conſonum aſſertis à me nuper, & à ſeipſo *in cit. cap. 12. n. 21. &* 23. ego recedo ab ipſo, tanquam ſibi parum conſtante, ſicut & à Vermigliolo, & aliis quibuſcunque, cum ratio in contrarium me conuincat. Sed redeundo ad principalem quæſtionem,

Dices, ex his ſequi, quòd excludendus ſim ab immunitate, ſi videns aliquem cum affine, vel conſanguineo meo rixantem, aggreſſus ſim illum ſtatim ſine animo appenſato, à tergo, & occiderim, cum fuerim proditor: 15

At hoc eſt contra practicata in hoc caſu in Regia Cancellaria Pinciana, iuxta ſententiam, & conſilium

V Ioannis

Ioannis Gutierez *cit. lib. 1. pract. qq. quæſt. 2. n. 26.* quam doctrinam tradit etiam Barboſa *vniuerſi iuris Eccleſiaſtici lib. 2. cap. 3. num. 93.* Marius Italia *lib. 1. cap. 5. §. 4. n. 19. verſ. ſed quid dicendum.*

16 Reſpondeo, videri admittendum totum, & eo audacius, quòd legitur apud Gutier. ipſum *n. 1.* quod caſus hic, qui in praxi acciderat, reputatus fuit ſatis difficilis, & controuerſus.

Et *numer.* 4. quòd fundamentum à me prætactum adeo aſtrinxit nonnullos Iudicum ſuperiorum, ad quos cauſa homicidij à tergo commiſſi abſque appenſamento contra rixantem cum conſanguineo ſuo, delata fuit per appellationem, vt eos mouerit, vt remiſſio eius, tanquam dubiæ, ad aliam Aulam fieret in citata Pinciana Cancellaria.

17 Quòd ſi ego occiſor rixantem cum conſanguineo meo inuaſerim, ex apprehenſo iuſto titulo neceſſariæ defenſionis mei conſanguinei, iam non ſum homicida, nedum proditor;

Nam *homicidæ* nomine venit ſolùm, qui iniuſtè, & ſine legitimo titulo occidit, non autem qui occidit ſine dolo in odioſis. Mollignat. *de appellatiua verbor. vtriuſque iuris ſignificat. num. 566.*

Nomine autem *proditoris* venit, qui ſic iniuſtè occidit incautum, atque impotentem ad hìc, & nunc ſe tuendum, quæ denominatio in hoc caſu mihi non conuenit, dum iuſtum titulum perſequor.

18 At ſi video fratrem meum, amicum, vel etiam incognitum rixantem cum alio, & ſtimulo defenſionis non neceſſarij proximi, alium indebitè inſultem, atque occidam, nullis dictis verbis, non punior quidem pœnâ ordinariâ, licèt errauerim. Gutierez. *citat. quæſt. 2. numer. 16.* quia non eſt actus deliberatus ante, immo tunc ſuperuenit, & fuit impetu factus:

At verò proditor ero, cum incautum opprimam, & immunitate priuabor, contra ipſum Gutierez *num.* 17. & Rodriguez *in ſumma parte 1. capit. 155. num. 5.* exiſtimantes, ibi eſſe ſolam ſimplicis homicidij malitiam.

Vel ergo aſſignetur ſolida ratio, cur *proditio* includat neceſſariò appenſamentum, propoſitum, & induſtriam ex ipſo propoſito procedentem, & non ſit contenta ſolo voluntario, quod quamuis impræmeditatum ſit iuxta dicta *§. 2. huius ſectionis*, eſt tamen plenè deliberatum, & ſufficit ad peccatum mortale, & non differt à præmeditato, niſi ſecundùm magis, & minus, id eſt ſecundùm maiorem, vel minorem conſultricis potentiæ perſpicuitatem: 19

Vel ſi ea ratio non adſit, dicatur, *proditionem* ſaluari ſine induſtria cum propoſito, & appenſamento coniuncta, in homicidio ex ſolis inſidiis præciſis ab ipſa induſtria cum propoſito, atque appenſamento coniuncta, & excludi ab immunitate Eccleſiarum.

Sententiam communem tenendam eſſe circa propoſitam quæſtionem.

Sed hæc dicta velim diſputationis gratia, ne quid omittam ex his, quæ mihi occurrerunt in ſpeculatione huiuſce implexæ, ſubtilis, & à nemine, quem viderim, examinatæ materiæ de nece proditoria. 20

Alioqui autem ego, qui nolo videri ſingularis, neque in ſcholas inferre nouas opiniones, aut plus ſapere, quàm oportet, vt in quodam caſu, poſt allata ſua theoremata, dixit doctiſſimus Petrus Nauarra *de reſtitut. lib. 2. cap. 3. n. 133.* & volo imitari omnino Melchiorem Canum *in relect. de pœnit. parte 5. folio mihi 74. à tergo* vbi ex eo, quòd Theologis, non licet ſine graui cauſa, noua placita cudere, communem ſententiam ſequitur,

Aſſerò cum communi ſententia, *proditorium* non ſaluari ſine induſtria cum propoſi

propoſito,& appenſamento coniuncta, & ſicuti præſupponit inſidias, ita præſupponere appenſamentum, propoſitum, & induſtriam ſimul coniuncta, tanquam conditiones requiſitas ex parte ſubiecti operantis, ad hoc vt capax ſit denominationis *proditoris*.

21 Recurro autem, vt probem hoc,non ad rationem aliquam, quia ingenuè fateor nullam mihi occurrere, ſed ad æſtimationem prudentum;

Nam ſæpè in rebus moralibus aſſignari non poteſt melior regula, quàm hæc æſtimatio, quamuis non ſemper allegari poſſit fundamentum iſtius æſtimationis, vt allatis pulcris exemplis egregiè probat doctiſſimus Franciſcus Bardi *tomo ſelectorum moralium libr.* 10. *quæſt.* 16.*num*.7.

Et eſſe veridicam ſententiam, quòd nonnunquam aliquid ex opinione, & perſuaſione communi probatur, docet Victoria *relect.*12.*n* 11.*pag.mihi* 457.

Et impoſſibile eſſe, quòd ſit falſa ſententia, in quam omnes gentes conſpirant, dicit Caramuel *in Theolog. fundament. nouiſſima. num.*1630.

Æſtimant verò, & ſibi perſuadent prudentes, titulum *proditionis* non adaptari occidenti per inſidias quantumcunque obſcuras,& ab occiſo inaduertibiles, ſed ſine induſtria cum propoſito, atque appenſamento coniuncta ex parte ipſius occidentis.

22 Cum ergo *proditio* non ſaluetur ſine induſtria cum propoſito, atque appenſamento coniuncta.

Dicendum eſt, ſolùm homicidam inſidioſum, & induſtrioſum, atque appenſatum ſimul, eſſe *proditorem:*

Inſidioſum verò, & non induſtrioſum, neque appenſatum, non eſſe *proditorem*, & hunc gaudere immunitate Eccleſiarum in terminis Gregorianæ excludentis ab immunitate prædicta ſolùm *proditoriè occidentes*:

23 In terminis autem *cit.capitul.*1.*de homic.* condiſtinguentis caſum homicidij merè induſtrioſi à caſu homicidij merè inſidioſi,& hos ſigillatim caſus excipientis, excludentiſque ab immunitate, dicendum eſt, quòd in primo caſu eſt vſus,vt fiat excluſio illa,ſicuti teſtantur Doctores ſupra *recenſiti* §. 8.

In ſecundo autem caſu non eſt talis vſus;

Ego enim nec legi,nec vidi, priuari vnquam per Iudicem Eccleſiaſticum immunitate Eccleſiarum aliquem ex hoc præciſè capite, quòd in adhuc duranti calore rixæ præcedentis iam terminatæ redierit poſt breue tempus, & neque ex præmeditato, neque ex propoſito occiderit alium quantumcunque incautum,atque in eo inſtanti nihil amplius cogitantem, aut timentem de hoc malo, ac proinde hîc, & nunc impotentem ad ſe tuendum:

Et è conuerſo legi, Iudicem Eccleſiaſticum, & Regios Auditores dictæ Cãcellariæ Pincianæ,de quibus Gutier. *cit. n.* 26. quem ſicuti etiam Barboſam, laudat Ægid.de Trullenc.*tom.*1.*lib.*1.*c.*11. *dub.*3.*n.*16.pronunciaſſe pro immunitate Eccleſiarum in caſu eius,qui à tergo,ac proinde per inſidias, ſed ſine induſtria cũ propoſito, atque appenſamẽto conjuncta,&ex impetu,in ſubito caſu occiderat rixantem cum ſuo cõſanguineo, & eumdem delinquentem fuiſſe reſtitutum Eccleſiæ,à qua fuerat abductus. 24

Vnde ad horum imitationem, & ex paritate rationis, venitet reſtituendus Eccleſiæ, qui ex improuiſo occidiſſet Clericum turpiter inuentum,id eſt ſiue in actu veneris,nudum cum nuda, ſiue præludiis veneris, ſolum cum ſola in cubiculo cum verbis blandis, aut laſciuis, vel cum oſculis, aut cum tactu mammillarum,inuentum inquam cum vxore, vel filia, & impotentem ad ſe defendendum; 25

Quamuis enim hic occiſor mortaliter peccaret, tamen ſicut non incurreret reſeruationem homicidij. Graff. *de caſib. reſeru. lib.*1. *cap.* 14. *n*.43. nec fieret

V 2 excom

excommunicatus. Thom. Sanchez *de matr.lib.1.diſp.1.n.6 ex omnium ſententia*,

Ita neque admitteret immunitatem; quia non eſſet in dolo, ſed hoc feciſſet ob iuſtum dolorem, qui facilitatem veniæ meretur, neque foret in rigore *proditor*.

Vno verb. Regula eſt, quòd ſi homicidio quantumcunque inſidioſo, & cadenti in perſonam impotentem ad ſe tuendum, deſit qualitas *appenſati*, & procedentis à propoſito, non auſertur immunitas. Ciarl. *controuerſ. forenſ. lib.1. c.116.n.28.§.His tamen*, vbi quòd ad reum priuandum immunitate, requiritur, quòd ſit proditoriè, & *appenſatè* commiſſum.

Sed de defectu propoſiti rurſum agam *infra* §.23. vbi de voluntario requiſito ad amiſſionem immunitatis ex titulo homicidij proditorij.

§. XII.

Dari rationem proditorij in homicidio ex inſidiis poſitiuis, quatenus dicunt diſpoſitionem & executionem aggreſſionis contra factam promiſſionem de non lædendo, & perfidum promiſſorem, ſi occidat promiſſarium, non gaudere immunitate.

SVMMARIVM.

Refertur vnus ex modis inſidiarum poſitiuarum, per promiſſionem ſcilicet de non lædendo, vel falſam ab initio, ſed à promiſſario reputatam veram, vel veram quidem ab initio, ſed poſtmodùm retractatam interiùs, inſcio promiſſario, qui adhuc perſeueret affidatus de promiſſore. n.1.

Qui per quamcunque promiſſionem de non lædendo ſiue ſemper falſam, ſiue ab initio veram, aſſecurauit aliquem, & conquieſcendum ſub huius promiſſionis auctoramento occidit, eſt proditorius *homicida.* num. 2.

Ob datam enim fidem, non eſt quòd præcaueri debeat. num. 3.

Referuntur auctores pro hac ſententia n. 4. & 5.

Cautio data iuſſu Iudicis potentis iuridicè punire defectorem, magis aſſecurat, quam data cuilibet alteri. n. 5.

Qui aggreditur contra datam fidem, committit propriè perfidiam, quæ definitur datæ promiſcuè fidei ruptio. n.6.

Proditoris *nota in hoc caſu, fundatur in definitione* proditionis, *quæ dicitur*: deceptio contrà fidem datam: *vnde* proditor *appellatur, qui venit contra fidem datam: quæ quidem definitio eſt vera inadæquate, itemque præſuppoſitiuè, non autem adæquate, nec formaliter.* n.7.

Procedit autem concluſio poſita. n.2. *quamuis ille, cui data eſt fides, aut ſaluus conductus, ſit hoſtis, ex quo fides etiam hoſtibus ſeruanda eſt* n. 8.

Quod limita, niſi is cui data eſt fides prior fidem frangat, cum in conuentione tacitè contineatur conditio, ſi aduerſarius fidem ſeruauerit. ibid.

Et procedit limitatio, quamuis ad fidem acceſſerit iuramentum, cum in eo includatur ea conditio. ibid.

Iahel fuit proditrix, dum Siſaram infeſtatorem Iſraelis inuitauit pacificis verbis, ſpondens ſe eum ſeruaturam, & dormientem occidit contra datam fidem. numero 9.

Medicus, aut coquus tyranni iniuſtè obſidentis vrbem, non poteſt eum contra debitam fidem occidere proditoriè, *in quo ſenſu intelligenda eſt quædam doctrina S.Antonini.* num. 10.

Miles vnius exercitus, concedente duce poteſt aggredi aduerſarios iniuſtè bellantes, & occidere dormientes, aut veneno fontibus eorum infuſo, cum nulla ſit eis debita fides. ibid.

Procedit item concluſio n.2. *poſita, etiamſi ſit bannitus, cui data eſt fides, & adſit ſtatu*

ſtatutum concedens bannitorum occiſionem impunè, cum etiam iſtis, quibuſcum pax eſt inita tempore banni, ſeruari debeat fides. n. 11.

Quod limita, niſi ipſe prior fidem, & pacem ruperit. ibid.

Eſt tamen probabile, quòd lædens bannitum poſt pacem tempore banni factam, non ſit proditor. n. 12.

Suppoſito enim, quod banniti, tãquam hoſtes publici, & transfugæ, qui idem sũt, vigore ſtatuti vtentis generalibus verbis, poſſit impunè, id eſt cum abſolutione, indulgentia, remiſſioneve pœnæ huius criminis, abolitione, aut gratia de crimine homicidij, tametſi occiſio fiat vindicandi animo, & non ob publicam vtilitatem, quidquid ſit in foro animæ, occidi quocumque modo, quæ generalitas comprehendit omnes modos excogitabiles, reales, perſonales, directos, ac indirectos, ac proinde etiam proditoriè, *& nominatim* per venenum, *& per aſſaſſinum pecunia corruptum, & per vſum armorum prohibitorum ſine incurſione pœnæ delationis armorum.* n. 13.

Quæ lex etiam ſeruari debet in foro conſcientiæ, quippè fundata in publica vtilitate. n. 14.

Unde qui occidit zelo iuſtitiæ animo implendi ſtatutum, & non ex odio, & vindicta, non peccat, nec incurrit caſum reſeruatum, nec cenſuram, ſi bannitus ſit Eccleſiaſticus, quamuis efficiatur infamis, ita vt ad teſtificandum in cauſis grauibus non admittatur ſine tortura. numer. 15.

Quæ dicta procedunt, niſi banniti ſint tolerati, vel niſi facti ſint Monachi, vel niſi habeant ſaluum conductum à Principe, vel ſecuritatem ad modicum tempus à Iudice, in quibus caſibus non eſt violanda ſecuritas etiam ab ipſo Principe, vel niſi ſint capti, & in poteſtate familiæ, vel in carceribus etiam poſt condemnationem, quia tunc habent ſecuritatem à lege, & licentia eos occidendi expirat per capturam, adeo vt, ſi debeant ſuſpendi, & venenentur per affines volentes vitare ignominiam, irroganda ſit affinibus pœna parricidij. num. 16.

Quidquid occiſorem banniti proditorium, etiam extra caſus modò dictos, non gaudere beneficio ſtatuti, in odium proditionis, *& puniri dicant aliqui, qui allegantur.* n. 17.

Suppoſito inquam, quòd banniti, tanquam hoſtes publici, vigore ſtatuti occidi poſſint quocunque modo, non licet priuatis eum ipſis bannitis inire fœdus pacis contra publicam vtilitatem requirentem, vt banniti offendantur, & non defendantur clypeo pacis priuatorum: nec debet reſpublica ex pactis priuatorum damnum pati: & promiſſio de non lædendo bannitum facta per pacem, non valet. num. 18.

Vnde in hoc caſu perinde eſt, ac ſi fides non fuiſſet data: quo fit, vt qui hunc bannitum occidit, non obſtante fide data, non ſit proditor *ex hac ſententia, quæ auctori valdè probabilis videtur, quamuis oppoſita probabilior videatur.* num. 19.

At ſi facta ſit pax cum inimico ante bannum, & ipſe poſtea banniatur, nullo modo proditor *eſt, qui ſub hac pace bannitum offendit.* n. 20.

Nam licèt crediderint aliqui, bannitum habere ex præcedente ſuo contractu ſecuritatem, & prouiſionem pro tempore ſubſequentis banni, ac proinde fidem datam obligare datorem ad non offendendum, non obſtante ſtatuto permittente occidere impunè, vel etiam iubente occiſionem. num. 21.

Nihilominus contrarium dici debet. numero 22.

Ita vt neque obſtet iuramentum de non offendendo, cum qualibet conuentio, rebus ſic ſtantibus, intelligatur, & iuramentum ad id reſtringatur: tempore autem offenſionis conſideretur bannitus tanquam hoſtis ciuitatis, & alia perſona diuerſa à prima, id eſt à ſe ipſo, & noua

cauſa offendendi emerſerit, id eſt bannum, in quod bannum incidendo, bannitus ipſe prior pacem fregit. numero 23.

Excipe, niſi poſt pacem ſecutum ſit bannum ex eadem cauſa, pro qua fuerat contracta pax; tunc enim, ſi occidas, non excuſaris, & diceris proditoriè *occidere, & pacem frangere.* n. 24.

Ampliatur concluſio poſita num. 2. *ad eum, qui antea infenſus Titio, dedit fidem alicui tertio, de non offendendo ipſo Titio, id quod in vſu eſt, vt ſcilicet ſecuta diſſenſione, vel inimicitia inter aliquos, non deueniatur ad pacem formalem, aut treugam, aut aliquam aliam promiſſionem per cautionem de non offendendo, vel offendi faciendo.* n. 25.

Perinde enim per hanc fidem datam tertio, ſed ſibi intimatam ab eodem tertio affidatus erat Titius, & ſibi non precauebat, ac ſi immediatè intimatio eadem facta fuiſſet. ibidem.

Conuenit proditoris *nota illi, qui pendente prouocatione, & die, ad quam deſtinatum eſt duellum, aduerſarium ſuum offendit.* n. 26.

Cenſetur enim implicitè data fides de interim non offendendo, contra quam fidem venitur, adeo vt veniens, debeat iudicari, & declarari mancar di fede. ibid.

Poſt tranſmiſſam chartulam, non licet alteri alterum inſequi, niſi conſtituta die ad pugnam ex monomachiſtis; quia denunciatio duelli, more militari, ſecuritatis publica fide conceſſæ vim habet. numero 27.

Perfidum aggreſſorem mereri in his caſibus notam proditoris, *colligitur ex communi opinione, & voce vulgi credentis, & appellantis illum, qui ſic læſit, abſolutè, atque emphaticè* traditore ſotto la parola. n. 28.

Perfidus occiſor ſub fide data de non offendendo excluditur ab immunitate. numero 29.

Prædicta procedunt indiſtinctè, nulla habita ratione differentiæ, quam aliqui ſtatuunt inter remiſſionem iniuriæ per modum reconciliationis, & per modum pacis, vel fidei datæ, ad effectum dignoſcendi, an homicidium ſit proditorium, *quaſi verò ſit tale in caſu fidei datæ, ſecus verò in caſu reconciliationis, quæ doctrina non placet auctori.* num. 30.

Aduertitur enim, quòd pax definitur: animorum conciliatio, ſaluo quatenus fieri poteſt, vtriuſque partis honore: *quæ conciliatio demonſtratur externis ſignis oſculi, quod eſt indicium charitatis, amicitiæ, & conſenſus: & denominatur pax à pactione, quam includit, & quidem correſpectiuam: & de ratione eius eſt, quòd ſit perpetua, & ſpontanea: vnde nemo cogi poteſt ad pacem, niſi per Principem in aliquibus caſibus.* num. 31.

Inter pacem, & reconciliationem nullum agnoſcit diſcrimen auctor, cum in reconciliationibus, & concilientur animi, & fides obligetur, ſicut in pacibus: niſi velis dicere reconciliationes differre à pacibus, quòd illæ concipiuntur ex leuibus cauſis, & non vbi vulnera, & cædes interuenerunt: quæ doctrina non obſtat doctrinæ auctoris procedenti in caſibus reconciliationum grauium, quæ certe fiunt cum pacto de non offendendo, & ſunt paces. n. 32.

Pacti pacalis obiectum aliud eſt præſens, nempe reciproca remiſſio præteritarum iniuriarum, vnde dicitur pax remiſſio rancoris: *aliud futurum, id eſt abſtinentia à ſe amplius offendendo, ad quam fides vtrinque obligatur.* n. 33.

Fides de non lædendo poteſt dari etiam extra pacem, & hoc vel per modum induciarum conuentionalium, vel per modum cautionis ad iuſſionem Iudicis. numero 34.

Induciarum proprium eſt, vt non ſint perpetuæ, nec diſcordias dirimant, ſed tantùm ad tempus conſerere manus prohibeant, & ſint media inter guerram, & pacem. ibid.

Cautio

Cautionum iudiciariarum proprium eſt, vt earum præſtatio ſit perpetua, vel temporalis arbitrio Iudicis. n.35.

Paci, ſeu reconciliationi, inducijs, & cautioni iudiciariæ id commune eſt, vt pariant ſecuritatem ab offenſa. n.36.

Deueniendo autem ad rem præſentem, cum proditorium *conſtituatur per habitudinem ad oppreſſionem hominis ſecuri, & non timentis ab opprimente, apparet, quòd es* proditorius *homicida eodem modo, ſiue aggrediaris ſecurum ex pace, ſiue ex obligata fide extra pacem vel per inducias conuentionales, vel per actum Iudicis cogentis ad cautionem.* num. 37.

Induciæ enim, & pax pro tempore, quo factæ ſunt induciæ, ſunt idem quo ad effectum, id eſt ſecuritatem perſonæ, & bonorum, quod idem poteſt dici de cautione iudiciaria de non offendendo. num.38.

Vnde nihil ad rem facit diuerſa origo ſecuritatis, ſicuti neque duratio ſecuritatis perpetua in caſu pacis, & temporalis in caſu induciarum, & iudiciariæ cautionis. ibid.

Fractor pacis, & fidei ſub verbo, & fide Regis, patrat delictum proditorium, *& exceptum in omnibus caſibus, in quibus delicta proditoria excipiuntur.* numero 39.

Non poteſt quis aſſecurari magis, quàm per Regalem fideiuſſionem. ibid.

Poteſt quis ita aſſecurari per promiſſionem alicuius tertij de non reportanda à quoquam offenſa, vt ſub hac confidentia non ſibi præcaueat. ibid.

1 VNus ex modis inſidiarum poſitiuarum, ſub quibus homicidium fit, conſiſtit in hoc, quòd diſponam, & exequar aggreſſionem contra te anteà à me odio habitum, ſed nunc affidatum per factam tibi promiſſionem de te non lædendo in poſterum, vt dictum eſt *in §.5. huius ſectionis.*

Et potuit hæc promiſſio vel fuiſſe falſa ab initio, ſed non cognita vt talis à te, propter diſſimulationem meam, vel fuiſſe vera quidem tunc, quando fiebat, quia ſcilicet ex corde promittebam, ſed incæpiſſe poſtmodùm amittere in me omnem vim per hoc, quòd ego, excitato rurſum interius odio, conceperim pœnitentiam de obligata ad non lædendum fide, & mutauerim propoſitum, & ſubinde diſpoſuerim aggreſſionem contra te manentem incautum ex vi prioris aſſecurationis reputatæ adhuc legitimæ, & veræ, & ſtabilis in ordine ad fidem mei promiſſoris, cum tamen, ob propoſiti mutationem, vera amplius non ſit.

Dico autem, me, qui per eam pro- 2
miſſionem aſſecuraui, affidauique te, antea mihi peroſum, & ſub huius promiſſionis quaſi auctoramento conquieſcentem de præſenti, occidi, ſiue fuerit illa promiſſio ab initio facta cum occulto permanente odio, & cum propoſito non ſeruandi, ſiue ſuperuenerit poſtea odium efficax, & capitale, & propoſitum non ſeruandi, dummodo ipſa promiſſio exterius concepta ritè fuerit, & palam retractata non fuerit, eſſe proditorium homicidam, non ſolùm quia abieci procul à me fidem, quod in vno ſenſu eſt *prodere* iuxta dicta *in §.9. num.*30. ſed in ſtrictiſſimo, & propriiſſimo ſenſu noſtræ diſputationis;

Quia ſcilicet occidi perſonam in apprehenſione datæ fidei ſecuram de ſua indemnitate, & deprehenſam incautam, ac proinde non potentem hîc, & nunc ſe tueri à me perfido promiſſore aggrediente ex improuiſo;

Ob datam enim fidem, non eſt, 3
quòd præcaueri debeat. Beol. & alij duo *apud Farinac. conſ.168. num.77.* & fidem viciſſim datam dicimus, ne alter alterum offendat, viuantque ambo ſub amicitiæ & pacis clypeo. Giurb. *conſ.60. num.16.*

Digitized by Google

*num.*16.& qui pacem fecit cum aliquo, veriſimiliter non debet dubitare,nec ſe ab illo præcauere. Farin.*conſ.*136.*n.*8.*ad finem.*

4 Vnde me ſic perfidè aggredientem afficiunt nota proditoris meritò Caſtro Palaus *cit. diſput. vn. puncto* 9. *num.*26. Pellizzar. *in manuali Regular. tomo* 2. *tract.*8.*cap.*5.*n.*18. Sanfelicius *deciſ.*241. *num.*4. Trullench. *tomo* 1. *lib.*1. *cap.*11. *dub.*3. *num.*16. *quia*, inquiunt, & benè, *per promiſſionem fuit illi* (id eſt aggreſſo) *ſublata omnis occaſio ſe præcauendi.* Pereg. *tract. de immun. cap.*7. *num.*10. Garon. *comment. in tit. de ſenator. no. conſ. Status Mediol. lib.*1. *tit.*4. *art.*13. *num.*104. Beol. *cit. conſ.*168 *num.*75. *&* 76 *apud Farinacium*, & ipſe Farinac. *in append. de immun. numero* 137. *ad finem.* Decian. *tract. crimin. lib.*7. *cap.*29. *num.*23. Alexand. Ambroſin. *de immun. cap.*6. *num.*4. Nicol. Moron. *tract. de fide, treuga, & pace. parte* 2. *q.*1. *num.*5. Burſat. *conſ.*216. *num.*142. *vol.*2. Ciarlin. *parte* 2. *controu. forenſ. capite* 151. *num.*5. Ioann. Baptiſt. de Leonardis *apud Catalanum tract. crimin. amneſtiæ, abolitionis, & indultus, in allegatione poſt cap.*31. *num.*5. ibi: *& fide occidit.* Philip. Paſcalis *de viribus patriæ poteſtatis parte* 3. *c.*6. *num.*18. Bordon. *tomo* 3. *controuerſiar. moralium. controuerſia* 1. *num.*273. *verſ. placet dici.* Caball. *tract. de omni genere homicidij num.*458. Giurba *conſ.*60. *numero* 21. Caſtil. *deciſ.*156. *num.*44. Vermigl. *conſ. crimin.*93. *num.*10. in caſu verbi, ſeu fidei datæ alicui magnati, equiti, aut militi de non offendendo, ſecus verò in cautione coactè iuſſu Iudicis præſtita de non offendendo, quam dicit conſtituere tertiam ſpeciem differentem à verbo, ſeu fide data alicui de non offendendo, ſicut & Sebaſt. Guazzin. *de pace, parte* 2. *§.* 3. *quæſtione* 4. *numero* 3.

5 Quæ tamen doctrina in ordine ad meum propoſitum non habet vim, cum immò ſecuriorem reddat cautio data iuſſu Iudicis potentis iuridicè punire defectorem, quàm data cuilibet alteri, vt propterea meritò dixerit Vulpell. *reſponſo* 9. *num.*3. quòd promiſſio fiſco facta ex prouiſione Prætoris debet firmius obſeruari, quàm quæ ab ipſarum partium conuentione prouenerit.

Dixi *num.*4. *perfidè aggredientem*; qui 6 enim ſic aggreditur contra datam fidem, committit propriè *perfidiam*, quæ definitur *datæ promiſcuè fidei ruptio* à Celſo Bargalio *tractatu de dolo lib.* 5. *cap.*19. *num.*3. vbi *num.*12. ait perfidiam æquiparari proditioni: committit inquam perfidiam, ſeu fraudem, quæ propriè contra fidem eſt. Bertazz. *conſ.*374. *num.*2. *lib.*2.

Sed redeundo ad Doctores, tenent quòd occidens contra datam fidem ſit proditor, Barboſa *lib.*2. *vniuerſi iuris Eccleſiaſtici cap.*3. *num.*92. *verſ. Hinc occidens.* Thom. Del Bene *parte* 2. *de immun. & iuriſd. Eccleſ. cap.*16. *dub.*20. *ſect.*3. *n.*1. Cephal. *conſ.*57. *num.*16. dicens, quòd illa offenſa continet proditionis ſpeciem, quæ fit intra pacem, cui dicto adſtipulantur Collegium Aduocatorum Marchiæ *apud Beol. cit. conſ.*168. *num.*75. Marſil *conſ.*121. *num.*16. *volum.*2. Bonacoſſa *qq. criminal. in verb. Proditor.* Giurba *conſ.*60. *num.*16. Farinac. *conſ.*136. *n.*1. *&* 8. & ſupponit Vulpell. *tract. de pace, quæſt.*9. & magis in terminis Angelus apud citatos Beoleum, & Giurbam dicens, proditoriè occidiſſe, qui fidem frangit de non offendendo eo, quem occidit, & Sebaſtian. Guazzinus *defenſ.*1. *cap.*38. *num.*40. quarenus videtur approbare doctrinam afferenrium exempla, & diuerſa in materia proditionis', quæ omnia in ſubſtantia tendunt ad probandum eſſe proditorem illum, qui ſigna fidelitatis oſtendat, & deinde fidem frangat, & optimè Laratha *conſ.*102. *num.*26. in hæc verba: *Si cum inimico meo feci pacem, & dum ille tutus ſub fide pacis viuebat, ego cum aliis ſociis aggredior illum, nihil ſuſpicantem,*

neque

neque cauentem, & occido, non nè iſte dicetur à me proditoriè occiſus, quia ſub pace de me confidebat? & Simon de Prætis *conſilio 64. num.25.* & Vulpell. *reſponſo 52. n.3.* vbi quòd pacis fractura ferè *aſſaſſinium* ſapit, quod certè *aſſaſſinium* idem eſt apud hunc Auctorem, ac *tradimento*, vt vulgò dicimus. & Herculan. *tract. de cautione de non offendendo cap.10. n.4.* vbi quòd quando ſimpliciter promiſſum eſt non offendere, nullâ adiectâ pœnâ, tunc pœna ſit arbitraria, & ita perueniri poſſit tum ad pœnam ſolitam obſeruari, vt proditores in locis publicis pede vnico ſuſpenſi ad furcam, capite inferius demiſſo, depingantur, de qua egit *in eodem cap. n.3.* tum ad alias pœnas, etiam vſque ad mortem pro qualitate delicti.

7 Et fundatur hæc proditorij nota in definitione proditionis tradita per Syluestrum *in verb. Proditio.* Gigantem *tract. de crim. læſæ maieſt. lib.3. de proditoribus q.1. num.8.* Baldellum *tom.1. diſp.10. lib.3. de vitiis, & peccatis, capitalibus. num.1.* Giurbam *conſ.60. num.15.* Peregr. *tract. de immun. cap.7. num.11.* Beol. *cit. num.75.* Thomam Del Bene *cit. ſect.3. num.1.* Sperell. *cit. deciſ.23. num.3.* quòd ſcilicet *proditio* ſit *deceptio contra fidem datam.*

Vnde proditor dicitur, qui venit contra fidem datam. Farinac. *in praxi. quæſt.18. n.79. verſ. ſeptimò.* Laratha *in Theatro feudali. part.10. dilucid.89. n.15.* Gigas *cit. num.8.* Thuſc. *lit. P. concluſ.869. n.6.* Caball. *cit. tract. de omni genere homic. num.458.* Alexander *conſ.13. n.8. vol.6.*

Quam tamen definitionem intellige, vt vera ſit primò *inadæquatè*, cum detur etiam proditio aliqua ſine deceptione, vt patet ex firmatis ſuprà *in §.9.*

Secundò *præſuppoſitiuè*, non autem formaliter, cum deceptio concurrat ad proditionem tanquam cauſa inſtrumentalis ad ponendum terminum, ſeu formale obiectum proditionis, quæ partim patent ex dictis, partim patebunt ex infrà dicendis.

Quid de lædente hoſtem?

Procedit autem mea concluſio, 8
quamuis ille, cui data eſt fides, & qui à me læditur, ſit hoſtis. Thuſc. *cit. concluſ.869. n.16.* S. Antonin *part.2. tit.2. c.1. §.14. de reſtitutionibus.* Tolet. *de ſeptem peccatis mortalibus cap.45. verſ. & hoc modo.* aut cui datus eſt ſaluus conductus. Tolet. *loc. cit.*

Ex quo fides etiam hoſtibus ſeruanda eſt. Thuſc. *ibid.* Clar. *§. Homicidium, n.51. in fine, verſ. ſed an licebit.* Caball. *cit. n.458.* Royas *ſingulari 63. num.1.* vbi quòd graue nimis eſt fidem fallere. Moron. *cit. tract. de fide, treuga, & pace. part.2. q.1. n.3.* Fachin. *controuerſiar. iuris lib.9. cap.58.* Vulpell. *reſponſo 118. num.2.* vbi meritò fidem, appellat *venerabilem.* Celſus Bargalius *tract. de dolo. lib.1. cap.5. à num.11. latè, & doctè.* Farinac. *q.29. n.8.*

Quid enim turpius factu, quid fœdius, & abſurdius dictu, quàm fidem alicui ſponte præſtitam violare. Eman. Soarez. *in theſauro receptar. ſentent. in lit. H. n. 130.*

Vnde meritò dixit Anonymus *apud Campanil. pag.648. col.2.* quòd proditio ſemper eſt mala, illicita, turpis, execranda, etiam ſi in hoſtes, ſi quando cum eis pax, aut fœdus, aut amicitia inita fuerit.

Quod intellige niſi is, cui data eſt fides, fidem prior frangat. Lancell. Conrad. *comment. de duello, & pace. part.1. concluſ.7. n.3.* Bargal. *cit. c.5. n.20.*

Neque enim fidei alienæ debet implorare præſidium, qui contra propriam fidem venerit: & taciram conditionem videtur habere conuentio, *ſi aduerſarius fidem ſeruauerit.* Bargal. *cit. n.20.*

Et procedit limitatio, etiamſi ad fidem acceſſiſſet iuramentum, cum in eo includatur prędicta cōditio. Bargal. *ibid.*

X Fuit

Fuitergo proditrix Iahel, quæ cum audiſſet Siſaram infeſtatotem Iſraëlis, fugere victum, egreſſa, inuitauit pacificis verbis, ſpondens ſe eum ſeruaturam: Cumque illum, abſcondendi ſimulatione, diligenter operuiſſet, fixo in cerebrum dormientis clauo, occidit contra datam fidem. Gambacurt. *lib.* 5. *cap.* 28. *n.* 6.

10 Ex proximè dictis infertur, quòd ſi tyrannus ſit in alicuius vrbis iniuſta obſeſſione, non licet alicui priuato debenti illi fidem, proditoriè eum occidere, verbi gratia eius medico, aut coquo miniſtrare venenum occultè. Tolet. *de ſeptem peccat. mortalib. cap.* 45. *§. Aliud dubium eſt, an tyrannum.*

Et in hoc ſenſu eſt intelligenda doctrina S. Antonini *in ſum. parte* 2. *tit.* 1. *cap.* 22. *§.* 8. Fumi *in verb. proditio.* indiſtinctè aſſerentium, non licere priuatæ perſonæ occidere proditoriè hoſtem capitalem alicuius Domini, vel communitatis, iniuſtè agentem, vel bellantem contra ipſum dominum, nec inducere aliquem ad ei propinandum venenum; neque enim quiſquam ſub fide illi hoſti per ipſum data poteſt occultè nocere, neque ad nocendum contra eam fidem incitari.

Secùs verò, ſi occiſor non debeat fidem eidem hoſti. Vnde miles vnius exercitus, duce concedente, poſſet de nocte aggredi contrarium exercitum, cuius cauſa iniuſta eſt, & inuadere, & occidere dormientes; quia nulla eis debetur fides: & hoc modo licet venenum imponere fontibus, vt bibentes pereant, cum ipſi iniuſtè inuadant terras aliorum. Ita Tolet. *loc. cit.* & optimè.

Quid de lædente bannitum?

11 Procedit item concluſio ſupra facta, etiam ſi ſit bannitus, cui data eſt fides, & adſit ſtatutum concedens bannitorum occiſionem impunè. Thuſc. *lit. P. concluſ.* 869. *n.* 15.

Nam etiam bannito, quocum pax eſt inita tempore banni, ſeruari debet fides. Moron. *cit. parte* 2. *quæſt.* 5. *num.* 1. Iacobus de Beluiſo, & Ray. apud Vulpell. *tract. de pace quæſt.* 37. *num.* 4. Clar. *§. Homicidium, num.* 50. adeo vt dicat idem Clarus *num.* 51. quòd decapitari faceret eum, qui ſub expreſsè data fide de non lædendum bannitum occideret; eſt enim grauiſſimum delictum homicidij ſub fide bannito data perpetrati. Bertazzol. *conſ.* 104. *n.* 3. *lib.* 1.

Vnde bannitum hunc poſſe impunè offendi proditoriè, communis quidem ſe habet opinio, ſed dummodò fides ei data non ſit. Bonacoſſa *commun. opin. crimin. verb. Homic. fol. mihi* 84. *col.* 1. *prope medium.* niſi fortè ipſe prior fidem, & pacem rupetit, cum pax non rumpatur occidendo bannitum illum, à quo prius rupta erat. Bertazzol. *conſ.* 151. *n.* 1. *lib.* 1.

Quamquam ſi lædatur bannitus, 12
quocum pax facta eſt etiam tempore banni, probabile eſt, non incurri notam *proditorij* iuxta ſententiam Bartoli, & aliorum, quam affert *in allegato tractatu de pace, quæſt.* 37. *num.* 1. 2. *&* 3. & ſequitur *num.* 5. Vulpellus tanquam veriorem, docentium, non rumpi in hoc caſu pacem, nec committi pœnam, & ſequitur etiam Graff *conſilior. lib.* 5. *de homic. conſ.* 7. *n.* 8.

Suppoſito enim, quòd banniti, 13
tanquam hoſtes publici, & transfugæ, qui idem ſunt. Hadr. Neguſant. *quæſtione* 237. *num.* 7. Graff. *conſilior. libro* 5. *de homicid. conſ.* 7. *num.* 6. *& de caſib. reſeruat. libro* 1. *cap.* 14. *numero* 56. & hoſtes Principis. Ioann. Bonifacius *lib. de furtis*, §. 10. *animo lucri faciendi, numero* 87. vigore ſtatuti vtentis generalibus verbis *qualitercunque, quomodocunque* poſſint occidi impunè quocunque modo. Nellus *tractat. de bannitis. parte* 2. *ſecundi temporis quæſt.* 12. *numero* 24. *verſ. tamen quia, folio mihi in paruo Codice* 78. *columna prima.* Decian.

Decian. *tract.crimin.lib.*7. *cap.*30 *num.*5. Graff.*cit.conſ.*7.*num.*6. Caball *cit.tract.de omni genere homicidij,num.*59. id eſt cum abſolutione, indulgentia, remiſſione-vè pœnæ huius criminis, abolitione, aut gratia de crimine homicidij. Iulius Chartar.*deciſ.crimin.*1.*num.*132. tametſi occiſio fiat vindicandi animo, & non ob publicam vtilitatem, quidquid ſit in foro animæ. Vulpell. *reſponſo* 59. *n.*9. etiam à Clericis. Ricc. *parte* 2. *deciſ.*98. *num.*8. quocunque inquam modo;quæ generalitas comprehendit omnes modos excogitabiles, reales, & perſonales, directos ac indirectos. Sanfelic. *deciſ.*149. *num.*6. ac proinde etiam proditoriè.Vulpel.*reſponſo* 59.*num.*2.Neguſ. *cit.quæſt.*237. *num.*9. Alexan.Ambroſin. *deciſ.*23.*num.*23. Graff.*cit.conſ.*7.*num.*20. vbi optimam allegat rationem, quia ſi non licet proditoriè occidere, eſſet ſtatutum eluſorium,cum quis nollet cum eo pugnare cum periculo. Caball. *loc. cit.* & Decian.*loc.cit.* & reſponſum fuit in facto cuiuſdam, qui ſocium bannitum prope palearium ſecum dormientem etiam extra ſtatum occidit, teſte Vulpello *cit. reſp.*59.*num.*4. & ſeruatur Mediolani. Clar.§.*Homicidium,num.*51. & nominatim per venenum Vulpell. *cit.num.*4. Neguſant.*cit. num.*9. Caball. *reſolut.crimin.centuria* 3.*caſu* 278.*à num.*4. *ad* 6. contra Carerium *in pract. crimin. fol. mihi* 99. *num.*34. *quæſt.*6. *de homicid.* & Marcum Mantuam *conſ.*100. *num.*30. *lib.*2. & per aſſaſſinum pecunia corruptum. Graff. ſupr. *num.*18. Nellus, Caballus,Neguſantius, Decian.*locis cit.*Iuliuus Chartar. *deciſ.crimin.*1. *num.*14.ita vtneque poſſint bannitorum occiſores etiam accuſari de homicidio, quippè quod factum eſt lege permittente,aſſiſtente,& fauente.Neguſant.*ſupr.num.*8. & poſſint pro faciliori occiſione deferre arma prohibita, & cum illis occidere ſine incurſione pœnæ delationis armorum. Alexand. Ambroſin. *cit.deciſione* 23. *num.*24. Iulinus Chartar. *deciſ. crimin.*1.*à num.*6. Vulpell.*reſp.*34.*num.*14. Sebaſt. Guazzin. *defenſ.*4.*cap.*8. *num.*6. *tomo* 1. Bertazz *conſ.*132.*n.*5.*lib.*1.Seraph. Maſſin. *de confiſcatione quæſt.*8. *n.*34. & *duobus ſeqq.*

Quæ lex, & ſtatutum etiam ſeruati debet in foro conſcientiæ, cum fundatum ſit ex iuſta cauſa, ad publicam ſcilicet vtilitatem, tum vt homines metu pœnæ territi, à delinquendo abſtineant,ſcientes ſe poſtea occidi poſſe, tum vt delicta non maneant impunita.Graff.*cit.conſ.*7.*num.*6.Viuius *commun. opin.*770.*num.*3. quidquid contradicant aliqui,quos citat, & ſequitur Plaza *epitome delictor. cap.*36.*n.*12. 14

Vnde qui occidit zelo iuſtitiæ, animo implendi ſtatutum,& non ex odio, & vindicta, non peccat. Ioſeph de Ianuario *de caſib. reſeruat. reſol.*64. *num.*39. *ad finem.* Alterius *de cenſuris tom.*1.*lib.*5. *diſput.*20. *cap.*1.*pag.*748.*colum.*1. *lit. D.* Graff. *cit. conſilio* 7. *numero* 13. & *de caſib. reſeruat. lib.*1.*cap.*14.*num.*56. Filliuc. *tract.*29. *in* 5. *Decalogi præcept. capite* 2. *num.*22.& 23. Chapeauille *de caſib. reſeruat. pag. mihi* 150. *vbi optimè de hac re.* Viuald. *in candelabro pag. mihi* 528. *numero* 16. *titulo de irregular.* §.1. Moron. *de fide, treuga, & pace. parte* 2. *quæſt.*5. *numero* 2. Philipp. Paſcalis *tractat. de viribus patriæ poteſtatis. parte* 4. *capite tertio, numero quarto*, Thom. Sanchez *de matrim. libro* 8. *diſput.*1. *numero* 31. Maiol. *de irregular. libro* 5. *capite* 98. *num.*2. Lucas Floronus *de caſib. reſeruat. parte ſecunda, caſu* 4. §.1. *num.*23.*pagina* 474. Nicolaus Rodriguez Fermoſinus *tomo quindecim tractatuum tractatu* 11. *ad textum in cap. literis* 5. *de reſtitut. ſpoliat. quæſtione* 8. *numero* 10. *pag.*467. 15

Acproinde non incurrit caſum reſeruatum. Graff. *loc. cit.* neque excommunicationem, ſi bannitus ſit perſona Eccleſiaſtica. Alter.*loc.cit.* quamuis efficiatur infamis, ità vt in cauſis grauibus non admittatur ad teſtificandum 16

ſine tortura. Philip. Paſcalis *cit. parte* 4. *cap.*3. *num.*42. Viuius *commun. opin.*770. Caball. *de omni genere homicidij*, *numero* 64.

16 Quæ omnia intellige, niſi banniti ſint tolerati; quia tolerati pro non bannitis habentur. Moron. *cit. parte* 2. *quæſt.*4. *num.*4. Marſil. *in pract. crimin.* §. *Aggredior. num.*28. *fol. mihi* 242. & tolerantia præſtat ſecuritatem. Floronus *cit.* §. 1. *num.*29. *pag.*48. vel niſi facti ſint Monachi; ſic enim maculam extinxerunt. Carpan. *in commentar. ad cap. Homicida nouar. Conſtit. n.*752.

Vel niſi habeant ſaluum conductum à Principe, vel ſecuritatem ad modicum tempus à Iudice; quia in his caſibus hæc ſecuritas non eſt violanda. Moron. *cit. quæſt.*4. *num.*3. & 5. & in caſu ſalui conductus Fachineus *controuerſiar. iuris lib.*9. *cap.*59. Sebaſt. Guazzin. *tomo* 1. *defenſ.*5. *cap.*6. *num.*8. Floron. *cit. num.*29. non eſt inquam violanda etiam ab ipſo Principe. Celſus Bargalius *cit. tract. de dolo lib.*1. *cap.*6. *à num.* 10. latè, & eruditè, quidquid dicat occidi bannitum poſſe, etiamſi cum eo facta ſit pax, fiduciaque data à Iudice, Marcus Mantua *conſ.*200. *numero* 7. & 8. *lib.*2.

Vel niſi ſint capti, & in poteſtate familiæ, vel in carceribus, vel etiam ſint iam condemnati; habent enim ſecuritatem à lege. Caſtracan. *tract. de ſocietatibus cap.*31. *num.*6. Guazzin. *cit. cap.*6. *num.*3. Carer. *in pract. crimin. fol.*165. *col.*2. *num.*2. ſeu ſunt ſub protectione curiæ. Sanfelicius *cit. deciſ.*249. *num.*13. & ſub cuſtodia Regia. Merlin. Pignatell. *controuerſ. forenſ. cenſur.*1. *cap.*66. *num.*4. & quamuis aliàs à quocunque impunè poſſent offendi, eo ipſo quòd in carcere habentur, tuti ſunt ab omni moleſtia, & offenſa. Merlin. *cit. cap.*66. *num.*5. quia licentia occidendi bannitum, per capturam expirat. Sanfelicius *deciſ.*249. *num.*20.

Adeo vt, ſi debeant ſuſpendi ex forma iuris, & eorum affines ad vitandam ignominiam, eos venenent in carcere, debeant ipſi affines puniri tanquam parricidæ. Moron. *de fide, treuga, & pace. parte* 2. *quæſt.*3. *num.*2. Molina *de iuſt. tract.*3. *diſp.*24. *num.*3. Sanfelicius *cit. deciſ.*249. *num.*14. Guazzin. *num.*2. Marſil. *cit. num.*242. & acrius, quia cenſentur Regiam maieſtatem offendere. Merlin. *num.*4.

Quidquid occiſionem banniti proditorium etiam extra caſus modò dictos non gaudere beneficio dicti ſtatuti, in odium proditionis, ſuſtineant 17
Plaza *epitome de delict. lib.*1. *cap.*21. *n.*8. Ioan. Anton. de Nigris *comment. in cap. Regni Neapol. cap.*13. *Nuper ad vindictam. num.*35. Carer. *in pract. fol. mihi* 28. *n.*10. Marſil. *ſingulari* 16. Monticell. *in praxi crimin. regula* 3. *num.*15. & eoſdem occiſores pœnâ ordinariâ homicidij affligi ex odio proditionis, dicat Claudius de Battandier *in praxi. regula* 96. *num.*3. & puniri dicat Laratha *in Theatro feudali parte* 10. *dilucidat.* 53. *num.* 6. Brunorus à Sole *q.*26. *n.*6.

Suppoſito inquam, quòd banniti, 18
tanquam hoſtes publici, vigore ſtatuti occidi poſſint quocunque modo.

Non licet priuatis cum ipſis bannitis inire fœdus pacis, quia læditur publica vtilitas, quæ eſt, quòd banniti offendantur, & non defendantur clypeo pacis priuatorum: Non debet autem Reſpublica ex priuatorum pactis damnum pati. Vulpell. *de pace, quæſt.*37. *n.*6. Sebaſtian. Guazzin. *de pace. parte* 2. §. 2. *quæſt.* 5. *num.* 2. & promiſſio de non lædendo bannitum facta per pacem, non valet Alexander Ambroſ. *deciſ.*23. *num.*33.

Vnde in hoc caſu perinde eſt, ac ſi 19
fides non fuiſſet data, & conſequenter qui hunc bannitum occidit, non obſtante fide, data, non eſt proditor ex hac ſententia, quæ ſanè mihi valdè probabilis videtur, quamuis oppoſita probabilior videatur.

At

20 At ſi facta ſit pax cum inimico ante bannum,& ipſe poſtea banniatur, cenſeo,nullo modo proditorem fore eum, qui ſub hac pace bannitum offenderit;

21 Nam licèt crediderint aliqui, teſte Iaſone penes Vlpell. *citat. tract. de pace quæſt.* 36. *n.* 1. bannitum habere ex præcedente ſuo contractu ſecuritatem, & prouiſionem pro tempore ſubſequentis banni,ac proinde fidem datam obligare datorem ad non offendendum, non obſtante ſtatuto permittente occidere impunè,vel etiam iubente occiſionem, prout ex Bullis Pij IV. & Pij V. teſte Vulpello *ibidem*

22 Nihilominus tamen contrarium dici debet. Moron. *cit. tract. de fide treuga, & pace parte* 2 *quæſt.* 5. *n.* 1. Vulpell. *citat. quæſt.* 36. *num.* 1. ex communi ſententia. Clarus *cit.* §. *Homicidium. num.* 50. Bargalius *cit. lib.* 1. *tract. de dolo. capit.* 7. *à num.* 34. *vſque ad* 43. ita vt neque obſtet iuramentum de non offendendo. Vulpell. *loc. citat.*

23 Nam quælibet conuentio, rebus ſic ſtantibus, intelligitur, & iuramentum ad id reſtringitur. Moron. *cit. n.* 1.

Tempore autem offenſionis bannitus conſideratur vt hoſtis ciuitatis, & alia perſona diuerſa à prima, id eſt à ſe ipſo,& noua offendendi cauſa emerſit, id eſt bannum, & quia publica vindicta tolli non poteſt per factu'mpriuatorum. Vulpell. *ſupra n.* 2. *&* 3. quod factum intellige de pactione inita ante bannum.

In quod bannum incidendo, bannitus ipſe prior fregit pacem; cum enim effectus ſit hoſtis, factus eſt omnibus ciuibus inimicus, & mihi in conſequentiam. Aduersùs autem eum, qui prior pacem fregit, poteſt pax rumpi. Ita Bargalius *cit. cap.* 7. *num.* 36.

24 Excipiunt tamen Char. *cit. num.* 50. & Tuſchus *cit. num.* 15. niſi poſt pacem ſecutum eſſet bannum ex eadem cauſa,pro qua fuerat contracta pax; tunc enim, ſi illum occidas, non excuſaris. Clarus *ibidem* & diceris proditoriè occidere, & pacem frangere. Tuſchus *ibidem.*

Quid de dante fidem tertio?

25 Extendenda eſt autem etiam ſupra facta concluſio, vt *proditorij* nota conueniat item illi, qui antea infenſus Titio, dedit fidem alicui tertio,de non offendo ipſo Titio. Alex. Peregr. *cit. tract. de immun. cap.* 7. *num.* 10.

Id quod in vſu eſt, vt, ſecuta ſcilicet diſſenſione, vel inimicitia inter aliquas perſonas, non deueniatur ad pacem formalem, neque ad treugam, vel aliquam aliam promiſſionem per cautionem de non offendendo, vel offendi faciendo,vt notauit Sebaſt. Guazzin. *tract. de pace parte* 2. §. 2. *ante quæſtionem* 1.

Perinde enim per hanc promiſſionem tertio factam,& ſibi à tertio intimatam affidatus erat Titius,& ſibi non præcauebat, & ſe tueri hîc, & nunc à promiſſore non poterat, ac ſi immediatè ſibi intimatio eadem facta fuiſſet.

Vnde meritò punitur vt proditor ille, qui fidei, ſeu verbo dato de non offendendo contrauenit. Guazzin. *cit.* §. 2. *quæſt.* 8. *num.* 4.

Qui de lædente prouocatum ad duellum, pendente prouocatione.

26 Conuenit etiam eadem nota illi, qui pendente prouocatione, & die, ad quam deſtinatum eſt duellum, aduerſarium ſuum offendit. Decian. *cit. lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 26. Alciat. *tract. de duello c.* 14. Lancellot. Contad. *comment. de duello, & pace. parte* 3. *concluſ.* 82. *num.* 2. Paris de Puteo. *de re militari. lib.* 1. *quæſt.* 7.

Cenſetur enim implicitè data fides de interim non offendendo, contra quam fidem venitur, adeo vt veniens debeat haberi, iudicari, & declarari *mancar di fide.* Mutius *de duello lib.* 3. *c.* 18.

27 Vnde Alciat. *cit.cap.*14.quem laudat idem Lancellot.Conradus *cit.comment. parte* 1.*concluſ.*7. *num.* 3. dixit,quòd poſt tranſmiſſam chartulam, non licet alteri alterum inſequi, niſi conſtituta die ad pugnam, quod eſt etiam axioma Mutij *cit. cap.* 18.

Quia denunciatio duelli, more militari, ſecuritatis publica fide conceſſæ vim habet, quod ex omnium conſenſu docet Fauſtus à Longiano *lib.* 3. *de de duello cap.* 6. *ad initium.*

28 Perfidum autem aggreſſorem mereri in his caſibus notam *proditoris*, planè colligitur ex communi opinione, & voce vulgi credentis, & appellantis illum, qui ſic fidem læſit, ſine vllo addito diminuente, ſed abſolutè, ſimpliciter, atque emphaticè *traditore ſotto la parola*, cuius opinionis,& vocis quanta ſit vis ad fundandos morales conceptus, iam alibi dixi ex Euerardo, & Thoma Sanchez.

29 Quare iure merito perfidum hunc occiſorem ſub fide data de non offendendo, excludunt ab immunitate Giurba *conſ.*60.*num.*16. *&* 22. Thomas del Bene *cit.cap.*16.*dub.*20. *ſect.*3. *num.*1. Alexand. Peregrin. *cit.cap.*7. *numero* 10. Alexand Ambroſin. *cit. cap.*6. *numer.* 4. Farinac. *in append. de immun. numer.*137. Decian. *lib.*7.*cap.*30.*num.*6.*iunctò cap.*19. *num.* 23. quod etiam in caſu particulari cuiuſdam homicidæ fractoris pacis, ac fidei datæ de non offendendo definierunt S.Conſulta Rom. teſte Farinaccio *in Addit. litt. D. poſt Beolei, & aliorum duorum conſ.* 168.

Eodem modo ſubſiſtere proditorium, ſiue violata ſit pax, ſiue treuga, ſiue cautio de non offendendo & quo modo hæc tria differant inter ſe?

30 Et exiſtimo cum Vincent. Tancred. *tit.tomo de relig. tract.* 1.*lib.* 4. *diſputat.* 8. *quæſtion.* 5. *numer.* 22. *fol.* 138. prædicta procedere indiſtinctè, id eſt nulla habita ratione differentiæ, quam ſtatuunt Doctores, quos citat, & ſequitur Vermigliol. *cit. conſ. crimin.* 93. *numero* 13. inter remiſſionem iniuriæ per modum reconciliationis, & per modum pacis, vel fidei datæ, ad effectum dignoſcendi, an homicidium ſit proditorium, quaſi verò ſit tale in caſu fidei datæ, ſecus verò in caſu reconciliationis;

Aduerto enim,quòd pax apud Martan. *de iuriſdict. parte* 2. *cap.*22. *numer.*1. 31
& Octauianum Vulpellum *cit. tract. de pace. quæſt.* 1. *num.* 4. ex Poſſeuino definitur: *animorum conciliatio, ſaluo quatenus fieri poteſt, vtriuſque partis honore: quæ conciliatio externis* ſignis oſculi, amplexus &c. demonſtratur. Vulpell. *ſupra. num.*3. Benintendi *deciſ. Rotæ Bononien. concluſ.* 65. *num.* 16. quod oſculum eſt indicium charitatis, amicitiæ, & conſenſus. Sebaſt. Guazzin. *tract. de pace. parte* 1. *quæſt.* 4. *num.* 5. & denominatur pax à pactione, quam includit. Vulpell. *ibidem numer.*5. Guazzin. *citat. tractat. parte* 1. *quæſt.* 3. *num.* 2. & quidem correſpectiuam, vltro, citroque obligatoriam. Bertazzol. *conſ.*30.*n.* 31. *lib.*1. & de ratione eius eſt,quòd ſit perpetua. Vulpell. *de pace quæſt.*72. *numer.*2. & quòd ſit ſpontanea. Vulpell. *quæſt.*3. *num.* 5. Vnde cogi nemo poteſt ad pacem.Guazzin. *quæſt.*7. *numer.*1. niſi per Principem in caſibus, de quibus idem Guazzin. *citat.quæſt.*7. *num.*11.

Inter *pacem* autem, & *reconciliationem* 32
ego nullum diſcrimen agnoſco, cum in reconciliationibus & concilientur animi, & fides obligetur per pactum perpetuum, ſicut in pacibus, quæ proinde ſunt omnino idem in re, & differunt in ſolo nomine:

Niſi velis conſtituere diſcrimen inter *reconciliationem* & *pacem* cũ Vulpell. *reſponſo* 85. *n.*3. quòd ſcilicet reconciliatio concipitur ex leuibus cauſis,& non vbi vulnera,& cædes interuenerunt.

Quæ

Digitized by Google

Quæ doctrina nihil obſtat doctrinæ meæ procedenti in caſibus reconciliationum grauium, quæ certæ fiunt cum pacto de non offendendo in perpetuum, & ſunt paces.

33 Pacti verò pacalis obiectum eſt duplex, aliud eſt præſens, videlicet reciproca remiſſio præteritarum iniuriarum, & inde ſecuti odij: vnde pax dicitur *remiſſio rancoris.* Sebaſt. Guazzin. *tract. de pace. parte* 1. *quæſt.* 3. *numer.* 3.

Aliud eſt futurum, abſtinentia nimirum à ſe amplius offendendo, ad quam abſtinentiam fides vtrinque obligatur.

34 Cum autem dari poſſit hæc fides etiam extra pacem, tunc data fides poteſt procedere dupliciter, vel per modum treugæ, ſeu induciarum, quæ ex partium conuentione fieri ſolent:

Vel per modum cautionis, Iudice cauſâ cognitâ plerunque cogente inuitas partes, vt optimè aduertit Vulpell. *reſponſo* 9. *num.* 3. *& in citato tractatu de pace. ſub titulo de promiſſionibus de non offendendo quæſt.* 73. *num.* 2.

Sed harum induciarum hoc proprium eſt, vt non ſint perpetuæ, nec diſcordias dirimant, ſed tantùm ad tempus manus conſerere impediant, ideoque pacis non ſapiant naturam, vt item obſeruat Vulpell. *cit. reſponſo* 9. *n.* 2. qui de temporalitate induciarum agit etiam *in tract. de pace. quæſt.* 3. *numer.* 13. ſicut & Guazzin. *de pace. parte* 2. *§.* 1. *quæſt.* 4. *num.* 1.

Et demum illas definit Vulpell. *de pace quæſt.* 67. *num.* 2. vt ſint, cum in breue, & in præſens tempus conuènit, ne inuicem ſe laceſſerent: ſeu vt ſint *ſecuritas perſonis, & rebus ad tempus præſtita, diſcordiâ nondum finitâ.* Et ſunt medium inter guerram, & pacem. Guazz. *de pace. parte* 2. §. 1. *quæſt.* 1. *num.* 3.

35 Proprium verò cautionum iudiciariarum, ſeu fideiuſſionum eſt, vt earum præſtatio ſit perpetua, vel temporalis arbitrio Iudicis, iuxta tradita per graues Doctores relatos à Vulpello *cit. tract. de pace. quæſt.* 78. *num.* 1.

Eſt autem id commune tum paci, ſeu reconciliationi, tum treugæ, ſeu induciis, tum cautioni iudiciariæ, vt pariant ſecuritatem ab offenſa, etiamſi differant in aliis à me ſupra tactis. 36

Iamverò, vt veniam ad rem meam, cum proditorium conſtituatur per habitudinem ad oppreſſionem hominis ſecuri, & non timentis ab opprimente (ſecurus enim cenſetur, qui nihil timet. Gutierez. *practicar. qq. lib.* 1. *q.* 2. *num.* 25. & conſequenter impotentis ad ſe tuendum ab illo, 37

Apparet liquidò; quòd es proditorius homicida eodem modo, ſiue aggrediaris ſecurum ex pace, ſiue ſecurum ex obligata fide extra pacem vel per inducias conuentionales, vel per actum Iudicis cogentis ad cautionem;

Treuga enim, ſeu induciæ, & pax pro tempore, quo facta eſt treuga, ſunt idem quo ad effectum, id eſt ſecuritatem perſonæ, & bonorum, vt egregiè notauit Sebaſt. Guazzin. *de pace. part.* 2. §. 1. *quæſt.* 5. *num.* 5. quod idem poteſt dici de cautione iudiciaria de non offendendo. 38

Vnde nihil facit ad rem origo diuerſa ſecuritatis, ſicuti neque duratio eiuſdem ſecuritatis perpetua in caſu pacis, & temporalis in caſu induciarum, & iudicialis cautionis, id quod non aduerterunt Doctores illi allegati, & approbati à Vermigliolo *ſupra*, videndo etiam *num.* 12.

Quid de frangente pacem, & fidem ſub verbo, & fide Regis?

Hunc fractorem pacis, & fidei ſub verbo, & fide Regis dico patrare delictum proditorium, & exceptum in omnibus caſibus, in quibus delicta proditoria excipiuntur. Ita in terminis Ioann. Taſſonus *ſuper pragmatica de Antefato. verſ.* 10. *obſeruat.* 2. *numer.* 4. 39

Et

Et meritò; quia non poteſt dari caſus, in quo quis ſecurior viuat, & magis incautus, quàm ſi ſub Regali fideiuſſione fuerit aſſecuratus;

Quo enim pacto poſſis adduci, vt ſuſpiceris, me auſurum temerare tanti fideiuſſoris auctoritatem cum certo periculo mei exterminij per Regiam vindictam?

Poſſe autem te dubitantem, ne tibi ego mortem ex inimicitia in te mea inferam, ita aſſecurari per fidem, & promiſſionem alicuius tertij de non reportanda à quoquam offenſa, vt ſub hac fide, & confidentia non tibi præcaueas, ſupponit in caſu hypothetico Hieronymus de Vrrea *in dialogo veri honoris. parte* 3. *fol. mihi* 166. *à tergo.* & conuincit quotidiana praxis.

---

§. XIII.

Inimico non æquipollere amicum reconciliatum, & hunc, ſi occidat compartem reconciliatam, non gaudere immunitate.

SVMMARIVM.

Amicus reconciliatus æquipollet inimico ſecundùm aliquos. n. 1.

Quia reconciliatio de recenti non excludit inimicitiam. n. 2.

Fiunt enim aliquando perfunctoriè reconciliationes, non ex animo, ſed diſſimulando. num. 3.

Ergo qui occiditur ab amico reconciliato, debuit eum habere loco inimici, & ab eo præcauere: & ſi non præcauit, ſibi imputet ergo occiſor ipſe ex hoc titulo fidei datæ, & fractæ pacis, non meretur notam proditorij *homicidæ: ergo occiſor idem gaudet immunitate.* ibid.

Sed contra hæc eſt; nam quantumcunque ſupponatur vigere odium antiquum in reconciliato, non eximitur per hoc à proditorij *notâ homicidium factum contra perſonam, quæ actualiter non apprehendit tale odium, & inde ſibi emergens periculum, & potentiam, debitumque præcauendi, vt alibi dictum.* n. 4.

Contra adhuc, nam dato etiam, quòd tu credas me fuiſſe ſolum apparenter reconciliatum, & adhuc in animo meo eſſe tibi capitalem inimicum, habes tamen magnum motiuum affidationis, & impræcautionis, obligatam ſcilicet tibi à me fidem de non lædendo, quam cum turpiſſimum ſit violarè apud omnes etiam non ita vrbanas nationes, tu prudenter iudicas non violatum iri à me cum ſumma mea ignominia. n. 5.

Vnde ſi ego te lædam ſine rixa, & ſine caſu ſubito, lædo affidatum ſufficienter, & prudenter impræcauentem, ac proinde non obſtante formali in me vigente, & à te apprehenſa inimicitia, proditor ſum. n. 6.

Sicut proditor *eſt vnus pugilum, qui alterum inſultat, antequam veniat ad locum deſtinatum duello inter ipſos ineundo, qui* proditoris *titulus ſubſiſtit, non obſtante quòd inſultans ſit capitalis inicus, & cognoſcatur talis ab inſultato.* n. 7. *& fundatur hæc* proditio *in fide de ſe non offendendi interim, implicita in pactione temporis præfixi ad duellum, quæ fides aſſecurat omninò aduerſarium ſcientem, quòd huius fidei violatio inureret notam æternæ infamiæ, & quòd violator, tanquam malus eques, deberet ab aliis equitibus repudiari, & ex his non præcauentem à datore fidei, & meritò credentem, ſe non habere debitum præcauendi.* n. 8.

Si fides duellaturi, ac proindè declarati inimici, aſſecurat aduerſarium ſufficienter citra tempus duelli, & diffidationem interim ſuſpendit, tollitque debitum præcauendi, & offenſionem, ſi interim contingat, denominat proditoriam, *cur non id præſtet fides reconciliati?*

Hoc reſpondiſſent Paris de Puteo, & alij. numero 9.

Contra

Contra item obiecta n. 1. 2. & 3. eſt adhuc, nam præſumptio inextinguibilitatis odij inter duos, non obſtante qualibet pace, reconciliatione, & fideiuſsione inter eos ſecuta, qua præſumptio fundat proloquium illud: amicus reconciliatus æquipollet inimico: eſt nimis fera, pluſquam Turcica, indigniſſima, qua de Chriſtianis fiat, & falſa, & ideo falſificans in ea fundatum proloquium. numer. 10.

Offenſor ſciens, alterum teneri remittere rancorem, quamuis non ius perſequendi iniuriam, & agendi ad damna, & intereſſe, & ſe in reconciliatione exhibuiſſe alteri ſatisfactionem, & offenſum obligaſſe fidem, ad non lædendum, habet motiuum efficax putandi prudentiſſimè, amicum reconciliatum, eſſe de præſenti verum amicum. n. 11.

Haberet fortius motiuum hæc exiſtimatio, ſi offenſor reconciliatus ſciret inimicum olim ſuum, & ſubinde reconciliatum, exhibuiſſe ſe ſacerdoti, & confeſſum fuiſſe, atque abſolutum, cum remiſſio iniuriæ, quo ad rancorem, intelligatur facta per confeſsionem, obtenta abſolutione. n. 12. & per communionem, præſertim ex parte ſacerdotis quotidie celebrantis. ibid.

Iuxta hoc tam rationabile fundamentum referùntur dicta grauium Doctorum conſpirantia in hoc, quòd pax, & reconciliatio inimicitiam extinguit. n. 13. & 14.

Pax definitur finis diſcordiæ. n. 13.

Sed minus bene; nam hoc etiam morte contingere poteſt: vnde addendum eſt per pactum: quo fit, vt pax dicatur à pactione. numero 14.

Pax facit conualeſcere relictum, quod intelligebatur reuocatum per iniuriam grauem teſtatori factam poſt teſtamentum. ibid.

Si verum eſſet illud proloquium, is, cum quo ſecuta eſt reconciliatio, deberet adhuc, ad ſe cuſtodiendum, vitare reconciliati conuerſationem, incedere cum armis defenſiuis, circumſpicere attentiſſimè in occaſione ineuitabili loquendi cum illo, ne quid damni ab illo reportaret. n. 15.

Quæ tamen ſunt duriſſima conuictui humano, & probant reconciliationem eſſe non ſolùm otioſam, & ridiculam, ſed etiam pernicioſam, & vitandam. n. 16.

Conformatur impugnatio, prædicti proloquij ex diſpoſitione Pelagij Papæ in can. de Benedicto. 32. q. 1. iubentis adulteram reſtitui marito, præſtita cautione non offendendi: ergo ſupponit Pontifex, virum adulteræ reconciliatum, non eſſe inimicum, & vitandum ab adultera; alioqui imprudenter, & contra charitatem iuberet eam reſtitutionem trahentem ſecum morale periculum vxoricidij, quæ de Papa præſumi non debent. n. 17.

Stat ergo, occiſorem compartis reconciliatæ deprehenſæ incautæ, atque improuiſæ ſub tutamento datæ fidei de non offendendo, eſſe verum proditorium homicidam num. 18. & non gaudere immunitate Eccleſiarum. num. 19.

In terminis fortioribus tenuit hanc ſententiam Vulpellus reſponſo. 128. n. 9. qui iudicauit proditorium homicidam eum, qui pridie altercatus cum milite, eumdem militem per vnius verbuli reconciliationem affidatum occidit. n. 20.

Inuentores proloquij impropriè dicunt in ſua ſententia amicum reconciliatum, eſſe equipollenter inimicum, quem tamen faciunt formaliter, & non equipollenter talem. numer. 21.

CONTRA firmata in 1
procedenti §. dices, amicum reconciliatum æquipollere inimico. Ricc. parte 1. deciſ. 168. num. 2. qui parte 2. deciſ. 202. numer. 1. limitat, ſi reconciliatio facta fuerit de recenti. Ciarlin. parte 2. controu. forenſ. cap. 151. num. 33. Diana part. 1. tract. de immun. Eccleſiar. reſol. 35. Vermigliol. conſ. crimin. 93. num. 7. Mallet. in Auro Theol. malleat. 35. bractea 14.

Quia propter inimicitiam præce- 2
dentem præſumi debet adhuc durare

Digitized by Google

odium, non obſtante fideiuſſione de non offendendo. Diana *part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 34. Eſcobar *tract.* 6. *ſtatus*, *exam.* 4. *de immun. templor. cap.* 3. quia ſatisdatio malum uolum propoſitum non mutat vt eleganter ait Imp. Iuſtinianus *in* §. *vlt. Inſtit. de ſuſpect. tutor. vel curator.* & refert Gloſ. *in can. de Benedicto. verbo. ſub cautela. in fine* 33. *q.* 1. quam laudat Maranta *reſponſ.* 46. *num.* 17. *parte* 2.

Et ſi facta ſit pax de recenti, præſumitur, quòd læſus voluerit ſe vlciſci, & iratus voluerit nocere. Blanc. *tract. de indiciis num.* 161. Franciſc. Baronius *tract. de effectibus inimicitiæ.* 19. *effectu num.* 4. Vermigliol. *conſ. crimin.* 45. *n.* 10. & reconciliatio de recenti non excludit inimicitiam. Anton. de Ballis *varior. tractat. lib.* 1. *de indiciis. quæſt.* 21. *numer.* 10.

3 Fiunt enim aliquando perſunctoriè reconciliationes, non ex animo, ſed diſſimulando. Vermigliol. *conſ.* 363. *numer.* 1.

Ergo qui occiditur ab amico reconciliato, debuit habere eum amicum loco inimici, & ab eo præcauere: &, ſi non præcauit, ſibi imputet.

Ergo occiſor ipſe ex hoc titulo fidei datæ, & factæ pacis, non meretur notam *homicidæ proditorij.* Diana *cit. reſol.* 34. Vermigliol. *cit. n.* 7. Garon. *comment. in titulum de ſenator. no. conſt. ſtatuſ. Mediolani lib.* 1. *tit.* 4. *art.* 13. *n.* 105. Trullenc. *lib.* 1. *cap.* 11. *dub.* 3. *numer.* 16. Ricc. *citat. deciſ.* 168. *num.* 2. & alij, quos citat, & non improbat Baron. *de effectib. inimicitiæ* 14. *effectu num.* 13. Eſcobar. *cit. tract.* 6. *ſtatuſ. exam.* 4. *de immun. cap.* 3. cum ea limitatione, niſi interceſſiſſet arctior aliqua amicitia, ſimul comedendo, alloquendo, &c Nouar. *collect.* 2. *ſuper pragmat.* 11. *ſub rubr. de abolitionibus numer.* 9. Petr. Paulus Guazzinus Sebaſtiani filius *tractat. morali ad defenſam lib.* 2. *defenſ.* 1. *cap.* 9. *num.* 2. ſi pax ſecuta ſit de recenti, cum occiderit hominem diffidatum per cognitam ab ipſomet homine inimicitiam, atque odium, quæ durare præſumuntur, vt dixi.

Ergo occiſor gaudet immunitate. Diana *cit. reſol.* 34. Nouar. *in ſum. Bullar. parte* 2. *tit. de immun. Eccleſ. num.* 53. Mallet. *cit. bractea* 14. Donat. Anton. de Marin. *reſol. quotidian. cap.* 174. 33. Baron. *citat.* 14. *effectu num.* 14. Vermigliol. *citat. num.* 7. Ioan. Carol. Antonellus *tract. de regimine Eccleſ. Epiſcopalis lib.* 1. *cap.* 9. *numer.* 80. qui non ſatis conſequenter, cum allegaſſet pro ſui dicti fundamento, quia ſemper remanet reliquiæ præteritæ inimicitiæ, addit: *hoc tamen intellige, ſi noua inimicitiæ ſeu occiſionis cauſa poſt pacem ſeu reconciliationem antea initam ſuperueniat.* Leo Zambell. *in reſolutor. caſuum conſcientiæ in Verb. Eccleſia quo ad eius immunitatem num.* 18. ſi paulo ante fuit reconciliatus, *quia*, inquit, *non eſt inimico ita leuiter credendum.* Eſcobar. *loc. cit.* & ſatis probabiliter aſſeri, dicit Thom. del Bene *cit. dub.* 20. *ſect.* 3. *num.* 5.

Sed contra eſt;

Nam quantumcunque ſupponatur vigere antiquum odium in reconciliato, non eximitur per hoc à *proditorij* nota homicidium factum contra perſonam, quæ actualiter non apprehendit tale odium, & inde ſibi emergens periculum, & potentiam, & debitum præcauendi, vt ſatis, ſuperque demonſtraui §. 10. *præſentis ſectionis.* Quæ doctrina, ſi recolatur reddit quaſi otioſum quidquid addatur vlterius pro ſolutione argumenti ſupra oppoſiti. 4

Nihilominus tamen, quia melius etiam oſtendi poteſt infirmitas eiuſdem argumenti, non reputo otioſa quædam, quæ contra illud mihi occurrunt, ac proinde afferenda ſunt. 5

Dicis ergo, quòd, etiamſi fuerimus inuicem reconciliati, tu tamen præſumere debes, me adhuc perſeuerare in antiquo odio contra te, & habes debitum præcauendi, &c.

Odium

Odium in vno, & ſecuritatem in alio non repugnare.

Sed contra primo;

Nam dato etiam, quòd tu credas, me fuiſſe ſolùm apparenter reconciliatum, & adhuc in animo meo eſſe tibi capitalem inimicum, habes tamen magnum motiuum affidationis, & impræcautionis, obligatam ſcilicet à me tibi fidem de non lædendo, ſicuti obligari ſolet in reconciliationibus, & pacibus, quam fidem cum turpiſſimum ſit violare, apud omnes etiam non ita vrbanas nationes, tu prudenter iudicas, non violatum iri à me cum ſumma mea ignominia, & infamia.

6 Quo fit, vt ego, ſi te lædam ſine rixa, & ſine caſu ſubito, lædam affidatum ſufficienter, & prudenter impræcauentem, ac proinde, nihil obſtante formali in me vigente, & à te apprehensâ inimicitiâ, proditor exiſtam.

7 Sic, vt ſupra dixi, cenſetur *proditor* vnius pugilum, qui alterum inſultat, antequam veniat ad locum deſtinatum duello inter ipſos ineundo, ex citatis in §. præcedenti, Paride de Puteo, Alciato, Lancelloto, Conrado, Deciano, & aliis duellaris prudentiæ conſultiſſimis, à me interrogatis;

Cenſetur inquam *proditor* quamuis ſit inimicus capitalis, & cognitus talis ab inſultato, ſicuti vtique ſunt, & noſcuntur, qui duellū inter ſe condixerūt.

8 Et fundatur hæc *proditio* in fide de interim ſe non offendendo, dum tempus pendet, quæ fides eſt implicita in pactione temporis præfixi ad monomachiam, & planè aſſecurat aduerſarium ſcientem, quàm ignominioſum ſit violare hanc ipſam fidem;

Eſſet enim nota æternæ infamiæ, vt obſeruat Fauſtus à Longiano *tract. de duello lib. 3. c. 16. ad initium.* & qui contra hanc fidem veniret, ab aliis impoſterum equitibus in aliis querelis tanquam malus eques deberet repudiari. Mutius *de duello lib. 1. cit. c. 18.* addens, ſententiam hanc ita vniuerſaliter approbari, vt à ſe vlterius non ſit verbis confirmanda,

Scientem inquam, & putantem nunquam futurum, vt alter, quantumvis inimicus capitalis ſibi, declaratuſque, contra ipſam fidem aggrediatur antè condictum tempus, & ideò non præcauentem à datore fidei, & merito credentem, ſe non habere debitū præcauendi.

Quòd ſi dicti Paris de Puteo, & alij duellarium legum ſubtiliſſimi interpretes, autumarunt, poſſe rationem *proditionis* cum formali notiſſima inimicitia inter duellaturos gliſcente ſubſiſtere, ob dictam fidem, 9

Quanto magis id crediidiſſent, ſi de reconciliato interficiente alterum ſub fide, & tutamento pacis, fuiſſent interrogati?

Si fides duellaturi, ac proinde declarati inimici, aſſecurat aduerſarium ſufficienter citra tempus duelli, & diffidationem interim ſuſpendit, tollitque debitum præcauendi, & offenſionem, ſi interea contingat, denominat *proditoriam*, cur non id præſtet fides reconciliati? Et hoc ſupponit Farinac. *conſ. 136. num. 9.*

Odium inter homines malè ſupponi inextinguibile.

Contra ſecundò;

Nam præſumptio illa, quòd odium ſemel natum inter duos, ſit omnino immortale, & inextinguibile, quæcunque pax reconciliatio, & fideiuſſio de non lædendo ſequatur inter partes, & quæ præſumptio fundat illud proloquium: *Amicus reconciliatus æquipollet inimico*: eſt nimis fera, pluſquam Turcica, & indigniſſima, quæ de hominibus Chriſtianis fiat, ac proindè ſicut ipſa eſt falſa, ita & proloquium in ea fundatum. 10

Vnde offenſor, cum ſciat eſſe articulum catholicæ fidei, quòd qui ab ipſo

fuit offenſus, tenetur, quantum in ſe eſt, ſub mortali peccato rancorem, & odiū offenſori remittere ex corde, quamvis non ius perſequēdi propriam iniuriam, & vindicandi publica auctoritate. Couarr. *variar. reſol. lib. 2. cap. 10. n. 7. poſt initium*. Thom. Sanchez *de matr. lib. 10. diſp. 13. n. 2.* Valerus *de differentiis vtriuſque fori in verb. Remiſſio num. 1. & 2.* & Latiſſimè Comitol. *lib. 4. quaſt. 32. n. 11.* Lælius de Zanchis *tract. inter militem ſacrum, & militem ſecularem lib. 3. cap. 14. num. 2.* Bertazzol. *conſ. 153. num. 1. & 2. lib. 1.* & eius Additionator *lit. A.* Nauarr. *in manuali cap. 14. num. 25.* & agendi ad damna, & intereſſe, quæ condonare nemo compellitur, cum hoc ad ſalutem animæ non pertineat. Garon. *variar. reſol. cap. 14. num. 137.*

Itemque intelligat, ſe in reconciliatione, & pace, vt fit, exhibuiſſe congruam offenſo ſatisfactionem, retractando, & moraliter deſtruendo illatam ipſi offenſo iniuriam, & offenſum obligaſſe fidem ad non amplius vindicandam eamdem iniuriam, ſuper qua ſibi ſatisfactum fuit,

Habet fundamentum vſquequaque efficax putandi prudentiſſimè, amicum reconciliatum, eſſe de præſenti verum amicum, non autem æquipollenter inimicum, & exhauſtum eſſe prorſus odium, cum iam fuerint conuulſæ radices odij, & inimicitiæ tum per Chriſti legem, tum per ſatisfactionem hinc datam, tum per fidem de non lædendo illinc obligatam.

12 Haberet autem etiam fortius motiuum hæc exiſtimatio, ſi offenſor reconciliatus ſciret, inimicum olim ſuum, & ſubinde reconciliatum, exhibuiſſe ſe ſacerdoti, & confeſſum fuiſſe, atque abſolutum;

Nam remiſſio iniuriæ, quod ad rancorem, & odium, intelligitur facta per confeſſionem, obtentâ abſolutione, licèt non inducatur remiſſio actionis iniuriarum, & intereſſe, quæ ad ſalutem animæ non videtur neceſſaria. Honded. *conſ. 87. n. 66. ad finem 67. 68. & 69. lib. 2.* & quo ad extinctionem inimicitiæ Vulpell. *reſponſ. 118. num. 19.* Anton. de Ballis *varior. tractat. lib. 1. quaſt. 21. n. 15.* Vermigliol *conſ. crimin. 27. n. 13.* vbi quòd per probationem confeſſionis, & ſumptionis S^{mæ} Euchariſtiæ, tollitur prætextus præcedentis inimicitiæ, quæ doctrina quod ad communionem traditur etiam ab Antonio de Ballis *cit. n. 15.* & præſertim habet locum in ſacerdote, qui quotidie celebrat. Vermigl. *conſ. 225. n. 11.*

Et iuxta hoc tam rationabile fundamentum graues Doctores meritò illud 13
proloquium, & odij durationem negant in amico reconciliato, aſſeruntque, quòd pax, & reconciliatio inimicitiam extinguunt. Giurb. *conſ. 60. n. 17.* & lex municipalis requirit pacem, vt inimicitiæ extinguantur. Vulpell. *tract. de pace. quaſt. 13. num. 3.* & mala ſatisfactio, ſeu rancor per ſubſequentem reconciliationem cenſentur remiſſa, cum indubitati iuris ſit, nedum altercationes, ſed etiam atroces iniurias ſubſequenti pacto, ſeu tranſactione, immo etiam & nuda voluntate, præſertim cum interuentu pecuniæ, remiſſas eſſe. Farinac. *conſ. 147. n. 29. lib. 2.* & capitalis inimicitia tollitur, & purgatur per reconciliationem. Iacobus Nouellus *tract. ad defenſam. §. An indicia pro reo danda ſint. num. 42. fol. mihi 53.* & poſita reconciliatione, non poteſt dici quis inimicus: Ciarlin. *parte 1. controu. forenſ. cap. 10. numer. 110.* & non præſumitur inimicus propter fidem de non offendendo. Anton. de Ballis. *varior. tractat. lib. 1. quaſt. 21. n. 15.* pax enim, quæ includit fidem de non offendendo, tollit ſuſpicionem inimicitiæ, vt non deſumatur indicium contra inimicum reconciliatum ſuper delicto ſecuto. Sebaſt. Guazzin. *tract. de pace. quaſt. 9. num. 2.* ſed cum limitatione *num. 3. & 4.* vt procedat in reconciliatione antiqua, ſecus de recenti, id eſt poſt triduum, quæ limitatio mihi non placet;

placet; pax ſiquidem denotat perpetuam remiſſionem. Mollignat. *de appellatiua verbor. vtriuſque iuris ſignificat.* 827. qui dicit, concordiam poſſe eſſe ad tempus, ideoque ſtatutum de pace non habere locum in concordia: & præcipuus hic eſt pacis effectus, vt diſcordiam finiat. Giurba. *conſ.* 60. *num.* 25. vnde pax definitur *finis diſcordiæ.* Vitalin. *tract. de malefic. tit. de pace. fol. mihi* 465. *poſt tractatum de malefic. Gandini, & Angeli de Aretio.* Guazzin. *de pace. quæſt.* 3. *num.* 1. Benintend. *concluſ.* 65. *numer.* 16. *in deciſ. Rotæ Bononien.*

14 Quam tamen definitionem dicit minus congruam, quia id etiam morte contingere poteſt. Vulpellus *citat. tract. de pace. quæſt.* 1. *num.* 4. Vnde addendum eſt *per pactum.* Guazzin. *loc. cit.* quo fit, vt pax dicatur à pactione. Guazzin. *num.* 2.

Ipſaque reconciliatione ceſſat odium, & malus animus, & in dubio inter reconciliatos cenſetur remiſſus. Giurba *citat. conſ.* 60. *numer.* 25. & reconciliatio tollit omnem præſumptionem mali animi. Iacob. Nouell. *ſupra. num.* 44. & remiſſio offenſæ, atque iniuriæ induitur per reconciliationem cum ipſo offenſo. Simon. de Prætis *de interpret. vltimar. volunt. lib.* 1. *ſolut.* 4. *numer.* 17. & pax tollit ſuſpicionem inimicitiæ. Guazzin. *de pace. quæſt.* 9 *num.* 2. cum dicatur pax, *iniuriæ, & vindictæ, & rancoris remiſſiò.* Guazzin. *num.* 1. *&* 3. *quæſt.* 3. & *priuatio belli, & controuerſiæ, & diſcordiarum.* Guazzin. *cit. num.* 1. *&* 3. itemque tollit effectum iniuriæ, quatenus efficit, vt relictum, quod reuocatum intelligebatur per iniuriam grauem teſtatori factam poſt teſtamentum; conualeſcat. Dilectus Durantes *de arte teſtandi tit.* 10. *cautela.* 5 *num.* 1. *&* 2. & vno verbo reddit tutum hominem reconciliatum. Vincent. Tancredi *tomo de relig. tract.* 1 *lib.* 4. *diſp.* 8. *quæſt.* 5. *num.* 22. *fol.* 339. *col.* 1.

15 Alioqui ſi verum eſſet illud proloquium, is cum quo ſecuta eſt reconciliatio, deberet circa ſui cuſtodiam in ordine ad amicum reconciliatum, ſe habere perinde, ac ſi reconciliatio ſecuta non eſſet,

Et conſequenter deberet vitare eius conuerſationem, incedere cum armis defenſiuis, circumſpicere attentiſſimè in occaſione ineuitabili loquendi cum illo, ne ab eodem aliquid damni in perſonam reportaret:

Quæ tamen omnia ſunt duriſſima conuictui humano, & probanr, non ſolùm reconciliationem eſſe otioſam, & ridiculam, cum nihil prorſus operetur, ſi verum eſt, quòd *fuiſſe ſemel inimicum*, debet conſeruare continuam diffidationem, & belli metum inter partes, 16

Immò etiam eſſe maximè pernicioſam, & vitandam; quia exponit hominem, quocum ſecuta eſt reconciliatio, maiori periculo reportandi damnum;

Multo enim melius poteſt ſibi præcauere vnus ab alio, ſi cum eo gerat apertas, & irreconciliatas inimicitias, quàm ſi cum eodem ſit reconciliatus, & conſequenter neceſſitatem habeat conuendi illo, colloquendi, conuerſandi, ne adhuc hoſtis, aut ſaltem ne inurbanus videatur.

Confirmo demum efficaciſſimè dicta à me nuper, & conuinco falſitatem illius proloquij ex hoc, quòd Pelagius Pontifex *cap. de Benedicto.* 32. *q.* 1. apud Thomam Sanch. *de matr. lib.* 10. *diſp.* 18. *num.* 5. iubet, adulteram reſtitui marito, præſtita cautione non offendendi: 17

Ergo ſupponit Pontifex, virum adulteræ reconciliatum, non eſſe æquipollenter inimicum, & vitandum ab adultera, non obſtante quòd adulterium ſit tam atrox iniuria;

Alioqui imprudenter omnino, & ſine charitate, eam reſtitutionem iuberet, exponendo adulteram periculo morali patiendæ à marito adhuc capitaliter

taliter infenſo necis, quod tamen, de Chriſti Vicario, & omnium fidelium patre aſſerere, pluſquam temerarium foret.

18 Stat ergo, occiſorem compartis reconciliatæ, deprehenſæ incautæ, atque improuiſæ ſub tutamento datæ fidei de non offendendo, eſſe verum proditorium homicidam. Giurba *conſ.*60. *num.* 25. S. Conſulta apud eumdem Giurbam *num.*31. Tuſch. *cit. lit. P. concluſ.*869. *num.* 11. Bordon. *tomo* 3. *controuerſiar. moralium, controuerſia* 1. *n.*273. *verſ. Placet dici.* Didacus de Mari *in additione ad deciſ.*16. *Gizzarelli num.*3. quod admittit etiam Ciarlin. *cit. parte* 2. *controuerſ. forenſ. cap.*151. *num.*34 ſi dederit ſigna amicitiæ, & ſub tali colore fecerit homicidium, ſi ſit reconciliatus de antiquo. De recenti autem dicitur reconciliatio poſt triduum. Guazzin. *de pace. q.*9. *n.*4.

19 Stat item, dictum occiſorem compartis reconciliatæ deprehenſæ incautæ eſſe immunitatis expertem. Giurba *cit. conſ.*60. *num.* 14. S. Conſulta apud eumdem Giurbam *num.*31. qui eodem *conſ.*60. *num.*32. dicit, cauendum eſſe penitus à Riccio aſſerente gaudere immunitate occiſorem amici reconciliati. Didacus de Mari *cit. num.*3. vbi quòd nec gaudet regio indultu. Tancredi *cit. diſp.*8. *quæſt.* 5. *pag.*138. *num.*22. Barboſa *lib.*2. *vniuerſi iuris Eccleſ. cap.*3. *num.*92. quòd videtur conceſſurus etiam Diana, ſi falleret ſuppoſitio ab ipſo facta *in cit. reſol.*34. *parte* 4. *tract.*1. quòd ſcilicet inter occiſorem, & occiſum, poſt fideiuſſionem de non offendendo, non extitiſſet ſtricta amicitia, v. g. ſimul comedendo, alloquendo, commorando;

Supponit enim hic Doctor id, quod tradit Sebaſt. Guazzin. *de pace, quæſt.*9. *num.*8. ſi poſt reconciliationem interuenerint actus amicabiles inter eos, vt quia offenſus fuerit viſus conuerſari cum offendente, comedendo, bibendo, ridendo, & alia ſimilia faciendo ſolita fieri inter amicos, intelligi extinctum omnem effectum inimicitiæ, & inimicum reputari idoneum teſtem, quæ omnia prius docuit Hippolytus Riminald. *conſ.*88. *n.*13. *lib.*1. & inueni etiam aſſerta à Vermigl. *conſ. crim.*382. *num.*15.

Et in fortioribus terminis tenuit 20 practicè hanc ſententiam Vulpellus *reſp.*128. *num.*9. qui Placentiæ, vbi erat Gubernator, iudicauit *proditorium homicidam* quemdam Hiſpanum, qui pridie cum quodam milite Caſtri Placentiæ altercatus, poſt exportatas ex ipſo Caſtro ſarcinulas ſuas, in via publica militem vocauit, & milite panem, quem habebat præ manibus, deponere volente, eo quòd ſe ad certamen prouocari crederet, replicauit, ſe velle cum eo loqui, non congredi, & credentem imprudenter his verbis, & ſine ampliori reconciliatione affidatum percuſſit illicò, atque occidit.

Obſeruo autem ad finem huiuſce 21 paragraphi, quòd inuentores illius proloquij: *Amicus reconciliatus æquipollet inimico*: valdè impropriè dicunt in ſua ſententia, amicum reconciliatum æquipollere inimico;

Cum enim ſupponant, adhuc durare odium, & inimicitiam in reconciliato, non poſſunt dicere, eumdem reconciliatum, eſſe inimicum *æquipollenter*, cum ſit inimicus *formaliter*.

§. XIV.

Dari rationem proditorij in occiſione facta per inſidias poſitiuas quatenus dicunt diſpoſitionem, & executionem aggreſſionis contra affidatum per ſigna amicitiæ, & talem occiſorem priuari immunitate.

SVMMARIVM.

Refertur alius ex modis inſidiarum poſitiuarum

uarum, per ſigna ſcilicet amicitiæ exhibita perſonæ prodendæ. n. 1.

Qui occidit ſub his ſignis, ſeu ſub colore amicitiæ, eſt proditorius *homicida ſecundùm omnes.* n. 2.

Occidit enim affidatum, & ideo non timentem, & ſecurum, ac proinde impotentem ad ſe hic, & nunc defendendum. ibid.

Non poteſt concipi vllus alius influxus ex parte iſtius amicitiæ in proditorium, *quatenus tale, niſi quòd illa amicitia, vel illius color operatur affidationem, & imprecautionem in prodito.* n. 3. remiſſiuè ad §. 16.

Oſtendis te viuere de me affidatum, per hoc, quòd me ſalutas. n. 4.

Ex dictis de hac operatione affidationis infertur, quòd ſi re vera tibi fuerim amicus, & hoc tibi per ſigna oſtenderim, & ex accidenti poſtmodùm mutauerim mentem, & inuadam appenſatus te adhuc credentem me tibi eſſe amicum, ſum proditorius *homicida.* num. 5. *& ad hoc facit doctrina quorumdam.* num. 6.

Non minus eſt proditor, *qui occidit affidatum per ſigna amicitiæ ab initio veræ, quàm qui occidit affidatum per ſigna amicitiæ ſemper falſæ.* n. 7.

Qui amico nocet, vt facit proditor, *amicus quidem dicitur reſpectu præteriti temporis, non præſentis.* n. 8. *ſicut vocatus eſt amicus Iudas à Saluatore cum reſpectu ad præteritum, non ad præſens inſtans.* n. 9.

Amicitia, quæ deſiit, nunquam fuit vera amicitia, id eſt bene radicata, cum inter qualitates amicitiæ vna ſit, vt perpetuò ſeruetur. ibid.

Proditorium *homicidium eſt, quod fit à colloquente cum alio, ſeu proferente ſub ſpecie fidelitatis ſuauia verba, & maxima pollicente, quod colloquium probat amicitiam, & pacem, & de hoc* proditorio *exempla elucent in Cain,* auctore proditionis, *& in occiſore Henrici IV. Galliæ regis, & in eo, qui bannitum interrogat quo vadat, & quo modo valeat, & inter ſic colloquendum occidit.* num. 10. *intellige ſine rixa, vt* num. 35.

Item proditorium *eſt, quod fit à commorante ſimul cum alio.* n. 11.

Et quod fit à conuerſante amicabiliter cum alio. n. 12.

Et quod fit contra eum, apud quem occiſor habuit hoſpitium, de quo habetur exemplum apud Guillielmum *Benedict.* ibid.

Et quod fit contra retentum in propria domo poſt rancorem, cum illa retentio ſit ſignum animi reconciliati. numero 13.

Et quod fit à domeſtico, & ſocio, & contra ſocium, & contra receptum in ſocietatem, & contra eum, quocum ſocietas ſimulabatur. n. 14.

Et quod fit contra ſocium itineris, quo enim modo potuit ſocius id præcauere ab eo, cuius perſonam elegerat itineris ſociam, tutamque credebat? numero 15.

Et quod fit contra ſocium menſæ. numero 16.

Comedere enim cum aliquo eſt ſignum amicitiæ, ſicut & remiſſæ iniuriæ. numero 17.

Nam iniuriæ diſſimulatione tolluntur, velut ludendo, bibendo, &c. dummodò actus ſint ſpontanei: ſecus ſi ex quadam honeſtatis neceſſitate. numero 18. *vbi refertur pulcher Guazzini locus.*

Et quod fit contra ſocium alterius miniſterij. n. 19.

Et quod fit contra inuitatum ad potum, de quo habetur exemplum apud Gigantem. num. 20.

Et quod fit contra inuitatum ad epulas. num. 21.

Et quod fit contra ſocium lecti. numero 22.

Exempla allata per Bartolum in leg. Reſpiciendum. ff. de pæn. *non reſtringunt regulam* proditorij. n. 23.

Et

Et quòd ſit contra inuitatnm ad ineundum contractum, numero 24.

Contractum enim habere vim affidandi, eſt adeo verum, vt ſi inimicus vendat aliquid inimico, videatur remittere iniuriam, & ſe prius reconciliare. num. 25.

Iudicium Sapiens Curiæ Epiſcopalis Placentiæ de occiſoribus hominis inuitati ad vendendum hauſtum aquæ ardētis. n. 26.

Vniuerſaliter eſt proditorium *homicidium, quod ſit contra eum, cui erant data ſigna ſecuritatis, & pacis*. n. 27.

Non poteſt, aut neceſſe habet auctor exprimere modos omnes aſſecurandi, quippe, qui ſunt quaſi infiniti, & conueniunt inter ſe formaliter in ratione aſſecuratiui, *& differunt ſolùm materialiter, & poſſunt cognoſci, per ſimilitudinem cum proximè allegatis*. num. 28.

Inter ſigna aſſecuratiua meritò recenſetur, ſi habeant inter ſe familiaritatem, vel ſi mittant ſibi mutuò literas, vel habeant tactus manuum, quæ omnia tacitam reconciliationem operantur. n. 29.

Item ſi ſe ſalutent; quia ſalutationes inducunt effectum amicitiæ, adeo vt ſi fiat homicidium, præcedente etiam vnica ſalutatione, ſit proditorium, *cùm per ſalutationes tollatur inimicitia, odium, & iniuria, & demonſtretur inita pax: & è conuerſo ſi quis amicum non ſalutauerit, inimicus habeatur* n. 30. *vbi refellitur doctrina rigida Bertazzoli* conſ. 98. num. 1. 2. & 3. lib. 3

Inter ſigna aſſecuratiua eſt oſculum genuum, & iuramentum aſſecurationis. n. 31. *vbi de homicidio* proditorio *commiſſo per vaſſallum, præuio genuum oſculo, & iuramento aſſecurationis in patrem, & filios.*

Qui occidunt ſub amicitiæ ſignis, non gaudent immunitate, ſecundùm omnes, vt proinde fruſtraneum ſit papyrum implere allegationibus circa hoc. num. 32.

Allegationes tum Doctorum, tum iurium incongruè fiunt in re clara. num. 33.

Malè aſſeritur per Garonum, hanc ſolam ſpeciem (*melius diceret* modum) *proditionis eſſe illam, quæ excludit ab immunitate: quaſi verò id non fiat per alios* proditionis *modos, qui vniuocè includant ipſam rationem formalem* proditoriæ *deformitatis*. n. 34.

In prædictis interuenit proditio, *ſi fiant inſidiosè ſub colore amicitiæ, & ſocietatis contra inaduertentem, atque incautum ex durante in ſe confidentia erga occiſorem: Secus verò, ſi per rixam fuerit ſublata affidatio procedens ex amicitia, & ſocietate, & poſita diffidatio*. n. 35.

Nec redditur otioſa qualitas amicitiæ per hoc, quòd conſtet aliquem occidiſſe inſidiosè illum, cui exhibita erant ſigna amicitiæ & ex ſententia auctoris ſufficiant inſidiæ negatiuæ ad ſtatuendum proditorium, *& iacturam immunitatis; nam per eam qualitatem tanto ſenſibilibus intelligitur quis fieri impotens ad ſe tuendum, quanto efficacius ſit incautus per apprehenſa ſigna amicitiæ ab altero ſibi oſtenſa*. n. 36.

Vnde facilius eſt in aggreſſione inuenire incautum illum, qui manet affidatus ſub ſignis amicitiæ, ſicut, & ſub data de non lædendo fide, & ſub apprehenſione connexitatis cum aggreſſore, quàm eum, qui merè indiffidatus, & non poſitiuè affidatus. n. 37.

ALIVS modus inſidiarum 1
poſitiuarum conſiſtit in aggreſſionis diſpoſitione contra eum cui fiat, vel facta fuerit exibitio ſignorum amoris per proditorium homicidam, quam doctores appellant *colorem, pretextum, ſimulationem, ſpeciem, figmentum* amicitiæ:

Quatenus ſcilicet proditor habens animum infeſtum, & determinatum ad nocendum contra perſonam prodendam, oſtendit tamen exterius voce, geſtu, amenitate oris, ſe eſſe illi amicum, & beneuolum, & eamdem perſonam per hæc ſubdola ſigna quaſi incantat, & conſopit, vt nihil timeat,

nec præcaueat, locumque ad ſe tuendum à ſimulato amico non habeat, iuxta dicta *in §. 5. ſectionis præſentis.*

2 Dicitur autem *proditorius* homicida, qui ſub hoc colore aliquem occidit, vt fatentur omnes, teſte Campanil. *in diuerſorio iuris canonici. Rubr.* 11. *cap.* 31. *numer.* 7. & eſſe veram, & indubitabilem iuriſperitorum omnium concluſionem dicit Riccius *parte* 1. *deciſ.* 168. *numer.* 1. & eſſe communem opinionem dicit Grilenzon. *conſ.* 149. *numer.* 6. *&* 7. & quidem meritò.

Nam occidit affidatum, & ideo improuidum omnino, non timentem, ſecurumque dum videt erga ſe tam clara argumenta amoris, per quæ putat ſe poſſe diſponere de proditore, vt contigit illi, de quo Cephal. *conſ.* 57. *numer.* 13. ac proinde impotentem ad ſe hic, & nunc defendendum, in qua impotentia iam pluries diximus radicari deformitatem *proditorij.*

3 Neque enim poteſt concipi alius vllus influxus ex parte iſtius amicitiæ in proditorium, quatenus tale, niſi quòd illa amicitia, vel illius color operatur affidationem, & impræcautionem in prodito, vt melius etiam patebit ex dicendis *in* §. 16. *præſentis ſectionis*, & optimè colligitur ex Valenzuela *conſ.* 128. *numer.* 53. dicente quod *homicida proditorius* dicitur ille, qui cum aliqui eſſent amici, inter quos non fuerat rixa, offendit alium, *qui ſub amicitia viuebat ſecurus.*

4 Oſtendis autem, te viuere de me affidatum per multa ſigna, ſed nominatim per hoc, quod me ſalutas. Cephal. *cit. conſ.* 57. *num.* 13.

5 Ex dictis verò de hac operatione affidationis, infertur, quòd ſi prius te verè ex corde dilexerim, & exterius veracia ſigna iſtius internæ amicitiæ oſtenderim, &, ex accidenti poſtmodùm mutata mente, inuadam appenſatus te perſeuerantem in credulitate amoris oſtenſi, & per nullam externam diffidationem retractati, atque ex ea credulitate affidatum, & ſecurum, ideoque non præcauentem, ſum proditorius homicida.

Facit ad hoc Suarez de Paz *in* 5. *parte tomi* 1. *cap.* 3. §. 6. *numer.* 33. dicens, de iure communi *proditorem* dici illum, qui cum eſſet amicus alicuius, nulla interueniente cauſa rixæ, ſecurè eum occidit, vel offendit, itemque Monticell. *in praxi crimin. regula* 3. *num.* 15. loquens de occidente ſine rixa illum, cum quo amicitia magna erat; videntur enim intelligi hi Doctores de vera amicitia interiori, & non exterius retractata per rixam. 6

Vnde non minus erit *proditor*, qui occidit affidatum per ſigna amicitiæ ab initio veræ, quàm qui occidit affidatum per ſigna amicitiæ ſemper falſæ. 7

Nam ſigna illa ſiue in ſe vera, ſiue falſa, ex modo tamen repræſentandi, apprehenduntur æqualiter per intellectum à paſſiuè aggreſſo tanquam vera; & ſic in ipſo æqualiter operantur affidationem, & mediante affidatione, impræcautionem, impotentiamque ſe tuendi, à qua in aggreſſionem deriuatur denominatio *proditorij.*

Ad intellectum verò Doctorum, aduerte, quòd, qui amico nocet, vt facit proditor, *amicus* quidem dicitur reſpectu præteriti temporis, non præſentis, quia nocendo, amicitia, ſiue fuerit vera, ſiue ſolùm colorata, extinguitur per actuale exercitium nociui facti. 8

Sicut dicitur de Iuda proditore, cui Saluator oſculanti dixit: *Amice, ad quid veniſti?* Vocatus enim eſt *amicus* cum reſpectu ad præteritum, non ad inſtans præſens, in quo nocebat vt obſeruauit Hieronymus à Laurent. *in deciſ.* 20. *Rota* 9

Auenionenſ. num. 8. qui optimè dicit, amicitiam, quæ deſiit, non fuiſſe vnquam veram amicitiam, ideſt bene radicatam.

Inter qualitates enim amicitiæ vna eſt, vt perpetuò ſeruetur. Graſſ. *de effectibus amicitiæ num.* 12.

Corollaria ex firmatis in hoc §. 14.

10 Infertur ex his quòd proditorium homicidium eſt, quod (intellige ſine rixa omnia ſequentia, vt paulò poſt explicabo) quod inquam fit à colloquente cum alio. Thom. del Bene *cit. parte* 2. *de immunit. & iuriſdict. Eccleſ. cap.* 16. *dub.* 20. *ſect.* 3. *num.* 3. ſeu proferente ſub ſpecie fidelitatis ſuauia, & dulcia verba amico. Graſſ. *de caſib. reſeruat. lib.* 1. *cap.* 14. *num* 50. ſeu maxima pollicente. Idem Graſſ. *loc. citat.* Conradus Brunus *tract. de ſeditioſis cap.* 13. *num.* 2.

Cum allocutio amicitiam probet. Honded. *conſ.* 87. *num.* 64. *lib.* 2. & pacem, etiam iudicio cuiuſlibet, quantumuis ruſtici. Thom. Sanchez *de matr. lib.* 10. *diſp.* 14. *num.* 22.

Vnde Cain, qui dixit ad Abel: *egrediamur in agrum*: nullâque exortâ rixâ, inſurgens occidit, fuit proditor. Gambacur. *lib.* 5. *cap.* 28. *num.* 6. Franciſcus Bermudez *in allegatione ſua apud Catalan. tract. crimin. poſt cap.* 31. *num.* 36. *fol.* 247. Carafa de Duello *tract.* 1. *ſect.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 10. vbi optimè quòd Cain fuit proditionis auctor.

Sicut & proditoriè occidere diceretur, qui habens animum occidendi bannitum, vocaret ipſum hilari fronte dicendo: *quo vadis, vel quomodo vales?* & poſtea, dum fieret hoc colloquium, alius ex colloquentis induſtria eum occideret. Monticell. *in praxi crimin. regula* 3. *num.* 15.

Et proditoriè occidit Galliæ regem ille proditiſſimus, qui monitum Principem de literis ad illum delatis, transfixit gladio ſecurè.

Itemque quod fit à commorante ſimul cum alio, cum commorari ſimul ſit ſignum amicitiæ. Thom. del Bene *cit. num.* 3. quod vltimum etiam notat Nouar. *in ſum. Bullar. parte* 2. *tit. de immunit. Eccleſiæ num.* 52. 11

Item quod fit à conuerſante amicabiliter cum alio. Marcellus Vulpe *in praxi iudic. cap.* 3. *num.* 10. Cephal. *conſ.* 57. *num.* 13. amplexante, aut blandè ridente. Graſſ. *cit. num.* 50. 12

Et quod fit contra eum, apud quem occiſor habuit hoſpitium. Grilenzon. *conſ.* 45. *num.* 3.

Vnde iudicatus fuit *proditor* quidam Presbyter, qui abſque quacunque rixa, de parte retro venit, & ſuum benefactorem, ſibi eſcas tunc parantem, letaliter percuſſit. Gulielm. Benedictus *poſt repet. cap. Raynutius. de teſtam. parte* 3. *quæſt. de homicidio. num.* 36. & proditoriè egiſſe dicuntur apud Martam *conſ.* 186. *n.* 14. quidam coniurati, qui poſt acceptam à quodam lautiſſimam cœnam, eum in facie percuſſerunt, & diripuerunt domum.

Et quod fit contra retentum in propria domo poſt rancorem. 13

Eſt enim illa retentio ſignum animi reconciliati Honded. *cit. conſ.* 87. *num.* 66. *lib.* 2. Thom. Sanchez *cit. diſp.* 14. *n.* 17.

Et quod fit à domeſtico, & ſocio. Decius Fauilla *apud Campanil. in diuerſorio iuris canonici. Rubr.* 11. *cap.* 31. *num.* 9. *pag. mihi* 643. *verſ. Iure ergo*, & quod fit contra ſocium. Bald. *conſ.* 361. *num.* 3. *vol.* 4. Giurba *conſ.* 60. *num.* 3. Conradus Brunus *ſupra numer.* 3. Bonacoſſa *in communibus opinionib. criminalibus*, *in verb. Proditor.* & *in quæſtionibus criminalibus. in eodem verbo Proditor.* & contra receptum in ſocietatem. Cephal. *cit. conſ.* 57. *numer.* 13. Alexander Ambroſin. *de immunit. cap.* 6. *num.* 3. & contra eum, quocum ſocietas ſimulabatur 14

batur

labatur. Lezana *in ſum. in verb. Immun. num.*12.

15 Et quod ſit nominatim contra ſocium itineris. Bartol. *in cit. leg. Reſpiciendum*, §.*Delinquunt, ff. de pœn.* quem ſequuntur Farinac. *in praxi. queſt.*18. *numero* 74. Graff. *ſuprà cit. num.*50. & *conſilior. libro* 3. *de immun. Eccleſ. conſ. vn. num.*16. & *deciſ. aur. parte* 2. *lib.*2. *capite* 19. *numero* 4. Lælius de Zanchis *de priuil. Eccleſiæ. priuilegio* 144. *num.*3. Ricc. *parte* 1. *deciſ.*80. *numero* 2. Iacobin. de S. Georgio *tractat. de feud. fol. mihi* 261. *numero* 17. Trullenc. *lib.*1. *cap.*11, *dub.*3. *numero* 16. Aluarez Guerrero *in Theſauro Chriſtianæ Religionis cap.*71. *numero* 15. Ioannes Igneus *comment. ad Sillan. parte* 2. *fol.*31. Angelus Vancius *in diſciplina Clericor. tit. de homicid. pag. mihi* 364. Bonac. *tomo* 3. *de cenſur. in particul. diſputat.*2. *quæſt.*3. *puncto* 16. §.8. *num.*3. Ioann. Anton. de Nigris *in comment. in cap. Regni Neapol. capite* 13. *Nuper ad vindictam, numero* 3. *fol.*60. Petr. Gerard. *ſingulari* 14. *numero* 6. Felin. *in cit. cap. de Homic.* Villagut. *de extenſ. leg. fol.*361. *num.* 53. Vrſell. *in examine apum concluſ.*150. *numero* 19. Caualcan. *de brachio Regio parte* 1. *numero* 75. & *in alia editione in folio numero* 80. Conradus Brunus *num.*3. Millæus *in praxi. fol.*138. *numero* 8. Fagundez *in quintum Decalogi præceptum, libro* 5. *capite* 1. *numero* 20. Bonacoſſa *commun. opin. crimin. in verb. Homicidium, fol.*82. *col.*2. Franciſc. Suarez *cit. tomo* 1. *de relig. libro* 3. *capite* 11. *numero* 12. Monticell. *cit. regula* 3. *num.*15. Carer. *in pract. crimin. fol.*168. *colum.*3. *ad initium, num.*37. Peguera *deciſ.*54. *n.*12. Aluarot. *de feud. fol. mihi* 267. *nu.*3. Ioan. de Anania *in cap.*1. *de homic. num.*1. Paces Iordanus *elucubrat. lib.*11. *tit. de immun. Eccleſ. num.*342. Vulpe *cit. num.*10. Suarez de Paz 5 *p. primi tomi. c.*3. §.3. *n.*125. Anelus Perſicus *de præcipuo Sacerdotis officio. lib.*1. *cap.*9. *num.*111. *fol.*359. Gabriel de Bellis *in ſuo tract. poſthumo* 3. *de ſicariis, & veneficiis, c.*3. *n.*18. Leo *in theſauro fori Eccleſ. parte* 1. *lib.*1 *cap.*13. *num.*26. Barboſ. *lib.*2. *vniuerſi iuris Eccleſ. cap.*3. *num.*96. Tuſch. *lit. P. concluſ.*869. *num.*9. qui omnes mutuati exemplum hoc à Bartolo, doctrinam ad alia pauca vix tranſtulerunt.

Rectè autem interrogat Nouar. *in cit. parte* 2. *ſummæ Bullar. in tit. de immun. Eccleſ. numero* 47. quomodò potuit ſocius id præcauere ab eo, cuius perſonam elegerat itineris ſociam, tutamque credebat?

Et quod ſit contra ſocium menſæ. 16
Bartol. *in cit. l. Reſpiciendum*, quem ſequuntur. Carer. Graff. Ricc. Iacobin. Guerrero, Vancius, Ioan. Anton. de Nigris. Gerard. Felin. iuxta illud S. Matthæi: *Qui intingit mecum manum in paropſide, hic me tradet.* Villagut. Anania. Aluarot. Vrſell. Caualcan. Fagundez, Bonacoſſa, Franciſcus Suarez, Vulpe. Perſicus, Leo, Tuſchus, *locis proximè citatis.* Gutierez, *pract. quæſt. lib.*1. *quæ.*2. *nu.*9. Menoch. *de arbitrar. Iudic. caſu* 361. *num.*24. Peregrin. *de immun. cap.*7. *num.*2. Diana *part.*1. *tract. de immun. Eccleſiarum reſol.*3. Megal. *inſtit. confeſſ. lib.*4. *cap.*2. *n.*18. Alexander Ambroſin. *de immun. cap.*6. *num.*3. Thom. del Bene *cit. dub.*20. *ſect.*3. *num.*3.

Comedere enim cum aliquo, ſeu 17
adhibere ad eamdem menſam, eſt ſignum amicitiæ. Honded. *conſ.*87. *n.*65. & 66. *lib.*2. Farinac. *conſ.*147. *num.*12. *ſed clarius in ſummario. lib.*2. Gambac. *lib.*5. *cap.*27. *n.*7. Thom. Sanch. *de matr. lib.*10. *diſp.*14. *n.*22.

Sicut & eſt ſignum remiſſæ iniuriæ. Vincent. Tancredi *tom. de relig. tract.*1. *libro* 4. *diſputatione* 8. *quæſt.*5. *numero* 22. *fol.*138. Sebaſt. Guazzin. *de pace. quæſt.*4. *numero tertio.* Vulpell. *reſponſo* 3. *numero* 20.

Nam iniuriæ diſſimulatione tolluntur, 18
veluti ludendo, bibendo, &c. inquit Lancellot. Conrad. *comment. de duello, & pace. parte ſexta, concluſione* 103. §. *Iniuriæ.* Thom. Sanchez, *citat.*

*diſp.14.num.*15.idem dicens de ſimul ridente, & benè temperans, ſi actus ſint ſpontanei, ſecus, ſi ex quadam honeſtatis neceſſitate. Et Sebaſt. Guazzin. *de pace, q.4.n.*3. vbi paucis verbis plurima complectitur circa remiſſionem iniuriæ;

Dicit enim: *Iniuria remittitur diſſimulatione.* (quod etiam docet Bertazz. *lib.2.cõſ.*473.*n.*10.) *vt ſi iniuriatus luſerit cũ iniuriante, vel ſi fuit ſibi locutus æquo animo, vel confabulatus, vel ſi ſalutauit iniuriantem, vel ſi verbis amicabilibus miſit ad eum literas, nuntium, vel epiſtolam, vel ſi precibus exoratus expreſsè remittat, vel per riſum reciprocum, per potum, per amplexum, per oſculum, per tactum manuum.* Ita Guazzin. quem ſequitur Garon. *variar. reſol.c.*14.*n.*126.*& ſeqq.*

19 Et quod fit contra ſocium alterius miniſterij. Paces Iordan. *cit. n.*342.

20 Et quod fit contra inuitatum ad potum. Vnde quemdam ſacerdotem, qui alium ſacerdotem inuitatum domum ſuam pro maluatico, & pro eodem maluatico ſecurè profectum ad eam domum occidit, non gaudere immunitate tanquam *proditorem*, conſuluit Epiſcopo Venetiarum Petrus de Ancarano laudatus à Hieronymo Gigante *tract. de crimin. leſæ maieſt.lib.*1.*quæſt.*10. *num.* 17.

21 Et quod fit contra inuitatum ad epulas. Caball. *tract. de omni genere homicidij, numero* 435. Giurba *conſil.*57. *num.*13.

22 Et quod fit contra ſocium lecti. Megal.*cit.cap.*2.*num.*18. Angel. Vancius *cit.fol.*364.*in diſcipl.Clericor.* Garon. *comment. in tit. de Senator. no. conſtit. Status Mediol.lib.*1.*tit.*4.*art.*13.*num.*103. Marſil. *deciſ.*104. *num.*5. & colligitur ex vniuerſali doctrina Franciſci Suarez *cit. num.*12. vbi cum dixiſſet, eſſe occiſorem inſidioſum, qui occidit ſocium menſæ, atque itineris, addit: *Item de propinante venenum, & ſimilibus.* Eſt autem ſimile, immo fortius eſſe ſocium lecti, & ſomni, quàm menſæ, atque itineris, vt patet.

Et meritò dixit *ſimilibus*, nam exempla allata per Bartolum *in l. Reſpiciendum, citata*, & per alios, non reſtringunt regulam, vt in hac ſpecie notat Anonymus *in cit. ſæpe allegatione apud Hieron. Campanil. in diuerſorio iuris canonici. Rubr.*11. *capite* 31. *pagina* 650. *§. Tandem ex his*, & in genere probat Thom. Sanchez *de matrim. lib.*1. *diſput.*57. *numero* 6. Iuliuus Chartar. *deciſ. crimin.*57. *num.*60. 23

Et quod fit contra eum, quem quis inuitauit ad locandam operam, ad vendendam mercem, ad ineundum contractum, qui, dum per hæc affidatur, occiditur; 24

Quod enim contractus affidet, eſt adeo verum, vt ſi inimicus vendat aliquid inimico, videatur remittere iniuriam, & ſe prius reconciliare, vt optimè aduertit Paulus Fuſcus *in ſingular. in vtroque Iure. lit.I. Verbo inimicus. num.*23. 25

Vnde ſapientiſſimè de conſilio Doctorum virorum, iudicati fuerunt ab Epiſcopali Curia Placentina *proditores* duo ſicarij, qui miſerum quemdam venditorem aquæ ardentis, vulgò *aqua vita*, affectatè inuentum in ſatis ſolitaria via, prætextu emendi ab ipſo hauſtum eiuſdem aquæ, aſſecurarunt, & per ſummum ſcelus interemerunt. 26

Et demum vniuerſaliter eſt proditorium homicidium, quod fit contra eum, cui data erant ſigna pacis, & ſecuritatis. Franciſc. Suarez *cit. lib.*3. *cap.*11. *n.*12. Sanfelicius *deciſ.*241. *n.*4. quæcumque ſint hæc ſigna; 27

Neque enim exprimere hîc poſſum, aut neceſſe habeo modos omnes aſſecurandi aliquem, cum ſint propemodùm infiniti, & omnes inter ſe conueniant formaliter in ratione aſſecuratiui, & differant ſolùm materialiter. 28

Et ex proximè allegatis probè colligi poteſt

poteſt per ſimilitudinem in caſuum contingentia, quandonam cenſeatur quis occidiſſe alium ſub ſignis ſufficienter aſſecuratiuis, ac proinde *proditorij* conſtitutiuis.

29 Inter quæ ſigna aſſecuratiua meritò recenſet Vincent. Tancredi *cit. tomo de relig. tract.* 1. *lib.* 4. *diſp.* 8. *quæſt.* 5. *num.* 22. *pag.* 139. ſi habeant inter ſe familiaritatem, vel ſi mittant ſibi mutuò literas, vel habeant tactus manuum, quæ omnia tacitam reconciliationem operantur.

30 Item ſi ſe ſalutent. Tancred. *loc. cit.* Nouar. *in cit. ſumma. Bullar. parte* 2. *de tit. de Immun. Eccleſ. num.* 50. qui optimè vult, ſicut & Marcus Mantica *conſ.* 173. *num.* 6. *lib.* 2. per ſalutationes effectum amicitiæ induci, adeo vt ſi committatur homicidium ab aliquo, præcedentibus præuiis ſalutationibus, etiam vnica, ſit proditorium, ea nempe ratione, quia per ſalutationes tollitur inimicitia, odium, & iniuria, quod etiam dicit Tuſchus *in cit. Verbo Inimicus n.* 23. & ſalutationes ſunt ſigna interioris animi:

Quæ omnia dicit ibi Nouarius, corrigendo à ſe dicta *in* 1. *parte pag.* 334. *n.* 80. quam correctionem non vidit Tancredi ſupra, qui propterea Nouarium impugnat.

Et per ſalutationes intelligi factam reconciliationem cum inimico, docet etiam Iacobus Nouell. *tract. ad defenſam* §. *An indicia pro reo danda ſint. n.* 45. *fol. mihi* 53. Sebaſt. Guazzin. *de pace q.* 4. *n.* 3. & conſentit Sanfelicius *cit. deciſ.* 241. *num.* 4. relatus à Ioan. Bapt. de Thoro *in ſupplem. compendij deciſionum Neapol. in Verbo. Proditorium. fol.* 507. *col.* 2. Surdus. *conſ.* 40. *n.* 27. loquens de mutua ſalutatione:

Qui Sanfelicius dicit, ſignum pacis eſſe ſalutationem per capitis detectionem, & hoc ſigno probari ex conſuetudine, quòd inita ſit pax inter rixantes;

Ea enim, inquit, eſt ſalutationis vis, ac nobilitas, vt ſi quis inimicum ſalutauerit, iniuriam remiſiſſe præſumatur: & contra ſi quis amicum non ſalutauerit, inimicus habeatur. Quod vltimum docet etiam Bertozzol. *conſ.* 424. *num.* 4. *lib.* 2. Marcus Mantua *cit. conſ.* 173. *n.* 6. Paulus Fuſcus *cit. n.* 23. Porrus *in faſciculo rerum criminal. pag.* 227. *num.* 6. Maſcard. *concluſ.* 899. *num.* 33. & 34. Royas *ſingulari* 199. *num.* 5. Gallupus *in praxi nouiſſima Conſilij Neapol. parte* 1. *cap.* 4. *num.* 46. Ioannes Crotus *tract. de teſtibus parte* 3. *num.* 115. non tamen debet hoc intelligi de inimicitia graui. Vermigl. *conſ.* 30. *num.* 9.

Nimis verò rigidè agit Bertazzol. *conſ.* 98. *num.* 1. 2. & 3. *lib.* 3. vbi quòd amicitia non contrahitur ex vnico actu ſalutationis, vel colloquij, vel vnicæ commenſalitatis, aut cœnæ ſimul ſumptæ, nec collocutione vnius diei, ſed requiritur perſeuerantia non breuis, adeo vt duo menſes non ſufficerent, nec repentino hoſpitio.

Et inter eadem ſigna aſſecuratiua eſt 31
oſculum genuum, & iuramentum aſſecurationis.

Vnde in cauſa Baronis Oliueti iudicatum fuit per Bar. *proditorium* homicidium commiſſum à vaſſallo ſub publica ſimulatione amicitiæ, & confidentiæ, præuio ſcilicet oſculo genuum, & iuramento aſſecurationis in patrem, & filios, vt notauit Decius Fauilla *in cit. allegatione apud Campanil. in diuerſorio iuris canonici. Rubr.* 11. *cap.* 31. *num.* 9. *pag.* 644. §. *ad tertium in fine.*

Hos verò, qui ſub prædictis, aut 32
aliis amicitiæ ſignis occidunt proximum ſuum, non gaudere immunitate tanquàm proditores, concedunt vniuerſi in hac materia ſcribentes, vt proinde fruſtraneum ſit implere papyrum allegationibus circa hoc:

Quas allegationes tum Doctorum, 33
tum iurium in re clara incongruè fieri, contendit pluribus Alphonſus de

Caſtro *de poteſtate legis pœnalis. lib. 2. c. 9.* vbi explicat quomodo intelligi debeat proloquium Iuriſperitorum. *Erubeſcimus ſine lege loqui.*

34 Malè autem aſſerit Garon. *cit. comment. in tit. de ſenator. no. conſt. ſtatus Mediol. lib. 1. tit. 4. art. 13. num. 101.* hanc, quam ipſe impropriè appellat *ſpeciem proditionis*, cum *ſpecies* non ſit, ſed *modus* materialiter ſolùm differens, vt ſuo loco oſtendam, hanc inquam eſſe illam, quæ excludit ab immunitate Eccleſiæ, quaſi verò id non fiat per alios *proditionis*, modos, qui verè, propriè, atque vniuocè includant ipſam rationem formalem *proditoriæ* deformitatis.

Notabile in hac materia.

35 Aduertendum autem maximè eſt, quòd prædictorum actio proditoria interpretanda venit, vt procedat ſolùm, cum quis ſub colore amicitiæ, aut ſocietatis interimit inſidioſè amicum inaduertentem, atque incautum ex durante in ſe confidentia erga occiſorem. Cephal. *conſ. 57. num. 13.* Vermigliol. *conſ. crimin. 93. num. 5. & conſ. 99. num. 1.* Vrſell. *in examine apum. concluſ. 150. num. 19.* Decian. *tractat. crimin. lib. 7. cap. 29. n. 19.* Megal. *inſtit. confeſſar. parte 3. lib. 4. cap. 2. num. 18.*

Non autem ſi cum amico, aut conſocio rixans occidat;

Quia ex ſola amicitiæ, aut ſocietatis qualitate, quæ præceſſit, ſed per rixam quaſi abolita eſt, non poteſt actio denominari *proditoria*, neque amittit Immunitatem Eccleſiarum. Barboſa *lib. 2. vniuerſi iuris Eccleſ. cap. 3. num. 96.*

Per eamdem enim rixam ablata eſt affidatio proueniens ex amicitia, & ſocietate, ac poſita eſt diffidatio, & præſens monitio ad præcauendum ab ante rixam amico, & nunc hoſte, & ad ſe tuendum ab illo.

Vnde meritò Bartol. *in cit. l. Reſpiciendum* Giurba *conſ. 60. num. 1.* Gutierez *practt. qq. lib. 1. q. 2. n. 9.* Peguera *deciſ. 54. num. 9.* Aluarot. *de feudis fol. 267. num. 3.* Gtaff. *de caſibus reſeruat. lib. 1. cap. 14. num. 50.* & alij omnes, quando proditionem agnoſcunt in homicidio facto ſub ſignis amicitiæ, requirunt non fuiſſe ortam occaſionem occiſionis, ac proinde non interceſſiſſe litigium, aut rixam.

Qualitatem amicitiæ non ſtare otioſè in ordine ad proditorium.

Sed dices:

Ergo ſi conſtet, aliquem inſidioſè occidiſſe illum, cui exhibita erant ſigna amicitiæ, iam qualitas amicitiæ ſtabit otioſè in ordine ad ſtatuendum proditorium, & amiſſionem immunitatis, cum per nos ſatis ſit ad vtrumque occiſio per inſidias merè negatiuas. 36

Reſpondeo, non eſſe otioſam qualitatem amicitiæ in ordine ad ſtatuendum proditorium;

Nam per illam tantò ſenſibilibus intelligitur quis fieri impotens ad ſe tuendum, quantò efficacius fit incautus per apprehenſa ſigna amicitiæ ab altero ſibi oſtenſæ.

Vnde facilius eſt in aggreſſione inuenire incautum eum, qui manet affidatus ſub ſignis amicitiæ, quod idem dico de affidato ſub data ſibi de non lædendo fide, & ſub apprehenſione connexitatis cum aggreſſore, quàm eum, qui manet merè indiffidatus, & non poſitiuè affidatus. 37

Sic facilius facie ad faciem aggrederis tibi fidentem ex amicitia, ex promiſſione de non lædendo, aut ex paternitate &c. & proinde remotiſſimum à ſibi cauendo à te, quàm alium tibi omnino extraneum, non diffidentem quidem de te, ſed nec de te confidentem.

§. XIV.

Digitized by Google

§. XV.

Sufficere ad pròditorium, quòd ſimulatio amicitiæ præceſſerit occiſionem proditoriam, nec requiri, quòd ſit contemporaneè cum ipſa occiſione.

SVMMARIVM.

Referuntur requirentes ad arguendum proditorium, *vt actus ſimulatæ amicitiæ ſint contemporanei cum ipſo actu proditionis, & volentes non ſufficere ſi præceſſerint; quia, inquit quidam, poſt eos potuit ſequi rixa.* num. 1.

Contra eſt; nam amicitiæ ſimulatio etſi non durat in ſe, quando fit homicidium proditorium, *durat tamen in ſuo effectu, ideſt in affidatione perſonæ, quæ memor eius amicitiæ à ſe reputatæ veræ, non ſibi præcauet in actu ipſo* proditionis. num. 2.

Vnde cum per eam præcedentem ſimulationem reddatur perſona incauta, atque impotens ad ſe defendendum, perinde ac per ſimulationem præſentem, non eſt neceſſe ad arguendum proditorium *concurſus contemporaneus ſimulationis* cum actu proditorio. num. 3.

Sic ad conſtituendum proditorium, *quod conſurgit ex violatione promiſſionis de non offendendo, non requiritur, quòd illà promiſſio tempore* proditionis *exiſtat in ſe, ſed ſufficit, quòd duret in ſuo effectu, id eſt affidatione*. n. 4.

Ad id, quod dicebatur, potuiſſe poſt hæc interueniſſe rixam, reſpondetur, non conuinci per hoc, quòd de ratione proditorij ſub ſimulatione amicitiæ *ſit contemporanea ſimulatio ipſius amicitiæ cum ipſo actu proditionis; ſed bene conuinci, quòd qui vult probare* proditorium *ipſum, debet probare, non interueniſſe rixam, vt alibi dicendum.* num. 5.

Niſi enim probet hoc, iam homicidium præſumitur factum in rixa, & non appenſatè, & caſu, niſi probet præceſſiſſe appenſamentum; quod deſtruit præſumptionem rixæ, vt alibi dicendum. n. 6.

Sententia ſenatus eſt merum placitum virorum Doctorum, per quod, etiamſi ſenatus ſit ſupremus, non efficitur lex, ſicut nec per ſententiam Principis. n. 7.

AD hoc autem, vt ex acti- 1
bus ſimulatæ amicitiæ arguatur *proditorium*, requirunt interuentionem ipſorum actuum ſimultaneam, & contemporaneam in ipſomet actu proditionis, aſſeruntque non ſufficere præceſſionem ſimulationis amicitiæ Beoleus, & alij duo doctiſſimi *in conſ. 168. apud Farinacc. num.* 70. ex ſententia Senatus Mediolanenſis. Vermigliol. *conſ. crimin. 93. n. 9. & conſ. 97. num.* 5. Garon. *cit. comment. in tit. de Senator. no. conſt. Status Mediol. lib. 1. tit. 4. art. 13. num.* 101.

Pro quibus videtur facere Bartolus *in dicta l. Reſpiciendũ,* quatenus loquitur in præſenti *de veniente tecum in itinere, de ſedente item in menſa tecum.*

Quando enim, vt contra me argumentabatur quidam doctus Iuriſperitus, *ſigna amicitiæ, ex quibus infertur ad proditorium, non percutiunt tempus immediatè præcedens homicidium non probant proditionem; quia poſt ea potuit ſequi rixa.* Ita ille.

Sed efficax ratio eſt in contrarium. 2
Nam amicitiæ ſimulatio, etiamſi non duret in ſe, quando fit homicidium proditorium, durat tamen in ſuo effectu, id eſt in affidatione perſonæ, quæ memor eius amicitiæ antea ſimulatæ ex parte proditoris; & creditæ veræ ex parte ſui, & non agnitæ retractatæ ex parte eiuſdem proditoris, non ſibi præcauet in actu ipſo proditionis; perinde ac ſi tunc actualiter ea amicitiæ ſigna exhiberentur; nec poteſt ſe

hie;

hic,& nunc defendere à proditore non credito tali.

3 Quo fit, vt cum eadem ſimulatio ſiue præſens, ſiue præcedens, eodem modo per relictum ſuum effectum reddat incautam, improuiſam, atque hic, & nunc impotentem ad ſe tuendum perſonam ab aggreſſore, non ſit neceſſe ad arguendum proditorium, quòd cum actu aggreſſionis concurrat contemporaneè ipſa ſimulatio, ſed ſufficiat, quòd præceſſerit, & per aliquod hoſtilitatis ſpecimen à ſimulatore retractata non fuerit.

4 Sic ad conſtituendum proditorium, quod conſurgit ex violatione promiſſionis de non offendendo, non eſt neceſſe, quòd illa promiſſio tempore proditionis exiſtat in ſe, & actualiter, cum rarò quis in ipſo actu faciendæ promiſſionis de non offendendo, offendat promiſſarium, ſed ſufficit, quòd duret in ſuo effectu, ideſt in affidatione, ſub qua promiſſarius, præteritæ memor promiſſionis, & fideiuſſionis, viuit cum fiducia, atque intimiditate de promiſſore, & ſibi ab illo non præcauet, impotenſque eſt hic, & nunc ad ſe tuendum ab eodem perfido promiſſore, qui proinde ſic affidatum aggrediendo, *proditor* eſt, non obſtante quòd aggreſſio non concurrat contemporaneè cum promiſſione, ſed eam ſubſequatur.

5 Ad id, quod dicitur, potuiſſe interim à puncto ſimulatæ amicitiæ ad punctum conſummatæ occiſionis ſequi rixam.

Reſpondeo, non conuinci per hoc, quòd de ratione *proditorij ſub amicitiæ ſimulatione* ſit contemporanea ſimulatio ipſius amicitiæ cum ipſo actu proditionis, vt proinde non poſſit idem proditorium conſiſtere cum præſente ſimulatione, cuius effectus in prodito ſemel relictus, affidatio ſcilicet, præſumitur adhuc durare.

Sed bene conuinci, quòd qui vult probare proditorium ipſum, debet probare non interueniſſe ipſam rixam. Vermigliol. *conſ. crimin.* 89. *numer.* 9. & ego rurſum dicam *in ſequenti ſectione* §.32. *à num.*19.

Alioqui enim, ſi hoc non probet, 6 iam homicidium præſumitur factum in rixa, & non appenſatè, ſed caſu, & ex improuiſo. Giurba. *conſ.*2. *num.*14. & 15. & *conſ.*82. *num.*25. niſi fortè probet præceſſiſſe appenſamentum.

Nam hoc deſtruit præſumptionem rixæ, de qua re exactius infra *in cit.* §.32. *num.*23.

Ad ſententiam Senatus Mediolan. 7 dico, eſſe placitum merum Doctorum virorum, per quod, etiamſi Senatus ſit ſupremus, non efficitur lex. Thom. del Bene. *de immunit. & iuriſdict Eccleſ. parte* 2. *cap.*14. *dub.* 5. *ſect.* 2. *numer.* 24. & Thom. Sanchez iam iam citandus, ſicut nec per ſententiam Principis. Thom. Sanchez *de matrim. lib.*6. *diſp.*4. *num.*8. §. *Secundò.*

Præterquam quòd, quando etiam inde fieret lex, non afficeret niſi ſubditos in territorio, quod ſubeſſet iuriſdictioni ſententiantis.

§. XVI.

Rationem proditorij non alligari ad inſidias poſitiuas, quatenus dicunt ordinationem, & executionem aggreſſionis ſub ſignis amicitiæ vel ab initio veræ, vel ſemper fictæ.

SVMMARIVM.

Videri poſſit fruſtranea huiuſce paragraphi quæſtio, & cur? num.1.

Sed cum eius diſcuſſione poſſit melius illuſtrari ſententia auctoris circa proditorium, *diſcutienda eſt quæſtio.* num.2.

Rationem

ficta, tam ſplendidè apparet, ita affixam cenſent aliqui ad ipſam amicitiam, *vt affixio hæc ſit omninò eſſentialis, ac proinde neque ibi ſit* proditorium, *vbi non eſt* amicitia, *quantumcunque quis alioqui ſine amicitiæ ſignis ſibi exhibitis ſecurus, indiffidatus, atque improuiſus interimatur.* n.3.

*Referuntur auctores pro hac affixione.*ibid.

Per Regium conſilium, & Regiam Cameram Summariæ declaratum fuit, vulnus proditorium *illud eſſe, quod eſt illatum contra* amicum ſub colore, vel ſimulatione amicitiæ. num.4.

Exaggeratiuum dictum Anonymi pro ſententia affigente proditorium *ad amicitiam.* n.5.

Hæc ſententia eſt recepta in Regno, & eam ſequitur Gutierez, n.6.

Eſt admirabile, quòd nullus ex Doctoribus alligantibus proditorium ad amicitiam, & colorem amicitiæ *cum tanta verborum ſecuritate, atque emphaſi, quidquam adducat in probationem dicti.* n.7.

Iidem indiſtinctè loquuntur in hac perdifficili materia exigente ordinatam, & perſpicuam diſcuſſionem. ibid.

Refertur ſententia auctoris, aſſerens, ſententiam Bartoli, & ſequacium eſſe contra textum in c.1. extra. de homic. *& rationem* proditorij *non alligari ad colorem amicitiæ, aut ad ſigna amicitiæ ab initio veræ, & poſtea ex interna* proditoris *mutatione falſificatæ.* n.8.

Sed etiam excurrere ad occiſionem contra fidem datam de non offendendo. n.9.

Itemque ad occiſionem per inſidias negatiuas. n.10.

*Referũtur auctores pro hac excurſione.*ibid.

A quibus fortaſſè non diſcordant alij agnoſcentes proditionem *in occiſione* ſub colore amicitiæ, *ſed non adhibentes vllam particulam taxatiuam, qui referuntur.* n.11.

Dicentes, diſpoſitionem c.1. de homic. *procedere, quando quis* proditoriè modò per Bartolum relato *aliquem occiderit, reiici debent, cum id capitulum ex ſuis terminis non præbeat motiuum vllum huic doctrinæ, quæ proinde merè arbitraria eſt.* num.12.

Aſſertur primum fundamentum auctoris. num.13.

Ratio, quæ formaliter conſtituit proditorium, *reperitur æqualiter, atque vniuocè in occiſione per inſidias negatiuas, ſicut in occiſione ſub colore amicitiæ, impotentia ſcilicet ad ſe tuendum ab aggreſſore.* ibid.

Miratur auctor, quòd Antonius Gomez refundens labem proditionis *in ſublationem naturalis defenſionis, tanquam in veram, & concludentem rationem, dicat eandem labem ſolummodò habere locum, quando inuicem erant amici, cum etiam habeat locum, quando quis occiditur ſine amicitia vlla per inſidias negatiuas.* num. 14.

Vt propterea debuerint Gomez, & alij extendere proditionem etiam ad caſum inſidiarum negatiuarum. n.15.

Cum negari non poſſit, quòd ſicut qui decipit per falſam oſtenſionem amicitiæ, decepto defenſionem aufert per affectatam eius affidationem, efficientem, vt ille non præcaueat, ſicut & aufert, qui mutat interiùs beneuolum animum, quem verè habuerat ab initio, & oſtenderat in alium exinde ſincerè affidatum, & hanc mutationem, conceptumque occidendi propoſitum diſſimulat, vt alius in priſtina affidatione, & imprætautione perſeueret, ita & ille, qui vtitur inſidiis negatiuis ad occidendum ſecurè, aufert occiſo defenſionem per hoc, quod per eas inſidias cauſat in eo non cognitionem aggreſſionis, ex qua cognitione oritur, vt ille ſe non defendat. n.16.

Non infertur tamen ex his, quod de ratione proditionis *ſit, vt proditor auferat defenſionem, cũ ſuſſiciat ad* proditionem, *& omnino requiratur, vt occidatur carens defenſione, ſiue occiſor ipſe cauſet eam carentiam, ſiue ea carentia aliunde proueniat.* n.17.

Proditio *enim violat ius ad tuendam vitam, quod ius præter facultatem moralem ad arcenda pericula mortis, dicit virtutem obſtatiuam, vt tu non ſolùm non impedias exercitium facultatis prædictæ, ſed ſi ſit vel à te, vel aliunde impeditum, me in circumſtantia iſtius impedimenti redditum impotentem non aggrediaris*.num.18.remiſſiuè ad §.28.

Vnum actibus oſtendere, & aliud in mente gerere, *in quo conſiſtit in præſenti materia* color amicitiæ, *non eſt formaliter* prodere, *cum ſit formaliter* mentiri, & ſimulare n. 19.

Simulatio, & mendacium eſt proditionis *cauſa inſtrumentalis, tum remotè, concurrendo ſcilicet ad efficiendum incautum, atque impotentem ad ſe tuendum, tum proximè, operando, vt aggreſſio terminetur ad ſic impotentem, contra ius, ne talem aggrediaris*. n.20.

Quare ſimulatio illa, quatenus ponit, ſeu perficit terminum, & obiectum formale proprium prodirionis, *impotentiam ſcilicet ad ſe tuendum, & efficit, vt aggreſſio ipſa terminetur ad ſic impotentem, eſt quid prius* proditione. n. 21.

Proditio *non poteſt conſiſtere in hoc, quòd quis alium occidat cum mendacio, & ſimulatione, vt ſic: ſicut ſi rem ſuam vendat mercator cum mille mendaciis, non ideo dicitur* proditoriè vendere, *ſed* fallaciter, doloſè, mendaciter, fraudulenter, *quibus terminis ſubeſt conceptus* meræ difformitatis à veritate, & deceptionis, *qui conceptus eſt omnino diuerſus à conceptu* proditionis *inuoluentis* àliquid amplius: *vt proinde terminus* proditoriè *ſit deputatus ad ſignificandum* illud aliquid amplius, *quidquid demum illud ſit, non autem ad ſignificandam* difformitatem à veritate, & deceptionem, *ideoque nec ſit ſinonymus cum illis* fallaciter, doloſè, mendaciter, fraudulenter. ibidem.

Quando dicitur proditor eſſe, qui aliud gerit in corde, aliud in opere, *non eſt propria locutio; quia qui hoc facit, non prodit niſi præparatoriè, ſed eſt propriiſſimè* ſimulator, & mendax, *& per hæc inſidiatur: quando autẽ per has inſidias affidatum, & imprecauentem aggreditur, tunc eſt propriiſſimè* prodiror.num.22.

Oſtenditur magis improprietas prædictæ locutionis. n. 23.

Quærenti quid ſit prodere, *reſpõdes impropriè, dicendo*, eſſe vnum habere in corde &c. *quia pro quæſito effectu aſsignas vnam ex pluribus cauſis potentibus concurrere ad* proditionem ibidem.

Neque enim proditi imprecautio, & impotentia ad ſui tutelam, pendet ab hoc vno, quòd proditor vnum habear in corde, & aliud gerat in opere, *cum tot alia ſint, ex quibus conſtitui poſsit illa imprecautio, atque impotentia*. num. 24.

Ex his habes, quàm male definierint prodere *multi, qui referuntur*. n. 25.

Non procedunt in ſenſu formali quædam de prodirione *dicta per aliquos relatos*. n. 26.

Cum eſſentiæ ſint ſemper eædem, ſi concedamus ſitam eſſe eſſentiam prodirionis *in* difformitate externi ſigni ab interna diſpoſitione, *iam vbicunque fuerit* iſta difformitas, *ibi erit*, malitia proditionis, *etiam in materia contraria*.n.27.

Vnde bene inferemus, quòd pater amans in corde filium, & in verbis odium ſerium præmonſtrans, erit prodiror, *quod tamen falſum eſt, ergo & id, vnde ſequitur*. num. 28.

Quòd ſi dicas, rationem proditionis *non conſiſtere præcisè in difformitate externi ſigni ad conſcientiam internæ diſpoſitionis vt ſic, ſed in externi ſigni* quatenus amicabilis *difformitate ad conſcientiam internæ diſpoſitionis non amicæ aut etiam odioſæ contra prodendam perſonam*,

Contra eſt; nam ex eò præcisè, quòd mendax ſignum ſignificet determinate amorem difformiter ad internam conſcientiã non amoris, non apparet cur reſultet proditio, *quæ tamen reſultare non debeat, ſi mendax ſignum ſignificet aliquid aliud ab*

Digitized by Google

ab amore diuerſum, cum ſignum mendax ſit de ſe indifferens ad ſignificandum amorem, non amorem, & quamlibet aliam rem, & determinetur per agens liberum ad ſignificandum amorem, amor verò quatenus ſignificatus, dicat meram rationem terminantis ipſam ſignificationem, quæ ſumpta vt ſic, non inferunt proditionem. num. 29.

Quòd ſi afferas, rationem proditionis *conſiderari per ordinem ad deceptionem, & conceptum meæ beneuolentiæ erroneum, cauſatum in mente prodendæ perſonæ, contra eſt; quia iam ratio* proditionis *conuenit formaliter cum omnibus aliis mendaciis, quibus regulare eſt, etſi non eſſentiale, vt in mente audientis cauſent conceptum erroneum de re, prout illa repræſentatur in conſcientia mentientis, ſiue ſit amor, ſiue ſit aliquid aliud. Aliquid autem amplius dicit* proditio, *quàm rationē meri mendacij, & meræ deceptionis ex mendacio conſurgentis, etiam in materia beneuolentiæ erga deceptum.* n. 30.

Falſa eſt ſententia Angeli volentis, mendacium habere pro ſuo formali completiuo intentionem fallendi. ibid.

Regulariter qui mentitur, intendit falſam opinionem ingenerare, ſeu decipere: quæ deceptio eſt effectus ordinariè conſequens mendacium, & eſt finis ſimulationis definitæ, vt ſit dictum, vel factum, aliud exterius, aliud interius continens, ad legem, vel hominem decipiendum, inuentum. ibidem.

Quòd ſi demum contendas, rationem proditionis *conſiſtere in hoc, quòd externum mendax ſignum mei amoris, deceptiuum audientis, cauſet in illo affidationem de me, & imprecautionem, impotentiamque ſe tuendi à me, adhuc rectè non concludis, quia aſſignas, inſtrumentariam cauſam pro effectu, & taxatiuè vnam ex multis, & formalem ipſius effectus rationem relinquis inexplicatam.* n. 31.

Ex his patet, inſuperabiles difficultates militare contra axioma illud: prodere eſt vnum in corde gerere, & aliud in ore, *& in eo non conſiſtere rationem formalem* proditionis. numer. 32.

Si Doctores in eo axiomate acceperunt proditionem, *prout dicit abiectionem fidei, & veritatis, tam cum in hoc ſenſu adſit mera oppoſitio ad fidem, & veritatem, ac proinde malitia* perfidiæ, *&* mendacij, *non explicatur propria ratio formalis qualificans homicidium, & ei tribuens particularem deformitatem, per quam concipitur ab omnibus vt oppoſitum legi iuſtitiæ commutatiuæ, vltra* fallentiam, deceptionem, mendacium, *concurrentia aliquando ad ipſum, & denominatur propriè* proditorium. num. 33.

Non bene Marta refundit atrocitatem proditorij, *in violationem fidei.* ibid.

Si excuſes Bartolum, & ſequaces in tradenda definitione proditorij, & *dicas fuiſſe locutos in ſenſu cauſali, ſicuti multi idem nomen tribuunt & fundamento, & illi, quod ex eodem fundamento innaſcitur, vt per* conſcientiam *interdum accipitur fundamentum proximum conſcientiæ formalis, & nomen* Eclypſis *datur cauſæ, & effectui, reſpondetur, redargui Bartolum, & alios, quòd non explicarint veram rationem* proditionis, *& eam ſtatuerint in eo, quod non eſt ipſa* proditio, *ſed vna ex multis cauſis, à quibus enaſci* proditio, *poteſt. Quod ſi voluerunt loqui* cauſaliter, *non* formaliter, *adhuc malè* proditionem *definierunt per vnam duntaxat ex pluribus cauſis* proditionis, *cum ſic indicarint,* proditionem *eſſe eius naturæ, vt ab hac ſola cauſa procedere poſſit, quod falſum eſt.* numero 34.

Contra aliquos volentes opinionem Bartoli eſſe de iure Cæſareo, dicitur nullo textu hoc probari. n. 35.

Satis obſcure loquuntur cum Bartolo Doctores in deſcriptione proditorij. numero 36. *ſed melius Beoleus, & alij, quamuis nec ipſi benè aſſignarint rationem*

tionem formalem proditorij numero 37.

Oſtendere ſigna vera ab initio amicitiæ in aliquem, quæ mutato poſtmodùm animo, ſed non exteriùs declarato, incipiant per comparationem ad præſentem ipſius animi diſpoſitionem eſſe falſa, non eſt formaliter prodere, ſed eſt ſincerè primò poſuiſſe, & ſecundùm externam apparentiam mendacem, poſtmodum continuare ſigna illa, quæ ſunt cauſa inſtrumentaria proditionis, & quid prius proditione. num. 38.

Si velis conuincere me de alligatione proditionis ad amicitiam, neceſſe eſt, vt probes alterutrum ex his, vel ſcilicet primò amicitiam ingredi formalem conceptum proditionis, & hoc nunquam feceris, vt per plura demonſtratur. numer. 39. 40. 41. 42. vel, ſecundò, incautelam, & impotentiam ſe tuendi non poſſe procedere ab vlla alia cauſa, quàm ab amicitia vel vera ab initio, vel ſemper ficta proditoris, & neque hoc egeris, vt demonſtratur. n. 43.

Amicitia dicit de formali affectum, quo vnus alterum diligit. numero 40.

Affectus operatur, vt vnus velit idem, & idem nolit, quod alter, in licitis, & honeſtis. ibid.

Si ego te mihi amicum occidam, amicitiæ qualitas denominat me quaſi ingratum, & contemptorem affectus tui, vel certè reum alicuius deformitatis innominatæ, non autem proditorem. numer. 41.

Si ego amicus tuus te occidam, ad ſummum ea qualitas, quæ non exiſtit nunc, ſed præextitit, denominat me operantem difformiter ab amore, quem erga te antea profitebar, & indebitum mutatorem affectuum; in qua difformitate, & mutatione, vt ſic, non elucet deformitas illa ſpecialis, quam prudenter in proditore concipimus. num. 42.

Nullum ex alligantibus conceptum formalem proditorij ad amicitiam, putat auctor intelligi velle de amicitia, quæ ſit præſens in prodente, cum hæc ad conceptionem propoſiti de nocendo euanuerit. Si verò loquantur de amicitia præterita, nulla eſt præſentis occiſionis habitudo ad illam, ac proinde eadem non poteſt influere vllo pacto in proditorium præſens. Vel certè reſtat, vt contrarij auctores hunc influxum explicent, quod hucuſque non fecerunt. ibid.

Se habet impertinenter amicitia ad conceptum proditorij, ſiue vt ſe tenet eadem ex parte occiſi, ſiue vt ex parte occidentis, in quo fuit, & non eſt, cum non ſit aſſignabile, quo pacto ipſa amicitia in formalem proditorij rationem ingrediatur. ibid.

Benè diſcurris, ſi dicas, quòd amicitia vera antecedens, ſi exterius fuerit olim occiſo declarata, neque exterius retractata, itemque externa fictio amicitiæ, prout ſe tenent ex parte occidentis, ſe habent ſolùm cauſaliter ad proditorium: ſed ea cauſalitas ſtat accidentaliter, cum poſſit dari proditorium etiam extra caſum talis amicitiæ ſiue veræ, ſiue ſimulatæ. ibidem.

Anonymi dictum ſine probatione. ibid.

Idem Anonymus nec probat, nec probare poteſt, incautelam, & impotentiam ſe tuendi non poſſe procedere ab vlla alia cauſa, quàm ab amicitia ſimulata, ad quam ipſe alligat eſſentialiter proditionem. numero 43.

Doctrina quorundam, quòd proditor eſt, qui occidit eum, qui de ipſo confidebat, eſt bona, ſed vera ſolum in ſenſu cauſali, non in formali, & eſt inadæquata. n. 44. & 45.

Si traderetur definitio proditorij per ordinem tum ad confidentem, tum ad diffidentem, non traderetur per ordinem ad vltimum conſtitutiuum proditorij, ideoque eſſet deſcriptio, non definitio. n. 46.

Non inuenit auctor apud Doctores fundamentum vllum pro tam iactata alligatione

Digitized by Google

gatione proditorij ad amicitiam, *ſed ſolam ſucceſſiuam vnius poſt alterum lubricam ſequelam omnino gratuitam, ſine examine, & fundatam in ſola Doctoris auctoritate, quæ niſi fulciatur lege, aut ratione efficaci nullam vim habet.* numero 47.

Textus, & Doctores allegati per Anonymum probant, proditorem *eſſe aliquem, qui fingat amicitiam, & habeatur pro amico, & damnum inferat, id quod etiam auctor concedit, ſed non probant, rationem* proditionis *neceſſariò pendere* ab amicitia, & credulitate amicitiæ *priuatiuè ad quodlibet aliud, id quod auctor negat.* n.48.

Doctores immeritò faciunt Bartolum auctorem ſententiæ alligantis proditorium ad colorem amicitiæ.n.49.

Aſſertur, & examinatur textus Bartoli in l.Reſpiciendum,§.Delinquunt,ff.de pœn.ibid.

Bartolus agnoſcit proditionem *non ſolum ſi occidatur ille, cui quis erat amicus, ſed etiam* ſi percutiatur de retro ille, cum quo non intercedebat rancor. ibid.

Rancoris non interceſſio haud neceſſariò infert interceſſionem amicitiæ ſimulatæ *ex parte percuſſoris, & creditæ veræ ex parte percuſſi, in qua ſimulatæ amicitiæ interceſſione conſiſtit color amicitiæ.* numero 50.

Poſſum non habere rancorem tecum, & tamen non ſimulare amorem erga te, & negatiuè me habere, id eſt nec te odiendo, nec fingendo te amare. ibid.

Non eſſe rancorem, *eſt terminus, qui negat quidem rancorem, ſed non ponit amorem, aut colorem amoris, cum dicere* non odi te *non ſignificet* amo te, *aut* fingo amare.ibid.

Non odiſſe, & amare, *aut* fingere amorem *non ſunt termini relatiui, qui ſe generant, & corrumpunt, nec contrarij priuatiuè, quorum vnus tollit alterum, ſed non ſe inuicem ponunt, ſed ſunt ſeparati, qui nec ſe generant, neque corrumpunt, & quorum vnus non ſequitur alterum neque poſitiuè, neque priuatiuè.* num.51.

Bartolus agnoſcit diſtinctionem inter eſſe amicum, & non eſſe rancorem inter duos.n.52.

Non eſſe rancorem *eſt quid minus, quàm* eſſe amicum, *atque ideo adhibetur à Bartolo particula* ſaltem, *quæ eſt diminutiua.* ibid.

In ſententia Bartoli poſſum eſſe proditor ſine ſimulatione amicitiæ, *immò etiam* ſine amicitia abſoluté *tam ex parte tui, quàm ex parte mei, cum* non fuiſſe rancorem inter me, & te, *non inferat* fuiſſe amicitiam inter nos, *qui potuimus ſicut non habuiſſe odium inuicem, ita neque amorem, ſed in ſtatu neutro fuiſſe.* n.53.

Bartolus non adhibet vllam taxatiuam particulam, quæ proditionem *reſtringat ad ſolum colorem amicitiæ, nec dicit, quòd alia delicta, vltra enarrata per ipſum, non ſint* proditoria, *& non negat, quod ſi quis occiderit aliquem retrò, ſit* delictum prodirorium, *ſed tantum excludit* proditionem, *ſi percutiam de retro te, qui eras mihi inimicus, ita vt eſſet rancor inter me, & te, quia, inquit, illud, quod facio, in actibus oſtendebam.* num.54.

Mentem Bartoli germanam, qualem expoſuit auctor, Doctores non perceperunt vel ob legendi celeritatem, vel ob non viſum in fonte Iuriſconſultum. numero 55.

Mentem prædictam bene percepit Alphonſus Villagut. ibid.

Bartolus cum definiſſet prodere *eſſe* vnum actibus oſtendere, & aliud in mente gerere, *non debebat poſtea concedere, quod ſit etiam* proditio, *quando tibi eram amicus, itemque inter te, & me nullus erat rancor, & ego te de retro percutio, cum in his caſibus locum non habeat definitio illa: ac proinde vel male tradita eſt à Bartolo, vel Bartolus non eſt locutus conſequenter ad illam.* numero 56.

Doctores pro ſententia alligante proditorium *ad colorem amicitiæ, ad ſummum recurrere poſſunt ad communem vſum vocandi* proditores, *qui ſub colore amicitiæ occidunt.* n. 57.

Sed contra; nam hunc etiam recurſum habent, qui rationem proditorij *extendunt ad occidentem per inſidias negatiuas.* n. 58.

Vulgi conceptus, quando aliquem appellat proditorem, *ſiue is prodat per inſidias negatiuas, ſiue per poſitiuas, non fundatur in mera ratione talium inſidiarum, ſed habet vlterius pro vltimo termino aliquid, ad quod ipſæ inſidiæ, etiamſi diuerſæ ſint inter ſe, ordinentur, tanquam ad vnum eiuſdem rationis: cuius dicti affertur ratio.* n. 59.

Non concludenter loquuntur quidam, qui ſupponentes id, quod in quæſtione eſt, proditorem *ſcilicet dici propriè illum ſolum, qui occidit affidatum per ſigna amicitiæ, aſſerunt occidentem ex inſidiis dici poſſe* proditorem largo modo, & non propriè, *nec probant etiam tenuiter, dictum inſidioſum occiſorem excludi à propria ratione* proditoris. num. 60.

1 CVM probauerim *ſupr.* §. 9. conſiſtere rationem *proditorij* etiam cum inſidiis negatiuis, videri fortaſsè poſſim alicui præſentem fruſtra inſtituere quæſtionem, cuius ſolutio ex ibi dictis infertur maniſeſtè;

2 Eo enim ipſo, quòd datur ratio *proditorij* in aliquo caſu diſtincto à caſu occiſionis ſub ſignis amicitiæ, patet, non alligari rationem ipſius *proditorij* ad ipſa ſigna amicitiæ.

Verùm quia multa ſunt peculiaria circa hoc, quæ indigent diſcuſſione, & quæ diſcuſſa, poſſunt melius illuſtrare meam de proditorio doctrinam, & ſtabilire radicationem deformitatis proditoriæ in impotentia ad ſe tuendum, ideo non contentus deciſione merè illatiua, deuenio ad diligens examen propoſitæ quæſtionis.

Rationem ergo *proditorij*, quæ in occiſione ſub amicitia vel vera à principio, vel ſemper ficta, tam ſplendidè apparet, ita affixam exiſtimant quidam ad ipſam amicitiam, vt affixio hæc ſit omnino eſſentialis, ac proinde neque ibi ſit *proditorium*, vbi non eſt amicitia, quantumcumque quis alioqui ſine amicitiæ ſignis ſibi exhibitis ſecurus, indiffidatus, atque improuiſus interimatur. 3

Hi ſunt Gomez *variar. reſol. tomo* 3. *cap.* 3. *num.* 5. *verſ. ſolùm ergo.* Decius Fauilla apud cit. Campanil. *Rubrica* 11. *cap.* 31. *pag.* 643. Gabriel de Bellis *in poſthumo tractatu* 2. *de iure ſacro. num.* 18. ibi: *per inſidias, & proditoriè, ſcilicet ſub ſpecie amicitiæ:* vbi rationem proditionis conſtituit in interfectione ſub ſpecie amicitiæ. Caſtil. *deciſ.* 156. *numero* 39. *&* 40. Sperellus *deciſione* 23. *num.* 14. laudatus à Ciarlino *parte* 2. *controuerſ. forenſ. capite* 151. *num.* 21. vbi quòd crimen proditionis amittit nomen proditorium per hoc præcisè, quòd ceſſet amicitia, id eſt occiſor non ſit amicus, etiamſi alioqui, non ſit inimicus, & occidat per inſidias. *Et num.* 34. vbi quòd, vt quis dicatur proditor, non ſufficit excludere inimicitiam, ſed *oportet*, quòd adſit amicicitia, & colore amicitiæ fiat homicidium. Vincent. de Franchis *deciſ.* 713. *num.* 15. Gizzarell. *deciſ.* 16. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 619. *num.* 29. vbi quòd ad effectum proditionis *requiritur* cauſa amicitiæ. Grilenzon. *conſ.* 149. *num.* 7. *&* 39. qui *num.* 38. audacter nimis carpit doctiſſimum, & incomparabilem virum Proſperum Farinacium. Carolus Maranta *parte* 2. *reſponſ.* 46. *num.* 9. Gargiareus *conſ.* 71. *nu.* 5. *&* 7. Giurb. *conſ.* 20. *num.* 13. vbi quòd, *vbi ceſſat amicitia*, non eſt proditio, & quòd *propriè* ad mentem Gregorij XIV. proditor is eſt, qui amicum occidit, vel cui occidens, amicum

eum ſe fingebat:(vide, Lector, fluctuationem iſtius Doctoris ſtatuentis proditionem diſiunctiuè in duobus omninò diſparatis, nempè vel in paſſiua læſione eius, qui amat læſorem, quæ læſio potius quandam ingratitudinem, ſiue contemptum amoris in lædente connotat, vel in actiua læſione fingentis amorem erga læſum) cuius tamen mentis indicium vllum in textu Bullæ omninò nudo, & indiſtincto ego nuſquam reperi, & *rurſum conſ.60. numer.* 1. & 2. vbi quòd præcipua proditorij criminis qualitas eſt *amicitia, qua ceſſante,* ceſſat proditorium. Didacus de Mari *in addit. ad deciſ.16. Gizzarelli. num.* 1. vbi Giurbæ verba inalterata vſurpat. Franciſc. Baronius *de effectib. inimicitiæ* 14. *effectu num.* 5. Diana 4. *parte, tract.* 1. *reſol.*34. Donatus Antonius de Marinis *reſolut. quotidianar. cap.*174. *num.*3. vbi quòd *propriè* homicidium proditorium dicitur, cum ab amico, nullo præcedente rancore, patratur, ſimul comedendo, vel deambulando. Vermigliol. *conſ. crimin.*93. *n.*5. & *conſ*94. *n.*10. & *conſilio* 97. *num.*3. quamuis non ſatis conſequenter ad doctrinam horum conſiliorum dicat *in conſ.*223. *num.*20. qualitatem proditionis dari dumtaxat in eo, cui nulla ab interfectore cauendi erat occaſio, qui tamen caſus ſine vlla amicitia interuenire poteſt, vt quando inſidiosè occiditur ignotus ab ignoto, & ſic nec amicus, nec inimicus à nec amico, nec inimico. Petrus Gregorius Tholoſan. *comment. in ſyntaxes artis mirabilis tomo* 2. *lib.*4. *cap.*60. *num.*3. vbi quòd proditio eſt *propriè* eius, qui ſe amicum ſimulat, per dolū, fraudem, & malitiam. Et *in ſyntagmat. iuris. lib.*35. *cap.*5. *num.*4. vbi quòd *nonniſi* ij, quibuſcum nobis eſt amicitiæ, vel fidei vinculum, proditores dicuntur, & quòd proditoribus hoc commune, per beneuolentiæ fucum, & dum illis fiditur, inſidiari. Boëtius Epo Rordahuſanus Friſius *Heroicar. & Eccleſiaſticar. quæſtionum capite* 6. *pagina* 102. *num.*34. vbi quòd *nihil* appellandum proditorium, niſi ſimulatio ſimul accedat amicitiæ, ſeu ſub lingua blandiente, vultuque benigniter arridente cor duplex, & fallax, ac doloſum. Thom. Del Bene *cit. parte* 2. *de immun. & iuriſd. Eccleſ. cap.*16. *dub.*20. *ſect.*2. *numero* 8. dicens, inſidias, quæ ſub colore amicitiæ fiunt, conſtituere *propriè* proditionem, & has ſolas priuare immunitate, maximè poſt Conſtitutionem Gregorij XIV. & *ſect.*5. *num.*1. in quibus terminis loquitur etiam Diana *parte.*6. *tract.*1 *reſol.*12. *verſ. Et ideo.* Rodriquez *in ſum. parte* 1. *cap.*155. *num.*5. vbi eximit à labe proditoria homicidium commiſſum à tergo à me contra rixantem cum amico, aut conſanguineo meo; *poiche*, inquit in meo libro Italicè ſcripto, *non moſtrò vna coſa dauanti, & vn altra da dietro.* Et omnium diſertiſſimè, quos viderim, ille Anonymus, quem interdum cito, *in ſua valdè docta allegatione apud Campanil. Rubr.*11. *cap.*31. *n.*3. *pag.*645. *col.*2. §. *Ex quibus omnibus certò certiùs patet.*

4 Iuxta quam allegationem per Sacrum Regium conſilium, & Regiam Cameram Summariæ declaratum fuit, vulnus proditorium illud eſſe, quod eſt illatum contra amicum ſub colore vel ſimulatione amicitiæ, vt teſtantur cit. Campanil. *ad finem illius capituli* 31. Vincent. de Franchis *cit. deciſ.*713. Carol. Maranta *reſp.*46. *num.*6. *parte* 2. Maſtrill. *comment. ad indult. general. capite* 29. *ſed per typi errorem* 31. *numer.*5. *pag.*131. Gizzarell. *cit. deciſ.*16. *numero* 4. vbi dicit, declarationem hanc fuiſſe in modum legis vniuerſalis, & paulò ante dicit, quod diſputare in præſenti cauſa quodnam ſit delictum proditorium, eſt ſuperuacaneum, & potius pertinacia, ſeu maius impertinentia. Quod ſanè dictum eſt nimiæ confidentiæ in propria ſapientia, & nimij contemptus de aliena.

5 Et hanc qualitatem amicitiæ à proditore

ditore ſimulatæ, & à prodito creditæ veræ, putat ita eſſentialem idem Anonymus, vt, ſi defuerit, non poſſit eſſe proditio, *quamuis*, inquit, *in lædendo mille induſtriæ, & inſidiæ, mille ſtratagemata, & machinationes interceſſerint.* Ita ille *pag.*645.*col.*2.*ad finem*.nimis exaggeratiuè, vt oſtendam.

6 Et hanc opinionem receptam eſſe in Regno, vt delictum non intelligatur proditorium, niſi fiat ſub colore amicitiæ, tradit Genuenſ. *in praxi capite* 94. *num.*2. & tenet etiam Gutierez *pract. quæſtionum lib.*1.*quæſt.*2.*num.*9. quatenus dicit, homicidium, de quo ibi agebatur, non fuiſſe commiſſum per inſidias; quia tunc dicitur per inſidias, vel proditoriè commiſſum, quando vnum actu oſtenditur, & aliud mente geritur, veluti ſi veniens tecum tanquam ſocius itineris, vel ſedens ſimul in menſa, te percutit, nulla interueniente rixa.

Qui Doctor *libro* 3. *quæſt.*7. *num.*51. quando agnoſcit proditionem in homicidio commiſſo per aſſaſſinos Chriſtianos, qui occidunt per inſidias, erit intelligendus de his inſidiis ſub colore amicitiæ, ne ſibi contradicat.

7 Eſt autem admirabile, quòd nullus ex prædictis Doctoribus, qui proditorium alligant *ad amicitiam, & colorem amicitiæ* cum tanta verborum ſecuritate, atque emphaſi quidquam prorſus adducat in probationem dicti, vt rurſum infrà dicam in ſecundo fundamento meæ ſententiæ.

Præterquam quod promiſcuè interdum loquuntur de amicitia, & amicitiæ colore, perinde ac ſi hæc duo idem omninò eſſent, & eodem modo ad labem proditoriam concurrerent, quod tamen quàm falſum ſit, ex iamiam dicendis planum fiet.

Nec ſatis diſtinguunt, an intelligant de amicitia occidentis erga occiſum, au occiſi erga occiſorem, an de reciproca inter ipſos, quæ indiſtinctio mirificè diſcurſum infuſcat in materia exigente ordinatam, & perſpicuam diſcuſſionem.

Sententia mea.

At ego reſolutiuè cum Fontanella 8 *de pactis nuptialib. clauſ.*4.*gloſſa* 14. *numero* 118. *pag. mihi* 368. cuius Doctoris citationem eſſe non minus moleſtam, quàm Cencij, conqueritur meritò Leotardus *de vſuris, quæſt.*49. *num.*10. *librum vtique habens meo ſimilem*, dico, opinionem Bartoli, & Sequacium *in cit. leg. Reſpiciendum*, nullatenus eſſe tenendam;

Videtur enim expreſsè contra textum toties citatum *in capite* 1.*extra. De homicid.* quo probatur, ſolam *inſidioſam induſtriam* efficere delictum *proditorium*:

Et conſequenter aſſero, rationem *proditorij* non alligari ad colorem amicitiæ, aut ad ſigna amicitiæ ab initio veræ, & poſtea ex interna proditoris mutatione falſificatæ,

Verùm etiam excurrere non ſolùm 9 ad occiſionem contra fidem datam de non offendendo, vt optimè notant Beoleus, *& alij duo in conſ.*168.*apud Farinac. num.*77. docentes, proditorium quidem illud eſſe, quod fit ſub colore amicitiæ, ſed etiam iſtud, id quod etiam docent Alexander Ambroſin. *cit. tract. de immun. cap.*6.*num.*4. Philippus Paſcalis *tract. de viribus patriæ poteſt parte* 3. *cap.*6.*num.*18.*ad finem*, & demum etiam Caſtil. *cit. deciſ.*156.*num.*44. non obſtantibus per eum dictis *num.*39. *&* 40. Decian. *lib.*7.*tract. crimin. cap.*29.*num.*24. dicentes, ad hoc, vt quis proditor dicatur, oportere vel quòd fidem frangat, vel ſimulatione inſidietur, ſimulans vnum facere, cum aliud habeat in corde, qui tamen Doctores debuiſſent etiam meminiſſe inſidiarum per vſum ſigno

ſignorum veri quondam amoris in proditum,ſed poſtea rerractati clanculùm , quæ inſidiæ & ipſæ proditorem faciunt :

10 Sed etiam excurrere ad occiſorem per inſidiis negatiuas,de quibus ſupra, quæ eſt ſentenria eorum , quos citaui *§.9. præſentis ſectionis,*

Er præcipuè Deciani *cit.c.29.num.*19. vbi poſtquam dixit , quòd prodiroriè occidere aliquem quis dicitur, qui ſimulatâ amicitiâ , vel diſſimulatâ *amicitiâ* (vult dicere *inimicitiâ*) illum incautum occidit , iuxra Bartolum , & alios, quos ibi allegar , concludir : *& pariter dicimus,proditoriè quem interfieere,quando incautum, & de retro offendit:*

Megalij *cit.lib.*4. *inſtit.confeſſ.c.*2.*n.*18. Cardinalis Tuſchi *lit.*P. *concluſ.*83. *numero* 3. qui Decianum ſequuntur,iremque Caroli Bardelloni *conſ.*40. *num.*9. *&* 10. *lib.*4. qui idem omninò dicir, quod Decianus.

Franciſci Suarez *cit. tomo* 1. *de relig. lib.*3.*cap.*11.*n.*12. qui indiſtinctè aſſerit, quòd per inſidias occidere,id eſt *à traycion,* vt ipſemet dicit *n.*13. dicitur, qui à rergo illum occidit , vel quocunque alio modo alium interficit , nihil tale præcauentem , quæ regula pertinet ad inſidias negatiuas à nobis alibi deſcriptas,& ſubinde ad alios deſcendit modos ad quos tamen proditionis rationem non reſtringit:

Riccij *parte* 3. *deciſ.*262. *num.*4. qui Suarez à ſe citatum ſequitur,ſicut facit etiam Farinac. *in append. de immun. numero* 137.

Cephali *conſ.*57. *n.*13. *&* 15. agnoſcentis proditionem in occiſione per amicum facta , & in ea , quæ inuoluit ſolam non diffidationem , & non præmonitionem ex parre occidentis , & non offenſam occiſi erga occidentem:

Vulpelli *reſpon* 59. *n.*11. vbi vtrumque modum proditionis aſſignat , per inſidias ſcilicer,& ſub colore amicitiæ, ſicut & Baſſæus *in Flor. Theol. verb. Immunitas, num.* 10. Mallet.*malleat.*35.*bractea* 11. Caualcan. *de brachio Regio parte* 1. *num.*75. 76. 77. *& in alia editione, num.*80.81.*&* 82.Bonac.*tomo* 3.*de cenſur. in particulari diſp.*2.*q.*3.*puncto* 16.§.8.*n.*2. *& in Decalogum diſp.*3. *quæſt.*7. §.4. *numero* 14. Paces Iordanus *elucubr.lib.*11. *tit.*3.*de immun. Eccleſ.num.*342. Gratian. *diſcept.forenſ.tomo* 4. *cap.*619.*num.*22. etſi aliter *num.*29.

Ciarlini *parte* 1.*controuerſ.forenſ.c.*10. *num.*108. vbi prodirorium agnoſcit in occiſione ſub colore amicitiæ , *&* *c.*12. *num.*3. vbi ait , proditionem dici multis modis , ſed præcipuè quando aliquis occidit proximum ſuum ex inſidiis,vel ſine diffidatione nihil tale præcauentem ab eo , cum quo nullam habebant inimicitiam :

Quamuis poſtea *parte* 2. *capite* 151. *num.*19. inconſequenter ad prius dicta, aſſerat ſolas inſidias ſine prætextu amicitiæ homicidium *proditorium* non facere :

A quibus fortaſsè Doctoribus non 11
diſcordant alij agnoſcentes quidem rationem *proditionis* in occiſione ſub colore amicitiæ , ſed non adhibentes particulam vllam taxatiuam, ac proinde non negantes , eamdem reperiri rationem etiam in occiſione per inſidias negatiuas , eamque non alliganres ad colorem amicitiæ.

Inter quos inueni Graſſum *de effectibus amicitiæ,n.*142.dicentem:*ſi amicus fictus , & ſimulatus amicum oecidit , tale homicidium dicitur proditorium , ita vt locum habeant,quæ de proditione per ſcribentes dicuntur :*

Et Afflictum *deeiſ.*265.*n.*64. & cum eo Vrſillum *n.*70.dicentes:*proditoriè dicitur fieri,quando fingo me amicum, & tracto te vt inimicum , & ſic vnum oſtendo in animo, & aliud in corpore.*

Quibus ſimilia habenr Leo *in theſauro parte* 1.*cap.*13.*num.*26.Millæus *in prax. fol. mihi* 138. *num.*8. *& fol.*165.*num.*80. Sebaſt.Guazzin.*defenſ.*1.*cap.*38.*num.*40.

Caball. *in tract. de omni genere homicid. num.*396. Clar. *§. Homicidium, num.* 8. *verſ. proditoriè.* Scortia *in ſelect. Pontificum Conſtit. theorem.* 385. *§. Quartò.* Iacobin. de Georgio *de feudis, fol. mihi* 261. *n.*17. Ioann. Anton. de Nigris *comment. in cap. Regni Neapol. cap. Nuper ad vindictam, num.*31. *&* 32. *fol.*60. *col.*3. Ioan. Igneus *comment. ad Sillan. parte* 2. *fol. mihi* 31. Hippolytus Riminald. *conſ.*685. *num.*24. *lib.*6. Valenzuela *conſ.*128. *num.*53. Cæuallos *in communibus contra communes quæſt.*817. *num.*1. Berous *conſ.*165. *num.*12. *vol.*3. Gerſon. *in cit. Alleg. apud Campanil. pag.*644. *col.*2. Vulpellus *reſponſo* 128. *n.*9. *verſ. videlicet.* Blanc. *tractat. de indiciis, numero* 192. apud quos nulla eſt dictio taxatiua, per quam eorum doctrina alliget ptoditionem ad colorem amicitiæ, vel ad amicitiam veram.

12 Vnde qui dicunt, diſpoſitionem *citati capituli* 1. *de homicid.* procedere, quando quis proditoriè, modo per Bartolum relato, aliquem occiderit, inter quos Grilenz. *cit. conſ.*149. omninò reiici debent, vt optimè dicit Marius Italia *libro* 1. *capite* 5. §.4. *numero* 14. *pag.*200. *verſ. Vnde illud*, quia id capitulum. ex ſuis terminis non præbet motiuum vllum huic doctrinæ quæ proinde merè arbitratia eſt, & nullius ponderis.

Fundamentum 1. *meæ ſententiæ.*

13 Ducor autem primò, quia indebita omninò eſt illa reſtrictio proditionis ad occiſionem ſub ſignis amicitiæ vel ab initio veræ, vel ſemper fictæ;

Cum non ſolum in ea, ſed etiam in occiſione per inſidias negatiuas, reperiatur æqualiter, atque vniuocè tota illa ratio, quæ formaliter conſtituit deformitatem proditoriam, id eſt hominem ita incautum, & ſecurum occidi, vt hîc, & nunc ſe tueri ab aggreſſore non poſſit, vt latè dixi *in §.9. huius ſectionis.*

Vnde miror, quòd vir doctiſſimus 14 Antonius Gomez. *cit. tomo* 3. *capite* 3. *variar. reſolut. numero* 5. *verſ. Solùm ego.* doceat, ſolummodò habere locum iſtam qualitatem proditionis, & aleuoſiæ, & aggrauari pænam, quando inuicem erant amici, & ſtatim ſubdat: *Cuius ratio vera, & concludens eſt, quia tollitur offenſo illa naturalis defenſio, quæ de iure naturali ſibi competit, & permittitur, cum non poſſit ſibi præcauere, & ſe defendere*: Statim inquam ſubdat in ſui illius dicti probationem, eam rationem, quæ vera, & concludens eſt non ſolùm in caſu amicitiæ inter occiſorem, & occiſum, ſed etiam in caſu occidentis ſine amicitia vlla per inſidias negatiuas, ac proinde deprehendentis incautum, & priuatum naturali defenſione.

Vt propterea debuerit Gomez, ſi- 15 cut & Sperell. qui *deciſ.*23. *numero* 9. dicit, verè proditum dici poſſe eum, cui naturalis tollitur defenſio, ex eo quòd non poſſet ſibi præcauere, & tamen eadem *deciſ. numero* 13. alligat proditionem ad amicitiam, & *num.*10. excludit eamdem proditionem ab occiſione per inſidias, debuerit inquam Gomez, & cum eo Sperellus, extendere proditionem etiam ad caſum ſecundum inſidiarum, nempè negatiuarum, & non limitare ad primum, inſidiarum ſcilicet poſitiuarum, inuoluentium amicitiam vel ab initio veram, & ſubinde interius mutatam, vel ſemper fictam ex parte occiſoris inſidioſi;

Neque enim negari poteſt, quòd 16 ſicut qui decipit per falſam oſtenſionem amicitiæ, decepto defenſionem aufert per affectatam eius affidationem, quæ efficit, vt ille non præcaueat, & non ſe defendat (nota, docte Lector:)

Itemque qui mutat interius beneuolum animum, quem ab initio verè habuerat, & oſtenderat in alium exinde ſincerè

ſincerè affidatum,& hanc mutationem, conceptumque occidendi propoſitum diſſimulat, vt alius in priſtina vera affidatione, atque imprӕcautione perſeueret, adimit & ipſe illi defenſionem:

Ita etiam vtens inſidiis negatiuis, inducendo larua os, collocando ſe à tergo, vel in loco abdito, &c. ad occidendum ſecurè, aufert occiſo defenſionem per hoc, quòd illis modis cauſat in eo non cognitionem aggreſſionis, ex qua non cognitione oritur, vt ille ſe non defendat.

17 Ne deduxeris autem ex modò dictis, quòd de ratione proditionis ſit, vt proditor auferat defenſionem aliquo ex allegatis modis;

Sufficit enim ad *proditionem*, & omninò requiritur, vt occidatur carens defenſione, ac proinde ſecurè, ſeu cum infallibilitate effectus, & ſine vllo proprio occiſoris periculo, ſiue occiſor cauſet ipſe eam carentiam, ſiue ea carentia aliunde proueniat, vt quando occiditur amens, ebrius, dormiens &c.

18 *Proditio* ſi quidem violat ius, quod ego à Deo habeo ad tuendam vitam, quod ius dicit non ſolùm moralem facultatem ad arcenda pericula mortis, ſed inſuper virtutem obſtatiuam, vt tu non ſolùm non impedias exercitium iſtius facultatis, ſed ſi ſit vel à te, vel aliunde impeditum, me in circumſtantia iſtius impedimenti redditum impotentem non aggrediaris, iuxta dicenda fuſiùs *in* §.28.

Vnde Marius Italia *cit. lib.*1. *cap.*5. §.4.*pag.*193.*col.*2. loquens de proditorio per inſidias negatiuas, dixit cautè: *Sed quis negabit, interempto naturalem illam defenſionem, de qua loquuntur noſtrates pracitatis in caſibus à Bartolo relatis, adhuc & in præſenti caſu ſublatam?* Vbi non explicat, ſublatam fuiſſe ab inſidiatore, ſed dicit ſublatam abſolutè.

Vnum actibus oſtende re, & aliud in mente habere, non eſſe formaliter prodere.

Vt autem prædicta declarem melius, & ſtabiliam ſolidius hanc ſecundam ſententiam, cuius probabilitatem indirectè fatetur Sperell. *cit. deciſ.*23. *numero* 13. quatenus dicit ſententiam Bartoli veriorem eſſe, & magis receptam, 19

Aduerto, quòd *vnum actibus oſtendere, & aliud in mente gerere*, in quo conſiſtit propriè, ſecundùm prӕcitatos Doctores in materia præſenti, amicitiæ color, non poteſt eſſe formaliter *prodere*, cum ſit formaliter *mentiri*, & *ſimulare*, iuxta doctrinam S. Thomæ 2.2. *q. centeſima vndecima art.*1. *in corp.* Leſſij *de iuſt. lib.*2. *capite* 47.*num.*53. vbi vterque agit de malitia mendacij, & ſimulationis in genere, ſicut & Lucas de Penna *ad* 11 *lib.C.de metallariis leg.*4.*n.*1. *vbi de ſimulatione*. & iuxta doctrinam particularem eiuſdem S. Thomæ 2.2. *q.*114. *art.*1. *in* 2. *argumento*, vbi dicit, quòd ſi aliquis ſigna amicitiæ oſtendat ad eos, quos non amat, videtur pertinere ad ſimulationem.

Quæ quidem ſimulatio, & mendacium eſt *proditionis* cauſa inſtrumentalis. 20

Primò *remotè*, quatenus ſcilicet per eam ſimulationem, & mendacium generatur in prodito conceptus, & credulitas de affectu proditoris in ipſum proditum, & per hunc conceptum naturaliter affidatur, & aſſecuratur proditus de ipſo proditore, id eſt concipit firmam ſpem de non reportando damno ab illo, efficiturque incautus, atque impotens hîc, & nunc ad ſe tuendum ab eodem.

Secundò *proximè*, quatenus ipſa ſimulatio, & mendacium operatur, vt aggreſſio terminetur ad ſic impotentem, contra ius, ne talem aggrediaris.

Quare ſimulatio illa quatenus ponit, 21

ſeu perficit, mediatè tamen, terminum, & obiectum formale proprium proditionis quatenus talis, impotentiam ſcilicet ad ſe tuendum, & efficit, vt aggreſſio ipſa terminetur poſtea ad impotentem, eſt quid prius proditione, quæ *formaliter*, id eſt ſumpta ſecundùm ſuam vltimam differentiam, per quam conſtituitur in ſuo eſſe, conſiſtit in ipſa terminatione occiſionis ad hominem in aggreſſione inuentum incautum, & impotentem ad ſe tuendum, vt alibi dixi.

Subintelligendo tamen ſemper ex parte ſubiecti operantis, appenſamentum, & propoſitum, & defectum tituli iuſti de ſic aggrediendo.

Non conſiſtit autem, nec conſiſtere poteſt *proditio* in hoc, quòd quis alium occidat cum mendacio, & ſimulatione vt ſic, vti ex communi hominum ſenſu patet:

Et probatur efficaciter ex eo, quòd aliæ actiones, quæ fiunt cum mendacio, & ſimulatione; non ideo dicuntur fieri *proditoriè*: verbi gratia ſi rem ſuam vendat mercator cum mille mendaciis, non ideo dicitur *proditoriè* vendere, ſed *fallaciter, doloſè, mendaciter, fraudulenter*: quibus terminis ſubeſt conceptus meræ difformitatis à veritate, & deceptionis, qui eſt omninò diuerſus à conceptu *proditionis* inuoluentis aliquid amplius.

Vt proinde terminus *proditoriè* deputatus ſit ad ſignificandum illud *aliquid amplius*, quidquid demum illud ſit, non autem ad ſignificandam difformitatem à veritate, & deceptionem, ideoque nec ſit ſinonymus cum illis *fallaciter, doloſè, mendaciter, fraudulenter*.

22 Hinc infer, quòd quando dicitur *proditor eſſe, qui aliud gerit in corde, aliud in opere*, non eſt propria locutio; quia qui *opere*, id eſt externo ſigno *gerit*, id eſt *oſtendit* amorem, quem in corde non habet, non *prodit*, niſi præparatoriè, ſed eſt propriiſſimè *ſimulator*, aut *mendax*, ac per mendacium, aut ſimulationem inſidiatur.

Quando autem, cognito iam effectu iſtarum inſidiarum, id eſt affidatione, & impræcautione cauſata per mendacium, aut ſimulationem, aggreditur affidatum, & impræcauentem, tunc eſt formaliter, & propriiſſimè *proditor*, & non prius.

Et oſtendo magis improprietatem prædictæ locutionis; nam ſicuti impropriè reſponderes ſiſcitanti quid ſit calefieri ventriculum, ſi diceres: *calefieri ventriculum, eſt applicare ventriculo piper*; quia pro effectu quæſito aſſignares cauſam, & quidem vnam ex pluribus, quæ calefacere ventriculum poſſunt, ſiue ſint vniuocæ, vt philoſophi vocant, quæ nempè calorem continent formaliter, v. g. iuſculum feruens, ſiue ſint æquiuocæ, quæ ſcilicet calorem continent virtualiter, verbi gratia, vinum, motus progreſſiuus, ſiue potius anima per motum applicata, &c. 23

Ita & interroganti quid ſit *prodere*, reſpondes impropriè, ſi dicas *prodere eſt vnum gerere in corde, & aliud oſtendere in actibus*; quia pro quæſito effectu, id eſt *proditione*, aſſignas cauſam, & quidem vnam ex pluribus, quæ ad proditionem concurrere poſſunt.

Neque enim impræcautio, atque impotentia ad ſe tuendum, quas habet proditus, & per quarum vltimam conſtituitur terminus, & obiectum formale ſpecificans proditionem, pendet ab hoc vno, quòd proditor vnum gerat in animo, & aliud omninò diuerſum præ ſe ferat in opere exteriori, cum tot alia ſint, ex quibus poſſit conſtitui illa impræcautio, atque impotentia, ſicuti oſtendi *in §.4. præſentis ſectionis*. 24

Ex dictis habes quam malè definierint *prodere* Bartolus *in cit. leg. Reſpiciendum*. Blanc. *tract. de indiciis, num.* 192. Decian. *tract. crimin. lib.7. cap.29. num.*19. *&* *reſponſo* 48. *num.*25. *lib.*3. *quod eſt idem* 25

cum

*cum reſpon.82.lib.5.n.28.*Berous *conſ.*165. *num.*12. *vol.*3. Marta *conſ.*186. *num.*15. Laratha *in Theatro feudali parte* 10. *dilucidatione* 89. *num.* 16. Gizzatell.*deciſ.*16. *num.*10. Marcus Salon de Pace *conſ.*22. *num.* 15. Vrſill. *in Addit. ad Afflict.deciſ.* 265. *num.* 70. Grilenzon. *conſ.* 149. *n.*4. Millæus *in praxi criminis perſequendi folio* 138. *&* *in alia editione fol.* 135. *numero* 8. *&* *folio* 165. *numero* 80. Plaza *epit. delict.lib.*1. *cap.* 21. *num.* 1. *verſ. itaque,*Megal.*inſtit.confeſſar.parte* 3.*lib.*4. *cap.*2.*num.*18.Ioan.de Anania *in cap.*1.*de homic. ante numerum primum.*Burſat.*conſ.* 147.*num.*22.*lib.*2.Craff.*conſil. lib.*3. *de immun. Eccleſiarum conſ.*7*m. num.*16. Petrus Gerard. *ſingulari* 14.*num.*6. Hippolytus Riminald. *in l.Imperium.ff.de iuriſd.omn. Iud. num.*299. *&* *conſ.*685. *num.* 24. *lib.*6. Carer.*in pract.crimin.fol. mihi* 168. *n.*37. Gigas *de crim.læſæ maieſt.lib.*3. *de proditoribus.quæſt.*9.*num.*4. Vermigliol. *conſ.*94. *num.* 10. Thom. del Bene *de immun. & iuriſd.parte* 2.*cap.*16.*dub.*20.*ſect.*5.*num.*2. Franciſcus Marcus *quæſt.* 710. *numer.*3. *parte* 1. Valenzuela *conſ.* 128. *numer.* 55. Aluarot. *de feudis fol.mihi* 267. *numer.* 3. Aluarez Guerrero *in Theſauro Chriſtianæ Religionis cap.*71.*num.*15. Villagut. *de extenſ. leg.fol.*361.*num.* 53.Ioan.Ant.de Nigris *comment.in cap.Regni Neapol.cap.*13. *Nuper. ad vindictam.num.*31. Gargiareus *conſ.*71.*num.*4. & alij plures, vt *prodere* ſit *vnum actibus oſtendere, & aliud in mente gerere,* vel *aliud manu, vel lingua, & aliud pectore clauſum habere,* & *proditorem eſſe, qui oſtendit vnum velle facere, & tamen occulte aliud facit:*

Hoc enim dicit ſolam *proditorij* præparationem, & quidem ex multis aliis vnã, quæ poteſt accidere multis etiam menſibus ante ipſum proditorium.

26 Vnde nec procedit in ſenſu formale id, quod dicit Petrus Gregor. Tholoſanus *comment. in ſyntaxes artis mirabili. tomo* 2.*lib.*4.*cap.*60.*num.*1. proditionem eſſe peſſimum genus mendacij: & *num.*1. proditionem eſſe eius, qui ſe amicum ſimulat, dolum, fraudem, & malitiam.

Neque item procedit in ſenſu formali, quod dicit Maiol. *de irregular. lib.*5.*cap.*19.*num.*1. illum, qui ſe tibi amicum ſimulat, vt te fallat proditorem eſſe:

Nec quod dicit Theatrum vitæ humanæ *tomo* 6. *in Verbo Proditor. ad initium* prodere eſt fallere, atque tradere.

Nec quod dicit Foller. *comment. ſuper Conſtitut. Regni. Rubrica de his, qui ad Eccleſ.confug.fol.* 103.*à tergo.num.*14. prodere quid aliud ſignificat, quàm decipere, & circumuenire? Nec quod Lucas de Penna *ad lib.*10.*Cod. tit.*11. *de delator. lege* 6. *numero* 3. proditor, ſupplantator.

Sicut nec quod dicit S.Thom. 2. 2. *diſp.*115. *art.*2. *ad* 3. auctoritatem *capituli. Clericus. diſt.*46. vbi ſcribitur, *quod Clericus, qui adulationibus, & proditionibus vacare deprehenditur, degradetur ab officio,* loqui de eo, qui proditoriè alteri adulatur, vt eum decipiat.

Addo, quòd cum eſſentiæ ſint ſemper eædem, ſi concedamus ſitam eſſe eſſentiam proditionis *in difformitate externi ſigni ab interna diſpoſitione,* ſeu *in alietate eius, quod eſt in actu, ab eo, quod eſt in animo,* quod vt dicebamus, eſt *mentiri,* aut *ſimulare,* 27

Iam vbicunque fuerit iſta difformitas, ſeu alietas, ibi erit formalis malitia proditionis, etiamſi verſemur in materia contraria.

Vnde bene inferemus, quòd *pater ſit filij proditor,* ſi in animo gerat amorem erga illum, & tamen ad eum terrendum, præferat exterius odium, dicendo, ſe velle illum occidere cum demonſtratione ſerietatis; hic enim vnum geret in corde, & aliud in ore, quæ eſt definitio proditionis tradita per præfatos Doctores. 28

Hoc autem illatum falſiſſimum eſt: ergo & id, vnde infertur.

Quòd ſi dicas, rationem *proditionis* 29

non conſiſtere præciſè in difformitate externi ſigni ad conſcientiam internæ diſpoſitionis vt ſic, quæ difformitas opponitur conformitati inter ſignum externum, & conſcientiam internam, intentæ à veritate. Molina *de iuſt. tract. 2. tomo 2. diſp. 262. num.* 3. Leſſius *de iuſt. libro 2. cap. 47. num. 29.* id eſt veracitate, cui opponitur mendacium. Caramuel. *in Theol. fundamentali fundamento 9. n. 338.*

Sed conſiſtere in externi ſigni quatenus amicabilis difformitate ad conſcientiam internæ diſpoſitionis non amicæ, aut etiam odioſæ, in prodendam perſonam;

Contra eſt;

Nam ex eo præciſè, quòd mendax ſignum ſignificet determinatè amorem difformiter ad internam conſcientiam non amoris, non apparet, cur reſultet *proditio*, quæ tamen reſultare non debeat, ſi mendax ſignum ſignificet aliquid aliud ab amore diuerſum;

Signum enim mendax eſt de ſe indifferens ad ſignificandum amorem, non amorem, & quamlibet aliam rem, & determinatur per agens liberum ad ſignificandum amorem: amor verò quatenus ſignificatus, dicit meram rationem terminantis ipſam ſignificationem:

At hæc ſumpta vt ſic, non inferunt *proditionem*, vt patet.

30 Quòd ſi mecum fatearis, rationem proditionis non conſiderari quidem in me per ordinem ad mei exterioris ſigni cum interno meo conceptu difformitatem vt ſic, neque per ordinem ad beneuolentiam meam in proditum, falsò exterius ſignificatam, vt ſic, ſed per ordinem ad deceptionem, & conceptum meæ beneuolentiæ erroneum, cauſatum in mente prodendæ perſonæ,

Contra eſt;

Quià ſi nihil addas, iam *proditionis* ratio conuenit formaliter cum aliis ferè omnibus mendaciis, quibus hoc regulare eſt, vt in mente audientis cauſent conceptum erroneum de re, prout illa repræſentatur in conſcientia mentientis, ſiue ſit amor, ſiue ſit aliquid aliud;

Quamuis enim falſa ſit ſententia Angeli de Clauaſio *in ſum. in verb. Mendacium, num. 2.* docentis, mendacium habere pro ſuo formali completiuo intentionem fallendi, vt optimè ex S. Thoma tradit Leſſius *cit. cap. 47. n. 33.* cum poſſim ex aliquo fine mentiri, etiamſi videam, alium non crediturum, ac proinde non fore locum deceptioni, quæ vtique in hoc caſu efficaciter intendi non poteſt,

Regulariter tamen qui mentitur, intendit falſam opinionem ingenerare, ſeu decipere: quæ proinde deceptio eſt effectus ordinariè conſequens mendacium. Leſſ. *loc. cit.* & eſt finis ſimulationis definitæ per Celſum Bargalium *tract. de dolo lib. 5. cap. 23. num. 9.* vt ſit dictum, vel factum, aliud exterius, aliud interius continens, ad legem, vel hominem decipiendum, inuentum: vbi *n. 11.* dicit, finem ſimulationis eſſe, hominem, vel legem decipere.

Aliquid autem amplius dicit *proditio*, quàm rationem meri mendacij, & meræ deceptionis ex mendacio conſurgentis, etiam in materia beneuolentiæ erga deceptum.

Quòd ſi demum conuictus ex his, dicas, rationem *proditionis* conſiſtere in hoc, quòd externum mendax ſignum mei amoris, deceptiuum audientis, cauſet in illo affidationem de me, & impræcautionem, impotentiamque ſe tuendi à me, 31

Adhuc rectè non concludis, quia iuxta prædicta, aſſignas inſtrumentariam cauſam pro effectu, & taxatiuè vnam ex multis pro eodem effectu aſſignabilibus, quod incongruum eſt, & ipſius effectus formalem rationē relinquis adhuc inexplicatā, & latebroſam. Quare

Digitized by Google

32 Quare ex his omnibus vides, quòd proloquium illud : *prodere eſt vnum in corde gerere, & aliud habere in actu* : tam facile vſurpatum, & tanquam legitimum admiſſum à pluribus Doctoribus, patitur inſuperabiles difficultates, & nullo modo adaptatur ad rationem formalem *proditionis*.

33 Niſi forrè acceperint præcitati Doctores *proditionem*, provt dicit *abiectionem fidei, & veritatis*, in quo ſenſu apertè locutus eſt Iacobus Bonaudus de Sauſeto *in addition. ad Ioannem de Terra rubea contra rebelles ſuorum regum folio mihi 72. col. 2. ad medium*, vbi dixit : *prodere eſt fallere, tradere, & manifeſtare*. ſicuti etiam Thearrum vitæ humanæ *cit. tomo 6. in verb. Proditor*.

Sed cum in hoc ſenſu adſit mera oppoſitio ad fidem, & veritatem, ac proinde malitia perfidiæ, & mendacij, non explicatur propria, & ſpecifica formalis ratio qualificans homicidium, & ei tribuens particularem deformitatem, per quam concipitur ab omnibus vt oppoſitum recto dictamini, & legi iuſtitiæ commutatiuæ, vltra *fallentiam, deceptionem, mendacium*, quæ ad ipſum aliquando concurrunt, & denominatur propriè, & ſpecificè *proditorium*.

Vnde recedo à Marta *conſ. 186. numero 16.* quatenus atrocitatem *proditorij* refundit in violationem fidei : *Hoc traditionis genus*, inquit, *ideo atrociſſimum reputatur, quia nihil magis homini conuenit, quàm ſeruare fidem ; nam, qui fidem frangit, ius gentium lædit, ac vinculum, quo humana ſocietas continetur, diſrumpit, quod grauiſſimum delictum eſt*.

Quæ ſanè doctrina optima eſt, ſed inadæquata, & defectuoſa, cum non inuoluat veram, & ſpecificam rationem deformitatis proditoriæ, quæ eſt violatio iuris competentis vnicuique ad defendendum vitam, opponiturque iuſtitiæ commutatiuæ ſpeciali modo, vt oſtendam *§. 28*.

Quòd ſi excuſes Bartolum, & ſequaces in tradenda definitione *proditorij*, & dicas, eos non eſſe quidem locutos in ſenſu formali, ſed in cauſali, non poſſe tamen redargui circa hoc, cum nouum non ſit, quòd idem nomen ab Auctoribus tribuatur & fundamento, & illi, quod ex eodem fundamento innaſcitur : 34

Vnde in rebus moralibus per *conſcientiam* interdum accipitur fundamentum proximum conſcientiæ formalis, & in phyſicis nomen *Eclypſis* datur cauſæ, & effectui ;

Dicimus enim, eſſe interpoſitionem terræ inter Lunam, & Solem, iterum de eadem aſſerimus, eſſe priuationem luminis in Luna ob interpoſitionem prædictam, in quo caſu prima eſt cauſalis Eclypſis, ſecunda verò eſt formalis, vt optimè aduertit Franciſc. Bardi *de conſcientia, diſcept. 4. n. 2.*

Reſpondeo, hæc non obſtare ; quia ego non redarguo Bartolum, & ſequaces præciſè ex hoc, quòd appellarint *prodere* vnum in corde gerere, & aliud in ore habere,

Sed quòd non explicarint *veram rationem proditionis*, & eam ſtatuerint in eo, quod non eſt ipſa proditio, ſed vna ex multis cauſis, à quibus enaſci proditio poteſt.

Quod ſi voluerunt loqui cauſaliter, non formaliter, dico, male traditam fuiſſe definitionem proditionis per vnam dumtaxat ex pluribus cauſis proditionis ;

Sic enim indicarunt, *proditionem* eſſe eius naturæ, vt ab hac ſola cauſa procedere poſſit, quod tamen falſiſſimum eſt.

Vnde nec explicarunt quidditatem definiti, nec adæquarunt definitionem definito, provt comparabile eſt ad ſuas cauſas, quæ tamen conditiones, explicatio ſcilicet, & adæquatio, requiruntur ad bonam definitionem, vt ſuppono ex regulis Logicorum.

Circum

Circumſpectè autem locutus eſt Muſcatell. *in pract. crimin. de homic. mediante mandato, &c. num.66.fol.mihi* 20. vbi dixit, quòd *potiſſima qualitas, quæ proditionem facit, eſt ſimulata amicitia, & diſſimulata inimicitia, & vnum actu oſtendere, & aliud in mente gerere*;

Ly enim *potiſſima* connotat alias minus præcipuas exiſtere, quo etiam termino vtitur Bardellon. *conſ.*40. *num.*9. *lib.*1. vbi quòd proditio *potiſſimum* ſolet reſidere in amicitia ſimulata, & inimicitia diſſimulata.

Ly verò *facit*, indicat, haſce qualitates non conſtituere formaliter proditionem, ſed illam *facere* per modum cauſæ effectricis inſtrumentariæ.

35 Adde, contra prædictos Doctores, quòd etiamſi Plaza *epit.delict.lib.*1.*c.*21. *num.*13. *poſt medium*, dicat, opinionem Bartoli de proditorio, procedere de iure Cæſareo.

Id tamen meritò non poteſt ſibi ſuadere Matius Italia *lib.*1. *de immun.cap.*5. §.4. *num.*13. quia in toto corpore Iuris Cæſaræi non inuenitur expreſsè ſimilis deciſio, immò potius contrarium probatur, præſertim in illo textu dicti §. *Delinquunt*, cuius deciſione Bartolus ibi mouetur;

Nam dictus textus nullam huiuſmodi rei facit mentionem, ſed tantummodò hæc dicit:

Delinquunt autem aut propoſito, aut impetu, aut caſu. Propoſito delinquunt latrones, qui factionem habent, &c.

Quare opinio Bartoli in dicto textu non probatur, nec iuribus ab eo traditis comprobari poteſt. Ita Italia, allegans Ioannem Brunellum, quem videre non potui.

36 Sed obſeruo inſuper, quòd non ſatis clarè loquuntur cum Bartolo dicti Doctores, dum me ideo faciunt proditorem, ſi veniens tecum tanquam ſocius itineris, nulla interueniente rixa, te percutio, vel ſi tecum ſedens in menſa, hoc fecerim, quia, inquiunt, tunc aliud gero in animo, quàm quod geram in actu;

Ly enim *in actu* eſt terminus æquiuocus, qui non explicatus, poteſt referri ad *actum veniendi*, & *ſedendi* tecum, & *ad actum te percutiendi*:

Debeter autem per aliquam particulam determinari, & referri ad *actum veniendi, & ſedendi*, qui diuerſus eſt ab animo percutientis, cum non poſſit referri ad *actum percutiendi*, qui conformis eſt animo percutientis.

Quare melius explicarunt Beoleus, 37
& alij duo *in cit. conſ.*168. *apud Farinac. num.*74. dicentes, quòd ille per proditionem occidit, qui aliud intus gerit, aliud foris oſtendit, odium, ſcilicet corde nutrit, & ore iactat amorem, verbis amicum ſe ſimulat, & tamen factis ſe detegit hoſtem, & egregiè Cepolla *conſ.*34. *n.*7.

Sed neque iſti bene aſſignarunt rationem formalem *proditorij*, cum eam refuderint in nutritionem odij in corde, in vocalem iactationem amoris, & in practicam detectionem hoſtilitatis, cum tamen poſſit eſſe proditio ſine illa nutritione, & iactatione, vt conſtat ex modò dictis, & melius conſtabit ex dicendis *in ſequenti* §.

Sicut autem non eſt formaliter *prodere*, vnum in corde habere, & aliud in 38
actu gerere, vt iam diximus,

Ita neque eſt formaliter *prodere*, oſtendere ſigna veræ ab initio amicitiæ in aliquem, quæ, mutato poſtmodùm animo, ſed non exteriùs declarato, incipiant per comparationem ad præſentem ipſius animi diſpoſitionem eſſe falſa,

Sed eſt ſincerè primò poſuiſſe, & ſecundùm externam apparentiam mendacem poſtmodùm continuare ſigna illa, quæ ſunt cauſa inſtrumentaria remota proditionis ſubſecutæ, quatenus ſcilicet per ea ſigna exterius non retractata alius, qui nempè eadem in memoria

memoria retinet, affidatus manet, incautuſque fit, atque impotens ad ſe tuendum, vt dixi de ſignis amoris ab initio falſis, cum quibus hæc ſigna ſecunda omnino conueniunt, cum in ordine ad præſentem nocendi voluntatem etiam ipſa falſa ſint, & deceptiua, perinde ac ſi ab initio talia fuiſſent.

Quare oſtenſio illa, & continuatio eſt quid prius proditione, quæ, vt ſæpius cogor dicere, ſita eſt formaliter in terminatione aggreſſionis ad impotem ad ſe tuendum.

Quæ omnia debuiſſent animaduerti à multis, & primis in iuriſprudentia capitibus, ſtatuentibus eſſentiam proditionis in eo, quod euidenter ipſam proditionem aliquo modo præcedit, & ſe habet ad illam vt cauſa inſtrumentaria, & quidem vna ex pluribus.

39 Si ergo velis conuincere me de *alligatione proditionis ad amicitiam*, neceſſe eſt, vt probes alterutrum ex his (imploro, mi Lector, ſapientiam tuam.)

Vel ſcilicet probes primò, amicitiam ingredi formalem conceptum proditionis:

40 Sed hoc nunquam feceris, tum quia euidenter proditio dicit de formali terminationem aggreſſionis ad incautum, atque impotentem ad ſe defendendum hîc, & nunc, & hæc incautela, atque impotentia nullo modo includit amicitiam, ſed ad eam omninò abſtractiuè ſe habet, vt dicam §. *ſequenti*.

Tum quia, cum amicitia dicat de formali *tendentiam voluntatis in perſonam per modum proſecutionis opponentis ſe auerſioni, & per modum conſonantiæ*, ſeu *conſiſtat formaliter in affectu, quo vnus alium diligit*. S. Thomas, 2.2.*quæſt*.114. *art*.1. *ad* 1. ſeu quod idem eſt, *in beneuolentia*. Arriaga *tomo* 5. *diſp*.35. *ſect*.2. *num*.24.

Qui affectus, ſeu beneuolentia operatur tanquam naturalem effectum, vt vnus velit idem, & idem nolit, quod alter in licitis, & honeſtis, vt proinde intelligenda ſit in ſenſu cauſali deſcriptio amicitiæ tradita per Petrum de Moncada ex Tullio *in addition. ad tract. de teſtibus Ioannis Croti parte* 4. *numero* 182. vbi quòd amicitia eſt idem velle, & idem nolle in licitis, & honeſtis.

Iam ſiue ponatur hæc amicitia in te occiſo erga me occiſorem, ſiue in me occiſore erga te occiſum, non poteſt eadem ingredi formaliter conceptum proditionis;

Neque enim in primo caſu; quia ſi 41
ego te mihi amicum occidam, amicitiæ qualitas denominat me quaſi ingratum, & contemptorem affectus tui, vel certè reum alicuius deformitatis innominatæ, quippè qui amanti non ſolùm non correſpondeo, vti exigit hic amor, ſed directè, & poſitiuè per factum truculentum aduerſor: non denominat autem me *proditorem*, cum *proditoris* conceptus aliquid diuerſum dicat; ego enim poſſum eſſe proditor contra te, etiamſi tu me non ames, immo me odio habeas, vel certè me omninò ignores.

Neque in ſecundo caſu; quia ſi ego 42
amicus tuus, te occidam, ad ſummum ea qualitas, quæ certè non exiſtit amplius, quando ego te occidere volo, cum præſens propoſitum meum de te deſtruendo non ſit compoſſibile cum efficaci affectu erga te, ſeu cum amicitia, ea inquam qualitas denominat me operantem difformiter ab amore, quem erga te antea profitebat, & indebitum mutatorem affectuum, in qua difformitate, & mutatione vt ſic, non elucet ſpecialis illa deformitas, quam in *proditore*, ſecundùm prudens iudicium, concipimus;

Neque enim ideo dicimus, aliquem occidiſſe *proditoriè*, ex eo, quòd occidit Titium, cui prius fuit amicus, & eſſe talis deſiit per conceptionem propoſiti

efficacis de inferendo illi mortem, & operatus eſt vt inimicus, ac proinde difformiter ab exigentia amoris præteriti,

Sed dictum noſtrum fundamus in aliquo alio, quod omninò diuerſum eſt à receſſu ab amore priſtino in Titium, & ab acceſſu ad propoſitum nocendi, & à difformitate actionis præſentis cum affectu pæterito;

Alioqui enim notam *proditoris* inureremus etiam ei, qui fuit amiciſſimus tibi, & conuerſâ ſtatim in letale odium amicitiâ, ſe tibi hoſtem publicè profeſſus eſſet, & ſubinde occidiſſet; quia iſte habuiſſet qualitatem amicitiæ, illamque abieciſſet, & difformiter ab illa amicitia operatus eſſet.

Neminem autem ex alligantibus conceptum formalem *proditorij* ad amicitiam, puto intelligi velle de amicitia, quæ ſit præſens in prodente, cum hæc de facto non ſit, quippè quæ ad poſitionem propoſiti de occidendo, euaneſcit illicò; quis enim me dicat amicum tuum nunc, cum ego te de mundo proſcribere intendo efficaciter?

Si verò loquantur de amicitia præterita, iam vides, nullam eſſe præſentis occiſionis habitudinem ad illam, ac proinde eamdem non poſſe influere vllo pacto in proditorium præſens. Vel certè reſtat, vt contrarij auctores hunc influxum explicent, quod huc vſque non fecerunt.

Se habet ergo impertinenter omninò amicitia ad conceptum formalem *proditorij*, ſiue vt ſe tenet eadem amicitia ex parte perſonæ occiſæ, ſiue vt ſe tenet ex parte occidentis, in quo nunc non eſt, ſed fuit antea, cum non poſſit aſſignari quo pacto ipſa amicitia in *proditorij* rationem formalem ingrediatur.

Idem dico, ſi accipias amicitiam eo modo, quo accipit, & explicat Leſſius *de iuſt. lib.* 2. *cap.* 47. *num.* 49. pro mutua ſcilicet beneuolentia in peculiari quadam communione fundata, quæ communio, & conſociatio eſt cauſa amandi alterum ſicut ſeipſum, & comiter cum illo tractandi.

Effinge amicitiam, ſicuti libet: nunquam tamen eam aptabis ita, vt ſit quid intrinſecum quidditati *proditorij*.

Bene autem diſcurres, ſi dixeris, quòd amicitia vera antecedens, ſe habet ſolùm cauſatiuè ad *proditorium*, ſi exterioribus ſignis fuerit olim declarata ipſi perſonæ prodendæ, neque exteriùs retractata: quo modo in eadem perſona affidationem effecit, & continuauit:

Sicuti etiam cauſatiuè ſe habet ad idem *proditorium* externa fictio, & ſimulatio amicitiæ, provt ſe tenet ex parte perſonæ occidentis, quæ per blandam demonſtrationem affidat, & incautam facit perſonam occiſam: ſed cauſalitas in vtroque caſu amicitiæ ſiue veræ, ſiue fictæ ſtat omninò accidentaliter, cum poſſit dari *proditorium* etiam extra caſum talis amicitiæ, vt mox dicam.

Perperam ergo dixit Anonymus *in toties citata allegatione apud Campanil. pag.* 647. *col.* 2. §. *ſed falluntur.* quòd propria proditionis qualitas conſiſtit in credita (*ex parte occiſi*) & ſimulata (*ex parte occiſoris*) amicitia, cuius dicti aliquam debuiſſet bonam rationem afferre, quam tamen omiſit. Et hæc de neceſſitate primi probandi, de quo *ſup. num.* 39.

Vel neceſſe eſt probes ſecundò, incautelam, & impotentiam ſe tuendi non poſſe procedere ab vlla alia cauſa, & principio, quàm ab amicitia vel vera ab initio, vel ſemper ficta proditoris. 43

Sed neque hoc egeris, ſicuti non agit Anonymus *citata allegat. apud Campanil. pag.* 645. §. *Ex quibus.* vbi alligat proditionem eſſentialiter ad ſimulatam amicitiam, pacem, fidelitatem,

ſpem,

Digitized by Google

ſpem, ſecuritatem, beneficium, *ita quidem*, inquit, *vt ipſa amicitia, pax, fides, &c. ſint medium quoddam inſtrumentum, & eſca læſionis*; non inquam hoc egeris tu, neque agere potuit ille Auctor, cum æquè poſſit aliquis eſſe incautus, & impotens ad ſui tutelam, ſi inuadatur per meras inſidias negatiuas, indiffidatus, ac ſi inuadatur affidatus per ſigna amicitiæ vel veræ, vel fictæ, vt ſupra dixi.

44 Vnde vlterius colligo, quòd quando dicitur à Gutierez *lib.1. pract. quæſtionum. quæſt.2. num.9.* Iacobo Nouello *in pract. & theor. cauſ. crimin. fol. mihi* 13. *num.*40. Riccio *parte* 3. *deciſ.*261.*num.*5. Buiſato *conſ.*216.*num.*242.*volum.*2. Remigio Gonny *de immun. Eccleſiar. fallent.* 14.*num.*2. Herculano *tract. de caut. de non offendendo, cap.*10. *num.* 3. Gizzarello *deciſ.*16. *num.*5. Laratha *in Theatro feudali parte* 10. *dilucidat.*89. *num.*4.*verſ. Quinto.* Ioann. Aloyſio Caralano *tract. crimin. amneſtiæ, abolitionis, & indultus, cap.*31. *num.*6. Perſonali *conſ.*9. *num.*11. Caluino *in lexico iuridico in verb. Proditor.* Iacobo Bonaudo de Sauſeto *in addit. ad Ioannem de Terra rubea contra rebelles ſuorum regum. art.*6. *tract.*3. *fol.*72. *col.*2. *ad initium.* Megalio *inſtit. confeſſ. parte* 3. *lib.*4. *cap.*2. *num.*18. *§. ſecundò*, & aliis: *Proditor eſt, qui occidit eum, qui de ipſo confidebat*: eſt bona doctrina:

Sed præterquam quòd eſt vera ſolùm in ſenſu cauſali, non in formali, eſt etiam inadæquata;

Nam etiam *proditor* eſt, qui occidit eum, qui de ipſo non diffidebat;

Sicuti enim ex motiuis confidendi, putà ex promiſſione de non lædendo, ex ſignis boni amoris, ex connexitate, de qua mox dicam, quis confidebar, & ex vi huius confidentiæ ſibi non præcauebat, ideoque proditoriè occidebatur,

Ita ex defectu etiam motiuorum diffidendi, putà ex eo, quòd occiſor lateret in inſidiis inaduertibilibus, vel inuaderet clàm à tergo, quis non diffidebat, & ex vi iſtius non diffidentiæ non præcauebat, & per conſequens perimebatur proditoriè.

Itaque cum impræcautio tam oriatur ex non diffidentia, quàm ex confidentia, conſequens eſt, vt *proditorij* ratio æquè ſit in occiſione non diffidentis, atque in occiſione confidentis, ac proinde mala ſit definitio proditoris, ſi limitetur ad eum ſolum, qui occidit confidentem de ipſo, cum extendi debeat ex rationis paritate, ad eum etiam, qui occidit non diffidentem de eodem, & inde impræcautum, atque impotentem ad ſe ruendum. 45

Aduerto autem obiter, quòd ſi traderetur definitio *proditorij* per ordinem rum ad confidentem, tum ad diffidentem, non traderetur per ordinem ad vltimum conſtitutiuum proditorij, quod eſt *ipſa impotentia cauſata*, mediante confidentiâ, atque indiffidentiâ, ac proinde eſſet deſcriptio, non definitio. 46

Vides, ingenioſè Lector, quàm ſine fundamento maritarint inſolubiliter plerique Doctores *proditorium* ſimul, & *amicitiam*: iremque vides quàm candidè ex amore veritatis, non ex libidine contradictionis ego impugnauerim hoc imaginarium connubium, & conuicerim, niſi me fallit opinio, libertatem *proditorij* ab ordine ad amicitiam vel tanquam partem ſubſtantiæ ſuæ, vel tanquam vnicam, & neceſſariam ſui cauſam.

Sed quia necdum mihi plenè feci ſatis, ne te pigeat legere, quæ ſubiicio circa eamdem materiam.

Fundamentum 2. *meæ ſententiæ.*

Ducor ſecundò ad aſſerendum, indebitam eſſe, & inanem alligationem prodirorij ad colorem amicitiæ; 47

Quia non inuenio apud Doctores Bartoli ſequaces, & nominatim apud

Anonymum illum ſupra omnes, quos legerim, tot, & tanta, & cum tam eximia emphaſi agglomerantem in ſua alioqui valdè erudita allegatione apud Campanil. *in diverſorio iuris canonici. Rubr.* 11.*cap.*31.*pag.*644.*colum.*1.*incipiente: Nemo ambigit*, à qua me multum luminis hauſiſſe profiteor, non inuenio inquam fundamentum vllum pro prædicta tam iactata alligatione proditorij ad amicitiam:

Sed video ſolùm ſucceſſiuam vnius poſt alterum lubricam ſequelam omninò gratuitam, ſine examine, & fundatam in ſola Doctoris auctoritate,

Quæ, niſi fulciatur lege, vel ratione efficaci, & cum habeat alioqui validas contra ſe rationes, & quidem non ſolutas, nec facilè ſolubiles, non facit vllam fidem apud me;

Neque enim Doctori creditur, niſi lege, vel ratione moueatur. Hieron. à Laurentiis *deciſ. Rotæ Auenionen.* 2. *n.* 5. vbi in ſpecie agit contra dictum Baldi ſine textu locuti. Iuliuus Chartar. *deciſ.*81.*num.*22. vbi loquitur de Alexandro nihil allegante. Garon. *variar. reſolut. cap.*2. *num.*123. vbi quòd neque Gloſſa tenenda eſt, quando nihil allegat, neque Bartolus, quando eius dictum caret confirmatione alicuius legis; quia eius auctoritas eatenus probat, quatenus lex, quam allegat, docet: & optimè Iulius Mercorus *in Baſi totius moralis Theologiæ, ſeu praxi opinionum parte* 1.*art.*14. *pag.*43. *in reſponſ. ad ſextam rationem*, vbi quòd apud rudes auctoritas Doctorum facit certitudinem; ſed inter doctos in tantùm habet efficaciam, in quantùm nititur firmis rationibus.

48 Textus verò illi, quos allegat dictus Anonym.*pag.*645.*ex Lege omne delictum, §.Exploratores, ff. de re milit. ex leg. proditores, eodem titulo, ex l.*2.*Cod. quæ res expor. non deb. ex l. fin. Cod. de delat. lib.*10. ſicut & Doctores, quos citat, probant quidem *proditorem* eſſe aliquem, qui fingat amicitiam, & habeatur pro amico, & damnum inferat, id quod & ego omninò aſſero, ſed non probant, rationem *proditionis* neceſſariò pendere à fictione amicitiæ, & credulitate eiuſdem priuatiuè ad quodlibet aliud, id quod ego prorſus nego.

Neque in illis textibus, aut Doctoribus ego reperi vllam *dictionem taxatiuam*, quæ doctrinam ad Anonymi intentum reſtringat, ſicut oporteret.

Oſtenditur vera Bartoli ſententia in propoſito.

Dixi *fundatam in ſola Doctoris auctoritate*: ſed corrigo dictum; 49

Nam Doctores immeritò faciunt Bartolum auctorem huius ſententiæ alligantis proditorium ad colorem amicitiæ;

Bartolus enim *in cit. leg. Reſpiciendum, §.Delinquunt, ff. de pœnis*, docet quidem, committi delictum ex propoſito proditoriè, & *prodere* eſſe vnum actibus oſtendere, & aliud in mente gerere, *& ideo*, inquit, *ſi veniens tanquam ſocius itineris, nulla interueniente rixa, te percutio, non poſſum dici contra te feciſſe inſultum, ſed dicor hoc feciſſe proditoriè, quia aliud gerebam in animo, quàm illud, quod gerebam in actu: vel ſedens tecum in menſa hoc faciebam:*

Sed etiam expreſsè agnoſcit proditionem *non ſolùm ſi*, inquit, *cum tibi eſſem amicus*, verùm etiam, *& ſaltem inter te, & me nullus erat rancor, percuſſi te de retrò:*

Per quæ vltima verba expreſsè ſignificat, eum proditoriè agere, qui aliquem de retro inſidioſè percuſſit, cum quo non intercedebat rancor:

Quæ rancoris non interceſſio haud neceſſariò infert interceſſionem amicitiæ ſimulatæ ex parte percuſſoris, & creditæ veræ ex parte percuſſi, in qua ſimu 50

ſimulatæ amicitiæ interceſſione conſiſtit *color amicitiæ*;

Bene enim poſſum *non habere rancorem tecum*, & tamen *non ſimulare amorem erga te*, ſed negatiuè me habere, id eſt nec te odiendo, nec fingendo te amare;

Nam *non eſſe rancorem* eſt terminus, qui negat quidem rancorem, ſed non ponit amorem, aut colorem amoris, cum dicere *non odi te*, non ſignificet *amo te*, aut *fingo amare*;

51 *Non odiſſe* ſiquidem, & *amare*, aut *fingere amorem*; non ſunt termini *relatiui*, qui ſe generant, & corrumpunt, vt *ſi pater eſt: ergo filius*: nec *contrarij* (intellige de oppoſitis priuatiuè) quorum vnus tollit alterum, ſed non ſe inuicem ponunt, quia poteſt eſſe priuatio ſine ſurgente habitu: ſed ſunt termini *ſeparati*, qui nec ſe generant, neque corrumpunt, & quorum vnus non ſequitur alterum neque poſitiuè, neque priuatiuè, vt de natura terminorum relatiuorum, contrariorum, & ſeparatorum diſcurrit Nicol. Moron. *tract. de fide, treuga, & pace. parte 2. quæſt. 12. n. 9. & 10.*

52 Et hoc apertè inſinuat ipſe Bartolus, cum dicit prius: *dum tibi eſſem amicus*: & poſtea ſubdit: *& ſaltem inter me, & te nullus erat rancor*: vbi agnoſcit diſtinctionem inter *eſſe amicum*, & *non eſſe rancorem inter duos*, ſicut & Fernandez de Otero *diuerſar. qq. iuris parte 3. q. 26. n. 1.*

Non eſſe enim rancorem eſt quid minus, quàm *eſſe amicum*, atque ideo adhibetur à Bartolo particula *ſaltem*, quæ eſt diminutiua. Barboſ. *de dictionibus, dictione 355. n. 1.*

53 In ſententia ergo Bartoli poſſum eſſe *proditor* ſine ſimulatione amicitiæ, immo etiam ſine amicitia abſolutè tam ex parte tui, quàm ex parte mei;

Nam *non fuiſſe rancorem inter me, & te*, non infert, *fuiſſe amicitiam inter nos*, cum potuerimus ſicut *non habuiſſe odium inuicem*, ita *neque amorem*, ſed in ſtatu neutro fuiſſe, vt ſequenti §. oſtendam.

Neque adhibet Bartolus vllam taxatiuam particulam, quæ proditionem reſtringat ad ſolum colorem amicitiæ, nec dicit, quòd alia delicta, vltra enarrata per ipſum, non ſint proditoria, vt notauit Franciſcus Bermudez de Caſtro in ſua docta allegatione, quæ habetur *apud Ioann. Aloyſium Catalanum tractat. crimin. amneſtiæ, abolitionis, & indultus, poſt cap. 31. num. 4.* & non negat, quòd ſi quis occiderit aliquem retro, ſit delictum proditorium. Bermudez *num. 8.* 54

Sed tantummodò excludit ipſam proditionem, ſi percutiam de retro te, qui eras mihi inimicus, ita vt eſſet rancor inter te, & me, *quia*, inquit, *illud, quod facio, in actibus oſtendebam*:

Quaſi diceret, animum hoſtilem, qui oſtenditur in percuſſione, fuiſſe antea oſtenſum in aliis actibus, ſecluſa omni ſimulatione, & conſequenter fuiſſe te per hos actus à me diffidatum, & quaſi incitatum ad tibi præcauendum, contra quam ſententiam tamen ego diſputaui *ſupra toto §. 10.*

Legito textum Bartoli patienti oculo, & concludes, germanam eius mentem eſſe, qualem ego expoſui, quam tamen mentem tot Doctores ob legendi celeritatem, vel ob non viſum in fonte Bartolum, non perceperunt. 55

Et poſt hæc ſcripta inueni, ſic fuiſſe expoſitam Bartoli mentem ab Alphonſo Villagut. *de leg. extenſ. fol. 362. col. 1. §. Quartus modus*, vbi quartum modum occidendi proditoriè ſecundùm Bartolum eſſe dicit, quando quis, cum eſſet amicus alicuius, vel ſaltem *inter ipſos nullus fuerat rancor*, percuſſit illum de retro,

Cum tamen idem Villagut. *fol. 361. colum. 4. §. Primus quorum eſt*, aſſignaſſet

primum proditionis modum, quando quis vnum habet in corde, & aliud in ore, oſtendens, ſe agnoſcere diuerſitatem in his modis, & tamẽ in his modis eſſe rationem *proditionis*, quod etiam agnouit Aluarot. *de feud. fol. mihi* 267. *n.* 3.

56 Quamquam fatendum eſt, quòd, cum Bartolus definiſſet *prodere* eſſe *vnum actibus oſtendere, & aliud in mente gerere*, non debebat poſtea concedere, quòd ſit etiam *proditio*, quando tibi eram amicus, itemque inter te, & me nullus erat rancor, & ego te de retro percutio;

In his enim caſibus locum non habet definitio illa, cum inter ſe differant, vt paret ex modò dictis, ac proinde vel malè tradita eſt à Bartolo, vel Bartolus non eſt locutus conſequenter ad illam.

Argumentum pro contraria ſententia nihil concludere.

57 Ad ſummum recurrere poſſunt prædicti Doctores, ſicut nominatim recurrit Ioannes Bapt. de Leonardis *apud cit. Catalanum in ſua allegatione poſt cap.* 31. *n.* 29. *ante allegationem Franciſci Bermudez*, ad communem vſum vocandi *proditores*, qui ſub colore amicitiæ occidunt:

Itemque de facto ad hunc vſum in tradenda ſua proditorij definitione recurrunt tum Baldus *ſuper feudis fol. mihi* 27. *à tergo num.* 16. *ſub titulo, quibus modis feudum amittatur* dicens: *proditor vulgari nuncupatione eſt ille, qui &c.* quem ſecuti ſunt Remigius de Gonny *tract. de immun. Eccleſiar. fallentia* 14. *numero* 2. Gutierez *pract. quæſtionum lib.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 9. Bonacoſſa *in qq. criminal. in verb. Proditor.* Gizzarell. *deciſ.* 16. *n.* 5. Catalan. *in cit. c.* 31. *n.* 6.

Tum Guido Pap. *quæſtione* 191. *numero* 4. dicens: *Ille eſt proditor, quem vulgus appellat proditorem, qui ſine cauſa &c.* & alij.

Sed contra;

Nam hunc etiam recurſum habent, 58
qui rationem *proditorij* extendunt ad occidentem per inſidias negatiuas, cum etiam vulgus ſic occidentes appellet pleno ore, *proditores*, vt dixi *ſuprà* §. 9. nec dicat, eſſe *ſolùm* proditores illos, qui ſub colore amicitiæ occidunt, quæ tamen taxatiua neceſſaria foret; vt argumentum hoc à vulgi appellatione petitum, vim aliquam haberet.

Vnde apparet, quòd vulgi conce- 59
ptus, quando aliquem appellat *proditorem*, ſiue is prodat per inſidias negatiuas, ſiue per poſitiuas, de quibus *ſuprà* §. 6. non fundatur in mera ratione talium inſidiarum, ſed habet vlterius pro vltimo termino, ſeu obiecto aliquid, ad quod ipſæ inſidiæ, etiamſi diuerſæ ſint inter ſe, ordinentur, tanquam ad vnum eiuſdem rationis;

Si enim non fundaretur vulgaris conceptus in vno eiuſdem rationis, ſed in diuerſa inſidiarum ratione, iam ipſe conceptus ad diuerſitatem ſuorum obiectorum diuerſificaretur, ac proinde non exprimeretur abſolutè per eandem vocem *proditor*, ſed apponeretur aliquod additum determinans ipſam vocem ad diuerſum ſignificatum.

Cum autem hæc appoſitio non fiat, ſed appelletur abſolutè *proditor* tam qui prodit ſub inſidiis negatiuis, quàm qui ſub poſitiuis,

Euidens ſignum eſt, quòd huic voci *proditor* ſubſtat idem omninò obiectum diuerſum ab ipſis inſidiis, quæ, provt occurrunt in praxi aliquando negatiuæ, aliquando poſitiuæ, dant occaſionem vulgò ſemper vtendi eadem voce *proditor* ad ſignificandum idem formaliter obiectum.

Et hæc doctrina confirmat, quod *infrà* §. 26. dicturus ſum, de conuenientia omnium proditoriorum in ſpecie atoma.

Ex his habes, quòd non concluden- 60
ter loquuntur Farinac. *conſ.* 76. *num.* 8.

Thom.

Thom.del Bene *parte 2. de immun. & iuriſd. Eccleſ. cap. 16. dub. 20. ſect 5. num. 5.* Sperell. *deciſ. 23. num. 15.* & Decius Fauil. *penès Campanil. cit. cap. 31. pag. 644.* qui ſupponentes gratis id, quod in quæſtione eſt, *proditorem* ſcilicet propriè dici eum ſolùm, qui occidit affidatum per ſigna amicitiæ, dicunt, Farinacius quidem cum particula dubitatiua *forſan*, Del Bene verò, Sperellus, & Fauilla abſolutè, occidentem ex inſidiis dici poſſe proditorem *largo modo, & non propriè*;

Neque enim afferunt hi Doctores in toto ſuo diſcurſu rationem aliquam, immo neque veſtigium rationis, quæ probet, dictum inſidioſum occiſorem excludi à propria, & ſtricta ratione *proditoris*.

Stat ergo, rationem *proditorij* non alligari ad ſigna amicitiæ, ſed liberè vagari ad alia, in quibus reperitur id, in quo ratio ipſa *proditorij* radicatur, quod erat à me probandum.

---

§. XVII.

Rationem proditorij præſcindere omninò ab hoc, quòd proditor, & proditus ſint amici, vel inimici, & poſſe conſiſtere de facto cum diſpoſitione eorumdem neutra.

SVMMARIVM.

Formalis conceptus proditorij *eſt omninò abſtractus ab omni diſpoſitione animi, quæ poſſit eſſe inter aggreſſorem, & aggreſſum.* n. 1.

Impertinentes ſunt ad proditorij *rationem combinationes, quòd amicus occidat amicum, quod inimicus inimicum, quod inimicus amicum, quod amicus inimicum.* n. 2.

Impotentia proditi ad ſe tuendum à proditore *non pendet in ſuo eſſe ab amore, vel odio proditi, neque item ab amore* proditoris, *neque neceſſario ab odio ipſius* proditoris *in proditum, cum ſine his affectionibus* proditi, *&* proditoris *ea impotentia accidere poſſit.* numero 3.

Proditorium *de facto poteſt conſiſtere cum diſpoſitione neutra, vt nimirum nec amicus, nec inimicus occidat inſidiosè nec amicum, nec inimicum.* ibid.

Aliquando impotentia ſe tuendi pendet ab odio proditoris, *tanquam à prima radice, & principio, ſi nimirum* proditor *ex arcano odio inimicitiæ in perſonam* proditi, *vtatur inſidiis, per quas* proditus *inueniatur, vel fiat impotens ad ſe tuendum: at non pendet ſemper, cum etiam aliis in caſibus ſine vllo odio* proditoris *poſſit aliunde illa impotentia ſubſiſtere, & nominatim quando fit ob merum lucrum proditio.* n. 4.

Qui caſus, quia frequens eſt, dedit cauſam S. Thomæ, & aliis numerandi proditionem *inter auaritiæ filias.* n. 5.

Proditio *potuiſſet etiam numerari inter filias iræ, ſicuti diſplicentia, in qua conſiſtit rancor, ſit filia accidiæ, & iræ ſecundum reſpectum ad diuerſa.* n. 6.

Poteſt dari caſus, in quo proditor *occidat alium ſine odio inimicitiæ, etiamſi velit illi malum mortis.* n. 7.

Odium eſt velle alteri malum, vt malum ſit illi, & dicitur odium inimicitiæ, quatenus voluntas auertitur ab alio in ſe, & inde vult illi omne malum ſimpliciter. ibid.

Sine odio inimicitiæ poteſt eſſe volitio mortis efficax ex aliis motiuis, quæ propriè odium non eſt in ſenſu apud Scholaſticos vſitato. ibid.

In quo ſenſu verificetur definitio proditorij *tradita per aliquos, vt* proditorium *tunc dicatur homicidium, vbi nullus præcedebat rancor (intellige de graui, non de leui) ſed potius ſimulabatur amicitia.* num. 8.

Ad proditorium ſub colore amicitiæ *non requiritur, quod in proditore ſit inimicitia,*

micitia, quamuis hæc plerũque præcedat, & ſit motiuum ad ſe applicandũ ad proditionem: nec requiritur, quòd præceſſerit inter eos amicitia, cum ſufficiat ſtatus neuter, ſed bene requiritur, quòd vel præceſſerit, vel actu interueniat ipſe color amicitiæ creditus à prodito non quidem color, ſed vera amicitia. n. 9.

In quo ſenſu intelligatur definitio proditorij *tradita per aliquos, vt* proditoriè occidere *aliquem quis dicatur, qui,* ſimulatâ amicitiâ, vel diſſimulatâ inimicitiâ, *illum incautum occidit: & vt* proditio *ſit actio quædam* ſimulatiua, *aut* diſſimulatiua, *per quam exterius vnum ſimulatur, vel diſſimulatur, interius verò contrarium geritur.* n. 10.

Eſt magnum diſcrimen inter ſimulationem, *&* diſſimulationem, *cum ſimulemus, quod non eſt, diſſimulemus quod eſt.* ibid.

Proditores, *qui, ſimulatâ amicitiâ, vel diſſimulatâ inimicitiâ, occidunt non gaudent immunitate.* num. 11.

Rectè fuerunt iudicati homicidæ proditorij, *& immunitatis expertes conſulente Ciarlino, duo ſicarij, qui hominem nec amicum, nec inimicum, cui nec ipſi erant amici, nec inimici, occiderunt ex inſidiis, vt rem gratam facerent inimicis occiſi.* num. 12.

Aliter iudicaſſet Thomas del Bene. n. 12.

Status neuter poteſt accidere in proditorio *commiſſo per inſidias negatiuas, & commiſſo ſub colore amicitiæ.* ibid.

Ad hunc ſtatum neutrum fortaſſè reſpexerunt aliqui in variis de proditorio *enunciatis, quæ referuntur, & qualificantur.* n. 41. 15. 16. 17. 18. 19. *&* 20.

Statum prædictum clarè indicat Peguera. num. 21.

Imago perfecta iſtius ſtatus habetur in eo, qui ad inſtantiam mulieris illegitimè prægnantis procurat efficaciter abortum fœtus animati, in quo caſu inter occiſum, & occiſorem neque amor, neque inimicitia interuenit. n. 22.

Poteſt eſſe proditorium *etiam cum tenerrimo amore perſonæ prodentis erga perſonam proditam, vt patet in matre, quæ diligit fœtum, & tamen ad vitandam infamiam occidit.* n. 23.

Reſumitur concluſio poſita in principio huius §. n. 24.

Impugnatur quoddam Sperelli dictum. num. 25.

Carceratus occidens ex inſidiis cuſtodem, cui nec amicus, nec inimicus erat, eſt proditor. ibid.

CVM toties dixerimus, *formalem conceptum proditorij* conſiſtere in hoc, quòd vnus aggrediatur alterum impotentem hîc, & nunc ad ſe tuendum ab aggreſſore, intelligendo ſemper iniuſtè, & appenſatè, 1

Patet, eumdem conceptum eſſe omninò abſtractum, & præciſum ab omni animi diſpoſitione, quæ poſſit eſſe inter ipſum aggreſſorem, & aggreſſum:

Ac proinde impertinentes eſſe ad *proditorij* rationem varias combinationes, quæ fieri poſſunt, 2

Quòd ſcilicet amicus, id eſt amans, occidat amicum, id eſt redamantem, quidquid in contrarium ſine vlla ratione dixerint Gomez *variar. reſol. tomo* 3. *cap.* 3. *num.* 5. *verſ. ſolum ergo.* Valenzuela *conſilio* 128. *num.* 53. & aliqui alij:

Quòd inimicus, id eſt oſor, perimat inimicum, id eſt odio inuicem habentem:

Quòd inimicus amicum, quod amicus inimicum.

Immò quia impotentia proditi ad ſe tuendum à proditore non pendet in ſuo eſſe ab amore, vel odio proditi, neque item ab amore proditoris, neque neceſſariò ab odio ipſius proditoris in proditum, cum ſine his affectionibus proditoris, & proditi ea impotentia accidere poſſit, 3

Conſequens eſt, vt *proditorium* de facto

Digitized by Google

facto queat conſiſtere cum diſpoſitione eorumdem neutrâ, vt nimirum nec amicus, nec inimicus occidat inſidioſè nec amicum, nec inimicum.

4 Dixi *neque neceſſariò ab odio*; quia aliquando, immo ſæpiſſimè, ea impotentia ſe tuendi pendet ab odio proditoris, tanquam à prima rad ce, & principio, ſi nimirum proditor ex arcano odio inimicitiæ in perſonam proditi, vtatur inſidiis, per quas proditus inueniatur, vel fiat impotens ad ſe tuendum, aliquando inquam, ſed non ſemper, cum etiam aliis in caſibus ſine odio vllo proditoris ea impotentia poſſit aliunde ſubſiſtere, vt patebit infra,

Et nominatim quando fit proditio propter lucrum merum.

5 Qui caſus, quia frequens eſt, dedit cauſam S. Thomæ 2. 2. *quæſtione* 118. *articulo* 8. Toleto *de ſeptem peccat. mortal. capite* 25. Berarduccio *in ſumma corona fol.* 27. *à tergo*. Petro Binsfeldio *in Enchiridio Theologiæ Paſtoralis. parte* 2. *capite* 7. *pag. mihi* 194. *in editione Tullenſi.* Nauarro *in manual. capite* 23. *numero* 75. & aliis Summiſtis paſſim numerandi inter auaritiæ filias, *proditionem*, vt patet ex caſu Iudæ, qui propter auaritiam commiſit in Chriſtum proditionem:

6 Quæ tamen etiam potuiſſet optimè numerari inter filias iræ, cum deueniatur ad proditionem non minus crebrò ex immoderato affectu vindictæ, quàm ex immoderato affectu acquirendi.

Sic Angelus de Clauaſio *in ſumm. in verb. Rancor.* diſplicentiam, in qua conſiſtit rancor, fecit filiam accidiæ, & filiam iræ, ſecundùm reſpectum ad diuerſa.

7 Quòd ſi dicas contra hæc à me aſſerta, non poſſe dari caſum, in quo proditor occidat alium ſine odio, cum velle illi malum mortis, ſit maximum odium,

Reſpond eo, quòd, cum odium ſit *velle alteri malum*, *vt malum ſit illi*, & dicatur odium inimicitiæ, quatenus voluntas auertitur ab alio in ſe, & inde velit illi omne malum ſimpliciter, vt optimè explicat Franciſc. Suarez *de charit. diſput.* 6. *ſectione* 1. *num.* 1. ſeu, quod idem eſt, quatenus quis vult alteri malum abſolutè, hoc eſt ſolùm, quia ei alterius perſona diſplicet, vt explicat Azor *parte* 3. *libro* 2. *capite* 20. *ad initium*,

Poteſt dari caſus, in quo proditor occidat alium ſine auerſione ab ipſo alio in ſe, ac proinde ſine odio inimicitiæ, de quo ego locutus ſum expreſsè, & ſine quo poteſt eſſe volitio mortis efficax ex aliis motiuis, quæ propriè odium non eſt in ſenſu apud Scholaſticos vſitato.

Immò poteſt dari caſus, in quo quis amet aliquem, & tamen eum proditoriè occidat, de qua re infra *n.* 23. *in hoc eodem* §. 17.

Corollaria ex firmatis in hoc §. 17.

Ex his ita explicatis intelligi poſſunt multa tradita apud Doctores in terminis non ita perſpicuis. 8

Et quidem intelligitur primò, in quo ſenſu verificetur proditorij definitio tradita per Alexandrum Ambroſinum *tract. de immun. cap.* 6. *num.* 3. Alex. Peregrin. *de immun. cap.* 7. *num.* 2. Sebaſt. Guazzin. *defenſ.* 1. *c.* 38. *num.* 40. Dianam *part.* 1. *tract. de immun. Eccleſiar. reſol.* 5. Thom. del Bene *part.* 2. *de immun. & iuriſd. Eccleſ. cap.* 16. *dub.* 20. *ſect.* 2. *num.* 5. Mallet. *in auro Theol. malleat.* 35. *bractea* 14. Trullenc. *lib.* 1. *cap.* 11. *dub.* 3. *num.* 16. & & alios,

Quòd proditorium tunc dicitur homicidiũ, vbi nullus præcedebat rancor, ſed potius ſimulabatur amicitia (intellige de rancore graui, ſecus de leui; nam hic leuis rancor etiam in ſententia ho-

Dd rum

rum Doctorum à proditione non excuſaret, vt optime aduertit Vincent. Tancredi *tomo de relig. tract.* 1. *lib.* 4. *diſp.* 8. *n.* 26. *pag.* 140.)

Verificatur enim hæc doctrina, ſi ego contra te omninò antea mihi ignotum non habeam quidquam rancoris, ac proinde non ex odio, ſeu ex diſplicentia perſonæ tuæ, ſed ex aliquo alio motiuo, verbi gratia vt te pecuniis fortè viſis in communi hoſpitio, ad quod vnus Mediolano, alter Româ venientes concurreramus, expoliem, vel vt tuo oſori, & inimico rem gratam faciam, ego me tibi in ſignum contractæ ſubitò amicitiæ, quæ ſimulata eſt, & affectata ex parte mea, adiunxerim itineris ſocium, & ſubinde in ſilua omninò incautum, atque improuiſum occidam, quod fortaſsè voluerunt Bartolus, & ſequaces, dum indiſtinctè appellarunt *proditorem* illum, qui itineris ſocium occidit ſine rixa, de quo habes exemplum apud Bardellonum *conſ.* 40. *n.* 7. *lib.* 1.

9 Itaque ad *proditorium ſub colore amicitiæ* non requiritur, quòd in proditore ſit inimicitia, ſeu odium diſplicentiæ perſonæ contra proditum, quamuis hæc inimicitia plerumque præcedat, & ſit proditori motiuum ad ſe applicandum ad proditionem:

Nec requiritur, quòd præceſſerit inter eos amicitia, cum ſufficiat ſtatus neuter, ſed benè requiritur vel quòd præceſſerit, vel quòd actu interueniat ipſe color amicitiæ, quem proditus non credat, eſſe colorem, id eſt merum figmentum amicitiæ, ſed putet, eſſe veram amicitiam, & ſic per eum colorem, ſeu figmentum affidatus, & aggreſſionem non præcauens occidatur.

10 Intelligitur ſecundò ſenſus definitionis proditorij traditæ per Decianum *tract. crimin. lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 19. Megal. *parte* 3. *inſtit. confeſſar. libro* 4. *capite* 2. *numero* 18. Muſcatell. *in pract. crimin. tit. de homicid. mediante mandato folio* 20. *numero* 66. Martam *conſilio* 186. *numero* 15. Bardellonum *conſ.* 40. *num.* 9. *lib.* 1.

Quòd ſcilicet *proditoriè occidere aliquem quis dicatur, qui ſimulatâ amicitia, vel diſſimulata inimicitia* (ſic enim puto legendum Decianum, vbi in meo libro habet *ſimulata amicitia, vel diſſimulata amicitia*) *illum incautum occidit*:

Et definitio eiuſdem proditorij tradita per Ioannem de Terra rubea *contra rebelles ſuorum regum, articulo ſexto, tractatus tertij, fol. mihi* 72. *columm.* 1. *verſus finem*: dicentem, quòd proditio eſt actio quædam ſimulatiua, aut diſſimulatiua, per quàm exteriùs vnum ſimulatur, fingitur, vel diſſimulatur, interiùs verò contrarium mente geritur:

Quod idem traditur per Laratham *in Theatro feudali parte* 10. *dilucidat.* 53. *num.* 11. *& dilucidat.* 89. *num.* 3. *& in conſilio* 102. *num* 16. & per Petrum Gregorium Tholoſanum *comment. in ſyntaxes artis mirabilis lib.* 4. *cap.* 60. dicentem, in proditione eſſe ſimulationem, & diſſimulationem;

Eſt enim harum doctrinarum ſenſus, quòd ſimulata amicitia locum habeat in proditorio, quando nullus præceſſit rancor inter te proditorem, & proditum, & ad affidandum hominem aliàs ignotum, fingis ſubitò te illi amicum, & ſic affidatum, & impræcauentem occidis:

Diſſimulatæ verò inimicitiæ locus ſit, quando præceſſit rancor contra proditum, qui rancor eſt incentiuum concipiendi propoſiti de eo occidendo, ſed tegis rancorem, agendo cum ipſo amicabiliter exteriùs, ſicuti ante rancorem faciebas, & hac diſſimulatione affidatum, & de te intimidum interficis, quod vltimum

mum Beoleus, & alij duo *apud Farinac. conſ.*168.*num.*71.*verſ.nempè cum odij.* notant ex Doctoribus explicantibus quid intelligatur nomine inſidiarum proditionem efficientium: & in hac facti ſpecie procedit conſilium Grilenzoni. 45. vt patet ex *numero* 3. *verſ. Tamen poſtea.*

Eſt autem magnum diſcrimen inter *ſimulationem*, & *diſſimulationem*, cum ſimulemus id, quod non eſt, diſſimulemus id, quod eſt. Celſus Bargalius *tract. de dolo.lib.*5. *cap.*23. *num.*3. vbi *n.*4. dicit, quòd harum vocum ſignificationem plerunque confundi in iure non dubitat.

11 Hos verò proditores, qui ſimulatâ amicitiâ, vel diſſimulatâ inimicitiâ occidunt, non gaudere immunitate, tradunt meritò Decian.*cit.lib.*7.*cap.* 30.*n.*6. *iuncto cap.*29. *n.*19. Megal.*cit.num.*18.*ſ. Primò.*

12 Intelligitur tertio, quo modo rectè fuerint iudicati proditorij homicidæ, duo ſicarij, & immunitatis expertes, conſulente Ciarlino *parte* 1. *controuerſ. forenſ.cap.*12.*per totum*, qui propriiſſimè dictis inſidiis, nempè ſtantes in horto poſt ſepem, & archibuſiis in baculo, ſeu haſta exiſtente in ſepè appoſtatis, & exploſis, hominem per viam publicam euntem, & aliàs ſibi ignotum, & cui ipſi ignoti erant, ac proinde nec amicum, nec inimicum, ſed neutro in ſtatu exiſtentem erga ipſos, ſicut & ipſi erga illum inuicem exiſtebant, occiderunt ex motiuo faciendi rem gratam inimicis eiuſdem hominis deprehenſi improuiſi, & ſecuti.

13 Aliter iudicaſſet Thomas Del Bene, *qui parte* 2, *de immun. & iuriſd. Eccleſ. capite* 16. *dub.*21. *ſect.*1. *numero* 15. vult eum, qui, nulla interueniente promiſſione, incautum aliquem occidat, vel occidi faciat, motus ſpe ſolum aliquid obtinendi, vel complacendi amico, vel ſuccedendi in bona occiſi, vel vincendi litem, non priuari immunitate, quia neque aſſaſſinus eſt; quod & ego credo, neque eſt proditor ſecundùm ipſum Del Bene remiſſiuè ad dicta *in dubit.*20. quod ego non credo, & dico, hunc priuandum immunitate non ex aſſaſſinio, ſed ex proditione.

Itaque ſtatus neuter poteſt accidere in proditorio commiſſo per inſidias negatiuas, & commiſſo ſub colore amicitiæ, vt patet.

Ad hunc porrò ſtatum neutrum 14 fortaſse reſpexerunt Doctores, dum indiſtinctè dixerunt: *Proditor dicitur, qui proximum circumuenit, & eum callidè ſeducit*, (ecce actus affidationis per colorem amicitiæ) vt illum in periculum ſalutis trahat. Gigas *tract.crimin. & maieſt.lib.*1.*qualiter, & à quibus,&c. qu.*10. *num* 18. Farinac. *in praxi quæſt.*18.*n.*79. *verſ. Tertiò.* Beoleus, & alij duo *apud Farinac. conſ.*168. *num.*76. Didacus à Cantera *qq. crimin. pag.*80. *columm.*1. *ad initium*, quæ definitio explicat potiùs præparationem ad proditorium, quàm proditorium ipſum, vt patet ex dictis *§.præcedenti.*

Item: *proditor dicitur, qui dum ſe amicum oſtendit, poſtea damnum, iniuriam, vel machinationem infert.* Idem Gigas. *cit.num.*18. Farinac. *num.*79.*verſ.Octauò.* 15 quæ definitio non explicat formalem rationem proditorij, ſed exercitium proditionis in vno caſu.

Item: *proditoriè quid dicitur fieri, quando fingo me amicum, & tracto te vt inimicum.* Idem Gigas. *cit.tract.de crimin.læſæ maieſt.lib.*3.*de proditoribus,quæſt.*1.*num.*16. 16 Ioann.Anton. de Nigris *comment.in cap. Regni.Neapol.cap.*13.*Nuper ad vindictam, nu.*31 *fol.*60.*col.*3. Berous *conſ.*165.*n.*12. *vol.*3. quæ definitio eſt ſimilis præcedenti, ſicut & ſequenti.

Item: *proditor dicitur vulgari nuncupatione, qui ſine vlla cauſa* (fortaſsè volunt dicere ſine odij impulſu) *& abſque vlla diffidatione eum, qui de ipſo confidebat* (ecce affidatio per ſigna amicitiæ) *vulnerauit; vel grauiter offendit.* Gutier.*prac.quæ-* 17

Digitized by Google

ſtionum lib.1.q.2.n.9. Guido Pap. *q.191. n.4.* Gonny *tract. de immun. Eccleſiar. fallentia 14.n.2.*

18 Item: *proditoriè occidere dicitur quis, quando ſine diffidatione aliquem occidit.* Afflict. *deciſ.265.n.54.* Gigas *cit. quæſt.1. de proditoribus, n.16.* quæ definitio eſt nimis mutila, & obſcura.

19 Item: *proditor eſt, qui non oſtendit quid facere velit, & ſecretè facit contrarium eius, quod facere debet.* Alciat. *tomo 2. reſponſ. lib.7. fol.185. col.2. n.10.* Gigas *cit. lib.3. de proditoribus, quæſt.1. num.7.* Alexander *conſ.13. numer.8. vol.6.* quæ item definitio non explicat ſatis rem implexam.

Hæ autem loquendi formulæ nullam amoris, vel odij affectionem, ſeu diſpoſitionem connotant, vt patet.

20 Item fortaſsè alluſerunt ad prædictum ſtatum neutrum Couarruu. *lib.2. variar. reſol. lib.2. cap.20. num.7. §. Tandem.* Thom. Sanchez *conſil. moral. lib.6. cap.1. dub.8. num.26.* Plaza *epit. delict. lib.1. capite 20. num.1.* generaliter, & indiſtinctè docentes, quòd *proditorius* homicida eſt, qui occiderit eum, qui eius inimicus non eſt, nihilque tale præcauentem, cum nulla eſſet præcauendi cauſa, quæ definitiones non tangunt primam proditorij rationem.

21 Et multò clarius indicat hunc ſtatum neutrum in proditore, & prodito, Peguera *deciſ.54. num.9.* aſſerens, *homicidam proditorium*, ſeu per inſidias dici illum, qui, nulla interueniente cauſa rixæ, & ita ſecurè, occidit aliquem nihil tale præcauentem, nec ſe defendere valentem, *amicitiæ*, vel *inimicitiæ* cauſa minimè conſiderata, quæ definitio multò meliùs accedit ad rem.

Et ſtatum neutrum ex parte proditoris, qui neque eſt amicus, neque inimicus, & ex accepto mandato agit inſidioſè, vel ſub ſpecie amicitiæ, conſiderant Petr. Paul Guazzin. Sebaſt. filius *tract. moralis ad defenſam lib.2. defenſ.2. c.14. n.26.*

Imaginem autem perfectam iſtius 22 ſtatus neutrius habes in eo, qui ad inſtantiam mulieris ex prauo concubitu arcano prægnantis, & ſeſe à dedecore præſeruare intendentis, procurat efficaciter eiectionem fœtus animati, adhibitis mediis violentis;

Suppoſito enim, quòd eà mulier ſit inexcuſabilis à mortali peccato ex traditis à fortiori per Thomam Sanchez *de matr. lib.9. diſp.20. num.7.* vbi de matris periculo conſurgente ab intrinſeco ex morbo, & *nu.10.* vbi de fœtu nondum animato, quem Doctorem ſequitur Vincent. Tancredi *de matr. lib.9. diſp.20. num.3. & 4* hic eſt reus homicidij proditorij, vt oſtendam *infrà §.21.* & tamen neque eſt amicus, neque inimicus hominis occiſi, qui homo & ipſe ſuorum occiſorum neque amicus, neque inimicus eſt ob præſentem incapacitatem ad actus intelligendi, & volendi.

Annoto autem hìc obiter, poſſe eſſe 23 *proditorium* etiam cum tenerrimo amore perſonæ prodentis erga perſonam proditam, vt patet in dicto caſu prægnantis; quæ fœtum diligit tanquam partem ſui, ſed ex affectu vitandi ignominiam, ſeſe applicat ad occidendum illum, & propriſſimè *proditrix* eſt, vt infrà oſtendam.

Stat ergo, quòd *proditorium* præſcindit ab amore, aut odio, quæ poſſint eſſe 24 inter proditorem, & proditum, & ſeſe compatiur de facto cum diſpoſitione eorumdem neutra, cum intra eamdem neutram diſpoſitionem poſſit conſiſtere proditi impotentia ad ſe tuendum à proditore.

Vnde aſſentiri non poſſum Sperello 25 docenti *deciſione 23. numero 13.* carceratum, qui occidit ex inſidiis cuſtodem carceris, non dici proditorem, *quia*, inquit, *licet non eſſet eius inimicus, nec tamen erat amicus, quæ qualitas ad hunc effectum exigitur.* Ita ille.

Contra quam doctrinam facit efficaciter,

caciter, quòd cum occiſor hic aggreſſus fuerit improuidum, incautum, atque impotentem hîc, & nunc ad ſe tuendum ab illo, dicendus eſt *proditor*, non obſtante carentia amicitiæ, quæ ad formalem *proditorij* rationem ſe habet omnino per accidens, ſicut per accidens ſe habet ad impræcautionem, & impotentiam ſe tuendi in quibus eadem formalis ratio radicatur, vt iam ſæpius dixi.

---

§. XVIII.

Dari rationem proditorij in occiſione ſecuta inter perſonas connexas, & occiſorem vnius ex connexis, non gaudere immunitate.

SVMMARIVM.

Connexus cum alio per apprehenſionem iſtius connexitatis viuit ſecurus, ideoque non timet ab alio connexo, nec ſibi ab eo præcauet. numer. 1.

Proditor *eſt pater, qui occidit filium, & filius, qui patrem, aut matrem.* n. 2. *ſed iuxta dicenda.* num. 12.

Prædicti non gaudent immunitate n. 3.

Proditor *eſt frater, qui fratrem, maritus, qui vxorem, vxor, quæ maritum occidit.* n. 4. *intellige, vt.* n. 12.

Idem dic de propinquo, qui propinquum, de ſeruo, qui dominum, de diſcipulo, qui magiſtrum, de ciue, qui magiſtratum occidit. n. 5. *intellige, vt.* n. 12.

Idem dic de domino, qui ſeruum occidit. n. 6.

Reprobatur definitio proditionis *tradita per S. Antoninum, vt ſit* quædam deceptio facta contra dominum, aut familiares ſuos, in damnum rerum, aut familiares perſonæ, aut manifeſtatione ſecretorum eorum. *ibidem.*

Dictum eiuſdem S. Doctoris, non fieri ſcilicet proditionem, niſi per familiares, *habet locum plerunque, non ſemper, cum non ſemper* proditio *inuoluat deceptionem.* ibidem.

Proditor *eſt, qui alium ſuſceptum in fide interficit.* numer. 7.

Item officialis, qui occidit eum, quem captum detinet apud ſe, & hic non gaudet immunitate. numero 8.

Item tutor, qui pupillum, curator, qui minorem, aduocatus, qui clientem occidit: numero 9.

Idem medicus, qui ægroto venenum propinat. numero 10.

Et vno verbo quicumque alium aliqualiter ſibi connexum, & in hac connexitate ſecurum interimit. num. 11.

In dictis caſibus debet homicidium, ad hoc, vt ſit, proditorium, *fieri contra incautum, & non diffidatum per oſtenſionem animi contra ipſum infenſi.* n. 12.

Si homicidium connexorum fiat in rixa non eſt proditorium *ibidem.*

Item ſi intercedat grauis inimicitia, ſeu ex graui cauſa, & inimicitia duret & per externa ſigna actualiter continuet diffidationem inter connexos, vſque ad actum aggreſſionis, relinquendo locum defenſioni aggreſſo, non eſt proditorium. numero 13.

Ex ſola qualitate filiationis, aut ſimilis tituli connexitatis, non incurritur proditorij *nota, nec amittitur immunitas, ſi probetur fuiſſe diffidatio in ipſa aggreſſione per ſignificationem externam odij grauis inter connexos, relinquendo locum defenſioni, vel interceſſiſſe rixa inter illos.* n. 14.

Non eſt cautum in iure, vel ab aliquo dictum, quòd ſola parricidij *qualitas filium priuet immunitate, etiamſi occiderit patrem in rixa.* ibid.

Si ceſſaret rixa, aut inimicitia, & tolleretur diffidatio, ac reſtitueretur affidatio fundata in connexitate, iam eſſet locus proditorio, *& priuationi immunitatis, ſi quis ex connexis inſidioſe interimeretur incautus.* ibid.

Explicatio cuiuſdam doctrinæ aliquorum Doctorum, & eius cenſura. n. 15.

1 CONTINGIT etiam, vt ſupra dicebamus, vt vnus ſit ita connexus cum alio, vt in apprehenſione huiuſce connexitatis ſecurus viuat, ideoque non timeat ab alio connexo, nec ſibi ab eo præcaueat,

Quis enim, verbi gratia pater memor relationis filij erga ſe, non viuat affidatus, & ſecurus de filio, & ſic filius, memor relationis patris erga ſe, non viuat affidatus de patre? Tutiſſimus eſt pater à filio. Tancredi *mox citandus*.

Meritò igitur pater tantam, tamque diram, & execrandam filij audaciam in committendo proditorio, præcauere non poteſt, vt notauit Barboſa *lib.2. vniuerſi iuris Eccleſ.cap.3.num.95.*

2 Dico ergò, quòd *proditor* eſt pater, qui occidit filium, & filius, qui patrem. Suarez de Paz *parte 5. tomi 1.cap.3.§.3. num.123. Quia*, inquit, & quidem optimè, *huiuſmodi homicidium ſecurè commiſſum cenſetur, & quia occiſus non potuit ſibi præcauere*. Thom. Sanchez *conſilior. moral. lib.6. cap.1. dub.8. num.26.* Giurba *conſ.60.num.3.* Farinac. *in Append.de immun. Eccleſ. num. 186.* Petrus Gregor. Tholoſan. *comment. in ſyntaxes artis mirabilis tomo 2. lib.4. cap.60. num.6.* Paces Iordan. *elucubrat. lib.11. tit.3. de immun. Eccleſ. num.343.* Vincent. Tancredi *tomo de relig. lib. 4. diſp.8. quæſt.5. num.26. pag. 140.* & filius, qui matrem, quæ ab illo tutiſſima eſt Tancredi *loc. cit.* & de filio occidente patrem docet idem etiam Caball. *tract. de omni genere homicidij num. 431.* Diana *parte 6. tract. 1. reſol.26 quæſt.1.* quæ omnia intellige iuxta dicenda *num.12.in hoc eodem §.*

3 Et hos non gaudere immunitate, meritò tradunt Io.Carolus Antonellus *tract.de regimine Eccleſiæ Epiſcopalis lib.1. cap. 9. num. 77.* Petr. Paulus Guazzinus *tract.morali ad defenſam lib.2.cap.14.n.25.* Tapia *in ius Regni Neapol. rubr. 11. de his, qui ad Eccleſ.confug.cap.95. num. 40.* vbi refert Patiſium *conſ.96. vol.1.* qui tamen hoc non dicit in meo libro, & Conſaluum de Pace *lib.5.cap.3.§.3.n.122.* quem videre non potui. Henricus Villalobos *tract.39.difficult.6.n.14. in ſumma.* Suar.de Paz, Sanch.Iordan. *locis cit.* Tancredi *pag.141.* Farinac.*loc.citat.* qui dicit, nullam eſſe de hoc apud ſe dubitationem. Barboſa *cit. cap. 3. numer. 95.* Thom. del Bene *parte 1. de immun. & iuriſd. Eccleſ.dub.20.ſect.1.num.6.* Nouar. *parte 1. ſummæ Bullar. tit.de immun. Eccleſ.num.46.* Bonacina *tomo 3.de cenſuris. in particulari diſp.2.quæſt.3.puncto 16.§.8. num.3.* Diana *cit.reſol.26.* Franciſcus Baron. *de effectib. inimicitiæ.14.effectu.n.7.*

Item proditor eſt frater, qui fratrem, maritus, qui vxorem, vxor, quæ maritum interficit. Giurba *cit.conſ.60.num.3.* Baron. *cit. num.7.* & de marito occidente vxorem iacentem, & nihil mali cogitantem tradit Porrus *in faſciculo rerum criminal. pag.731. iuncta pag.737. §. quod ſi.* & de fratre occidente fratrem Tancredi *loco citat.* & de marito occidente vxorem honeſtam, Maſtrill. *comment. ad indult. general.cap.29.num.6. ſed per typi errorem 31.pag.mihi 132.col.1.* & de occidente eum, quocum affinitas, aut aliæ cauſæ neceſſitudinis intercedunt. Conradus Brunus *tract.de ſeditioſis cap.13. num.3.* 4

Idem dic de propinquo, qui propinquum per inſidias extinguit. Caball. *cit. tract. de omni genere homicidij n. 431.* de ſeruo, qui Dominum. Caball.Brun. *locis cit.* Hippolytus Riminald.*conſ.685. num.23.lib.6.* Lucas de Pena *ad 10. lib. Cod.tit.11.de delatorib.lege 6.n.3.* 5

Idem de domino, qui ſeruum interimit, vt colligitur ex doctrina S. Antonini *parte 2.tit.1.cap.22.de proditione.ad initium*, doctrina inquam laudata à Sebaſt. Medices *in ſum. de peccat. capital. tit. 6. q. 13. pag. mihi 269.* & à Ioanne Altenſtaiq. Theologo Mindelhaimenſi *in Lexico Theologico. in Verbo. Prodere.capit. inquam 22.* vbi definit. S. Doct. (quam tamen definitionem ego approbare 6

non

non poſſum in ratione definitionis) in tota ſua latitudine *proditionem*, vt ſit *quædam deceptio facta contra Dominum, aut familiares ſuos, in damnum rerum, aut familiares perſonæ, aut manifeſtatione ſecretorum eorum.*

Qui S. Doctor *in eadem 2. parte tit. 2. cap. 1. de reſtitutionibus*. §. 14. dicit, non fieri proditionem, niſi per familiares, quod dictum intellige, vt locum habeat plerunque, non tamen ſemper, cum non ſemper proditio inuoluat deceptionem, vt alibi oſtendo.

7 Idem dic de quolibet qui illum, a quo ſuſceptus in fide, interficit. Hippolytus Bonacoſſa *in communib. opinion. criminalib. in Verb. Proditor. & in quæſtionibus criminalibus in eodem Verbo Proditor.* Bald. *conſ.* 361. *n.* 3. Burſat. *conſ.* 147. *num.* 29. *& conſ.* 216. *num.* 142. *lib.* 2. Marſil. *conſ.* 32. *num.* 14. Caball. *cit. tract. numer.* 432. *& num.* 435. & hunc non gaudere immunitate tradit idem Caball. *num.* 436. *iuncto* 435. §. *Primus.*

8 Idem dic de Officiali, qui occidit eum, quem captum apud ſe detinet, vnde & priuatur immunitate. Sanfelicius *deciſ.* 241. *num.* 4. Giurba *conſ.* 20. *n.* 8. & apud eum Portules, & Seſſe à me non viſi;

Hic enim affidatus erat per hoc, quòd foret ſub Regis poteſtate conſtitutus, & ſciret, quòd nemo permittitur decipi ſub clypeo poteſtatis, & officij alterius. Giurba *loc. cit. & vno verbo* erat affidatus per hoc, quòd ſciret, ſeruandam eſſe fidem, vbi homo eam præſtat auctoritate legis, & carceratum dici habere ſecuritatem legis. Moron. *tract. de fide, treuga, & pace parte* 2. *q.* 3. *n.* 1. *&* 3.

9 Idem dic de tutore, qui pupillum, de curatore, qui adultum occidit. Caball. *cit. num.* 435. & hunc non gaudere immunitate meritò tradit idem Doctor *num.* 436.

Idem dic, ob rationis paritatem, de Aduocato, qui clientem. Decian. *tract. criminal. lib.* 7. *cap.* 29. *numer.* 12. Petr. Gregorius Tholoſanus *cit. cap.* 60. *n.* 6. vel è contra.

Et de medico, qui ægrotum curationi ſuæ concreditum, cui venenum propinat. Anonymus *apud Campanil. pagin.* 649. *col.* 1. *paulò poſt initium.* 10

Et vno verbo de quocumque alio, qui aliqualiter connexum, atque in huius connexitatis apprehenſione conquieſcentem, ſecurumque occidit. 11

Et vniuerſaliter quæ fiunt in eos, qui ſub fide ſuſcepti ſunt, fieri proditoriè, dicit Marta *conſ.* 186. *num.* 14.

Et hos omnes excludi ab immunitate, ſecuto ſecuræ mortis effectu, conſtat ex generali regula, quòd homicida proditorius caret beneficio immunitatis Eccleſiarum.

Notabile in hac materia.

Aduerte autem, quòd in dictis caſibus debet homicidium ad hoc, vt ſit proditorium, fieri contra incautum, & non diffidatum per oſtenſionem animi contra ipſum infenſi. Vincent. Tancredi *cit. diſp.* 8. *q.* 2. *num.* 26. *pag.* 125. 12

Secus verò, ſi connexorum homicidium ſit in rixa commiſſum. Nouarius *cit. num.* 46. *iuncto* 48. *&* 45. vbi habetur doctrina de homicida proditore, propagata ad doctrinam *numeri* 46. vbi de inſidiis, & incautela, & *numeri* 48. vbi de inſidiis, incautela & rixa. Barboſa *cit. cap.* 3. *n.* 95. Tancredi *cit. q.* 5. *pag.* 140. §. *Hinc vt ſupra.* vel intercedente cauſa inimicitiæ. Giurba *conſ.* 60. *num.* 3.

Quòd intellige de inimicitia lædentis cognita parti læſæ, & quæ ſit grauis, ſeu ex graui cauſa, verbi gratia ſi pater cum nuru rem habuit, vel litem criminalem mouit, & quæ inimicitia duret & per externa ſigna continuet actualiter diffidationem inter patrem, & filium, atque alios connexos, actualiter inquam vſque ad actum aggreſſionis, relinquendo locum defenſionis paſſiuè aggreſſo; 13

Nam

14 Nam in hoc caſu ex ſola qualitate *filiationis*, *paternitatis*, *coniugij*, *ſocietatis*, *&c.* nec incurreretur *proditorij* nota, nec amitteretur immunitas. Nouar. *loco citat. num.* 48. ſi nimirum probaretur facta fuiſſe actualis diffidatio in ipſa aggreſſione per ſignificationem externam odij capitaliter grauis inter patrem, & filium, maritum, & vxorem, aliosque connexos, relinquendo locum ad ſe tuendum, vel interceſſiſſe rixa inter illos;

Nullibi enim in iure cautum eſt, vel ab aliquo dictum reperitur, teſte cit. Barboſa *ſupra numer.* 95. cui conſonat Tancredi *citat. diſputat.* 8. *quæſtion.* 2. *numer.* 26. *pag.* 125. quòd ſola parricidij qualitas filium priuet immunitate, etiamſi occiderit patrem in rixa.

Quòd ſi ceſſaret rixa, aut inimicitia, & tolleretur diffidatio, ac reſtitueretur affidatio fundata in connexitate, iam eſſet locus proditorio, & priuationi immunitatis, ſi quis ex connexis inſidioſè interimeretur incautus.

15 Ex his apparet, quòd Farinac. *in append. de immun. numer.* 138. Paces Iordanus *citat. lib.* 11. *tit.* 3. *de immun. Eccleſ. num.* 343...................... quando dixerunt, occiſores parentum, aut filiorum innocuorum, & nihil tale cogitantium, *præſertim nulla præcedenti rixa*, & ex propoſito, abſque dubio dici proditores, voluerunt intelligi etiam de caſu, in quo præceſſit rixa, cum adhibuerint particulam *præſertim*, quæ exprimit caſum minus dubitabilem, & implicat magis dubitabilem, denotatque idem iuris eſſe in caſu contrario. Barboſa *de dictionibus vſu frequent. dictione* 277. *numer.* 4. *&* 5. Thom. Sanchez *de matr. lib.* 2. *diſp.* 39. *num.* 6. *& lib.* 10. *diſp.* 5. *numer.* 4. qui idem dicit de æquiualenti particula *maximè lib.* 6. *diſputat.* 14. *numer.* 21. *§. Nec obſtat.*

Intelligi tamen voluerunt iidem Doctores de rixa, quæ præceſſerit per tantum tempus, vt nullo modo duret in ſuo effectu, id eſt in iræ fumo, qui mentem ſatis infuſcat, & tollit qualitatem præmeditationis, & propoſiti ab ea regulati; dixerunt enim *& ex propoſito*, quod propoſitum ſupponit abeſſe rixam tum in ſeipſa, tum in ſuo effectu.

At non erat, cur adderetur *præſertim*; quia æquali planè modo eſt proditor, & dicitur is, qui nihil tale cogitantes occidit ex propoſito, ſiue non præceſſerit vlla prorſus rixa, ſiue præceſſerit quidem, ſed nullatenus in ſe, neque in ſuo effectu eadem perſeueret.

Ex dictis huc vſque inferri poteſt ſolutio aliquarum quæſtionum pertinentium ad hanc materiam tum proditionis, tum immunitatis Eccleſiarum, quæ ad vitandam confuſionem reiectæ ſunt à me in hunc locum vt ſeorſim ad maiorem claritatem examinentur, & meritò corollaria doctrinæ præcedentis appellantur.

§. XIX.

Corollarium primum ex firmatis huc vſque in hac diſputatione.

Necantem veneno eſſe proditorium homicidam, & quandónam, talis homicida priuetur immunitate.

SVMMARIVM.

Qui proximum ſuum veneno necat, eſt in toto rigore proditorius homicida *ex omnium ferè ſententia.* numero 1.

Veneficium *eſt è numero criminum atrociſſimorum.* ibid.

Dictum quorumdam: grauius eſt necare hominem veneno, quàm gladio: *non concludit in veneficio proditorium,*

rium, cum non petat formalem conceptum ipſius proditorij ſed ſolum exceſſum malitiæ in vno homicidij modo præ alio oſtendat, cum per aliquam clauſulam declaratum non ſit. num. 2.

Concluditur in veneficio proditorium per hoc, quòd venenator occidit hominem ideo non præcauentem, & ſe hîc, & nunc defendere non valentem, quia viuit omnino affidatus de porrigente venenum, qui eſt ſibi vel apparenter amicus, vel hoſpitalis, vel cõnexus per parentelam, aut per coniugium, aut per ſtabilitam peculiariter ſocietatem, aut per familiaritatem. num. 3.

Venenum non ſolet propinari, niſi per familiares, vel per eos, de quibus venenatus confidit. ibid.

Rectè dictũ eſt, quòd nulla eſt efficacior peſtis ad nocendũ, quã familiaris inimicus. n. 4.

Societas communis humana, & quaſi ius cognationis, quod natura inſtituit inter Chriſtianos, apprehenſum per intellectum, efficit, vt communiter viuamus cum confidentia, vel ſaltem ſine diffidentia de aliis, etiam exteris, & nullo modo ſuſpicemur nobis nocendum eſſe, v.g. inficiendum à quoquam publicum fontem, è quo proinde ſecuri, atque intimidi aquas reputatas innocentes bibimus &c. n. 5.

Pulcrum dictum Anonymi in hanc rem; & S. Thomæ. n. 6. & Petri Caballi n. 7.

Dicurſus Didaci Canteræ in hanc eamdem rem, non procedit in ſenſu formali. ibid.

Non reſtringitur proditorium in venenatione ad eam, quæ fit ſub colore amicitiæ, ſed extenditur etiam ad eam, quæ fit ſine huiuſmodi colore, inueniendo modum inficiendi cibum, aut potum, quibus alter vſurus ſit ſine ipſius venenatoris, aut alterius complicis miniſterio, ſed per ſeipſum, in propria domo, ad quam putat non patuiſſe ingreſſum venenatori. n. 8.

Infantes abortiui necantur proditoriè per potiones, quæ ſunt venenum, & tamen in hoc caſu non interuenit amicitiæ color erga ſubiectum incapax affidationis. ibid.

Plerique Doctores homicidis per venenum inurunt notam proditionis, non factâ vllâ exceptione inimicitiæ, cum ob hanc non eximatur actus à qualitate proditorij, quippe actus ipſe, non obſtante inimicitia, cadit in impræcauentem, impotentemque ad ſe tuendum. num. 9.

Neque hic habet vim vllam tritum illud: debuiſſe nempe venenatum præcauere ab inimico, ne ſibi venenũ porrigeret: tum quia venenatus non præcognoſcit actualiter hoc debitum, ſi adeſt: tum quia id debitũ verè non adeſt erga præcautionem humanitus impoſſibilem. n. 10.

Nil difficilius euitari poteſt, quàm venenum. ibid.

Dictũ elegãs Lucæ de Penna in hãc rem. n. 11.

Reſumitur concluſio firmans venenantem cum inimicitia, eſſe proditorem. n. 12.

Quilibet præſumendus eſt à veneno prudenter, & modo hominibus poſſibili præcauere, ne reus ſit intimiditatis, & tentationis Dei. ibid.

Referuntur, & reiiciuntur volentes non eſſe proditorium homicidam illum, qui cum inimicitia perimit per venenum. n. 13.

Proponitur ratio, quæ videtur probare necantẽ per venenũ, gaudere immunitate cõtra cõmunem ſententiã. n. 14. & ſoluitur. n. 21.

In iure excipitur ab immunitate, qui proditoriè occidit occiſione propriè, & phyſicè accepta: at qui veneno perimit, videtur occidere non propriè, & phyſicè, ſed ſolùm moraliter: phyſice autem videtur occidere ſeipſum ipſe venenatus, qui venenum ſibi applicat, quamuis cum ignoratione veneni, & ſine voluntate ſe venenandi. num. 14. ſoluitur difficultas. n. 21.

Cauſa tuæ necis poteſt eſſe vel merè phyſica, vel merè moralis, vel phyſicomoralis, ſeu mixta. n. 15.

Merè phyſica eſt, quæ ſine vllo liberæ voluntatis concurſu te occidit. ibidem.

Merè moralis, eſt, quæ per liberæ voluntatis concurſum aut applicat, aut fouet aliam cauſam, quæ item per ſimilem concurſum liberæ voluntatis applicat cauſam merè phyſicam ad te occidendum. n. 16.

Mandantes, conſulentes, animantes ita ſe habent ad effectum ab alio libere procuratum, vt in eum influant efficaciter quidem, ſed mere ſecundùm hominum

exiſtimationem , & imputabilitatem , & non phyſicè. ibid.

Phyſico-moralis *eſt,quæ per liberum concurſum aut applicat immediatè cauſam phyſicam vel mediatam,vel immediatam ad te interficiendum,aut per phyſicam liberam actionem circa perſonam tuā adaptat te , vt infallibiliter interfici poſſis ab alia cauſa vel naturali,vel libera.* n. 17.

Computatur cum furioſo,aut fera homo alioqui rationis compos , qui à te incitetur ad exercendam actionem contra ſeipſum,vel contra aliū illatiuā mortis ex natura ſua, ſed qui neſciat actionis naturam,& damnum ſibi,vel alteri ex illa ſecuturum. n. 18.

Reſpectu talis effectus ignorati , talis operans ſe habet vt agens naturale. ibid.

Ad conſtituendam cauſalitatem phyſicomoralem *in ordine ad necem alicuius,requiruntur duo, vnum* merè morale , *& eſt concurſus liberæ voluntatis,qui fundat imputabilitatem , exiſtimationemque hominum,& actionem denominat* humanā: *alterum* merè phyſicum , *& ſunt ipſæ cauſæ phyſicæ,ſeu naturales,operantes mediatè , vel immediatè deſtructionem compoſiti ſine vllo influxu libero.* numet. 19.

Hoc cauſalitatis genus,per quod quis eſt cauſa efficax alienæ mortis , ſufficit ad denominandum homicidam voluntarium, *ſeu cauſam proprie dictā alieni leti.* n. 20.

Doctrina de cauſa, quæ allata eſt. n. 14. *eſt optima,ſed debet intelligi de cauſa nō* merè phyſica,*ſed de* phyſico-morali. n. 21.

Venenator occidit proprie, & phyſice, id eſt non mere moraliter,ſed phyſico-moraliter ipſum venenatum,quia applicat ipſum venenatum,qui nihil ſcit de veneno latente, tanquā cauſam merè phyſicam *ad occidendum ſeipſum mediante veneno.* ibid.

Afferuntur optima Doctorum dicta in hanc rem , & in terminis magis expreſſis dicta D. Paſſerini, & Molinæ. num. 22. 23. 24.

Dilatio temporis non tollit,quo minus effectus ex tali cauſa ſequatur,ac proinde denominetur homicida,qui necat per venenū operans poſt longum tempus. n. 23.

Occiſio per venenum tanquam proditoria, *excluditur ab immunitate.* num. 25.

Impugnatur dictum Dianæ volentis , quòd Doctores aſſerentes occidentem veneno inimicum non gaudere immunitate , loquantur in terminis iuris communis ante Gregorianam *Conſtitutionem.* n. 26.

Ea Conſtitutio vtitur nudo termino : proditoriè occiderint : *cui termino, ob ſenſus identitatem, æquiualet terminus:*occiderint per induſtriam , & per inſidias : *quo vtitur ius commune.*ibid.

Non habet eadem Conſtitutio vllum verbum,ex quo colligatur,quòd ipſa velit alligare tationem proditorij *ad aliquid diſtinctum ab eo , quod ſignificat textus iuris communis.* ibid.

Diſtinctio hæc loquendi in terminis iuris communis , *&* poſt Gregorianam *non habet vllum fundamentum ad conuincendū, quòd occidens veneno inimicū poſt Gregorianā gaudet immunitate,cum tamen non gauderet ante illam.* n. 27.

Procedunt dicta de venenante,ſiue adhibeat venenum, ſiue herbas venenatas vt cicutam, ſalmandriam, aconitum, pintuocarpum, bobuſtrum, mandragoram, cantaridem,per quorum vſum,ſecuto mortis effectu,aut læſa valetudine, incurritur reſeruatio ſancita pro veneficio. n. 28.

Non differunt necare , & occidere. ibid.

Si ego dem tibi poculum per pincernam , aut ferculum per coquum, & hi ſciant venenum ineſſe , ego gaudeo immunitate, tanquā cauſa mere moralis *tuæ mortis, & mandās,illi verò non gaudēt, tāquā liberi executores immediate eiuſdē mortis.* n. 29.

Si prædicti potionem aut eſcam venenatam ſcientes miſceāt,& parent,non autem eam propinēt,aut porrigāt ipſi ſe dego,ſunt quidem cooperatores ad proditoriū *per præparationē cauſæ proximæ ad illud ordinatæ,& fiunt irregulares,at non amittūt immunitatē cum non ſint cauſa phyſico-moralis venenationis:amitto autē ego,ſecuto effectu mortis cuius extiti talis cauſa.* n. 30.

Si prædicti neſciant ineſſe venenum ſed mere materialiter ſe habeant in porrigendo tibi veneno , iam ego immunitate non gaudeo , quippe ſum cauſa phyſicomoralis vnica tuæ venenationis. n. 31.

Maritus

Maritus Zelotypus, ſi redigat in eas anguſtias vxorem, vt ſciens, & repugnãs quidem, ſed reſiſtere, & ſe tueri non valens, debeat ex vi ſibi illata venenum haurire, ne crudeliorem mortem patiatur, eſt proditorius *homicida*. n. 32. *ſed immunitate gaudet, cum non ipſemet venenet per ſe ipſum, ſed per ipſam coniugem venenatam, quæ coactè, & inuoluntariè quidem ſecundùm quid, ſed liberè, & voluntariè ſimpliciter, venenat ſeipſam, ſumendo ſcienter hauſtum letalem.* ibid.

Voluntas coacta, eſt tamen voluntas. n. 33.

Contra rationem actus voluntatis eſt, vt ſit coactus, cum actus voluntatis nihil ſit aliud, quàm inclinatio quædam procedens ab interiori principio cognoſcente, quod autem eſt coactum, fit à principio exteriori. ibid.

Qui metu coactus conſentit, abſolutè conſentit voluntariè, non obſtante, quòd illi conſenſui, ſeu volitioni iungatur nolitio, quæ ſolùm eſt nolleitas, qua nollet, ſi timor mali abeſſet, quæ proinde eſt omnino inefficax, cum conditio non extet. ibid.

Voluntas coacta ſufficit ad peccatum mortale, ſicut voluntas ſine coactione, ſi cætera adſunt in voluntate coacta ex parte materiæ, & coactio non tollit conſiderationem neceſſariam. num. 34.

In prædicto caſu maritus ſe habet vt mandans ad vxorem, vt ad mandatariam ſuæ venenationis. num. 35.

Venenans ſe voluntariè, quamuis coactè, occidit directè ſeipſum n. 36. *& mortaliter peccat contra negatiuum præceptum de non occidendo ſeipſum, quod obligat etiam, quando offertur hauſtus veneni ad vitandam crudeliorem mortem.* n. 37.

Chapeauille excuſat illos, qui ſuo tempore coacti fuerunt ab hæreticis ex altiſſimis locis ſe præcipites dare, ne grauiora paterentur. ibid.

Qui metu maiorum tormentorum cogitur aliquid facere, non videtur eſſe in culpa, ſi mors ſequatur, ſecundũ Chapeauillè, quia, inquit, non eſt tam actio illius, quàm cogẽtis: quæ ratio non ſubſiſtit, cum qui agit coactus, ipſe tamen agat, quia voluntariè agit, & ab intrinſeco: vnde niſi aliunde conceſſa fuerit facultas agendi id, ad quod cogitur, illegitimè agit. ibidem.

Si figuretur caſus cum talibus circumſtantiis, vt perſona coacta non cooperetur vllo modo ad ſumptionem veneni, niſi deglutiẽdo infuſum aliena manu in os, quæ deglutitio ſit ex neceſſitate naturæ vitantis præfocationem, non ex electione voluntatis, infuſor violentus non gaudet immunitate, quippe interfecit per ſe ipſum immediatè, propriè, & phyſico-moraliter. n. 38.

Venenaret per ſeipſum, & immunitate priuaretur tanquam proditor, *qui in anguſtiis ſupra deſcriptis inuergeret alicui venenum per fiſtulam gutturi illatam.* n. 39.

Qui, excluſis iiſdem anguſtiis, per vim quidem, ſed non abſolutam, venenum infunderet ſcienti, ac repugnanti, non eſſet proditorius *homicida*: ibid.

Si exhibeam ficum venenatam vni, & ea præter præuiſionem, & intentionem meam præripiatur ab altero, qui, non audente me illum monere, & impedire, moriatur, ego permiſſiuè ſolùm me habeo ad mortẽ. n. 40. *nec ſum homicida, nec fio irregularis.* n. 41. *neque amitto immunitatem.* num. 42.

INFERTVR primò, quidquid immeritò contrà ferè omnes alios Doctores dubitet Nald. *in ſum. in Verb. Eccleſia. n.* 32. 1
§. *tertiò.* eum qui proximum ſuum veneno necat, quod eſt crimen à numero atrociſſimorum Boniſac. *de furtis.* §. 3. *Contrectatio. n.* 53. Gamb. *lib. 5. cap.* 30. *n.* 6. Annæus Robert. Aurel. *rerum iudicatarũ. lib.* 1. *c.* 6. *fol.* 35. eſſe in toto rigore proditorium homicidam. Idem Gambac. *cit. lib.* 5. *c.* 28. *n.* 1. Salicet *in leg. cum fratrem. C. de his, quibus vt indignis. n.* 1. Ioan. de Anania *in cap.* 1. *de homic. n.* 1. Bald *ſuper feudis fol. mihi* 27. *à tergo. n.* 16. *ſub tit. quibus modis feudum amittatur*, & allegat textum *in leg.* 1. *C. de malef. & mathem. & fol.* 28. *col.* 1. *ante numerum.* 17. *in margine* dicit, omnes conuiuales ſe occultis offendentes, eſſe proditores. Couarr.

lib. 2. variar. reſol. cap. 20. numer. 7. §. Tandem. verſ. pro eius. Gomez variar. reſol. tomo 3. cap. 3. numer. 7. Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 29. num. 21. & lib. 9. cap. 22. numer. 1. Plaza epit. delict. lib. 1. cap. 20. & 21. vtrobique ante numerum 1. Chaſſaneus in conſuet. Burgundiæ. rubr. 1. numer. 61. fol. mihi 18. Alexand. conſ. 145. numer. 6. lib. 7. Caluacan. de Brachio regio. parte 1. numer. 75. & in alia editione in fol. numer. 80. Paulus Fuſcus in ſingular. lit. P. numer. 106. Auguſtin. de Arimino in Apoſtill. ad Angelum Aretinum. tit. Fecit inſultum. numer. 4. Fontanell. de pactis. nuptial. clauſ. 4. gloſſ. 14. numer. 118. pag. mihi 368. Laratha in Theatro feudali. parte 10. dilucidat. 53. numer. 12. & dilucidat. 89. numer. 4. & conſ. 102. numer. 27. Aloys. Catalan. tractat. crimin. amneſtiæ, abolitionis, & indultus. cap. 31. numer. 9. & cap. 37. numer. 19. reddens rationem numer. 25. Carolus Maranta parte ſecund. reſponſ. 33. numer. 51. Caluin. in Lexico iuridico in Verbo Proditor. Ioannes de Lignano inter conſilia criminalia per Zillettum collecta. conſ. 20. numer. 11. Gaſpar Anton. Theſſaurus in additionibus ad Antonini patris ſui deciſionem. Pedemontanam. 245. fol. 191. col. 4. ibi: in hoc caſu proditorio. Galganet. de iure publico. lib. 3. tit. 69. numer. 31. pagin. mihi 257. Carer. in pract. crimin. §. in textu. ibi: veneficiorum. fol. mihi 29. numer. 2. & rurſum fol. 99. col. 4. numer. 32. & 34. & denuò fol. 168. numer. 37. Iacobus Nouellus in tract. cauſ. crimin. num. 40. fol. mihi 13. Silueſter in ſumm. in Verbo. Proditio. Bernardus Diaz, & cum eo Salzedus in pract. criminali canonica cap. 88. ſub initium ex Butrio & Baldo. Millæus in praxi criminis perſequendi. fol. mihi 61. & in alia editione fol. 47. numer. 14. Gulielm. Benedictus poſt repetit. cap. Raynutius de teſtam. in quæſt. de homicidio. fol. mihi 40. col. 4. numer. 35. Guido Pape quæſt. 191. numer. 4. Grammat. deciſ. 33. numer. 2. & voto 3. numer. 1. & conſ. 36. numer. 2. Gigas de crimin. læſæ maieſt. lib. prim. tract. Qualiter, & à quibus &c. quæſt. 10. numer. 23. & lib. 3. tract. de proditoribus. quæſtion. 1. numer. 6. Decius Fauilla citata allegatione apud Campanil. in diuerſorio iuris canonici. Rubrica 11. cap. 31. numer. 8. & 9. §. Indultus. Azor parte 3. lib. 2. cap. 18. ad finem. Suarez de Paz. in ſua praxi. parte quint. tomi 1. cap. 3. §. 3. numer. 115. & numer. 121. Marcell. Vulpe in praxi iudic. cap. 3. num. 10. Marius Italia de immun. lib. prim. cap. 5. §. 4. numer. 4. & 35. Paſſerin. tract. de pollut. Eccleſiar. diſp. 5. cap. 24. numer. 6. Caball. tract. de omni genere homicidij. numer. 418. & 551. & reſol. criminal. centuria 3. caſu 278. numer. 2. Bonacina tomo 3. de cenſur. in particulari. diſput. 2. quæſtion. tert. puncto 16. §. 8. numer. 1. Bertachin. Verb. Proditor. & eius Additionatur Æmil. Mar. Manoleſſus Verb. Venatio. Iacobin. de S. Georgio. de feud. fol. mihi 261. num. 17. Ioan. Anton. de Nigris in comment. ad cap. Regni Neapol. cap. 13. Nuper ad vindictam. numer. 33. fol. mihi 60. col. 3. Hippolytus Riminald. in l. Imperium ff. de iuriſd. omn. iud. numer. 299. Aluarez Guerrero. in Theſauro Chriſtianæ relig. cap. 71. numer. 15. Boetius Epo Rordahuſanus Friſius. Heroicarum, & Eccleſiaſticar. quæſtionum cap. 6. pagin. mihi 102. numer. 34. vbi expreſsè de iis, qui veneno, vel pharmacis necant, amicitiam ſimulantes. Felin. in cap. 1. extra. de homici. Villagut. de extenſ. leg. pag. mihi 362. n. 53. §. Quintus modus. Paulus Borgas. de irregular. parte 6. ſub rubrica de veneficiis. n. 7. fol. 268. Foller. in pract. crimin. tit. quòd ſororem venenauit. n. 3. fol. 238. Alba conſ. 72. n. 1. lib. 1. Iodocus Damhouderius in enchirid. rer. crimin. cap. 74. n. 1. Hieronym. à Laurent. deciſ. Auenionen. 20. n. 5. omiſſo per typhographi incuriam. Burſat. conſ. 147. n. 29. lib. 2. Baiard. ad Clar. §. Homicidium num. 23. & quæſt. 68. n. 123. Raymund. Caſſina tract. de off. & poteſt. regularis Eccleſiæ Præfecti

in

*in verbo Eccleſia num.*33. Don Iuan Vela, & Acunna *tract. de pœnis delictorum capite* 26. *in princip. & in* §. *Ex præmiſſis, & ad finem capituli.* Neuizan. *in ſilua nuptiali lib.*1. §. *Deueniendo igitur. n.*43. *pag. mihi* 36. Homobon. *in exam. parte* 2. *tract.* 11. *cap.*5. *quæſt.*5. *reſol.*4. *ſub initium. pag.*325. *col.*2. Tolet. *de ſeptem peccatis mortal. cap.*45. *verſ. Aliud dubium eſt.* Ricc. *parte* I. *deciſ.*80. *num.*I. Graffis *conſilior. lib.*5. *de homicid. conſ.*7. *num.*15. *& de caſibus reſeruatis lib.*1. *cap.*14. *n.*30. *& rurſum num.*50. *& parte* 2. *deciſ. aur. lib.*2. *cap.*19. *num.*4. Scortia *in ſelect. Pontif. Conſtit. theoremate* 385. §. *Quartò ſi.* Rebuff. *tomo* 2. *Conſtit. Regiar. tit. de immun. Eccleſ. num.*19. *fol. mihi* 335. Anaſtaſ. Germonius *de ſacror. immun. lib.*3. *cap.*16. *num.*63. Camill. Borell. *de magiſtratuum edictis, lib.*3. *cap.*6. *num.*40. Barboſa *lib.*2. *vniuerſi iuris Eccleſ. cap.*3. *num.*94. Megal. *inſtit. confeſſ. parte* 3. *lib.*4. *cap* 2 *num.*18. §. *Tertiò.* Leo *in Theſauro parte* 1. *cap.*13. *n.*26. Caſtil. *deciſ.*154. *num.*5. Cardinalis Tuſchus *in lit. P. concluſ.*869. *num.*20. Caſtro Palaus *in cit. diſput. vnic. puncto* 9. *num.*26. Alexand. Peregrin. *tract. de immun. cap.*7. *num.*6. Farinac. *in praxi. quæſt.*18. *num.*74. *& quæſt.*28. *n.*24. *ad finem, & quæſt.*122. *nu.*4. Molina Theologus *de iuſt. tract.*3. *diſp.*24. *num.*1. vbi quòd hoc ex ſe perſpicuum eſt. Anelus Perſicus *de præcipuo Sacerdotis officio. lib.*1. *cap.*9. *num.*111. *fol.*359. Franciſcus Suarez *tomo* 1. *de relig. lib.*3. *cap.*11. *num.*12. Sebaſt. Guazzin. *defenſ.*1. *cap.*38. *num.*43. *ad finem.* Honded. *conſ.*88. *num.*7. *lib.*2. Ioannes de Arnono *epitomate* 49. *ex Baldo in l. Nemo. Cod. de ſumm. Trinit.* Vincent. de Franchis *deciſ.*230. *num.*7. Ioan. Carolus Antonellus *tract. de regimine Eccleſiæ Epiſcopalis. lib.*1. *cap.*9. *num.*76. Bonaudus de Sauſeto in additionibus ad Ioannem de Terra rubea *art.*6. *tract.*3. *fol. mihi* 72. *col.*2. *ad initium.* Ægidius Boſſius *tit. de homicidio, num.*14. Muſcatell. *in practica criminali, de homicidio ſimplici. num.*45. *fol.*17. Peguera *deciſ.*54. *num.*12. Fernandez de Otero *diuerſar. quæſtionum iuris. parte* 3. *quæſt.*17. *num.*1. Didac. à Cantera *qq. criminal. cap.*6. *de homicidio, num.*31. *ſed per typi errorem* 33. *pag.*539. *col.*1. *& pag.*80. *col.*1. Eliſæus Danza *de pugna Doctor. tit. de veneno. cap.*1. *num.*3. Muta *deciſ. Siciliæ* 1. *num.*20. Lucas Horon. *de caſib. reſeruat caſu* 4. §. 1 *num.*14. *parte* 2. *pag.*474. Coriolan. *de caſib. reſeruat. part.*2. *caſu* 10. *nu.*5. Pellizzar. *in manuali Regular. tom.*2. *tract.*8. *cap.*5. *num.*18. *& tract.*9. *capite* 4. *num.*208. Catellianus Cotta *in memorabilibus in verb. Homicidium, pag. mihi* 310. *&* 311. Criſpoltus *caſu militari* 26. *numero* 14. Brunorus à Sole *in compendio reſolutorio propoſitionum iuris. ver. veneno occidens, & in tomo quæſtionum q.*26. *num.*17. Lancellot. Conrad. *de Prætore. Rubrica de veneſ. nu.*2. Decius *in cap. Quæ in Eccleſiarum. num.*70. *de Conſtit.* Hippolytus de Marſiliis *in Rubrica, ff. ad l. Corneliam. de ſicar. numero* 5. Layman. *lib.*4. *tract.*9. *cap.*3. *num.*8. Paces Iordan. *elucubrat. lib.*11. *tit.*3. *de immun. Eccleſiæ. nu.*345. Vincenr. Tancredi *cit. tomo de relig. tract.*1. *lib.*4. *diſp.*8. *quæſt.*5. *num.*21. *fol.*138. Baldell. *lib* 3. *de vitiis, & peccatis capital. diſp.*10. *num.*4. Paulus Squillante *de priuileg. Clericor. cap.*6. *dub.*3. *num.*55. Ioſeph de Ianuario *de caſib. reſeru. reſolut.*64. *numero* 36. Aluarot. *de feudis fol.*267. *nu.*3. Gabriel de Bellis *tract.*3. *de ſicariis, & veneficis cap.*3. §. 3. *num.*8. Seraphin. Maſſinus *de confiſcatione quæſt.*31. *n.*68. Carpanus *commentar. ad cap. Homicida. nouar. Conſtit. n.*718.

Et quidem meritò, non ob rationem allatam à Deciano, & aliquibus aliis, *quia, inquiunt, grauius eſt hominem veneno necare, quàm gladio, l.*1. *C. de maleſ. & mathem.* 2

Quæ ratio nihil concludit, cum non petat formalem conceptum proditorij, ſed ſolum exceſſum malitiæ in vno homicidij modo præ alio oſtendat, cum per aliquam clauſulam declarata non ſit,

Non inquam ob eam rationem, ſed 3

Ee 3 ob

ob illam aliam, quia ſcilicet venenator occidit hominem ideo non præcauentem, & ſe hîc, & nunc defendere non valentem, quia viuit omninò affidatus de porrigente venenum vel in cibo, vel in potu, ad quem cibum, & potum non debuit reſtringere homicidium per venenum Caballus *cit. tract. n.549.* ſicut nec Graff. *cit.c.14.n.31.* vel in floribus, vel aliter,

Qui ſcilicet porrigens eſt ſibi vel apparenter amicus, vel hoſpitalis, vel connexus per parentelam, vel per coniugium, vel per ſtabilitam peculiarem ſocietatem, vel per familiaritatem,

Cum præſertim venenum non ſoleat propinari, niſi per amicos, & familiares, vt notauit S. Antoninus *parte 2. tit.1.cap.22.de proditione*, § 8. vel vt plurimum per eos miniſtretur, de quibus venenatus confidit. Gigas *cit.lib.1.q.10. num.*24. Ioannes de Lignano *cit.conſ.*20. *num.*11. Baiard. ad Clarum *quæſtione* 68. *num.* 125.

4 Vt propterea rectè dictum ſit per gloſſ. *in l.1. ff. ad Sillan.* quòd nulla eſt efficacior peſtis ad nocendum, quàm familiaris inimicus, quam gloſſam allegat Guilielm. Benedictus *in cit quæſt. de homic.fol.*39.*col.*4. *§.Secunda cauſa eſt*, Et quod dictum ſequuntur S. Antonin. *cit. cap.*22. §.1. Sebaſt. Medices *de peccat.capital. tit.6.q.*13. & Plaza *cit.lib.*1. *cap.*21.*n.*1. *ad finem.* Iacob.Bonaudus de Sauſeto *in addit. ad Ioannem de Terra rubea art. 6. tract.3. fol. mihi 72. col.2. ſub initium.*

5 Per familiaritatem inquam, vel demum etiam per ipſam communem ſocietatem humanam, immo ius cognationis, quod natura inter Chriſtianos inſtituit ex traditis per Ioannem Andream *cap. pro humani. de homic. in 6. in verb. diffidatus,n.*5.

Quæ ſocietas, & cognatio per intellectum apprehenſa, efficit, vt communiter viuamus cum confidentia, vel ſaltem ſine diffidentia de aliis, etiam exteris, & nullo modo ſuſpicemur, nobis nocendum eſſe, verbi gratia inficiendum à quoquam publicum fontem, è quo proinde ſecuri, atque intimidi aquas reputatas innocentes haurimus, vel liniendos ad ſpargendam peſtem, vt fieri dicunt, letali vnguento oſtiorum peſſulos, quos ſine vllo metu tractamus, &c.

Quia præſumitur, inquit Anonymus in ſua allegatione apud Campanil. *Rubr.11.cap.31.pag.647.col.1.durare inter eos, id eſt Chriſtianos, naturalis illa, ac generalis amicitia, fides, concordia, & ſocietas, quæ vniuerſaliter eſt à principio inter homines omnes, præſertim Chriſtianos. argum. text.in l vt vim, ff.de iuſt. & iure, & iuxta illud: Diliges proximum tuum, ſicut teipſum.Text.opt.in l.5. §.nam ſi cum gente, ff. de captiu. Vnde fit, vt cum non adſit cauſa particularis inimicitiæ, & ſuſpicionis, ſi quis, præſertim Chriſtianus, ſine diffidatione interficiat alterum, dicatur feciſſe proditoriè, quia ex inſtinctu naturali habebatur vt amicus in vniuerſali, & generali.* Ita ille, qui potuiſſet ſtabilire ſuam doctrinam doctrina S.Thomæ 2. 2.*quæſt.*114.*art.*1. *ad* 2. vbi quòd omnis homo naturaliter omni homini eſt amicus quodam generali amore. 6

Et his conſonant tradita per Caballum *cit.tract.num.*458.*&* 460. dicentem, quòd largè, & minus propriè proditio committitur etiam contra fidem tacitam, quæ in ratione humanæ ſocietatis conſiſtit, per quam homo homini prodeſſe, non verò inſidiari debet *l. vt vim, ff. de iuſt. & iure*, atque ideo qui hominem non prouocantem, neque tale quid ſuſpicantem dolo occidit, fidem illam tacitam, & generalem humanæ ſocietatis violare cenſetur. Ita Caballus, immeritò tamen dicens, eſſe *largè proditionem*, cum ſtrictiſſimè ſit talis. 7

Et ex his patet, quod Cantera *cit. pag.*80. non diſcurrit in ſenſu formali, quando dicit, eum, qui veneno occidit, dici

dici proditotiè occidere ex ea ratione, quia qui veneno occidit, ſectetè, & clandeſtinè occidit, vt neſciatur, & ſecundùm declarationem Bartoli eſt vnum actibus oſtendere, aliud in mente gerere, quia qui veneno occidit, diſſimulat cum occiſo, & rractat in animo, & ponit in opere de occidendo. Ita Didacus Cantera.

Non reſtringi proditorium in venenatione ad eam, quæ fit ſub colore amicitiæ.

8 Non reſtringo autem proditorium in venenatione ad eam, quæ fit ſub colore amicitiæ, ſicut reſtrinxit Vincent. Tancredi *cit. diſp* 8. *quæſt.* 5. *n.* 21. *pag.* 138. dicens, moraliter ſemper occiſionem ex veneno fieri per ſpeciem amicitiæ, quod etiam ſenſerunt Ioannes de Lignano *cit. conſ.* 20. *n.* 11. *inter criminalia per Zilettum collecta.* Anonymus apud Campan. *pag.* 649. *col.* 1. Baiard. ad Clar. *§. fin. quæſt.* 68. *in verbo Venenum malum. num.* 125.

Sed iuxta ſuperiora mea principia aſſero, *proditorem* etiam eſſe illum, qui non vtitur colore amicitiæ ad venenandum, inuitando ſcilicet ad epulas, aut potum, ſed ſine huiuſmodi colore inuenit modum inficiendi cibum, aut potum, quibus alter vſurus ſit ſine ipſius venenatoris, aut vllius complicis miniſterio, ſed per ſeipſum in propria domo, ad quam putet, non patuiſſe ingreſſum venenatori.

Verbi gratia. Viuis ſolitarius in domo, & abſcedis. Ego, qui in eadem domo latebam, inficio veneno cibum, quem tu tibi paraſti pro cœna, & migro. Tu reuerſus, ſumis cibum, quem non putas contrectatum ab alio, ſed paratum à te vno, & ſic venenaris merè indiffidatus, non autem affidatus à me, cum neque in domo mea comedas, neque me miniſtrante ad comedendum vtaris. Ego autem in hoc caſu occido te incautum ex inſidiis negatiuis, perinde ac ſi incognitus è latibulis in re ſclopetum exploderem.

Et conuincitur hæc non reſtrictio proditoriæ venenationis ad colorem amicitiæ per ea, quæ dicturus ſum §. 21. *infrà.* vbi quòd proditorij homicidæ ſunt procurantes cum effectu abortum animati fœtus per potiones, quæ in reipſa ſunt venenum: in quo caſu nullus interuenit amicitiæ color ergà infantulum incapacem affidationis.

Confirmantur autem ea, quæ dixi, ex ratione allata per Decianum *tract. crimin. lib.* 9. *cap.* 22. *num.* 1. vbi cum dixiſſet in necatione per venenum interuenire inſidias, & proditionem, dicit rationem eſſe, quia venena vt plurimum propinantur *occultè, & per inſidias*, ideò difficilius euitari poteſt.

Non haberi rationem inimicitiæ in proditorio per venenationem.

Iure autem plerique Doctores homicidis per venenum inurunt notam *proditionis*, non facta vlla exceptione *inimicitiæ*, quam inimicitiæ taciturnitatem in hoc veneni caſu apud ipſos Doctores notarunt Marius Italia *de immun: lib.* 1. *c.* 5. *§.* 4. *n.* 4. Vincent. Tancredi *cit: q.* 5. *n.* 21. *pag.* 138. 9

Siquidem, quantumuis inimicus ſit, qui veneno necar, non ob id actus eximi poteſt à qualitate *proditorij*, neque *inimicitia* tollit, quominus occidatur impræcauens, atque impotens hic, & nunc ad ſe tuendum, cum actualiter non præcognoſcat aggreſſionem per venenum ita opportunè, vt abſtinere poſſit à re venefica, & periculo ſe ſubducere.

Neque dici poteſt tritum illud, ſed 10 futile omnino, *debuiſſe nempè venenatum præcauere ab inimico, ne ſibi venenum porrigeret,*

Tum quia venenatus non præcognoſcit actualiter hoc debitū, ſi adeſt:

Tum

Tum quia re vera non poteſt habere debitum præcauendi à veneno, cum hæc præcautio ſit planè impoſſibilis;

Nam alioqui, vt quis præcaueat à veneno ſimpliciter, & abſolutè, abſtinendum illi erit, etiam in propria, & ſolitaria domo, ſi ſciat, ſe habere inimicum, ab omni cibo, potu, olfactu, tactu, & aliis omnibus, in quibus latere venenum poteſt, per clancularias, & humanitus ineuitabiles artes illitum ab inimico ſuo.

Quæ tamen ridicula ſunt, & ſtante humana conditione, fieri nullatenus poſſunt, id quod non aduertit Thom. del Bene *parte 2. de immunit. & iuriſd. Eccleſ. cap. 16. dub. 20. ſect. 2. numero 6.* docens indiſtinctè, quòd venenatus poterat præcauere; ſed quæro quo modo?

Contrarium autem optimè aſſerit Ricc. *parte 1. deciſ. 168. num. 1. & part. 3. deciſ. 262. num. 5.* Eliſeus Danza *de pugna Doctor. tomo 2. tit. de veneno, cap. 1. num. 2.* Catalan. *cit. tract. crimin. amneſtiæ, abolitionis, & indultus, cap. 37. nu. 29.* vbi quòd nil difficilius euitari poteſt, quàm venenum ex Galeno. Carolus Maranta *reſponſ. 33. numer. 51. parte 2.* Annæus Robertus *cit. lib. 1. capite 6. folio 35. à tergo.*

11 Et in hoc caſu maximè habet locum, quod dicit Lucas de Penna *in l. ſeruum, C. de delator. lib. 10. num. 8.* relatus per Gomez *cit. cap. 3. num. 5.* Plazam *cit. lib. 1. cap. 21. num. 1. propè finem.* Caualcanum *de brachio regio. parte 1. num. 79. & in alia editione, num. 83. O quàm crudelia, & mortifera ſunt iacula proditoris! Vix enim erit, aut vnquam, qui ſibi poſſit ab eius ictibus præcauere, &c.*

Conſonat Decian. *lib. 7. c. 30. num. 3. tract. crim.* dicens, vix eſſe, qui ſe à proditione præcauere poſſit, niſi ſit diuinus. *& lib. 9. c. 22. n. 1.*

Et Gigas *cit. lib. 1. quæſt. 10. num. 19. de crim. læſæ maieſtatis.* dicens, ab inimico cauere nos poſſe, ab eo autem, qui ſe amicum extrinſecè gerit, & intrinſecus inimicus eſt (cuiuſmodi regulariter eſt, qui venenum propinat) eſſe ferè impoſſibile præcauere. Quamquam interdum etiam ab inimico præcaueri non poteſt, vt alibi notaui.

Apparet ergo, poſſe *proditorij* no- 12
tam conuenire inimico necanti per venenum aliquem, qui à veneno prudenter, & modo hominibus poſſibili præcaueat, vt quilibet præſumendus eſt facere, ne mortalis peccati *intimiditatis*, ac *tentationis Dei*, reus ſit.

Quare non eſt audiendus Thom. 13
del Bene, qui expreſsè *cit. cap. 16. dub. 20. ſect. 2. num. 5. & 6.* dicit, non eſſe *proditorium* homicidam illum, qui veneno inimicum perimit: ſicut neque Eſcobar, qui *tract. 6. verb. ſtatus. exam. 4. cap. 3. de immun. templ. pag. 732.* idem ſignificat, quod citatus del Bene: neque Sperell. *deciſ. 23. per totam*, neque Diana *parte 6. tract. 1. reſol. 12. §. Sed ego puto*: neque Nouar. apud Dianam *ibidem, §. Ad auctoritatem*: neque Io. Carol. Antonell. *cit. lib. 1. cap. 9. num. 80.* neque Petr. Paulus Guazzin. Sebaſtiani filius *tract. morali ad defenſam lib. 2. defenſ. 1. cap. 14. n. 20. & n. 24.* neque Burſat. *conſ. 147. n. 29. lib. 2.* idem dicentes;

Inimicitia enim nihil facit ad rem in caſu veneni, quod vnuſquiſque, quippè amans vitæ, & peccati *intimiditatis*, ac *tentationis Dei* non reus, præſumitur hauſiſſe omninò inaduertibiliter, non autem temerè, vt propterea ſibi imputare debeat, ſi veneneтur, cum haberet cauſam præcauendi, & ſibi præcauere poſſet, & deberet, vt non benè ſupponunt citati Del Bene, & Diana, & Antonellus, qui loquitur de occidente per venenum inimicum etiam dormientem: at quo modo occiditur veneno dormiens? Id fieri poteſt fortaſsè per aliquam vnctionem.

Sed

Sed gaudétne homicida venenator immunitate?

14 Difficilis eſt hæc quæſtio, & à nemine, quem viderim, examinata, vt decet;

Inſpectâ enim primo aſpectu doctrinâ Caſtro Palai *cit. diſput. vn. de reuer. deb. locis ſacris. puncto 9. num.* 17. Thomæ del Bene *cit.cap.16.dub.19.ſect.8.n.*11. *& dub.20.ſect.*8.*n.*2.*dub.*21.*ſect.*7.*num.*6. aſſetentium ad occiſionem proditoriam ex *Conſt. Gregorij XIV.* excipiente duntaxat *occidentes proditoriè*, requiri, vt propriè, & phyſicè quis occidat,

Videtur contrà communem non deſerendam ſententiam, inferendum, quòd non priuetur immunitate homicida venenator, quia ipſe non occidit propriè phyſicè, cum non applicet immediatè, & per ſe ipſum humoribus cauſam deſtructiuam compoſiti, id eſt venenum, ſed occidit ſolùm moraliter, quatenus exhibet venenum, quod ipſemet venenatus attrahit, edendo, bibendo, olfaciendo, tangendo, vel aliter applicando ſibi luem, vt proinde idem venenatus, ſit dicendus ſolus cauſa propriè phyſica ſuæ necis, perinde, ac ſi gladio ſe confoderet, quamuis inuoluntaria ob occultæ peſtis inaduertentiam.

Cauſa phyſica quæ?
Quæ moralis?
Quæ phyſico-moralis?

15 Sed vt præſenti difficultati, & aliis ſimilibus infra tangendis ſatisfaciam,

Aduerto, quòd cauſa tuæ necis poteſt eſſe vel merè phyſica vel merè moralis, vel phyſico-moralis, vt ita dicam, ſeu mixta.

16 *Merè phyſica* eſt, quæ ſine vllo liberæ voluntatis concurſu te occidit, vt ſi furioſus te gladio confodiat, leo te laniet, venenum te extinguat. Quamquam venenum eſt potius inſtrumentum, quàm cauſa, vt infra.

Merè moralis eſt, quæ per liberæ voluntatis concurſum aut applicat, aut fouet aliam cauſam, quæ item per ſimilem liberæ voluntatis concurſum applicat cauſam merè phyſicam ad te occidendum, vt ſi quis mandet, aut ſuadeat alteri, aut illum animet, vt in te immitat furioſum enſe armatum, vel canem rabidum, vel ſagittam:

In quo caſu iſti mandantes, conſulentes, animantes, ita ſe habent ad effectum ab alio liberè immediatè procuratum, vt in eum influant efficaciter quidem, ſed merè ſecundùm hominum exiſtimationem, & imputabilitatem, & non phyſicè, cum ipſi non applicent verè cauſam phyſicam ad agendum, ſed alter ab ipſis per mandatum, conſilium, animationem permotus ad applicandum.

Phyſico-moralis eſt, quæ per liberum concurſum aut applicat immediatè cauſam merè phyſicam, vel mediatam, vel immediatam ad te interficiendum, vt ſi quis incitet furioſum, vt te feriat, leonem, vt te laniet, vel in te ſagittam conciciat, iuxta doctrinam Henrici Henriquez *in ſum. lib.* 14. *cap.* 14. *numero primo* vbi quòd applicans cauſam, quæ naturali vi eſt efficax mortis, dicitur *moraliter occidere*: 17

Aut per phyſicam liberam actionem circa perſonam tuam, adaptat te, vt infallibiliter interfici poſſis ab alia cauſa vel naturali, vel libera, vt ſi quis te teneat, vt ab altero iuguletis, vel te illiget arbori in ſilua, vt lanieris à feris, vel trucideris ab inhumano latrone, vel te includat in cubiculum, vt à feneſtra te inimicus ictu ſclopi interimat.

Computo autem cum furioſo, aut fera hominem alioqui rationis compotem, quià te incitetur ad exercendam

Digitized by Google

actionem contra ſeipſum, vel contra alium illatiuam mortis ex natura ſua, ſed qui neſciat actionis naturam, & damnum ſibi, vel alteri ex illa ſecuturum;

Reſpectu enim prædicti effectus omninò ignorati, talis operans ſe habet vt agens naturale, ſicut ſe habet furioſus, leo, taurus ad occiſionem alicuius, vel ſclopus ad explosionem plumbi in aliquem.

19 Itaque ad conſtituendam cauſalitatem *phyſico-moralem* in ordine ad necem alicuius, requiruntur duo, vnum merè morale, & eſt concurſus liberæ voluntatis, qui fundat imputabilitatem, & exiſtimationem hominum, actionemque denominat humanam:

Alterum merè phyſicum, & ſunt ipſæ cauſæ phyſicæ, ſeu naturales operantes mediatè, vel immediatè deſtructionem compoſiti ſine vllo influxu libero.

20 Et hoc cauſalitatis genus, per quod ſcilicet quis eſt cauſa alieni leti efficax, id eſt ei cohærens, nec niſi rarò ab eo abiuncta, ſufficit ad denominandum *homicidam voluntarium*, ſeu cauſam propriè dictam alienæ mortis, ſicuti ad denominandum te exuſtórem materiæ paratæ, & cauſam efficacem exuſtionis, ſufficit, quòd facem iniicias, vt notauit Stephan. Bauny *in Theol. moral. tract.* 11. *quæſt.* 27. *ad initium*, & colligitur ex cit. Henriquez.

Solutio propoſitæ quæſtionis.

Iam verò deueniendo ad ſolutionem propoſitæ quæſtionis,

21 Dicendum, doctrinam Caſtro Palai, & Thomæ del Bene, allegatam *num.* 14. eſſe optimam, ſed debere intelligi de cauſa non *merè phyſica*, ſed de *phyſico-morali*,

Et conſequenter dicendum eſt, venenatorem occidere propriè, & phyſicè, id eſt non merè moraliter, ſed *phyſico-moraliter* ipſum venenatum;

Quia ſcilicet liberè applicat eumdem venenatum, qui nihil ſcit de veneno latente, tanquam cauſam merè phyſicam, ſeu naturalem, mediatam tamen, ad occidendum ſeipſum mediante veneno, perinde ac ſi exiſtens furioſus, & rationis exors, ac proinde actionem, vt mortis illatiuam, non intelligens in genere moris, ſclopum in ſe ipſum exploderet ex impulſu à te accepto.

Vt proinde optimè ſcripſerint tum Bauny *cit. tract.* 11. *quæſt.* 16. §. *Patet ſecundò.* quòd cum quis venenum propinat, quod ſcit eſſe certum, & efficax medium conciliandæ mortis, & ideo illud ſuppeditat, moraliter facit idem, quod alius, qui ex propoſito, & directè interimit, quod etiam dicit Henriquez *cit. lib.* 14. *cap.* 14. *num.* 1. 22

Tum Suarez *tomo de cenſuris diſput.* 44. *ſect.* 3. *numer.* 5. Ioſeph de Ianuar. *de caſibus reſeruat. reſol.* 64. *numer.* 36. quòd verè homicida eſt, qui præbet venenum, licet interdum poſt longum tempus operetur;

Vt enim optimè dicit idem Suarez *eadem ſectione numero ſexto*, dilatio temporis non tollit, quo minus effectus ex tali cauſa ſequatur, & ſit verum homicidium, quod in hoc eodem veneni caſu docent Graffis *lib. prim. de de caſibus reſeruat. cap.* 14. *numer.* 3. *&* *rurſum numer.* 31. Lucas Horonus *de caſib. reſeru. parte* 2. *caſu* 4. §. 1. *num.* 14. *pag.* 474. 23

Tum Capra citatus, & laudatus à D. Paſſerino *in tract. de pollut. Eccleſiar. diſp.* 5. *cap.* 24. *num.* 3. quòd faciens mediante veneno, quod verè, & propriè, cum naturaliter, & neceſſariò agat, eſt inſtrumentum venenantis, non autem vera, & propria cauſa ſubſecutæ inde mortis, facere dicitur verè, & non fictè, vt cum emittitur lapis, vel ſagitta:

Tum ipſe Paſſerinus *ſuprà num.* 4. quòd occiſio per venenum eſt verum, 24

&

& proprium homicidium, non ſecus ac ſi ferro, vel fuſte fuiſſet factum: & *num.5.* optimè omnium ad rem meam, quòd homicidium per venenum propriè, & verè non fit, niſi ab eo, qui eſt cauſa phyſica, proxima, & ſufficiens homicidij illius, ac proinde non tantùm fit ab immittente venenum violenter in venenandum, vel à voluntariè illud hauriente, qui tunc verè ſui ipſius homicida eſt, vel fortè ab vtroque, ſi vterque in tale homicidium vtroque modo aliquando concurrat, ſed etiam à porrigente illud alteri *inſciè ſumpturo*, qui eſt planè caſus meus, allatus etiam in terminis à Molina *de iuſt. tract.3. diſp.24. num.1.* vbi dicit: *qui itaque alterum veneno ſcienter occidit, occiſo ignorante ſe ab illo interfici, &c.* & rurſum *§. Ex quibus verbis conſtat, &c.*

25 Quamobrem addendum eſt, hanc per venenum occiſionem tanquam proditoriam, excludi meritò ab immunitatis beneficio. Couarruu. *variar. reſol.lib.2.cap.20.numero 7. §.In his profectò.* Ricc. *parte 3. deciſ.262.numero 2.* Bonac. *de cenſur. in particulari. diſput.2. quæſt.3. puncto 16. §.8. numero 1.* Homobon. *cit. reſol.4. pag.325. col.2.* Graffis. *deciſ. aur. parte 2. libro 2. capite 19. numero 4. & conſilior. lib.3. de immun. Eccleſiar. conſ. vnico, numero 16.* vbi tamen ſine fundamento videtur condiſtinguere occidentem veneno ab occidente proditoriè, cum *occidere veneno* ſit *occidere proditoriè.* Villagut. *cit. §. Quintus modus, iuncto numero 52. pag.361. & 362.* Vancius *in diſciplina Clericor.libro 4.pag.364.* Marta *de iuriſd.parte 2.capite 51. num.8.* Decian.*cit.libro 7. tract.crimin. capite 30. numero 6. iuncto capite 29. numero 21. & lib.9. capite 22. numero 4.* Suarez de Paz *parte 5. tomi 1. cap.3. §.3. num.115. iuncto num.113. & rurſum. num.121.* Barboſa *cit. libro 2. vniuerſi iuris Eccleſ. cap.3. num.94.* Thom. Sanchez *cit. lib.6. conſilior.moral. cap.1. dub.8. numero 26. iuncto numero 25.* Sebaſt. Guazzin. *defenſ.1.cap 38.num.43. ad finem.* Ioannes de la Cruz, Villadiegus, & Bouadilla, quos videre non potui, niſi citatos apud Dianam *parte 1. tract.de immun.Eccleſiar.reſol.36.* Vincen. Tancredi *cit. tomo de relig. lib.4. diſp.8. quæſt.5.numero 21. pag.138. & prius diſp.7. quæſtione 2. numero 7. eiuſdem libri 4. pagina 107.* Boër.*deciſ.109. num.5.* Henricus Villalobos *in ſumma tract.39. difficult.6.num. 14.* Catalan.*cit.tract.crimin. cap.37. num.38. & 39.* Galganet. *de iure publico lib.3. tit.69. num.31.* Sarpus penes Dianam *parte 6. tract.1.reſol.12. ſub initium.* Megal. *parte 3. inſtitut. confeſſar. lib.4. cap.2. numero 18. §.Tertiò, cum relatione ad tradita initio eiuſdem numeri.* Caball. *cit. tract. num.583.* Layman. *cit. tract.9. cap.3. num 8.* Gabriel de Bellis *in ſuo poſthumo tract. de iure ſacro. cap.4. numero 18. & tract.3. de ſicar. & veneficis cap.3. §.3. num.10. connotando numerum 8.* Tapia *in ius Regni Neapol. rubrica 11. de his, qui ad Eccleſ.confug.c.95.n.38.* Franc. Suar. *cit.lib.3. cap.11. num.12.* Molina *cit. tract.3.de iuſt.diſput.24.num.1.* Alexand. Peregrin. *cit.tract.cap.7.n.6.* S.Congreg. apud Gauantum *in Enchiridio Epiſcopor. in addit. ad verb. Immunitas Eccleſ. n.10.* & apud Dianam *cit.par.6.tract.1.reſol.12. §.Sed quod, ad finem.* Squillante *cit.cap.6. dub.3.n.55.* Antonell. *cit.lib.1.cap.9. n.76.* Leo Zambell. *in reſolutorio caſuum conſcientiæ.in verb.Eccleſia quo ad eius immunitatem. num.5.* Potrus *in faſciculo rerum criminal. pag.115. §.Septimò.* Thom. del Bene *cit.c.16.dub.20.ſect.2.n.1.* qui tamen limitat immeritò, vt alibi dixi, ad occidentem veneno non inimicum *n.5.*

In quo etiam ſenſu accipit declarationem S.Congregationis Diana *ſuprà §.Sed ego puto.*

Neque ſubſiſtit id, quod dicit idem Diana *citat. reſol.12. §. Ad auctoritatem.* videlicet, quòd Doctores aſſerentes, o[illegible]identem veneno inimicum non gaudere immunitate, loquuntur in terminis iuris communis ante Gregorianam Conſtitutionem; 26

Ff 2 Ego

Ego enim dico, quòd ea Conſtitutio vtitur nudo termino *proditoriè occiderint*, cui termino, ob ſenſus indentitatem, æquiualet terminus *occiderint per induſtriam, & per inſidias*, quo vtitur ius commune in *cit. c. 1. de homic.*

Neque habet illa Conſtitutio vllum verbum, ex quo colligatur, quòd ipſa velit alligare *rationem proditorij* ad aliquid diſtinctum ab eo, quod ſignificat textus iuris communis.

27 Vnde apparet, quòd diſtinctio hæc loquendi, *in terminis iuris communis*, & *poſt Gregorianam*, non habet vllum fundamentum ad conuincendum, quòd occidens veneno inimicum *poſt Gregorianam* gaudet immunitate, cum tamen non gauderet *ante illam.*

28 Procedunt autem dicta de venenante, ſiue adhibeat venenum, ſiue herbas venenatas, vt cicutam, ſalmandriam, aconitum, pintuocarpum, bobuſtrum, mandragoram, cantaridem, per quorum vſum, ſecuto mortis effectu, aut læſa valetudine, incutritur reſeruatio ſancita pro veneficio, vt notauit Chapeauille *de caſibus reſeru. c. 6. de veneficio. ſexto caſu reſeruato. quæſt. 2. §. ſextò, pag. mihi* 191.

Poſſet autem contendere aliquis, eos, qui veneno necant, non amittere immunitatem, quæ adimitur iis, qui *occidunt*, fretus doctrina Alterij *de cenſuris tomo 1. diſput. 13. lib. 5. cap. 1. pag. 645. col. 1. in verb. Occidunt.* vbi quòd *occiſorum* appellatione hi continentur, qui per vim, aut cædem ſunt interfecti, vt puta iugulati, ſtrangulati, præcipitati, vel ſaxo, fuſte, lapide percuſſi, vel aliquo alio telo interempti: differuntque inter ſe *occiſus*, & *necatus*, quòd occiſus vulnere, necatus etiam ſine ictu dicatur: vnde veneno, vel aliquo alio clàm necatos, non occiſos dicimus. Ita Alterius.

Sed cum videam grauiſſimos Doctores, Molinam *de iuſt. tract. 3. diſp. 24. in initio.* & alios paſſim vti termino *occiſionis*, & *interfectionis*, etiam quando agitur de necatione per venenum, cogor omninò recedere ab Alterij doctrina tanquam inani, & dicere, quòd per ly *occidunt*, intelliguntur omnes, qui ſunt cauſa efficax deſtructionis compoſiti humani, ſeu ſeparationis animæ à corpore, quocunque demum id medio fiat: vnde apud Italos terminus *uccidere*, *amazzare* inſeruit expreſſioni cuiuſlibet interemptionis ſine vllo diſcrimine veneni, aut alterius rei.

Quid de venenante per alium?

Quòd ſi ego dem tibi poculum letale per pincernam, aut mortiferum ferculum per coquum, oportet diſtinguere; 29

Vel enim hi ſciunt fraudem latentis veneni, quod porrigunt, & ſic ego gaudeo immunitate, non autem ipſi;

Quia ego in hoc caſu non ſum propriè, & phyſicè, ſeu phyſico-moraliter, ſed ſolùm moraliter cauſa tuæ venenationis; ſum enim in re ipſa mandans, de quo dicam *in ſequenti §.*

Ipſi verò ſunt liberi executores immediati, quidquid in terminis mandantis extingui per venenum, indicet priuationem immunitatis Homobon. *cit. reſol. 4. pag. 325. col. 2.*

Cuius contrarium colligitur ex generali doctrina tradita per Bonacinam *de cenſuris in particulari. diſp. 2. q. 3. puncto 16. §. 8. n. 1.* quam etiam affert, & non improbat idem Homobon. *cit. col. 2. verſ. quia immò.*

Quòd ſi prædicti potionem, aut eſcam venenatam ſcientes miſceant quidem, & parent, non autem eam propinent, aut porrigant ipſi, ſed ego, ſunt quidem cooperatores in hoc caſu ad proditorium per præparationem cauſæ proximæ ad illud ordinatæ, vnde fiunt irregulares. Gibalin. *tract. de irregular. c. 4. n. 22. pag. mihi* 188. 30

At

At non amittunt ipſi immunitatem, cum non exiſtant, cauſa *phyſico-moralis* venenationis, amitto autem ego, ſecuto effectu mortis, cuius extiti talis cauſa.

31 Si verò iidem neſciant fraudem, ſed merè materialiter ſe habeant in porrigendo tibi veneno, iam ego non gaudeo immunitate;

Quia propriè & phyſicè, ſeu phyſico-moraliter ſum cauſa vnica tuæ venenationis, applicando ſcilicet liberè pincernam, & coquum, qui ob ignorantiam latentis veneni, ſunt cauſæ merè naturales mediatè concurrentes ad tui occiſionem mediante veneno à te item ignoranter hauſto.

Quid de cogente violenter ad veneni hauſtum?

32 Iuxta autem primum membrum allatæ *num.* 29. diſtinctionis,

Idem dicendum de cogente aliquem, verbi gratia de marito zelotypo cogente vxorem ad ſumptionem poculi venenati declarati talis, ſub comminatione crudelioris mortis, ni ſumat;

Hic enim coactor, qui ex ſuppoſitione, quòd perſona coacta, adducta fuerit proditoriè, id eſt inſidioſè, & ex arte in eas anguſtias, vt ſciens, & repugnans, ſed reſiſtere, & ſe tueri non valens, debeat ex vi ſibi illata venenum haurire, dicitur proditorius homicida. Molin. *cit. diſput.* 24. *num.* 1. *verſ. niſi ad eas. tract.* 3. *de iuſt.* cum perinde ad illum ſe habeat eadem perſona coacta, ac ſi improuiſo, & ineuitabili gladij ictu interficeretur, & defenſionem amitteret, vti de facto amittit, quia ſi non ſumat venenum, debet ineuitabiliter, vt ſuppono, crudeliorem mortem ſubire ex manu coactoris,

Hic inquam coactor non ipſemet venenat per ſe ipſum ſed per ipſummet venenatum, qui coactè, & inuoluntariè quidem ſecundùm quid, ſed liberè, & voluntariè ſimpliciter, venenat ſeipſum, ſumendo ſcienter hauſtum letalem:

Voluntariè inquam; quia voluntas coacta, eſt tamen voluntas. Fuſcus *in ſingular. lit. V. num.* 49. Paſſerin. *tract. de pollut. Eccleſiar. diſp.* 5. *cap.* 16. *num.* 5. Borgas. *de irregular. fol. mihi* 26. *num.* 12. Valens *de differentiis vtriuſque fori. verbo Vita differentia* 1. *concluſ.* 6. Ioſeph de Ianuar. *de caſibus reſerv. reſol.* 58. *num.* 5. Flamin. Chartar. *in practica interrogandor. reorum lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 22. 33

Quia contra rationem ipſius actus voluntatis eſt, vt ſit coactus, cum actus voluntatis nihil ſit aliud, quàm inclinatio quædam procedens ab interiori principio cognoſcente: quod autem eſt coactum, ſit à principio exteriori. S. Thom. 1. 2. *q.* 6. *art.* 4. *in corpore.* S. Antonin. *parte* 1 *ſumma. titulo* 4. *cap.* 3. §. 3.

Vnde qui metu coactus conſentit, abſolutè conſentit voluntariè;

Omnibus enim conſideratis, vult. Leſſius *tomo de iuſt. lib.* 2. *cap.* 17. *dub.* 6. *num.* 36. optimè addens, non obſtare, quòd illi volitioni iungatur nolitio; quia eſt ſolùm nolleitas, vt ita dicam, qua nollet, ſi timor mali abeſſet, quæ proinde eſt omninò inefficax, cum conditio non extet.

Vnde voluntas coacta ſufficit ad peccatum mortale, ſicut voluntas ſine coactione, ſi cætera adſunt in voluntate coacta ex parte materiæ, & coactio non tollit conſiderationem neceſſariam. Ioſeph. de Ianuar. *cit. reſol.* 58. *n.* 5. ex Vaſquez *tomo* 1. *in* 1. 2. *diſp.* 27. *c.* 3. *num.* 17. 34

Atque in hoc caſu venenans ſe habet vt mandans ad venenatum, vt ad mandatarium necis in ſe ipſum. 35

Qui quidem venenatus occidit directè ſeipſum. Petrus Nauarra *de reſtit. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 81. Leſſ. *cit. tomo de iuſt. c.* 9. *n.* 25. *ad finem, quia,* inquit, *intrò ſumit rem, quæ non minus directè extinguit, quàm* 36

ignis, vel gladius, vel plumbum liquatum.

Et *num.29 qui haurit venenum, poſitiuè* ſibi infert *aliquid directè interimens*, quod etiam notauit Cardinalis de Lugo *de iuſt. diſp.* 10. *num.*11. *verſ. & quidem meritò.* & rurſum *num.*25. Io.Bapt.Corrard *reſponſor. parte* 1. *quæſt.* 212. *in additione.*

37 Et mortaliter peccat, cum præceptum de non occidendo ſe ipſum, ſit negatiuum, obligans ſemper, & ad ſemper. Salas *de legibus tract.*14. *diſp.*11. *ſect.*1. *num.*6. ac proinde etiam in caſu, in quo offertur hauſtus veneni ad vitandam mortem crudeliorem.

Quidquid Chapeauille *de caſib. reſeru. de homic. volunt. tertio caſu reſeru. cap.*3. *pag. mihi* 146. *ad finem.* putet excuſari illos, qui ſuo tempore coacti fuerunt ab hæreticis ex altiſſimis locis ſe præcipites dare, ne grauiora paterentur.

Et nititur eo fundamento, quòd qui metu maiorum tormentorum cogitur aliquid facere, non videtur eſſe in culpa, ſi mors ſequatur; quia non eſt tam actio illius, quàm cogentis.

At hæc ratio non ſubſiſtit, dum qui agit coactus, ipſe tamen agat; quia voluntariè agit, & ab intrinſeco. Vnde, niſi aliunde conceſſa fuerit facultas agendi id, ad quod cogitur, illegitimè agit.

38 Quòd ſi figures caſum cum talibus circumſtantiis, vt perſona coacta non cooperetur vllo modo ad ſumptionem veneni, niſi deglutiendo infuſum aliena manu in os,

Iam dico, infuſorem violentum non gaudere immunitate, quia ipſemet venenat, & interficit per ſe ipſum immediatè, propriè, & phyſicè, ſeu phyſico-moraliter, concurrente venenata perſona per ſolam deglutitionem, quæ irritato ipſius deglutitionis muſculo per ingeſtum ori liquorem, & adhibita vi extrinſeca ad os, & ad naſum, ne liquor eiiciatur, fit ex neceſſitate naturæ vitantis præfocationem, non ex electione voluntatis.

Multò autem magis venenaret per ſeipſum, ac proinde ab immunitate excluderetur tanquam proditor, qui per longiorem fiſtulam gutturi illatam venenum inuergeret, ſuppoſitis tamen anguſtiis, de quibus ſupra, 39

Quibus tamen anguſtiis excluſis, qui per vim (intellige non abſolutam) venenum infunderet, ſciente, ac repugnante eo, cui infunderetur, non eſſet proditorius homicida. Molina *cit. diſp.* 24. *num.* 1.

Quia nimirum hominem non impotentem ad ſe defendendum occideret, ſed nolentem ſe defendere, ſaltem per fugam.

Caſus curioſus ſed funeſtus, de volente venenare per ficum.

At ſi ego ex directa intentione venenandi te, exhibeam per me ipſum, vel per famulum meæ intentionis ignarum, in conuiuio ficus, & ex his maximè pulcram, & magnam veneno infectam admoueam tibi, ſub firma ſpe, quòd ſolus tu inter omnes conuiuas auctoritate conſpicuus, eam capies, & nemo alius eam tibi præripere audebit, at de facto Titius conuiua eam præripiat, &, non audente me illum monere, & impedire, ne me detegam, venenetur, 40

Ego in hoc caſu habeo me ſolum permiſſiuè ad mortem Titij, quippe non volitam in ſe, neque in cauſa, cum non præuiderim, ac proinde non imputabilem mihi, qui eo in articulo non tenebar ad Titium monendum.

Vnde neque ſum homicida, neque fio irregularis, ſi Titius moriatur, vt in caſus contingentia cenſuit Cardinalis de Lugo *tomo* 1. *de iuſt. diſp.* 8. *ſection.* 6. *numer.* 86.

Et conſequenter neque amitto immunitatem ex titulo proditionis, quam non

non commiſi; & neque in ſe, neque in ſua cauſa volui, ob defectum præuiſionis futuræ venenationis Titij.

Quid autem ſentiendum, ſi præuiderim præreptionem ficus à Titio faciendam, dicam. §.23.

§. XX.

Corollarium ſecundum.

Concurrentes ſolùm moraliter ad necem proditoriam gaudere immunitate.

Quid de mandante?

SVMMARIVM.

*Mandans, vt occidatur proximus ſuus per inſidias vel poſitiuas, vel negatiuas, eſt verus homicida quo ad Deum, & pro*ditor, *immo reus maioris malitiæ, quàm executor.* n.1.

Quia impreſſit mandatario virtutem operandi necem proditoriam. num. 2.

Appellatur cauſa efficiens moralis. ibid.

Non priuatur immunitate; quia. capit. 1. extra. de homic. *& Gregoriana vtuntur verbo* occiderit, *&* occiderint. n.3.

Nomine occidentis *non venit in odioſis* mandans occidi, *ſed ſolùm* occiſionis executor, *qui eſt inſtrumentum, & quaſi manus mandantis: quæ manus quia verè, & ſine metaphora* occidit *propriis manibus, verè, & propriè* homicida. *eſt.* num.4.

Mandans aliquem occidi, vel mutilari in Eccleſia, ſiue mandatum detur in Eccleſia ipſa, ſiue extrà illam, non priuatur immunitate; quia verè, & propriè non occidit in Eccleſia, ſicut nec priuatur conſulens. n. 5.

Aliquorum ſententia de excluſione ab immunitate quo ad mandantem occidi inſidioſe alterum, ex ea ratione, quòd, qui facit per alium, perinde eſt, ac ſi per ſe ipſum faceret: & quod hæc non eſt extenſio legis pœnalis, ſed interpretatio ab ipſo iure facta: & quod tale delictum eſt dignum tali pœna, & maiori. n.6.

Sed reſpondetur, quòd nos id, quod per alium facimus, cenſemur facere per nos ipſos non propriè, ſed moraliter, & virtualiter, & ex hominum exiſtimatione, & imputatione, & metaphoricè, & impropriè, iuriſque fictione, ſeu interpretatione, quæ in pœnis non habet locum, niſi ab ipſo iure facta ſit extenſio, & mandans, & faciens in iure accipiuntur vt diuerſa. n.7.

In pœnis, præſertim priuatione immunitatis Eccleſiæ, non ſufficit æquiparatio, ſed requiritur identitas. n. 8.

In hac materia non valet argumentum à paritate, vel maioritate rationis. num. 9.

Et non fit extenſio de caſu ad caſum. n.10.

Nos mandando homicidium, ſumus quidem rei coram Deo culpa homicidij, propter influxum, quem in illud habemus per modum cauſæ principalis, ſed non ſumus de facto, & realiter occiſores, *quibus ſolis* occiſoribus *per actionem phyſicam liberè exercitam impoſita fuit priuatio immunitatis, non autem habentibus influxum ſolùm moralem, cuiuſmodi eſt mandans.* ibid.

Verba Legiſlatorum in noſtro caſu non ſunt ſcripta in rem, cum non dicat priuari immunitate occiſionem proditoriam, *quo caſu fortaſſe haberet locum doctrina extendens diſpoſitionem ad mandantem, ſed ſcripta ſunt in perſonam, cum dicant* ſi quis occiderit, *&* occiderint, *in quo caſu non comprehenditur mandans: ac proinde ſicut in hoc caſu reſeruatio occidentis non extenditur ad mandantem, ita neque excluſio* occidentis proditoriè *ab immunitate ad mandantem extenditur.* n. 11.

Mandatum de proditoriè *occidendo eſt dignum pœna priuationis immunitatis, & maiori, ſed non inuenitur de facto decreta in iure talis pœna quo ad mandatum: ergo pro illo mandato ſtat regula generalis, vt debeat immunitate gaudere,*

re, cum exceptum non fuerit, & aliud ſit eſſe indignum immunitate, alius eſſe priuatum eadem. num. 12.

Dicta de mandante, ampliantur ad iubentem occidi proditoriè, cum iubens, & mandans in hoc vno differant, quòd hic reſpicit perſonas habentes liberam obſequij præſtationem, ille verò reſpicit perſonas obligatas ad obediendum. n. 13.

Ampliantur item prædicta ad alios concurrentes poſitiuè per ſolam cauſalitatem moralem; quæcumque illa ſit, ad necem proditoriam, cuius modi ſunt conſulentes. n. 14.

Aſſociantes, etiamſi verbis, & præſentia audaciorem reddant principalem ad occidendum, ſicut & aſſiſtentes armati in loco maleficij, licet vtrique eadem pœna puniantur, qua principalis, & fiant excommunicati, ſi auxilium præſtiterint percuſſori Clerici. n. 15.

Arma dantes volenti proditoriè occidere, vel ferramenta ad aperiendam domum alicui, vt occidat latitans, vel ſcalam ad aſcendendum. n. 16.

Fugienti ab irruente proditorum caterua claudentes domum ipſius fugientis, & ſic exiſtentes cauſa non ſolùm contra charitatem, ſed etiam contra iuſtitiam, vt refugij, & defenſionis exors occidatur. n. 17.

Clauſura propriæ domus in hoc caſu eſt moralis detentio, & cooperatio, inductiua irregularitatis. ibid.

Subtrahentes arma, quibus à proditore te defenderes. num. 18.

Retinentes literas doloſè, quibus monebaris de paratis tibi inſidiis. n. 19.

Scienter deferentes literas ad aliquem cum mandato ad proditoriè occidendum. n. 20.

Commodantes domum ad ſe includendum pro delicto commode patrando, vel mutuantes pecuniam pro faciendis præparamentis, vel pro inueniendo executore homicida. n. 21.

Promittentes commoditatem ad euadendum, vbi fuerit conſummatum proditorium. num. 22.

In prædictis caſibus cauſalitas tribuit huiuſmodi concurrentibus denominationem proditorij quidem, ſed cum addito diminuente n. 23.

In iure non dicuntur facere, niſi ij, qui faciunt, id eſt exercent actionem illam, de qua iura loquuntur: cæteri verò, conſulentes ſcilicet, fauentes &c. moraliter, vel interpretatiuè tantùm facere dicuntur. num. 24.

In re odioſa, cuiuſmodi eſt priuatio immunitatis, requiritur denominatio proditorij plena, qualis conuenit ſoli executori per liberam actionem. num. 25.

Optimè dixit Bonacina, quando dicitur proditoriè occidentes non gaudere immunitate, intelligi de occidentibus per ſe ipſos. numer. 26.

Deducens alium inſidioſè, vt ab alio improuiſus occidatur, gaudet immunitate, ſecuta occiſione. n. 27.

Periuri, & falſi teſtes, qui cauſa ſunt, vt aliquis, alioqui non damnandus, damnetur ad mortem, gaudent immunitate. n. 28.

Item Iudices, qui per falſam ſententiam efficiunt, vt reus moriatur. n. 29.

Item notarij occultantes ſcripturas facientes ad defenſionem. ibid.

Qui verum occultant, dum in teſtimonium adducuntur, vnde aliquis ad mortem damnetur, ſicut & iudices, qui ſubuertunt iuſtitiam, proferendo falſam ſententiam, & accuſatores præuaricantes, ſunt proditores, tum quatenus abiiciunt à ſe iuſtitiam, tum quatenus ſtatuunt reum in impotentia ſe defendendi à ſupplicio. ibid.

Prædictorum concurſus eſt ſolùm moralis, non phyſicus, eoſque denominat homicidas proditorios moraliter, non phyſicè, & conſequenter non facit capaces iacturæ immunitatis. ibid.

Obſcura locutio Dianæ. n. 30. & eius interpretatio in bonum ſenſum. n. 31.

Qui ſciens, aut fingens adulterium Bertæ, reuelat marito, cum intentione, vt maritus

Digitized by Google

ritus incautam occidat, gaudet immuni-tate, ſi ſequatur occiſio; cauſalitas enim moralis, quæ in hoc caſu ſufficit ad pecca-tum, & irregularitatem, non ſufficit ad iacturam immunitatis. n.32.

Qui ratam habet, immo & muneribus re-compenſat necem proditoriam, *non amittit immunitatem.* n.33.

Ratum habentes, quod factum eſt prodi-toriè, *eorum nomine, dicuntur* prodi-tores: *at concurrunt ad id factum non vt cauſæ efficientes, ſed ſolùm vt finis cui.* n.34.

Ad præteritum non eſt potentia. ibid.

Prædicti non tenentur reſtituere, nec fiunt irregulares, ob ratificationem necis eo-rum intuitu patrata. n.35.

Contendit Comitolus, ratibabitionem poſſe redigi in ordinem cauſarum naturalium. ibidem.

Ratihabitio necis proditoriæ, *ſiue dicatur cauſa moralis, ſiue phyſica, non priuatur immunitate, cum ratificans homicidium nomine ſuo factum, non dicatur* occi-diſſe *propriè, prout ius requirit per vſum verbi* occiderit, occiderint. num.36.

Verbum occiderit *in re odioſa, importat concurſum immediatum & per actionem phyſicam in genere cauſæ efficientis, non autem mandatum virtuale, cuiuſmodi eſt ratihabitio, quæ appellatur* manda-tum *per fictionem iuris.* ibidem.

Ratum habens delictum proditoriè *fa-ctum ſuo nomine, non dicitur* verus proditor, *ſed* proditor interpretatiuè. ibidem.

Quando Legiſlatores volunt comprehendere in diſpoſitione pœnali, & odioſa ratiba-bitionem, id exprimunt. n.37.

Sicut qui ſui compos factus, complacet de nece hominis à ſe facta delirij tempore, quamuis peccet, non tamen fit irregu-laris, eo quod per præſentem iniquam complacentiam non influat in actum iam præteritum. numer. 38. *ita nec amittit immunitatem, qui complacet liberè de occiſione hominis impra-cauentis à ſe patrata in delirio.* num.39.

Qui de pollutione habita ſine concurſu vo-luntatis intra Eccleſiam, poſtea morta-liter complacet, non inde polluit Eccle-ſiam. n.40.

Sortiarij ſi homines ex arte magica occi-dant, ſunt homicidæ deliberati, & pro-dirorij. n.41.

Sortiarij infantulos, more lamiarum, ſimu-lando ſe nutrices, vel etiam ferarum ſpecie inuadendo, & dormientium cum ſanguine vitam exugendo, vel tabifico veneno interimunt, vel è cunis raptos præfocant, aut acu poſt aurem infixa oc-cidunt, & potiſſimum nondum baptiza-tos. ibidem.

Non baptizatorum nece gaudent maximè Dæmones ob atrociorem offenſam Deo illatam per innocentium exterminium quo ad animam, & corpus. n.42.

Cur Deus permittat necem non baptizato-rum, & baptizatorum infantium. n.43.

Vnde moueantur malefici adhæc infantici-dia? n.44.

Vnguentum Paganum quid? ibidem.

Sortiarij occidunt adultos compotes quidem rationis, ſed indiffidatos, præſertim ſi vtantur ope Dæmonum inſidiatorum inuiſibilium, & excedentium pruden-tiam, & vim humanam. n.45.

Inſtantia efficax obiter fit contra abſolutè aſſerentes, inimicitiam obeſſe prodi-tioni; *quid enim, ſi tu hoſtis meus me occidas accerſitis in ſubſidium inſidiis Diabolicis, à quibus nec poſſum, nec debeo præcauere?* n.46.

Sortiarij poſſunt duobus modis operari ne-cem alicuius vel infantis, vel adulti in-diffidati, primò immediate, & per ſe-ipſos. num.47. *applicando venena, & mixturas, quæ, & quas Diabolus virtu-tis omnium rerum conſcius vel fabricat ipſemet, vel ad faciendum inſtruit ſuos, quæ applicatio fit vel per vnctionem partium corporis, vel per immixtionem in cibum, & potum exhibitum ignaris.* num.48.

Digitized by Google

In hoc caſu operandi proditoriè *necem per ſeipſos, non gaudent immunitate ſortiarij, ſi tamen de hoc immediato concurſu poteſt conſtare, quod difficillimum eſt, niſi ipſimet conſiteantur in iudicio.* num.49.

Secundò poſſunt ſortiarij operari proditoriam necem, mediante Diabolo, tanquam inſtrumento. n.50.

Modus adhibendi magicos ſuſurros ex pacto cum Dæmonibus, elucens in coniuratione ſolemniter concepta per ſagam Louanienſem ad nocendum. ibidem.

Dæmon per coniurationes, & alia ſigna, tanquam cauſas morales allicientes ex pacto, monitus de ipſo pacto, aduenit, exeritque poteſtatem operandi ad extra, quæ per peccatum imminuta non fuit. num.51.

Et ſiue agatur de ſagittariis, ſeu balliſtariis, qui deſcribuntur. n.52.

Siue agatur de imaginum fabricatoribus, de quibus. n.53.

Siue agatur de inuitantibus ipſum Dæmonem ad maleficium per minas ſolas in aliquem, per increpationes, immò & per laudes. n.54.

Quidquid Azor vim harum laudationum refundat in vehementiorem cogitationem & amorem, & immutationem ſpirituum corporis valdè tenuium, qui ad oculos transfuſi, aërem ſibi coniunctum ad certum ſpatium corrumpunt, & teneris puellis intra id ſpatium ſitis, & facile patibilibus infectionem cauſant, in quo conſiſtit vis naturalis faſcinationis, quæ tamen ſæpe nulla eſt, ſed à Dæmone aërem ſubito inficiente procedit. num.55.

niſi velimus dicere, quod euenire poteſt faſcinatio eorum, qui intensè amantur, quando ab amantibus infectis aliqua peſtifera qualitate, eadem qualitas per conuerſationem illis inhalatur. ibidem.

Exerit inquam Dæmon in prædictis, & ſimilibus ſignis per ſortiarios exhibitis vires ſuas, & attendendo aptitudines corporum ad effectus intentos, applicandoque actiua paſſiuis opportunè, infert mortem maleficato, quæ debet malefico tanquam iubenti imputari. ibidem.

Dæmon eſt ipſemet proditoriæ *necis immediatus executor, & agit ex adhuc retenta libertate arbitrij, & non ex neceſſitate naturæ, & creditur ab aliquibus poſſe exercere aliquem bonum actum moraliter, & dictus eſt à Chriſto* homicida ab initio, *& vocatur* gentium proditor *ab Eccleſia.* num.56.

Ideo ſortiarius, qui remanet cauſa merè moralis eiuſdem necis proditoriæ *maleficato illatæ, non amittit immunitatem, & eſt valdè ſimilis mandanti aſſaſſinium.* n.57.

Sortiarij poſſunt amittere immunitatem etiam ex hæreſi ferè ſemper coniuncta cum his veneficiis, cum nihil firmiter credant, & tanquam athei ſint. num.58.

Contra auctoris doctrinam de immediato concurſu Dæmonis ad homicidium proditorium *ex maleficio inſurgit noua doctrina Ioannis Baptiſtæ Van Helmont.* num.59.

Referuntur capita huius nouæ doctrinæ vſque ad num. 66. *quæ paucis reducitur ad hoc, quòd Satan non poteſt occidere per ſe, ſed excitat in ſaga ſibi mancipata facultatem naturalem ſolo nutu operatricem ad extra, competentem homini, vt Dei imagini, & conſopitam per peccatum, quæ per artem Cabalæ, velut excuſſo ſomno, animæ reſtituitur, & à ſaga velut enſis ad nocendum adhibetur.*

Doctrina Van Helmont non habet motiuum ex ſcripturis, nec ex principiis philoſophicis, & Theologicis. n.67.

Videtur eadem doctrina coincidere cum excogitata à Diabolo, vt artem magiæ ſuperſtitioſam ſuadet eſſe licitam, & in naturalium rerum concurſu, cooperatione, ſimpathia, & antipathia fundatam, tribuente nimirum humanæ animæ, quando

quando valdè optat poteſtatem ſufficientem ad imprimendum verbis, & characteribus vim naturaliter efficacem ad optatum effectum. n.68.

Contra quam facit, quod hæ facultates homini afflictæ non poſſunt in alia re concipi, quam in actibus intellectus, phantaſiæ, & voluntatis: hæ autem operationes eo ipſo, quod ex ſe ſunt immanentes, non poſſunt vllum effectum in rem externam ſeparatam producere, quamuis poſſint concitare ſpiritus, atque humores, tanquam ipſi animæ, vt formæ informanti, intimè præſentes, & naturaliter ſubiectos, quam ſubiectionem non habent res externæ. n.69.

Per defectum prædictarum facultatum in homine non deſtruitur ratio imaginis Dei, quæ ratio ſaluatur per hoc, quòd homo eſt naturæ intellectiuæ, præditus libertate, capax gratiæ, meriti, & viſionis beatæ, & ſecundùm tres animæ potentias habet ſpiritualem quandam proceſſionem verbi, & amoris, & exemplatur, vt repræſentet aliquo modo myſterium Trinitatis. n.70.

Saluatur ea ratio cum imperfectione, ad quam deſignandam, homo non ſolùm dicitur imago, ſed ad imaginem Dei, per quod motus quidam tendentis in perfectionem deſignatur; ſecus de Filio Dei, de quo non poteſt dici, quod ſit ad imaginem, quia eſt perfecta patris imago. n.71.

Aſſerta per Van Helmont de impotentia Dæmonis ad per ſe occidendum hominem, ſi petant ipſam Dæmonis naturam, ſunt contra Iob. 11: aſſerentem non eſſe poteſtatem, quæ comparetur ei. n.72.

Si petant permiſſionem Dei, quaſi verò Deus nunquam permittat de facto Dæmoni, vt hominem occidat per ſe, falſa ſunt; quamuis enim Deus impediat Dæmonum naturalem potentiam in multis, quia id ordo huius vniuerſi poſtulat, & ad eis reſiſtendum bonos Angelos deputauerit. n.73.

Sæpe tamen idem Deus vtitur miniſterio Dæmonum ad infligendas pœnas in hac vita, immò & mortem hominibus, vt ex libris Iob, & Tobiæ. num.74. & permittit etiam eiuſdem mortis illationem immediatè per Dæmonem, interueniente imprecatione Dirarum facta per ſagam, vt teſtantur eruditiſſimi. n.75.

Rem hanc, quæ in facto arcano conſiſtit, veroſimile eſt Doctores didiciſſe ex depoſitionibus ſagarum confeſſarum immediatum Dæmonis influxum in mortem hominum, & influxum ipſarum ſagarum ſolùm moralem per ſolam exhibitionem ſigni condicti. n.76.

Sententia Pauli Grillandi de impotentia Dæmonis ad nocendum per ſe corporibus Chriſtianorum ex negata permiſſione Dei, & de adhibitione ſagarum tanquam inſtrumentorum facta à Dæmone ad ea nocumenta, introducendo illas cum mixturis maleficis ad infantes. num.77.

Quæ ſententia non procedit quo ad occiſionem infantium nondum baptizatorum, adultorumque. Iudæorum, Turcarum, & Paganorum, ſed quo ad necem baptizatorum, etiamſi fortè ſint hæretici. num.78.

Vnde ſi hanc doctrinam credat veram aliquis Iudex immunitatis, eo ipſo, quòd ſibi conſtet occiſum fuiſſe ex maleficio hominem baptizatum, debet pronunciare contra maleficum ſententiam amiſſæ immunitatis, tanquam contra cauſam verè phyſico-moralem homicidij proditorij, non diſcutiendo modum cauſandi mortem. n.79.

Auctor non intelligit, quo modo ex ſola Chriſtiani qualitate reſultet hoc priuilegium, vt Deus non permittat noceri Chriſtianis in corpore per immediatam Dæmonis operam, ſiue ad mortem, ſiue citra, & potius contrarium colligit ex forma exorciſmorum Eccleſiæ. num. 80. & inconſequentiæ accuſat eumdem Grillandum. n.81.

Solâ potentiâ carminis, & verborum perficitur maleficium. ibidem.

Verba, & carmina nihil ſunt aliud, quàm voces, & meri ſoni cum ſignificatione, quæ eſt denominatio extrinſeca ab inſtitutione hominis n. 82.

Verba, & carmina non poſſunt ex ſe iuuare quidquam ad phyſicam actionem, ſed ſolùm ad moralem, quæ fit alliciendo naturam intelligentem ad aliquid ex pacto efficiendum. ibid.

Verba, & carmina, & omnia alia magica ſigna pertinent ad pacta quædam cum ſpiritibus malignis. ibid.

Spiritus maligni, ſi nil aliud interueniat ex parte magorum, niſi carmen, ipſimet immediatè operantur cruciatus, & mortem ſiue in Chriſtianos, ſiue in infideles. ibid.

Ars Cabalæ, quæ includit reuolutionem alphabetariam, & leuiſſima eſt, putat enim in nominibus præſertim Hebraicis, punctis, apicibus, lineis, accentibus, & ſpiritibus innumerabiles rerum affectiones, conditiones, vires, & facultates contineri, traditas per manus, & receptas à maioribus, vnde appellatur Cabala, quòd latinè eſt traditio, vel recipere, damnatur tanquam ſuperſtitioſa. n. 83.

Nomina omnia ſunt ſigna conceptuum, & rerum ex mero hominum placito, non autem ſunt cauſæ, aut ſigna naturalia effectuum admirabilium: vnde ſi propter huiuſmodi effectus adhibeantur, ſolùm poſſunt adhiberi, vt cauſæ morales, & vt ſigna ad placitum, & ex inſtitutione Dæmonis. num. 84.

Hanc artem habuerunt quidam malefici Hebræi, qui ſe vocabant Cabaliſtas. n. 85.

Aliqui Gentiles putarunt Chriſtum libros ſcripſiſſe, continentes magica, quibus miracula faciebat, & Cabaliſtæ tribuerunt eadem miracula arti Cabaliſticæ, qua ipſi pollebant. n. 86. & 87.

Alia forma Cabalæ, ſimilis præcedenti, merè blaſphema, & magica. num. 88.

De hac Cabala videtur loqui Van Helmont, cum velit per Cabalam excitari magiam, quam ille vocat naturalem, ſed verè oporteat vocare ſuperſtitioſè ſupernaturalem, ob attributos ſibi effectus omnino excedentes ſphæram agentium naturalium. n. 89.

Non apparet ratio credendi, quòd loquatur Van Helmont de alia non damnata Cabala conſiſtente in hoc, vt per eam ſacrarum literarum myſtici ſenſus cognoſcantur. n. 90.

Fundamentum huius non damnatæ Cabalæ. n. 91.

Hæc Cabala reſpicit interpretationem diuinæ ſcripturæ, non autem operationem mirabilium per vim homini inſitam, quam deprædicat Van Helmont. n. 92.

Iam multa dicenda fuerunt contra Van Helmont, Vt appareret poſſe dari caſum, in quo ſortiarij poſſint vti immediato Dæmonis miniſterio ad occidendos proditoriè homines, & ſic, tanquam cauſæ dictorum homicidiorum merè morales, gaudere immunitate. ibid.

Tenens occidendum ab alio, ne ſe ſubtrahat occidenti, non gaudet immunitate ſecundùm Tancredi: at contrarium defendit auctor. n. 93.

Proditoria occiſio, quæ excipitur in iure, & in Gregoriana, debet accipi in toto rigore, vt, quamminimum fieri poteſt, ſalua verbi proprietate, receditur ab immunitate ad non immunitatem. ibid.

Non debet intelligi exceptus à gaudio immunitatis, niſi qui in toto rigore dicatur occiſor. ibidem.

Eſt in toto rigore occiſor ille ſolus, qui, tanquam cauſa phyſico-moralis, immediatè, & per ſeipſum applicat phyſicum inſtrumentum ad humani compoſiti deſtructionem, verbi gratia qui impingit gladium in pectus &c. num. 94.

Qui tenet occidendum ab alio, quamuis & ipſe veluti cauſa phyſico-moralis cum eo ad eam actionem concurrat, quatenus libere per actionem circa perſonam hominis occidendi, aptat hominem ipſum ad ineuitabilem perpeſſionem mortis cognitæ inferendæ ab alio tanquam cauſa libera, quòd idem dicitur de illigante hominem arbori in ſilua, vt occidatur à latrone,

trone, & de includente in cubiculum, vt ab inimico ſecurè tranſuerberetur iaculo. n. 95. *itemque quamuis qui tenet, illigat, includit, pariſicentur, ſecundùm humanam æſtimationem, & imputabilitatem quo ad culpam, & pænam occiſionis iniuſtæ, & plectendi ſint eodem genere mortis, quo* occiſor, *nihilhominus tamen non denominantur in ſtrictiſſimo ſenſu* occiſores. n. 96.

Licèt aliquis puniatur vt rebellis, non dicitur rebellis, *ſi non committit rebellionem.* n. 97.

Aliud eſt operari mortem transfigendo, aliud cooperari ad transfixionem phyſicè impediendo hominem, ne ſe ſubtrahat tranſfixioni per alium exercitæ: transfixor denominatur propriè occiſor: *at impeditor denominatur* cooperator ad transfixionem. n. 98. & *dicitur indirectè influere in mortem.* n. 99.

Qui terret alium, ne ſe ſubtrahat occidenti, non denominatur occiſor, & *gaudet immunitate.* num. 100.

Contrarium defendit Tancredi. n. 101. *vbi quòd hic dicitur reuera* occidere, *actione communi cum tenente & occidente, licet vnus magis influat, quàm aliùs, vt ſunt multi trahentes nauim.*

Conceditur, quòd hic occidat *quo ad culpam, quæ ipſi, ſicut & tenenti, imputatur: at negatur, quòd* occidat *quo ad denominationem* occiſoris *in ſtrictiſſimo ſenſu, conuenientem ſoli applicanti* cauſam phyſicam *ad destructionem humani compoſiti, non autem cooperanti extrinſece ad eam applicationem per aptationem ſubiecti ad recipiendam ipſam deſtructionem.* n. 102.

Communitas actionis inter occiſorem, tentorem, & per metum impeditorem *non efficit, vt eodem modo ſint* occiſores, *cum non eodem modo ad occiſionem concurrant.* num. 103.

Influere magis vnum, quàm alium, in hoc caſu importat diuerſitatem influxus talem, quæ non ſinat participari æque ab omnibus denominationem occiſoris *in ſtrictiſſimo ſenſu.* ibid.

Nec currit paritas cum multis trahentibus nauim, cum omnes eodem modo trahant, & integrent, tanquam partiales cauſæ, vnam totalem cauſam tractionis, ac proinde eodem modo denominentur trahentes. num. 104.

Curreret paritas, ſi vnus, aut duo hominem impotentem ad ſe tuendum transfigerent etiam ipſi cum ipſo tranſfixore, qui proinde ſicut coocciſorum *denominationem in ſtrictiſſimo ſenſu participarent, ob identitatem gradus, modi, & formæ cauſandi occiſionem, ita & immunitatem amitterent.* numer. 105.

Si vnus infligat vulnus, & ex eo non ſequatur mors, ſed ex vulnere ſequenti inflicto à ſocio, primus vulnerator gaudet immunitate, non autem ſecundus, qui ſolus denominatur occiſor. n. 106.

E conuerſo ſi vnus letale vulnus infligat, ſocius verò leue ſuperaddat, hic immunitate gaudet, non autem ille, cum primus ſit verus occiſor, *alter verò ſolùm* cooperator *occiſoris.* ibid.

Si plures exonerent ſclopos in vnum impotentem ad ſe tuendum, qui occidatur quidem, ſed neſciatur quinam ex tot ſclopetariis eum traiecerit, vel duo inflixerint duas plagas, & dubium maneat, vtra influxerit in mortem, an vtraque ſimul, omnes in his caſibus gaudent immunitate, quia hæc aufertur ſolis occiſoribus *in ſtricto ſenſu: quod autem hic, aut ille fuerit talis in ſtricto ſenſu* occiſor *in primo caſu, & hic, aut ille, aut vterque in ſecundo, eſt aliquid facti, quod non præſumitur, & quamdiu non probatur, relinquit poſſeſſionem pro immunitate.* n. 107.

Incurritur irregularitas ſecundùm aliquos in primo caſu, & pœna in foro externo; quia hæ incurruntur ex iuris ſanctione propter influxum ad mortem non ita certum, ſicuti exigit ius ad amiſſionem immunitatis. n. 108.

Prædicta doctrina quo ad irregularitatem habet doctiſſimos contradictores. n. 109.

Quod attinet ad pœnam, quamuis in primo caſu procedatur ad torturam contra omnes rixantes, ſecundùm Vermigliolum, quod melius negat Perſius, omnes tamen à pœna ordinaria abſoluuntur propter incertitudinem: at tenerentur ordinaria, ſi omnes, communicato conſilio, & ex propoſito percuterent. n. 110.

Non omnis cauſa phyſico-moralis *homicidij* proditorij *priuatur immunitate, ſed ea ſola, quæ in ſtrictiſſimo ſenſu denominatur* occiſor. n. 111.

Proponitur caſus de quatuor conuenientibus ex compacto ad occidendum ſub colore amicitiæ, quorum vnus occidendum teneat, alter aliorum defendentium ingreſſum armis impediat, tertius vulnus infligat, quartus adſtet, & quæritur, an omnes gaudeant immunitate, an è contra nemo. n. 112.

Affirmat Tancredi, quia compactum illud facit, vt omnes ſint occiſores, *& hic dicatur* occiſus *ab omnibus vnitim ſumptis, & vnum quid facientibus.* ibidem.

Et omnes communi conſilio aggreſſos facit Gibalinus homicidas, & irregulares. n. 113.

Auctor cenſet priuandum immunitate eum ſolum, qui vulnus infligit, quippe ſolus eſt occiſor *in rigore, admittendos verò alios tanquam meros cooperatores.* n. 114.

Compactum non operatur denominationem occiſoris *in eo gradu, in quo ea conuenit inflictori vulneris, ſed operatur imputabilitatem culpæ, ſicut mandatum in mandante.* ibidem.

Non eſt ille occiſus reuera ab omnibus vnitim ſumptis, & vnum quid facientibus, quia quamuis dicatur vulgò, quod omnes eum occiderunt, *quatenus omnes ad executionem occiſionis concurrerunt, tamen in rigore etiam apud vulgus, cum omnes non attigerint occiſionem eodem modo, & in pari gradu, ideo is dicitur* occidiſſe, *qui vulnerauit, alij verò cooperati fuiſſe ad occiſionem.* n. 115.

Hanc diuerſam denominationem vnius occiſoris, *&* plurium cooperatorum *agnoſcit Gibalinus, & alij in caſu aggreſſionis factæ per aliquos ſeſe inuicem excitantes, quos volunt eſſe irregulares.* n. 116.

Et meritò, cum irregularitas ſancita ſit in iure, ob cooperationem ad homicidium, amiſſio autem immunitatis non propter cooperationem qualemcumque ad necem proditoriam, *ſed propter ſolam proximiſſimam cauſationem ipſius necis, ſeu* occiſionem. n. 117.

Confirmantur prædicta ex optima doctrina D. Paſſerini volentis, ob materiæ pœnalitatem, Eccleſiam ex capite ſepulturæ excommunicati, vel infidelis, polluitantummodò per actum ipſum proximè ſepeliendi propriis manibus. n. 118.

Reus eſt proditorij *homicidij, qui ex affectu, vt homo infallibiliter pereat, deducit nihil tale cogitantem ad decipulas ex artificio compoſitas ad cauſandum præcipitium, vel oppreſſionem, vel aliam mortiferam læſionem, ſecuto effectu.* n. 119.

Decipulæ aliquæ poſtulant moueri ab ipſo decipiente: aliquæ aptæ ſunt actuari ad nocendum ab ipſo decepto, qui artificij neſcius, per tactum pedis, vel manus, vel alio modo applicat ſibi inſtrumentum mortis. ibidem.

Effectus mortis ſecuræ *per decipulas imputatur illi, qui hominem indiffidatum, & impracauentem coniecit in artificioſam neceſſitatem pereundi cum impotentia ad ſe defendendum.* ibidem.

Item proditorius *homicida eſt, qui collocat decipulas in eo loco, per quem præuidit eſſe tranſiturum hominem incautum, vt in eas illabatur ex ſe, atque ab alio non deductus.* n. 120.

In omnibus his caſibus eſt æqualis concurſus ad mortem ſecuram. ibidem.

Æqualiter imputatur mibi, ſi ego gladium impingam in te manentem immotum, vel manens egomet immotus, teneam gladium, obuerſâ contra te cuſpide, vt tu non videns, atque ad me currens,

current, incurras in ipſum gladium. ibid.

Qui ſine miniſterio alicuius tertij, ſed per ſeipſum cauſat incauto cauſam mortis per prædictas decipulas, non gaudet immunitate. n. 121.

Qui applicat homini cauſam phyſicam mortis, vel hominem ipſi cauſæ, dicitur cauſa ipſius mortis ſubſecutæ verè phyſica, & ſufficiens. ibid.

Excluditur immunitas, ſi prædicta ad decipulas deductio, vel decipularum collocatio fiat ex imperio meo per alium, qui meam letiferam intentionem ignoret, & ſequatur effectus mortis. num. 122.

Si idem cooperator ſciat intentionem meam in vſu harum decipularum mearum, homicidium per illas cauſatum imputatur mihi tanquam cauſæ morali, *qui propterea admittor ad immunitatem: alteri vero imputatur tanquam vnicæ cauſæ* phyſico-morali, *qui ideo excluditur ab immunitate.* num. 123.

Si cæco tranſeunti pontem, ſubtraham tabulam, vnde ille corruens ſubmergatur, aut columnas, quibus domus innititur, ſubducam, vt eius ruinâ aliquem incogitantem obteram, ſum cauſa homicidij proditorij, *incurro irregularitatem, polluo Eccleſiam, ſi pons ille erat in Eccleſia, & in ea contingat obtritio, & amitto immunitatem.* n. 124.

Idem dic, ſi de ponte appenſate aliquem præcipitem dem, vnde ille pereat; eſt enim verum homicidium proditorium, *ſi ille ſit impotens ad ſe tuendum.* n. 125.

Qui liberè, atque ex propoſito per ſeipſum, vel etiam per alium, dummodò fraudis ignarum, aliquid efficit, vi cuius aliquem in virtute agentium naturalium indebitè moriturum per aliquam machinationem doloſam inuoluentem ipſa agentia naturalia, & ad nocendum applicantem, moriturum inquam præuidet, atque expreſſe intendit; ſecuto effectu, non gaudet immunitate. n. 126.

Si quis offendiculum poſuiſſet ad ianuam ſuæ domus, vt feras prehenderet, & ingredientem furem occidiſſet, nec teneretur pœna homicidij, nec amitteret immunitatem ob defectum doli. n. 127.

Immunitate debuit ſpoliari quidam, qui ex artificio effecit, vt ſicarius vno ictu & ſe, & alium omnino incautos perimeret. n. 128.

In hoc caſu mandans, etſi fuerit cauſa ſolùm moralis *necis ſui hoſtis, quem occidit mediante ſicario libero executore, fuit tamen cauſa* phyſico-moralis *occiſionis ipſius ſicarij, quo ignaro vſus eſt, tanquam cauſâ mere naturali, ad homicidium ſuimet.* ibid.

Qui hoſtem ſuum alligauit ſtipiti cum præuiſione, & intentione lacerationis faciendæ à lupis, ſecuto effectu, fuit irregularis, & amiſit immunitatem. n. 129.

INFERTVR ſecundò ex dictis, mandantem, vt occidatur proximus ſuus per inſidias vel poſitiuas, vel negatiuas, licet ſit reus culpæ homicidij proditorij, immò in eo ſit maior malitia, quàm in exequente. Petrus Nauarra *de reſt. lib. 2. cap. 3. n. 24.* Cardinalis de Lugo *conſilior. lib. 4. dub. 47. n. 4.* & verus homicida quo ad Deum. Graffis *de caſib. reſeruat. lib. 1. cap. 15. num. 12.* & proditor. Didacus à Cantera *qq. criminalium pag. 81. col. 2. ad finem.* 1

Quia ſcilicet impreſſit mandatario virtutem operandi necem proditoriam, vt perſpicuum eſt, & colligitur ex vulgato axiomate, quòd actus tribuitur mandanti, ſeu ordinanti, & non exequenti. Nicolaus Moron. *tract. de fide, treuga, & pace. parte 2. quæſt. 3. num. 1.* & ex eo, quòd paria ſunt, quòd quis occidat, vel cauſam mortis præſtet. Caball. *cit. tract. de omni genere homicidij. num. 372.* Caſtracân. *de ſociet. cap. 19. n. 4.* Thom. Sanchez *de matr. lib. 3. diſput. 49. num. 1.* vnde mandans appellatur cauſa efficiens moralis. Stephanus Bauny *cit. parte 2. tract. 11. quæſt. 27. quæſito. 7. concl. 4.* 2

Non

Digitized by Google

3 Non priuari tamen immunitate. Homobon. *in exam. parte 2. pag. 325. col.2.* ex multorum ſententia per ipſum non improbata. Vincent. Tancredi *cit. tomo de religione tract. 1. lib. 4. diſp. 8. q. 5. num. 24. fol. 139.* Petr. Paul. Guazzin. Sebaſtiani filius. *tract. morali ad defenſam. lib. 2. defenſ. 1. cap. 14 n. 20. & 27.* Carena *de off. S. Inquiſit. parte 2. tit. 12. num. 269.* Thom. Sanch. *conſilior. tomo 2. lib. 6. cap. 1. dub. 9. num. 3.*

Quia *cap. 1. de homic.* & Gregoriana vtuntur verbo *occiderit*, & *occidunt*.

4 Nomine autem *occidentis* non venit in odioſis mandans occidi, ſed ſolùm occiſionis executor, qui eſt inſtrumentum mandantis. De Lugo *cit n. 4.* & fit tanquam manus quædam ipſius mandantis, exequens mandatum. Gambacurta *lib. 5. cap. 25. num. 8. ad finem.* quæ manus mandantis, quia verè, & ſine metaphora occidit propriis manibus, verè, & propriè homicida eſt. Graffis. *de caſib. reſeruat. lib. 1. cap. 14. num. 30. & num. 66.*

5 Atque ita quòd mandans aliquem occidi, vel mutilari in Eccleſia, ſiuè mandatum detur in Eccleſia ipſa, ſiue extra illam, non priuetur eadem immunitate, quia verè, & propriè non occidit in Eccleſia, docent Caſtro Palaus. *cit. diſput. vnica de reuer. debita locis ſacris. puncto 9. num. 17.* Diana *parte 6. tract. 1. reſol. 7. §. Vnum mihi. & parte 1. tract. de immunit. Eccleſiarum reſol. 10.* Paces Iordan. *elucubrat. lib. 11. tit. 3. de immun. Eccleſ. num. 339.* qui idem meritò dicit de conſulente *n. 340.* Megal. *cit. lib. 4. cap. 2. num. 13.* & alij, quos citat, & ſequitur Thom. del Bene *cit. cap. 16. dub. 19. ſect. 8.* contra Gambacurtam *lib. 5. capit. 25.* Duardum *in Bull. cænæ. lib. 2. can. 15. q. 16. num. 23.* Decianum *tract. crimin. lib. 6. cap. 28. num. 7. fol. 55.* & alios plures apud eumdem del Bene.

6 Contra verò Franciſcus Suarez. *cit. tomo 1. de relig. lib. 3. cap. 11. num. 16.* aſſerit, quòd mandans inſidioſè occidi alterum, comprehenditur in hac exceptione eorum, qui ab immunitate excluduntur, poſt ſecutum effectum;

Quia, inquit, *qui facit per alium, perinde eſt, ac ſi per ſe ipſum faceret, vt habet regula iuris 72. in 6. Vnde hæc non eſt extenſio legis pœnalis, ſed interpretatio ab ipſo iure facta. Et ſanè tale delictum dignum eſt huiuſmodi pœna, & maiori.* Ita Suarez, quem ſequuntur Layman. *lib. 4. tract. 9. cap. 3. n. 9.* Fagundez *in 2. Eccleſ. precept. lib. 4. cap. 4. num. 46.* Perſicus *de præcipuo ſacerdotis officio. lib. 1. cap. 9. n. 111. fol. 360.* Vincent. Tancredi *tomo de relig. tract. 1. lib. 4. diſp. 7. quæſt. 2. num. 7. pag. 107.* qui tamen contrarium ſequitur *pag. 139. num. 24.*

Sed reſpondetur ad hæc, quòd nos id, quod per alium facimus, cenſemur facere per nos ipſos non propriè. Th. Sanchez *de matr. lib. 3. diſp. 49. num. 2.* ſed moraliter, & virtualiter. Caramuel. *in Theol. fundament. n. 1283. & num. 1299.* & ex hominum exiſtimatione, & imputatione. Tancredi. *cit. pag. 139. n. 24. diſp. 8. quæſt. 5. lib. 4.* & metaphoricè. Auila *de cenſur. parte 2 cap. 5. diſp. 3. dub. 2.* & impropriè, iuriſque fictione, ſeu interpretatione, quæ in pœnis non habet locum, niſi ab ipſo iure facta ſit extenſio. Caſtro Palaus *cit. puncto 9. num. 17.* Thom. del Bene *cit. cap. 16. dub. 19. ſect. 8. num. 8.* Paces Iordan. *cit. n. 339.* Graffis *de caſibus. reſeru. lib. 1. cap. 14. num. 9.* Alterius *de cenſuris diſp. 7. lib. 5. cap. 4. pag. 517. col. 1. tom. 1. litera C.* 7

Et *mandans*, & *faciens* in iure accipiuntur, vt diuerſa. Megal. *cit. lib. 4. c. 2. num. 13.* Gaſpard Hurtadus *de cenſuris in communi. difficult. 14. num. 63.* Thomas Sanchez *cit. diſp. 49. num. 2.*

Et in pœnis, præſertim priuatione immunitatis Eccleſiæ, cum tractetur de præiudicio eius, non ſufficit æquiparatio, ſed requiritur identitas. Caſtro Palaus *cit. diſp. vn. puncto 10. num 8.* Diana *parte 6. tract. 1. reſol. 26. quæſtio 11.* Thom. del Bene *cit. cap. 16. dub. 21. ſect. 7. num. 6.* Guazzin *ſupra. num. 29.* 8

Et

9 Et in hac materia non valet argumentum à paritate, vel maioritate rationis. Thom. del Bene *cit. cap. 16. dub. 20. ſect. 10. num. 6. & dub. 24. ſect. 12. numer. 4.* Caſtro Pal. *cit. puncto* 10. *num.* 7. Diana *parte 6. tract. 1. reſol.* 18. *§. Ad rationem.*

10 Et non fit extenſio de caſu ad caſum. Carolus Maranta *reſponſ. 46. n. 23. parte 2.*

Et nos, mandando homicidium, ſumus quidem rei coram Deo culpæ homicidij proditorij, propter moralem influxum, quem habemus in illud, & quidem per modum cauſæ principalis. De Lugo *cit. dub.* 47. *num* 4. ſed non ſumus de facto, & realiter occiſores, quibus ſolis occiſoribus per actionem phyſicam *liberè*, id eſt cum deliberatione exercitam, impoſita fuit priuatio immunitatis, non autem habentibus influxum duntaxat moralem in occiſionem, cuiuſmodi eſt mandans. Caſtro Palaus *cit. puncto* 10. *num.* 8. Thom. del Bene *cit. dub.* 19. *ſect.* 8. *num.* 11. *& cit. dub.* 21. *ſect.* 7. *num.* 5. *&* 6. Megal. *cit. n.* 13. Homobon. *cit. reſol.* 4. *pag.* 325. *col.* 2.

11 Et magis confirmo dictum meum, quòd aduerto, verba legiſlatorum in noſtro caſu, non eſſe ſcripta in rem;

Neque enim dicunt, priuari immunitate occiſionem proditoriam,

Quo caſu fortaſſe haberet locum doctrina Bartoli allegata per Graffium *de caſib. reſeruat. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 6. & per Catenam *cit tit.* 12. *num.* 265. *& duobus ſeqq.* quòd quando verba ſcripta ſunt in rem, vt quia dicit: *pro homicidio, pro tali vulnere quis puniatur*: tunc mandans, etiam ex verbis tenetur,

Sed eſſe ſcripta in perſonam, dicunt enim: *ſi quis occiderit*, & *qui occiderint*:

In quo caſu non comprehenditur mandans, Petr. Paulus Guazzin. Sebaſtiani filius. *tract. moral. ad defenſam lib.* 2. *defenſ.* 1. *cap.* 14. *num.* 27. Vincent. Tancredi *cit. diſp.* 8. *quæſt.* 5. *num.* 24. *pag.* 139. ex Riccio. Thom. Sanchez *cit. dub.* 9. *n.* 3. *lib.* 6. *conſilior. cap.* 1. *tomo* 2.

Ac proinde, ſicut in hoc caſu reſeruatio occidentis non extenditur ad mandantem, quia mandans, fictè facere videtur. Graff. *cit. cap.* 14. *num.* 10. ita neque excluſio occidentis proditoriè ab immunitate extenditur ad mandantem. Thom. Sanchez *cit num.* 3.

Quòd autem mandatum de proditoriè occidendo ſit dignum pœna priuationis immunitatis, & maiori, concedo ſanè doctiſſimo Suarez; 12

Sed non inuenio, in iure antiquo, nec in Gregotiana fuiſſe de facto ſancitam eam pœnam contra illud mandatum:

Ergo pro illo mandato ſtat regula generalis, vt debeat immunitate gaudere, cum exceptum non fuerit, vt in ſimili optimè dixit Diana *parte 6. tract.* 1. *reſol.* 26. *quæſtio* 14. & aliud ſit, eſſe indignum, aliud eſſe priuarum immunitate. Paſſerin. *tract. de pollut. Eccleſ. diſp.* 5. *cap.* 43. *num.* 5.

Quod autem dixi de mandante, idem dico de *iubente* fieri homicidium proditorium; 13

Mandans enim, & iubens in nullo alio differunt inter ſe, niſi quòd *mandans* reſpicit perſonas habentes liberam obſequij præſtationem, id quod non aduertit Carafa *de duello tract.* 2. *ſect.* 3. *quæſtio* 27. *numer.* 7. tribuens *mandanti*, quod *iubentis* eſt; *iubens* verò reſpicit perſonas obligatas ad obediendum, vt ſi dominus ſeruo, pater filio aliquid agendum iniungat. Graff. *de caſib. reſeru. lib.* 1. *cap.* 15. *n.* 4. Hoton. *de caſib. reſeru. parte* 2. *caſu vltimo.* §. 1. *pag.* 555.

Quid de conſulente, aſſociante, & ſimilibus.

Idem, quòd de mandante, dico de aliis ad occiſionem proditoriam poſitiuè concurrentibus per cauſalitatem ſolùm moralem, quæcumque illa ſit, 14

Cuiuſmodi ſunt conſulentes. Tancredi *cit fol.* 139. *n.* 24. 15

Hh Aſſo

Aſſociantes, etiamſi verbis, & præſentia audaciorem reddant principalem ad occidendum. Tancredi *fol.*140. *num.*25. eſto hi dicantur maleficio præſtare auxilium, ſicut & aſſiſtentes armati in loco maleficij, & vtrique eadem pœna puniantur, qua principalis delinquens. Iuliuus Chartar. *deciſ. crimin.*83. *n.*3.4.5.*&* 7. & fiant excommunicati, ſi auxilium præſtiterint percuſſori Clerici. Chartar. *ibidem n.*10.*ex cap.quantæ.de ſent. excommunicationis.*

16 Arma dantes volenti proditoriè occidere. Tancredi *loc. cit.* vel ferramenta ad aperiendam domum alicui, vt occidat latitans, vel ſcalam pro aſcendendo.

17 Fugienti ab irruente proditorum caterua claudentes domum ipſius fugientis, & ſic exiſtentes cauſa, vt refugij, & defenſionis exors, occidatur;

Quia clauſura huiuſmodi eſt non ſolùm contra charitatem, ſed etiam contra iuſtitiam, quippe eſt moralis quædam detentio, & cooperatio, inductiua irregularitatis. Franciſcus Suarez *tomo de cenſuris. diſp.*45.*ſect.*4. *num.*3. *ad finem.*

18 Subtrahentes arma, quibus à proditore te defenderes.

19 Retinentes literas doloſè, quibus monebaris de paratis tibi inſidiis.

20 Scienter deferentes literas ad aliquem cum mandato ad proditoriè occidendum.

21 Commodantes domum ad ſe includendum pro delicto commodè patrando, vel mutuantes pecuniam pro faciendis præparamentis, vel pro inueniendo executore homicida.

22 Adiuuantes ad euadendum, cum prius præceſſerit tractatus inter ipſos: vt verbi gratia ſi dixerit quis: *occide per inſidias*; quia te iuuabo, & faciam, vt equos habeas in promptu, vel ducam inſtrumenta ad ſpeliendum cadauer.

Et ſimiles, quos ſicuti longum, ita ſuperuacaneum foret recenſere.

23 Eſt autem prædictorum ratio, quia cauſalitas hæc tribuit huiuſmodi concurrentibus denominationem *proditorij* quidem, ſed cum addito diminuente, cum iſti non attingant effectum necis eo modo, quo executor per liberam actionem;

In iure enim non dicuntur verè agere, ſeu facere, niſi ij, qui faciunt, id eſt exercent actionem illam, de qua iura loquuntur: cæteri verò, conſulentes ſcilicet, fauentes &c. moraliter, vel interpretatiuè tantùm facere dicuntur. Paſſerin. *tract. de pollut. Eccleſ. diſp.*5.*c.*18. *num.*1. 24

In re autèm odioſa, cuiuſmodi eſt priuatio immunitatis Eccleſiarum, requiritur denominatio *proditorij* plena, & perfecta, qualis conuenit ſoli executori per liberam actionem. 25

Quare optimè dixit Bonacina *tomo* 3. *de cenſuris in particulari. diſp.* 2. *quæſt.* 3. *puncto* 16. *§.* 8. *num.* 1. quando dicitur, proditoriè occidentes non gaudere immunitate, intelligi de illis, qui per ſeipſos proditoriè occidunt, cum in textu dicatur, *qui proditoriè occiderint*, id quod notat etiam Diana *parte* 6. *tract.* 1. *reſol.* 12. *ad finem.* 26

Quid de deducente inſidioſè aliquem, vt ab alio improuiſus occidatur?

Vnde, vltra modò dicta, colligas primò, deducentem alium inſidioſè, vt ab alio improuiſus occidatur, gaudere immunitate, ſecuta occiſione; 27

Is enim deductor proditoriè quidem, at non phyſicè, & immediatè, ſed moraliter tantùm, & per alium liberè agentem occidit. Thom. del Bene *cit. cap.*16.*dub.*20.*ſect.*8. Diana *cit. reſol.*12. *in fine.* §. *Notandum eſt tamen hic obiter.* Bonacina *cit. §.*8. *num.* 1.

Etiamſi contrarium aſſerant Remigius de Gonny *cit. tract. de immunit. fallentia* 14. *numero primo.* Alexand. Peregrin. *citat. tract. de immun. capit.* 7. *n.* 9. Suarez

Digitized by Google

Suarez de Paz *cit.cap.*3 §.3. *numer.*124. & alij apud eumdem Peregrinum.

Quid de cauſante ſuſpendium alicui per falſum teſtimonium?

28 Colligas ſecundò, gaudere immunitate periuros,& falſos teſtes,qui cauſa ſunt, vt aliquis, alioqui non damnandus, damnetur ad mortem. Thom. del Bene *cit.cap.*16.*dub.*24.*ſect.*12.*num.*5. *iuncto num.* 4. ℣. *Inſtabis.* Caſtro Palaus. *cit. puncto* 10.*n.*8. Bonacina *cit.*℣.8.*n.*4. Diana *parte* 6.*tract.*1.*reſol.*26. *quæſito* 11. Vincent. Tancredi *cit. tomo de religione lib.*4 *diſput.*8.*quæſt.*5.*pag.*159 *num.*55. Petr. Paul. Guazzinus *tract. morali ad defenſam.lib.*2.*defenſ.*1.*cap.*14. *num.*29. Bordon.*tomo.*3.*controuerſiarum moralium.controuerſia* 1.*num.*271. *quia*, inquit, *teſtis re vera non dicitur occidere, ſed tantum eſſe cauſa ex ordine iuris, licèt iniqua alterius mortis.*

Quid de iudice?

29 Itemque Iudices,qui per falſam ſententiam efficiunt, vt reus moriatur. Th.del Bene *cit.cap.*16.*dub.*21. *ſect.*7.*n.*5.

Itemque Notarios, qui occultant ſcripturas facientes ad defenſionem;

Quamuis enim, qui verum occultant,dum in teſtimonium adducuntur, vnde aliquis ad mortis ſupplicium damnetur, ſicut & Iudices, qui eodem modo ſubuertunt iuſtitiam, proferendo falſam ſententiam, appellentur *proditores.* Marius Italia *lib.*1.*cap.*5. §.4.*numer.*41.Farinac.*in Append. de immun. numer.* 141. quod de iudicibus dicit Decian. *cit.lib.*7.*cap.*29.*num.*13.quos meritò appellat *largè homicidas voluntarios* Graffis *de caſib. reſeruat. lib.*1.*cap.*14.*n.*51. & dici *occidere* aſſerit Carpanus *in commentar. ad cap. Homicida. nouar. conſtitut. num.*61.& 62.& de accuſatore, qui præuaricatur,aſſerit,quòd ſit proditor,Decian.*ſupra. num.*12.

Et quidem meritò, non ſolùm,quia iuſtitiam à ſe procul abiiciunt, quòd eſt *prodere*, vt alibi diximus,

Sed multò magis, quia per ſuas falſas depoſitiones, ſententias, & accuſationes ſtatuunt reum in impotentia ad ſe defendendum à ſupplicio inferendo, atque ad eam illationem efficaciter concurrunt,

Ille tamen concurſus eſt ſolùm moralis, non phyſicus, ſeu non phyſicomoralis, ac proinde ipſos denominat homicidas proditorios *moraliter*, non phyſicè, & conſequenter non facit capaces priuationis immunitatis ſtatutæ *ſolis homicidis proditoriis phyſicè.* Tom: del Bene *cit.dub.*24.*ſect.*12.*num.*5.Caſtro Pal. *cit. puncto* 10. *num.* 8.

Etiamſi contrarium teneat Farinac. *cit.num.*141. qui concludit, eſſe tutius, vt conſulatur Papa, & Decian. *cit.lib.*7. *cap.*30.*num.*6.*iuncto cap.*29.*n.*12.& 13.

Obſeruo autem hic, quòd obſcurè 30
loquitur Dian.*cit.parte* 6.*tract.*1. *reſol.*26. *quæſito* 11.dum dicit, falſum teſtem,qui cauſa fuit, vt aliquis ad mortem damnatus ſit, non poſſe dici *homicidam proditorium*, quia moraliter tantùm dicitur occidiſſe, & non phyſicè, quæ cauſalis eſt planè incongrua, ſi cadat ſupra Ly *proditorium*;

Quia denominatio *proditorij* non pendet à modo cauſandi occiſionem, id eſt phyſicè, non moraliter, ſed pendet ab hoc, quòd occidatur impotens ad ſe tuendum.

Quæ occiſio cum fiat ab illo teſte, proptereà denominat eum *proditorium homicidam*, moralem tamen, non phyſicum:

Ex quo cauſandi modo fit,vt dictus teſtis, quantumvis *proditorius homicida*, admittatur tamen ad immunitatem, à qua excluditur, qui propriè,& non qui impropriè occidit, vt optimè dixit idem Diana *ibidem*, meritò admittens illum teſtem ad ipſam immunitatem.

Sed fortaſſe hic Auctor voluit dice- 31

re, non poſſe dici homicidam, qui moraliter tantùm occidit, quod eſt veriſſimum, cum ſolus executor dicatur in toto rigore *homicida.*

Quid de reuelante adulterium vxoris marito cum intentione, vt maritus incautam occidat?

32 Colligas tertiò, debere admitti ad immunitatem etiam illum, qui ſciens adulterium Bertæ, ſiue illud fingens, reuelat marito cum intentione, vt maritus incautam occidat;

Quamuis enim ſecuti homicidij ſit reus quo ad culpam, & irregularitatem. Gibalin. *de irregular. quæſt.* 2. *n.* 15. *fol.* 179. quia eſt cauſa moralis ipſius homicidij, quæ cauſalitas ad peccatum, & irregularitatem ſufficit,

Non amittit tamen immunitatem, cum ad id eadem cauſalitas non ſufficiat ob modum loquendi Pontificum in hoc diſponentium.

Quid de ratificante necem proditoriam?

33 Demum colligas quartò, gaudere multò magis immunitate illos, qui habent ratam, immo etiam muneribus recompenſant necem proditoriam ab aliquo patratam eorum intuitu;

Vt contingeret, ſi ſeruus meus vlturus meas iniurias, meum iniuriatorem inſidiosè occideret, & ego id neſciens, probarem factum, & ratum haberem, ſeruum laudarem, neque indonatum relinquerem, immo & receptarem, & fouerem, vel vterer quocunque alio ex modis inducentibus ratihabitionem, de quibus latè Carer. *in pract. crimin. fol. mihi* 139. *à tergo, &* 140.

34 Quamuis enim ratum habentes quod fuit factum proditoriè eorum nomine, dicantur *proditores.* Didacus à Cantera *qq. criminal. pag.* 82. *col.* 1. *ad initium*,

Ad eam tamen necem concurrunt non per modum cauſæ efficientis, ſed ſolùm tanquam finis *cui*, id eſt tanquam ij, in quorum gratiam occiſor permotus eſt ad occidendum, & per præſentem ratihabitionem non fiunt vllo modo cauſa, cum, ex communi Philoſophorum axiomate, *ad præteritum non ſit potentia.*

Propter quam rationem nec tenentur reſtituere, nec fiunt irregulares Thom. Tamburin. *in Decal. lib.* 6. *cap.* 4. *§.* 5. *num.* 7. Layman. *lib.* 3. *ſect.* 5. *tract.* 3. *parte* 3. *cap.* 4. *num.* 6. Henriquez *lib.* 14. *cap.* 16. *num.* 2. *ad finem iuncta Gloſſa. littera A.* 35

Etiamſi prædictos teneri ad reſtitutionem contendat Stephanus à S. Gregorio *tract. de præcipuis iuris, & iuſtitiæ partibus. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 35. & fieri irregulares dicat idem Stephanus *num.* 34. ſicut & alij apud Leandrum. *qq. moral. parte* 5. *tract.* 2. *diſp.* 12. *quæſt.* 35. Comitolus *lib.* 6. *quæſt.* 63. ſecutus Speculatorem, Turrecrematam; Silueſtrum, Roſellam, Nauarrum à ſe citatos *num.* 4. & contendens, ratihabitionem, quam *num.* 5. dicit eſſe cauſam non phyſicam, ſed moralem, ſeu legalem, auctoritate legum, & aſſenſu populorum inſtitutam, quæ cauſa vt valet ad contractus firmandos, ita ad facinora confirmanda, & punienda:

Contendens inquam eodem *num.* 5. poſſe redigi in ordinem cauſarum naturalium.

Sed quidquid ſit de his, contra quæ multa mihi occurrerent, ſi diſceptationi circa hæc eadem locus foret, 36

Ego dico, ratihabitationem, proditoriæ necis, ſiue dicatur cauſa moralis, ſiue phyſica, non priuari immunitate,

Cùm ratum habens homicidium proditorium nomine ſuo factum, non dicatur occidiſſe propriè, & ſimpliciter prout *cap.* 1. *de homic.* & *Conſtitutio Gregorij XIV.* requirunt per verba *occiderit*, & *occiderint*:

Quòd

Quod verbum in re odioſa, cuiuſmodi eſt excluſio ab immunitate, importat concurſum immediatum, & per actionem phyſicam in genere cauſæ efficientis, non autem mandatum virtuale, cuiuſmodi vocari, & cenſeri poteſt ratihabitio, quatenus mandato eſt ſimillima. Caramuel *in Theol. fundament. n.* 1283. Alterius *de cenſur. tomo* 1. *diſp.* 12. *lib.* 5. *cap.* 6. *pag.* 615. *col.* 1. *lit.* C.

Vnde appellara eſt *mandatum* per fictionem iuris. Carena *de off. S. Inquiſit. parte* 2. *tit.* 13. *num.* 41.

Quo fit, vt ratum habens delictum factum proditoriè ſuo nomine, cum ratihabitio habeatur pro mandato, & interpretatiuè, non diceretur verus proditor, ſed benè *proditor interpretatiuè*. Cantera *cit. pag.* 82. *col.* 1.

37 Et quando legiſlatores volunt comprehendere in diſpoſitione pœnali, atque odioſa ratihabitionem, id exprimunt. Carafa *de duello tract.* 2. *ſect.* 3. *quæſito* 29. *num.* 8.

Quid de complacente ſibi de nece proditoria à ſe tempore delirij patrata.

38 Addo, quòd ſicut qui mente per morbum alienata, occidit hominem, & ſubinde compos ſui factus, complacet de illa occiſione, quamuis peccet in hac complacentia, non tamen fit irregularis, quia in actu ipſo occiſionis non peccauit, ob deliberationis defectum, & complacendo hìc, & nunc, non influit in actum præteritum realiter, quem tamen realem concurſum poſtulat irregularitas, quæ eſt pœna homicidij realis, non autem complacentiæ de homicidio, quæ complacentia dici poteſt quaſi homicidium mentale, immo etiam verbale, ſi complacentia exterius per verba declaretur, vti optimè docent Franciſc. Suarez. *tomo* 5. *de cenſur. diſp* 44 *ſect.* 3. *numer.* 29. Stephan. Bauny *in Theol. morali tomo* 2. *tract.* 11. *q.* 27. *quæſito* 13. Gibalin. *de irregular. pag.* 156. & 157. Leander. *qq. moral. parte* 5. *tract.* 2. *diſp.* 10. *q.* 36.

Ita ob parem omninò rationem, non 39
amitteret immunitatem, qui in delirio hominem impræcauentem, & impotentem ad ſe tuendum necaret, & ad mentis ſanitatem reſtitutus, complaceret ex pleno animo, & verbis prægnantibus de nece illa, etiamſi complacentia hæc peſſima foret.

Sic qui de pollutione habita ſine 40
concurſu voluntatis intra Eccleſiam, poſtea mortaliter complacet, non indè polluit ipſam Eccleſiam, vt optimè Paſſerin. *de pollut. Eccleſiar. diſp.* 7. *cap.* 4. *n.* 4.

Supereſt verò, vt videamus quando gaudeant immunitate, & quando non gaudeant quidam alij concurrentes ad necem proditoriam.

Quid de maleficis, ſeu ſortiarijs.

Maleficos, ſeu ſortiarios, ſi homi- 41
nes ex arte magica occidant, eſſe homicidas deliberatos, & proditorios, tradit in terminis Martinus Delrio *diſquiſit. magic. lib.* 5. *ſect.* 7. §. *Capi ſortiarios pag.* 733. *in mea editione Moguntina*, & 321. *in Lugdunenſi.* & meritò,

Nam ſemper occidunt impotentes ad ſe tuendum, vel nimirum infantes, quos ſicuti olim lamiæ per oſtentationem mammarum, quaſi eos lactaturæ cohibebant à fletu, & ſic tacentes necabant, ita hodie non tam ſimulando ſe nutrices, quàm ferarum ſpecie inuadendo, & dormientium cum ſanguine vitam exſugendo, vel tabifico veneno interimunt. Delrio *diſquiſ. magicar. lib.* 3. *quæſt.* 1. *primæ partis ad finem. de maleficio.* vel è cunis raptos præfocant; aut acu poſt aurem infixa occidunt. Sebaſt. Salelles *lib.* 1. *de materiis Tribunalium Inquiſitionis. cap.* 14. *num.* 266. & potiſſimùm nondum baptizatos. Delrio *cit. quæſt.* 1. *paulò ſuperius. verſ. hodie potiſſimum*, & rurſum *quæſt.* 5. §. 2. *frequentiſſimè.*

42 Quorum nece maximè gaudent Dæmones ob atrociorem offenſam Deo illatam per huiuſmodi innocentium exterminium quo ad animam, & corpus. Delrio *eadem quæſt.* 5. *§. eodem.*

43 Permittente Deo hanc carnificinam quo ad non baptizatos ne propter actualia peccata, quæ commiſſuros videbat, ſi viuerent, grauiorem ſibi damnationem acquirant: quo ad baptizatos verò, tum vt ſic à multis peccatis præſeruati, cælum adipiſcantur cum ſecuritate, quod malitia non mutabit intellectum eorum, tum in pœnam parentum, vel ad eorum probationem. Delrio *cit. quæſt.* 5 *§. eodem ex S. Auguſtino.*

44 Et mouentur malefici ad hæc infanticidia potiſſimum ob imbecillitatem huius ætatis ad reſiſtendum, ob impotentiam ad cauendum, ad cognoſcendum eorum conatum, reuelandum, accuſandum.

Itemque vt ex ipſis infantibus petant instrumenta maleficiorum, cum putent, ſe taciturnos fore in tormentis, ſi certum cordium infantilium numerum exſcindant, & comedant, itemque vt ex corpuſculis illis celebrè vnguentum, quod Grillandus dicit vocari *vnguentum Paganum*, conficiant. Delrio *loco proximè citato.*

45 Vel occidunt adultos compotes quidem rationis, ſed indiffidatos, præſertim ſi vtantur adiutorio Dęmonum, qui ſunt inſidiatores inuiſibiles in omnem nocendi occaſionem intenti, quorum nec inſidias cauere, nec vim (ſi Deus illis permittat) atque ferociam prudentia, aut vires humanæ ferre valent, vt dixit idem Delrio *lib. 5. ſect. 16. §. tertio loco, pag.* 781. *in edit. Mogunt. & pag.* 344. *in Lugdunenſi, ſecundo loco; nam hic numerus per typi errorem bis ponitur.*

46 Vnde hic obiter quæro à Bartoli ſequacibus in *l. Reſpiciendum. §. Delinquūt. ff. de pœn.* dicentibus abſolutè, & ſine vlla limitatione, inimicitiam in inferente per inſidias mortem homini rationis compoti, & illius inimicitiæ quantumuis capitalis conſcio, deſtruere rationem *proditorij* ex illa ratione, quia occiſus poterat, & debebat cauere.

Quæro inquam, an ſi inimicus meus capitalis, & cognitus vt talis, occidat me, acceſſitis in ſubſidium inſidiis diabolicis, exiſtiment adhuc, me potuiſſe cauere, & debuiſſe, & ideo me ab inimico meo ſine proditionis nota occiſum fuiſſe?

Spero, mi Lector, futurum, vt ſapientia tua, inſpecto robore argumenti petiti ex hoc caſu, pronunciet, me demonſtratiuè, nedum probabiliter, philoſophatum in deductis per me *in §. 10. n. 27. & ſeqq.*

Sed redeo ad propoſitum principale, cum ſatis, ſuperque confutauerim ſententiam oppoſitam in eo §. 10. & quęro.

Gaudeantnè ſortiarij immunitate, ſi quem ex magica arte occidant?

Sortiarij poſſunt duobus modis 47
operari necem vel alicuius infantis, vel adulti ratione vtentis, ſed indiffidati:

Primò immediatè, & per ſeipſos, id quod de lamiis pueros occidentibus tradunt Simanca *catholicar. inſtitut. tit.* 37. *n.* 17. Tolet. *lib.* 4. *cap.* 16. *ad finem, in inſtruct. ſacerdotum.* qui ſupra vniuerſaliter dicit, maleficos eſſe aliquando homicidas: itemque Petrus Binsfeldius *in Enchiridio Theologiæ paſtoralis* 3. *parte, cap.* 5. *pag. mihi* 250. *in editione Tullenſi Coriolan. de caſib. reſeruat. parte* 2. *caſu* 1. *num.* 17.

Et hoc fecit vetula illa magiam viginti annos profeſſa, quam fuiſſe à ſe examinatam, dicit Paulus Grillandus *de ſortilegiis, quæſt.* 9. *n.* 3. qui idem dicit de alia ſimili muliercula trium homicidiorum rea in *quæſt.* 7. *n.* 27.

Præſtantque prædictum ſcelus præ- 48
ſertim applicando venena, & mixturas, quæ Diabolus, vtpotè qui optimè

nouit

nouit rerum omnium virtutes, omnes herbas, & vim, quam habent in foliis, feſtucis, atque radicibus; item omnia animalia terreſtria, & eorum naturas, & qualitates, omnes aues, omnes piſces, vires omnium metallorum, ſulphuriſque, omnium lignorum, lapidumque, omnia elementa, orbium cæleſtium influxus. Grilland. *quæſt. 6. n.9. & 10.*

Diabolus inquam vel fabricat ipſemet, vel ad faciendum inſtruit ſuos, aut ex herbarum foliis, aut radicibus, etiam ex Ægypto, aut aliunde delatis, aut ex lignis, aut ex lapidibus, aut ex matallis; aut ex reptilibus terræ venenoſis, aut ex ſerpentum proprio veneno, aut ex auium, aut animalium, aut piſcium venenoſorum membris, vel inteſtinis. Grilland. *cit. quæſt.6. num.17. & quæſt. 5. num.6.*

Applicando inquam venena vel per vnctionem partium corporis, vel per immixtionem in cibum, & potum exhibitum ignaris, & his, qui bona fide cum eis comedunt, vel bibunt. Grilland. *quæſt.3.n.29.* Salelles *cit.lib.1.cap.14. n.286.* Alphonſus de Caſtro *de iuſta hæreticorum punitione.lib.1.cap.15.fol.mihi 75. à tergo.* quæ venena mortem inferunt; ſi vel ſummas veſtes vnctio attingat. Salelles *cit.cap.14.n.269.*

49 In hoc autem caſu operandi necem proditoriè per ſeipſos, non gaudent immunitate ſortiarij, ſi tamen de hoc immediato concurſu poteſt conſtare, quod difficillimum eſt, niſi ipſimet confiteantur in iudicio, quippe qui tanquam liberi executores, verè, propriè, & in tota rigore occidunt, quæ eſt aperta ſententia cit. Martini Delrio *ſect.7. §. Capi ſortiarios*, dicentes, capi ſortiarios, & maleficos in Eccleſia poſſe, quia ſunt venefici, & homicidæ deliberati, & proditorij.

50 Secundò poſſunt ſortiarij operari proditoriam necem, mediante Diabolo, tanquam inſtrumento. Leſſius *de iuſt. lib.2.cap 9.n.48.* ſicuti tyrannus aliquis per ſuos ſatellites torquet;

Nam perditæ iſtæ animæ, volentes aliquem ex hac vita proſcribere, adhibent magicos ſuſurros, atque incantationes, ſiue formulas quaſdam conceptis verbis ex pacto cum Dæmonibus inito operantes, quæ ſub nomine *veneni mali* à Doctoribus comprehenduntur, teſte citato Delrio *lib. 5. ſect. 16. §. Doctores communiter pag. 782. in edit. Mogunt. & 344. in Lugdunenſi. ſecundo loco; nam per typi errorem bis ponitur numerus 344. vt ſuprà aduerti:* cuiuſmodi fuit illa, quam refert idem Delrio *ibidem §. Vnde nihil.* in hæc verba:

Per illud ius, & imperium, quod in me tibi permiſi (Dæmonem ſaga Louanienſis alloquebatur) *poſtulo, vt quantum polles, poteſque, tali, vel tali* (nomen illa exprimebat) *noceas:*

Dæmon autem his coniurationibus, ſicut & aliis ſignis, tanquam cauſis moralibus allicientibus Dæmonem ex pacto, vt faciat quod petit magus. Leſſ. *de iuſt.l.2.c.44.n.2.* monitus de ipſo pacto, aduenit. Grilland. *de ſortilegiis q. 3. n.7.* exeritque latiſſimam illam poteſtatem operandi ad extra, & nominatim ad nocendum hominibus, ſi Deus permittat, quæ per peccatum neque ex toto, neque ex parte ſublata ipſi eſt, vt tradit. S.Thom. ab omnibus receptus *1. parte q.64.art.1. in corp.* ex S.Dionyſio. *iuncto art.4.in corpore.* vbi S.Doctor dicit, Dæmones in hoc aëre caliginoſo eſſe ad noſtrum exercitium, quod intelligendum eſt non tam ad tentationes animæ, quàm ad torturam corporis. 51

Et ſiue agatur de ſagittariis, ſeu baliſtariis, quibus nempè Dæmon ſibi fœderatis, & tela ſub certo ritu in Crucifixi imaginem iaculantibus cum credulitate enecandi totidem vno die, quoſcunque deligant, & quocunque loco degentes, etiam remoto, & concluſo, ſpopondit ſe tela eò perlaturum, & hoſtili in corpore defixurum, de quo nebulonum 52

nebulonum genere agit Delrio *diſquiſ. magicar. lib. 3. part. 1. quæſt. 4. ſect. 4. in initio*, & de illis intelligit decreta per Innocent. III. *lib. 5. Decretal. tit. de ſagittariis. cap. vnic.* vbi vocat artem horum mortiferam, & odibilem, & ſub pœna anathematis contra Catholicos, & Chriſtianos exerceri vetat.

53 Siue agatur de imaginum fabricatoribus, qui confectas imagines vel acubus pungunt, vel igne liquant, vel confringunt, & ſic certum iis, quos tales imagines deſignant, interitum tabe, vel alio mortis genere afferunt, vt idem Delrio *cit. ſect. 4. §. Haud multum.*

54 Siue agatur de inuitantibus ipſum Dæmonem ad maleficium per minas ſolas in aliquem, per increpationes, immò & per laudes, de quo maleficij modo agit Salelles *cit. cap. 14. n. 268.*

55 Quidquid Azor. *inſtit. moral. parte 1. lib. 9. cap. 25. quæſt. 1.* dicat, quòd ſi quis vehementius cogitans, erumpat in odium, aut amorem, & exteriùs in laudationem, tenues corporis ſpiritus valdè immutantur, & ad oculos transfuſi, aërem ſibi coniunctum ad certum ſpatium corrumpunt, & teneris puellis intra id ſpatium ſitis, & facilè patibilibus infectionem cauſant, *& hac poteſt*, inquit, *eſſe vis naturalis faſcinationis*: Fatetur tamen, ſæpe nullas eſſe faſcinationes, ſed Dæmonum malignitate aut aërem ſubitò infici, aut hominis, belluæve corpus aliqua ex parte maculari, & lædi, id quod ego omnino ſemper fieri exiſtimo, niſi velimus dicere, quòd euenire poteſt faſcinatio eorum, qui intensè amantur, quando parentes, familiares, ac amici ſunt eâ peſtiferâ qualitate infecti, vnde ex frequenti conuerſatione facilius ſuo morbido halitu nocere iis poſſunt, quos amant, vt optimè notauit Venicell. *qq. moral. & legal. tract. 8. quæſt. 37 n. 15.* vbi quod fabuloſum, vel ſuperſtitioſum eſt, quod Plutarcus, & Plinius narrant de faſcinantibus laudando, vel de faſcinatione eorum, quos intensè amamus.

Exerit inquam Dæmon in prædictis, & ſimilibus exhibitionibus ſignorum factis per ſortiarios, vires ſuas eximias, & cum non poſſit operari, niſi mediantibus virtutibus naturalibus, conſiderat in ſuis operibus corporum aptitudines ad effectus intentos. S. Thom. *1. parte q. 115. art. 5. ad 1.* applicandoque actiua paſſiuis opportunè, mortem infert maleficato, quæ ſanè debet malefico tanquam iubenti imputari, vt notauit Delrio *cit. ſect. 16. pag. in cit. editionibus 782. & 344. ſecundo loco; ob typi errorem ſub §. Vnde nihil dubitem, verſ. Ideo ſi conſtaret.*

Quia verò Dæmon eſt ipſemet proditoriæ necis immediatus executor, & eſt agens liberum, ſeu à propoſito, cum retineat libertatem arbitrij. S. Thom. *1. parte q. 64. art. 2. ad 1.* ac proinde in maleficiis voluntariè agat, & non ex neceſſitate naturæ. Thom. Sanchez *de matrim. lib. 7. diſp. 94. n. 4.* Coſpus *in Iudice criminaliſta parte 2. cap. 58. n. 1.* 56

Immò credatur ab aliquibus magnis Doctoribus exercere poſſe aliquem actum bonum moraliter. Scoto, Tartareto, Baſſolis, Durando, Angles, Pelbarto apud Franciſcum de Lugo *tomo 2. in 1. partem S. Thom lib. 3. diſput. 27. cap. 3. n. 1.* quod eſſe probabilius dicit Valentia *tomo 1. in eamdem 1. partem. diſp. 4. q. 15. puncto 2. col. mihi 1006.* quamuis pro præſenti ſtatu ſit incapax meriti, & demeriti.

Et ex eo, quòd eſt agens liberum, dictus fuerit à Chriſto homicida ab initio. *Ioann. 8. 44.* ſolicitè nempe hominum necem quærens, ſuadenſque Caino iam tum primum homicidium Abelis fratris ſui, vt notauit Gabr. Vaſquez *tomo 2. in primam partem S. Thom. q. 62. art. 3. diſp. 227. cap. 3. n. 11.* & vocetur *proditor gentium* ab Eccleſia *in Rituali Pauli V. in primo exorciſmo. pag. mihi 224. ſub Rubrica de exorcizandis.*

Ideò maleficus, ſeu ſortiarius, qui remanet cauſa merè moralis eiuſdem 57

proditoriæ

proditoriæ necis maleficato illatæ,non amittit immunitatem, & eſt maximè ſimilis mandanti aſſaſſinium.

Quid enim, inquit Delrio *cit. lib.* 5. *ſect.* 16. *pag.* 783. *in edit. Mogunt. Sed per typi errorem* 785. *& pag.* 345. *ſecundo loco in Lugdunenſi, cum per typi item errorem geminetur numerus* 345. *col.* 1. *verſus medium, ante* §. *Verum dicat aliquis.* quid intereſt,precio conducam ſicarium, *qui meum inimicum ex inſidiis interficiat,an de hoc vi pacti conuenti à Dæmone,id vt faciat, obtineam? Hic,pro pecunia,eſt anima ei pacta,& promiſſa.* Ita Delrio, cui conſonant Franciſc.Suarez *tomo* 1. *de religione tract.* 3. *lib.* 2. *de ſuperſtit. cap.* 14. *num.* 12. D.Paſſerin. *tract. de pollut. Eccleſiar. diſp.* 5. *cap* 48 *num.* 2. docentes,mãleficos opera Dæmonis, tanquam miniſtri, vti ad nocendum, ſicuti qui per aſſaſſinos alium occidit. Immo Suarez expreſsè dicit, quod homo Dæmonem veluti conducit ad maleficium faciendum, mediante pacto cum illo inito.

58 Nihil autem hic dico de alio titulo, ex quo poſſunt hi ſortiarij amittere immunitatem, & eſt hæreſis, quæ ferè ſemper coniuncta eſt cum his veneficiis,vt notauit Delrio *cit.* §. *Capi ſortiarios. lib.* 5. *ſect.* 7. Leſſ. *de iuſt. lib.* 2. *cap.* 44. *num.* 27. Tolet. *lib.* 4. *cap.* 16. *circa finem.* Baldell. *tomo* 2. *lib.* 4. *diſp.* 16. *n.* 16. cum venefici ſæpè non credant, Dæmonem eſſe Deo ſubiectum,& in ſuis operibus à Deo dependentem,vel non eſſe damnatum, vel certè nihil firmiter credant & tanquam athei, ſint, vt notauit Suarez *cit. cap.* 14. *n.* 11. & nullius religionis. Leſſ. *cit. n.* 27.

Neque enim ago hîc de immunitatis amiſſione ex quocumque titulo, ſed ſolummodò ex titulo *proditorij*.

Noua doctrina Ioannis Baptiſtæ Van Helmont.

59 Credideram, vocari non poſſe in dubium,quod Dæmon de facto ex Dei permiſſione, ad ſagarum poſtulationem homines per ſeipſum nonnunquam interficiat,& ſic optimè ſubſiſtere diſtinctionem à me ſupra daram dè mediato,& immediato Dæmonis concurſu ad homicidium proditorium ex maleficio.

At poſt hæc ſcripta incidi in nouam mihi, & planè contrariam doctrinam Ioannis Baptiſtæ Van Helmont. *in ortu medicinæ,de magnetica vulnerum curatione.pag.* 487. *à n.* 87. *vſque ad* 131. quæ doctrina multis comprehenſa, reducitur ad hæc capita.

Quòd nimirum ſi Satan hominem 60
per ſe poſſet occidere, non procraſtinaret : atqui non occidit : ergo non poteſt. Verumtamen eundem ſaga ſæpius occidit : hinc etiam eundem occidere poteſt,non ſecus ac ſicarius enſe quempiam, libertate ſui arbitrij, interficit.

Quòd ſagæ quædam poteſtas eſt in 61
hoc actu,quæ non eſt Satanæ,& conſequenter non eſt Satanas principalis efficiens, & executor iſtius homicidij; alioqui enim ſi executor eſſet, nullarenus egeret coadiutrice ſaga, ſed maximam hominum partem de medio ſolus iam abſtuliſſet : ergo in hoc eſt aliqua vis ſagæ planè propria,& naturalis, & quæ non eſt Satanæ.

Quòd hæc vis in illa parte, qua Dei 62
imaginem proximè referimus, collocanda fuit.

Quòd ſi Deus agat per nutum, per 63
verbum,ſic oportuit hominem, ſi verum debeat dici eius ſimulacrum,agere nonnulla ſolo nutu per media deportato in aliud diſtans obiectum.

Quòd hæc facultas, quam appellat 64
magicam, ſit ſpirituale robur,& reſideat in homine interno, ſiue hoc etymo animam intelligas, ſiue eius ſpiritum vitalem, & per totum hominem diſperſa ſit, in anima quidem vegetior, & in carne, & ſanguine longè demiſſior.

Quòd hæc eadem facultas magica 65

naturalis ſolo nutu actrix in homine, qua anima extra ſe agat virtute imaginis Dei latet iam obſcura in homine, veluti obdormit poſt prçuaricationem, excitationiſque indiga eſt.

66 Quòd Satan vim hanc magicam excitat in ſuis mancipiis, & inſeruit eadem illi, enſis vice, in manu potentis, ideſt ſagæ. Nec aliud prorſus Saran ad homicidium adfert, præter excitationem dictæ poteſtatis ſomnolentæ, propter quam excitationem poſtulat ſibi per pactum, iugem, tenacem, & irreuocabilem oppignerationem, ſeruitutem perpetuam, & adorationem, ſi nihil amplius.

Quòd hùc ſpectat ars Cabalæ, quæ poteſtatem illam naturalem, & magicam, velut excuſſo ſomno, animæ reſtituat, & Hæc Van Helmont.

Impugnatur Van Helmont.

67 Sed hæc doctrina gratis omnino aſſeritur ab hoc auctore, cum neque ex ſacris ſcripturis, neque ex principiis Theologicis, aut philoſophicis habeatur vllum motiuum aſſerendi in homine facultatem illam.

68 Immò, ſaluo ſemper iudicio S R. E. à qua non vidi prohibitum placitum huius Auctoris, videtur mihi dicta facultas ferè coincidere cum illa, quam Leſſius *lib. 2. de iuſt. cap.* 44. *dub.* 2. *num.* 10. affert tanquam fundamentum quartum ex multis à Diabolo excogitatis, vt artem magiæ ſuperſtitioſæ ſuadeat eſſe licitam, & in naturalium rerum concurſu, cooperatione, ſympathia, & antipathia fundatam, & conſiſtit in hoc, vt humana anima, quando in magnum deſiderium exardeſcit, habeat ſufficientem poteſtatem ad imprimendam verbis, ſcripturis, imaginibus, & characteribus vim quamdam, quæ naturaliter efficax ſit, & energiam habeat ad effectum deſideratum, modò illa proportionem quamdam ad hunc effectum habeant, quæ in eo ſignificando ſita ſit, v. g. ſi velis inferre noxam aliquam, adhibenda ſunt verba, vel alia ſigna, quæ noxam illam aliquo modo deſignent: ſi concitare ad amorem, debent ea adhiberi, quæ amorem ſignificent, depictis duobus ſeſe mutuò complectentibus, vel alia ratione: ſi ad odium, duobus inter ſe pugnantibus.

Contra quæ facit efficaciter, quod hæ facultates hominibus affictæ à Magis, & à Van Helmont, non poſſunt in alia re concipi, quàm in operationibus immanentibus, ideſt in actibus intellectus, quod apertè dicit Van Helmont. *n.* 126. phantaſiæ, voluntatis: hæ autem operationes, & actus intelligendi, imaginandi, deſiderandi, eo ipſo, quòd ex ſe ſunt immanentes, non poſſunt vllum effectum in rem externam ſepararam, producere, quamuis poſſint concitare ſpiritus, atque humores tanquam ipſi ſubſtantiæ animæ vt formæ informantis intimè præſentes, & naturalem ſubiectionem ad illam habentes, quam ſubiectionem ad animæ actus non habent res externæ, quidquid blaterent magi contra rationem, & omnem experientiam, & contra illud Domini, *Matthæi 6. Nemo poteſt ad ſtaturam ſuam adiicere cubitum vnum*: & *Matthæi 5. Non poteſt vnum capillum album facere, aut nigrum.* Si enim non poſſumus rem tam coniunctam mutare, quomodo rebus externis vires effectrices imprimere? Ita Leſſ. *cit. cap.* 44. *n.* 11. cui conſonant dicta per Vincent. Tancredi *tomo de relig. tract. 2. lib. 2. diſp. 8. quæſt. 6. num.* 14. *verſ. vanum quippe, pag.* 212. vbi quòd vanum eſt dicere, hæc ſumere efficaciam ab animæ virtute, vel ab operantis imaginatione vehementer applicata, cum nulla habeatur de ea re probabilis ratio, & ex hoc potius maximum eſſet miraculum, quòd imaginatio ad exteriora mouenda vim haberet. 69

Hominem

Hominem non tam dici imaginem Dei, quàm ad imaginem Dei.

70 Neque obſtat argumentum petitum ab imagine Dei; nam per defectum prædictæ facultatis in homine non deſtruitur ratio imaginis Dei, ſicut non deſtruitur per defectum aliorum attributorum Dei propriorum.

Bene ſi quidem ſaluatur ea ratio per hoc, quòd homo eſt naturæ intellectiuæ, præditus vſu liberi arbitrij. Molina *de iuſt. tomo* 1. *tract.* 2. *diſp.* 18. *col. mihi* 84. *ſub initium*, capax gratiæ, meriti, & viſionis beatæ & ſecundùm tres animæ potentias habet ſpiritualem quandam proceſſionem verbi, & amoris.

Exemplatur enim, vt repræſentet aliquo modo myſterium Trinitatis cum proceſſione diuina verbi, & amoris. Ita Henriquez *in ſumma lib. vlt. de fine hominis. cap.* 9. *n.* 4. vbi plura eruditiſſimè in hanc rem, de qua videri poteſt Nauarr. *in manuali. præludio* 3. *n.* 18.

71 Saluatur inquam ea ratio, ſed cum imperfectione, ad quam deſignandam, homo non ſolùm dicitur *imago*, ſed *ad imaginem*, per quod motus quidam tendentis in perfectionem deſignatur: ſecus verò de filio Dei, de quo non poteſt dici, quòd ſit *ad imaginem*, quia eſt perfecta patris *imago*. S. Thom. *prima parte. q.* 35. *art.* 2. *ad* 3.

Dæmonem poſſe per ſe immediatè inferre hominibus mortem, & de facto id facere ex permiſſione Dei, interuenientibus ſagarum coniurationibus.

72 Aſſerta verò per Van Helmont de impotentia Dæmonis ad per ſe occidendum hominem, ſi petant ipſam Dæmonis naturam, ſunt contra Iob. 11. aſſerentem, non eſſe poteſtatem, quæ comparetur ei. Quo fit, vt ſi in homine eſt poteſtas ad hominem occidendum per ſe, eadem ſit in Dæmone, & quidem incomparabiliter melius, tum quia multo fortior eſt, tum quia ſpiritus non poteſt quidquam ab homine repati, vnde liberius, phyſicè loquendo, actionem exercet. Arriaga *in* 1. *partem S. Thomæ tomo* 2. *diſp.* 27. *ſect.* 1. *n.* 1.

73 Si verò petant permiſſionem Dei, quaſi verò Deus nunquam permittat de facto Dæmoni, vt hominem occidat per ſe, falſiſſima ſunt.

Quamuis enim Deus impediat Dæmonum potentiam, ne multa operentur, quæ poſſent propria virtute efficere, quia id ordo huius vniuerſi poſtulat, ne multa vnico momento pereant, immò ad hoc conſtitui eſſe credantur boni Angeli cuſtodes, vt Dæmonibus reſiſtant, & ab eorum potentia res noſtras tueantur, vt notauit Vaſquez *in* 1. *p. tomo* 2. *diſp.* 209. *cap.* 2. *n.* 10.

Vnde maiora Dæmones dicuntur poſſe in habitu, quam in actu. Grilland. *de ſortileg. quæſt.* 7. *n.* 14. ex SS. Thoma, Auguſtino, Bonauentura.

74 Sæpe tamen idem Deus vtitur miniſterio Dæmonum ad infligendas in hac vita hominibus pœnas, immò & mortem, vt patet ex libro Iob, cui ademit bona, oppreſſit filios, & filias, & ex libro Tobiæ, vbi legitur occidiſſe ſeptem primos Saræ maritos, vt aduertit Bordon. *in ſacro Tribunali Iudicum in cauſis fidei. cap.* 16. *quæſt.* 9. *num.* 40. quod facilè etiam in multis aliis locis probari poteſt, ſed in re omnino certa non eſt neceſſe, vt notat Arriaga *cit. diſp.* 27. *ſect.* 2. *num.* 9.

75 Et quòd permittat etiam illationem mortis immediatè per Dæmonem, interueniente Dirarum imprecatione facta per ſagam, qui eſt planè noſter caſus, inuenio ſuppoſitum indiſtinctè tanquam certum, ab eruditiſſimis, Victoria *relect. de arte magica quæſt.* 8. *concluſ.* 2. *ad* 2. *pag. mihi* 482. vbi dicit, quòd ſi quid veritatis habet hiſtoria Circes, dicendum eſt, quòd Dæmon, occiſis

ſociis Diomedis, & Vliſſis, beſtias pro illis ſuppoſuit. Paſſerino. *tract. de pollut. Eccleſiar.diſp.*5.*cap.*48.*n.*4. vbi de homicidio facto propriè à Dæmone tanquam cauſa proxima, ac phyſica. Alphonſo de Caſtro *de iuſta hæreticor. punitione. lib.*1.*cap.*15.*fol. mihi* 76. *verſ. & inde.conuincitur.iunctis præcedentibus*, vbi ſermo eſt de morte illata ad tactus imaginum magicarum, in quo item caſu idem dicit Syluester *lib.*2. *de ſtrigimagis. cap.* 7. *puncto* 1. Martino Delrio *diſquiſ. magic. lib.* 5. *ſect.*16. *ſub* ℱ. *Nihil dubitem pag.*782. *in edit. Mogunt. & pag.* 344. *ſecundo loco per typi ſupracitatum errorem in Lugdunenſi. col.*2. *& paulò infra. verſ. Sed immediata opera Diaboli.* cui conſonat Iuliuus Chartar. *deciſ. crimini.* 34. *n.*20. dicens, maleficos ſolere ſæpè varia hominibus inferre nocumenta operatione ſecreta. Et Baldell. *tomo* 2. *lib.*4 *diſp.*16.*num.*17. vbi quòd quamuis damna in corpore, vel in bonis ex maleficio illata *ſint immediatè à Dæmone*, non autem à malefico, adhuc tamen tenetur maleficus,qui inuocando,cauſam dedit damni. Et Sebaſtianus Salelles *cit. lib.*1.*cap.*14. *num.*268. vbi tribuit Dæmoni operationem ex pacto, ſicut & *n.*271. & cauſari effectum ex vi pacti non ſolùm *opera Diaboli*, ſed etiam ex concurſu cauſarum naturalium, dicit *eodem cap.*14. *n.*287. vbi quòd in ſimilibus caſibus eſt difficilè cognitu, an adſit maleficium,conſtabit tamen adeſſe, ſi multò facilius,aut citius ope Dæmonis ſequatur effectus, quàm ſi ſolæ cauſæ naturales ipſum producerent. Et *eodem lib.*1.*cap.*14.*n.*288.tribuit interemptionem Dæmonibus, qui violentia tantum carminis, tanquam appoſiti ſigni ex condicto opus perficiunt, & ſic explicat *cap.Nec mirum.*26.*quæſt.*5.*ibi: ſine vllo veneni hauſtu, violentia tantùm carminis interimunt*: & *n.*393. *iuncto præcedenti.*mortem per maleficium illatam cuidam Principi videtur imputare miniſterio immediato Dæmonis.

76 Quos ſanè Doctores veroſimile eſt, hunc immediatum Dæmonis influxum in mortem hominum didiciſſe præſertim à Iudicibus, in quorum foro conſtiterit de ipſo modo influendi immediatè per Dæmonem, cooperantibus ſagis per ſolam exhibitionem ſigni condicti,ac proinde tantùm moraliter.

Conſiſtunt enim hæc in facto, & quidem maximè arcano, de quo nihil certi aſſerere poſſumus, niſi quantum ex deductis ad externum forum in iudicialibus ſagarum cauſis docemur, vt in ſimili tradit ex Binsfeldio Marchinus *de ordine. tract.*2.*parte* 4.*cap.*7.*n.*11.

Perperam dici à Paulo Grillando quod Dæmon non poßit per ſe nocere corporibus Chriſtianorum.

77 Paulus Grillandus non omnino conſonat Van Helmontio circa articulum negandi Dæmoni facultatem immediatam nocendi hominibus ſed procedit cum limitatione *in quæſt.*8. *de ſortilegiis. num.*1. vbi docet Dæmonem non poſſe per ſe nocere corporibus Chriſtianorum, qui non ſunt de ſua religione, quia Deus id non permittit, eumdemque Dæmonem vti maleficis, ſeu magis tanquam inſtrumentis ad nocendum corporibus humanis, quos magos, & maleficas cum vnctionibus, pulueribus, cæteriſque mixturis maleficis,& venenis prædictis introducit in noctis ſilentio ad infantes per oſtia, quæ aperit,etiamſi fortiſſimis ſeris ſint occluſa,quod etiam dicit Toletus *lib.*4. *cap.*16.*ad finem.*Thom.Sanchez *in decalogum.lib.*3.*cap.*40.*n.*7. aut per feneſtras, introductoſque inſtruit de modo operandi,extinguit lampadem,ſi fortè colluceat in loco, & peracto miniſterio, tutos reducit,repoſitis in priſtino ſtatu oſtiis.

78 Quæ doctrina non procedit quo ad occiſionem infantium nondum baptizatorum,

zatorum, adultorumque Iudæorum, Turcarum,& Paganorum, ſed quo ad necem Chriſtianorum, ſeu baptizatorum,etiamſi fortè hæretici ſint.

79 Vnde ſi hanc doctrinam crederet eſſe veram aliquis Iudex immunitatis, eo ipſo, quòd ſibi conſtaret, occiſum fuiſſe ex maleficio hominem baptizatum, deberet contra maleficum ſine diſcuſſione modi cauſandi mortem, pronunciare ſententiam amiſſæ immunitatis, tanquam contra cauſam verè *phyſico-moralem* homicidij proditorij, quod contra tale ſubiectum attingi non poſſe immediatè à Dæmone, ſed mediatè tantum,cooperatiuè,& moraliter, eadem doctrina ſupponit.

80 Sed ego fateor, me non intelligere quo modo ex hoc præciſè, quòd quis eſt Chriſtianus, habeat hoc priuilegium, vt Deus non permittat, noceri illi in corpore per immediatam Dæmonis operam,ſiue ad mortem,ſiue citra mortem.

Immo potius ex forma exorciſmorum per Eccleſiam inſtitutorum video,ab eadem Eccleſia, quæ ſub magiſterio Spiritus ſancti aſſiſtentis errare non poteſt, ſupponi omnino, quod Dæmon Chriſtianorum corpora, quibus exorciſmi adhibentur, verè poſſideat per intimam præſentiam, & per ſe ipſum torqueat, vt proinde merito dixerit Carena *in tract.de ſtrigibus,§.6.n.2.* non eſſe dubium, quin ex permiſſione Diuina, ſecluſo quocunque maleficio, contingat aliquando, Dæmones obſidere corpora humana: quam obſeſſionem ego exiſtimo etiam nonnunquam fieri ex maleficio.

81 Nec video quàm conſequenter ad ſuum dictum idem Grilland.*cit.quæſt.8. n.* 3. dicat vniuerſaliter, non factâ vllâ Chriſtianorum maleficatorum exceptione, quòd nullo veneni hauſtu, vel mixtura in corpore, vel extra corpus adiectâ, ſed ſolâ potentiâ carminis, & verborum, perficiatur maleficium, iuxta textum *in cap. Nec mirum. 26. q.5.* quem allegat.

Cum enim verba, & carmina nihil in ſubſtantia ſint, quàm voces, & ſoni meri,cum ſignificatione,quæ eſt denominatio extrinſeca ab inſtitutione hominis. Cardinalis de Lugo *tomo de Sacramentis.diſp.2.num.*44 & alij omnes,ac proinde ex ſe non poſſint iuuare quidquam ad phyſicam actionem, ſed ſolùm ad moralem, quæ fit alliciendo naturam intelligentem ad aliquid ex pacto efficiendum. 82

Conſequens eſt, vt pertineant illa verba, carmina, & omnia alia magica ſigna ad pacta quædam cum ſpiritibus malignis, vt optimè ex Auguſtino docet Leſſius *de iuſt. lib.2. cap.44. num.*11. *§.Secundò.*

Qui ſpiritus maligni, ſi nihil aliud interueniat ex parte magorum,niſi carmen, ipſimet immediatè operantur cruciatus, & mortem ſiue in Chriſtianos,ſiue in infideles, id quod colligitur ex indiſtincto tenore *cit. textus in cap. Nec mirum.* & ex indiſtincta aſſertione in hoc caſu nudorum carminum facta per citatum Alphonſum de Caſtro *de iuſta hæreticor.punitione fol.75.à tergo.lib.1. cap.* 15. & à Syluestro *lib.2. de ſtrigimagis cap.7.puncto* 1. *ibi: intellige non per carmina, ſed per Dæmones, dum illæ carminant, cooperantes.* & à Coriolano *de caſ.reſeru. parte 2.caſu* 1.*n.*17.

Cabala quotuplex, & quæ mala, & quæ non item?

Quod demum attinet ad artem Cabalæ aſſertam ſupra à Van Helmont. excitatricem magiæ naturalis. 83

Dico, hanc artem, quæ includit reuolutionem alphabetariam, ſeu artem reuoluendi literas nominum, artem, cenſore Baldello mox citando, leuiſſimam,& nullum fundamentum veritatis habentem, nec habere potentem in ipſa natura nominum, & characterum

Digitized by Google

exiſtente ſolùm ex hominum placito, vt dicam paulò poſt, atque in nominibus præſertim Hebraicis, punctis, apicibus, lineis, accentibus, & ſpiritibus putat innumerabilium rerum affectiones, conditiones, vires, & facultates contineri, ita vt ſi quis totam Hebraicorum nominum, literarum, accentuum, ac ſpirituum vim probè calleret, poſſet multa mirabiliter efficere, eaſque ſolùm facultates per traditionem, & quaſi per manus eſſe habitas, ac receptas à maioribus, vnde huiuſmodi ars appellatur *cabala*, quòd Hebraicè idem eſt ac Latinè *traditio*, vt notauit Azor. *inſtit. moral parte* 1. *lib.* 9. *cap.* 23. *verſ. Tertia magia*. Baldell. *tomo* 2. *lib.* 4. *diſp* 16. *n.* 5. vel *recipere*, vt dicit Benedictus Pererius *de magia cap.* 10. *lib.* 1. & ex Rhodigino Baldellus *ibidem*, dico inquam, hanc artem damnari tanquam ſuperſtitioſam, & vanam, vt tradunt cit. Azor, & Baldellus, & meritò.

84 Cum enim nomina omnia, etiam Hebraica, ſint ſigna conceptuum, & rerum ex mero hominum placito, non autem ſint cauſæ, aut ſigna naturalia effectuum admirabilium, ſi propter huiuſmodi effectus adhibeantur, ſolùm poſſunt adhiberi vt cauſæ morales, & vt ſigna ad placitum, & ex inſtitutione Dæmonis, ſicut alia omnia ſuperſtitioſa. Ita Baldell. *cit. n.* 5.

85 Et hanc habuerunt quidam malefici Hebræi, qui vocabant ſe Cabaliſtas, & iactabant, ſe habere virtutem etiam contra Dæmones, & poſſe ſe mirabilia facere, teſte Baldello *cit. n* 5.

86 Et ſicut aliqui Gentiles exiſtimabant, Chriſtum quoſdam libros ſcripſiſſe, continentes quædam magica, quibus miracula faciebat, & ad Petrum, & ad Paulum tanquam epiſtolari titulo prænotatos, vt refert S. Thom. 3. *parte q.* 42 *art.* 4. *in corp.* ex S. Auguſtino.

87 Ita prædicti Cabaliſtæ blaſphemè dicebant, Chriſtum ipſum non aliter feciſſe miracula, quàm per artem Cabaliſticam, qua ipſi pollerent, ſicuti ex Rhodigino narrat Baldell. *loc. cit.*

Et ab hac parum diſtat illa, quæ traditur à Ioſeph Carnitof, & Recanath, 88
& quinquaginta portis intelligentiæ addit literas 22. Alphabeti, & ſic facit numerum 72. vocatum Semhamaphores, nomen expoſitorium Dei, & dicit eſſe numerum 72. Angelorum præſidium orbis, per quos inuocatos eduntur miracula ab hominibus, & eſt Cabala merè blaſphema, & magica, cenſore Martino Delrio *diſquiſ. magicar. lib.* 1. *cap.* 4. *q.* 3. *ſub initium*, apud quem plura de Cabalis.

De hac verò *Cabala*, cuius vanitatem 89
mirificè impugnat noſter Benedictus Pererius *cit. lib.* 1. *cap.* 10. videtur mihi loqui Van Helmont, cum velit, per *Cabalam* excitari magiam, quam ille appellat *naturalem*, ſed reueta oporteat vocare *ſuperſtitioſè ſupernaturalem*, ob attributos ſibi effectus, qui omnino ſphæram actiuitatis agentium naturalium excedunt.

Non video autem rationem vllam 90
credendi, quòd loquatur Van Helmont de alia *Cabala*, quæ in vſu eſt apud Hebræos, neque damnata eſt, teſte Azorio *cit. cap.* 23. & conſiſtit in hoc, vt per eam ſacrarum literarum myſtici ſenſus cognoſcantur.

Putant enim illi, Moyſen in monte 91
Sinai legem à Deo accepiſſe, & literalem eius ſenſum, ac myſticum, & poſtea ſenioribus legem ſcripto tradidiſſe, verbo autem myſticos eius ſenſus.

Qui ſeniores eodem modo aliis legem ſcripto dederunt, & ſenſus myſticos ſolo verbo: & ita myſticum ſcripturæ ſenſum apud maiores Hebræorum ſola traditione ſuſceptum perpetuò viguiſſe.

Non video inquam rationem vllam, 92
cum hæc ſecunda Cabala, à qua exiſtimo, procedere dogmata Cabaliſtarum, è quibus ſelectiora, obſcurioraque interpretatur Frater Archangelus Burgonouenſis

nouenſis Minoritanus, merè reſpiciat interpretationem diuinæ Scripturæ, non autem operationem mirabilium per vim homini inſitam, quam deprædicat Van Helmont.

Sed mitto iam hunc Auctorem, contra quem tam multa dicenda fuerunt, vt appareret, poſſe dari caſum, in quo malefici,& ſortiarij poſſint vti immediato Dæmonis miniſterio ad occidendos proditoriè homines,& ſic, tanquam cauſæ dictorum homicidiorum merè morales, gaudere debeant immunitate Eccleſiarum.

Quid de tenente occidendum ab alio, & de terrente, ne ſe ſubtrahat ocidenti?

93 Vincentius Tancredi *tomo de religione lib.*4.*diſput*.8.*q*.5 *pag*.109.& 140.*n*.25. putat, hos non gaudere immunitate.

Sed quod attinet ad tenentem, ego eum gaudere exiſtimo.

Et moueor, quia cum verſemur in quæſtione exceptionis ab immunitate, quæ exceptio odioſa eſt ipſi immunitati maximè fauorabili, & ſuſtinendæ quantum patitur proprietas verborum.

Proditoria occiſio, quæ excipitur tam in iure canonico veteri, *cap*.1.*extra. de homic.* quàm in *moderna Gregorij XIV. Conſtitutione*, debet accipi in toto rigore, vt, quàm minimùm fieri poteſt, ſalua verbi proprietate, recedatur ab immunitate ad non immunitatem.

Ac proinde non debet intelligi exceptus à gaudio immunitatis, niſi ille, qui in toto rigore dicatur *occiſor*.

94 Eſt autem in toto rigore *occiſor* ille ſolus, qui tanquam cauſa *phyſico-moralis*, immediatè,& per ſe ipſum applicat phyſicum inſtrumentum ad humani compoſiti deſtructionem, verbi gratia qui impingit gladium in pectus, qui laqueo præfocat, qui ducit ignarum ad aliquam decipulam præcipitium continentem, de quibus decipulis paulò poſt, qui fuſte, qui ligno percutit &c.

At verò qui tenet occidendum ab 95
alio, quamuis & ipſe veluti cauſa phyſico-moralis cum eo ad eam actionem concurrat, quatenus liberè per actionem circa perſonam hominis occidendi, aptat hominem ipſum ad ineuitabilem perpeſſionem mortis cognitæ inferendæ ab alio tanquam cauſâ liberâ.

Quod idem dico de illigante hominem arbori in ſilua, vt occidatur à truculento latrone.

Et de includente in cubiculum, vt ab inimico ſecurè tranſuerberetur iaculo, vel plumbea glande.

Itemque quamuis idem, qui tenet, 96
illigat, includit, cum alio occidente parificetur ſecundum humanam æſtimationem, & imputabilitatem quo ad culpam, & pœnam occiſionis iniuſtæ, iuxta vulgare proloquium: *tantum qui tenet, quantùm qui deglubit*: cum vterque per actionem phyſicam ad ipſam occiſionem coopetetur, vt proinde plectendus ſit eodem genere mortis, quo occiſor. Gomez *de delict. tomo* 3. *cap*.3. *num*. 6. iuxta commune dictum: *agentes, & conſentientes pari pœna puniuntur*. Farinac. *conſ*.66.*n*.18.*lib*.1.

Nihilominus tamen non denominatur in ſtrictiſſimo ſenſu occiſor. 97

Sicut licèt aliquis puniatur vt rebellis, non dicitur rebellis, ſi non committit rebellionem. Ioannes Thomas Pollius in allegatione apud Io. Baptiſtam de Thoro *in compend. deciſ. Neapol. in V. Proditorium. fol. mihi* 429. *col*.2. *ad medium*.

Non denominatur inquam *occiſor*, 98
cum longè aliud ſit operari mortem transfigendo, aliud cooperari ad transfixionem, impediendo phyſicè hominem, ne ſe ſubtrahat transfixioni per alium exercitæ.

Sed denominatur proptiè cooperator ad transfixionem per tentionem, per illigationem, per incluſionem, aut quid ſimile.

Quia

Quia reuera non occidit ipſe, ſed alius,qui propterea ipſe ſolus denominatur propriè *occiſor*, & in hoc vulgus dicit: *vnus tenuit, & alter occidit*: quo loquendi modo vtitur Graff. *de caſib. reſeru.lib.*1.*cap.*15.*n.*28.§ *Secundò.* Carerius *in pract.crimin.fol.mihi* 107.*col.*4.*n.*2. Muta *deciſ.Sicil.*68.*n.*3. *verſ. vnus ſolummodò percuſſor*.

99 Vnde optimè dixit Gibalin. *de irregular.cap.*4.*quæſt.*2.*num.*22.*pag.*188.*col.*2. *ſ.Quartò.* quòd qui detinet alium, ne fugiat,atque ita vulneribus inſequentis confodiatur, *indirectè* ad eius mortem influit, quem influxum idem Doctor paulò infrà *indirectam cooperationem* appellat.

100 Quod verò attinet ad terrentem, hic multò minus denominatur propriè *occiſor*, ſi ſtricto gladio adſtet homini oceidendo ab alio,& eum per terrorem incuſſum impediat, ne ſe ab occidente defendat, ac proinde hic impeditor non excluditur ab immunitate.

101 Quidquid in contrarium, vt dixi, afferat Tancredi *cit. n.*25. *quia*, inquit, *reuera hic dicitur occidere, & actionem phyſicam exercet, immediatè tendens ad occiſionem, & idem omnino hic facit, ac ille, qui tenet; nam reuera tenet illum,ne ſe poſſit mouere,& cæt.*

Et paulò infra: *Omnes enim hi ſunt proditoriè occiſores actione communi, licet vnus magis influat, quàm alius, vt ſunt multi trahentes nauim.*

102 Sed concedo quidem, hunc dici re vera occidere quo ad culpam,quæ tam ipſi, quàm alteri occidenti imputatur, vt dixi de tenente.

At nego dici reuera occidere quo ad denominationem *occiſoris* in ſtrictiſſimo ſenſu, cum hæc conueniat *ſoli liberè applicanti cauſam phyſicam* ad deſtructionem humani compoſiti, vt dixi, non autem *cooperanti* extrinſecè, & diuerſo modo ad eam applicationem,per aptationem ſubiecti ad recipiendam, ſeu patiendam ipſam deſtructionem.

Neque communitas actionis inter occiſorem, tentorem, & per metum impeditorem efficit, vt eodem modo ſint *occiſores*, cum non eodem modo ad occiſionem concurrant. 103

Et influere magis vnum, quàm alium, in hoc caſu importat diuerſitatem influxus talem,quæ non ſinat participari æquè ab omnibus denominationem *occiſorū* in ſtrictiſſimo ſenſu.

Neque currit paritas cum multis trahentibus nauim. 104

Nam omnes eodem modo trahunt, & integrant tanquam partiales cauſæ vnam totalem cauſam tractionis, ac proinde eodem modo denominantur *trahentes*.

Curreret autem paritas, ſi vnus,aut duo hominem impotentem ad ſe tuendum transfigerent etiam ipſi cum ipſo transfixore, qui proinde ſicut coocciſorum denominationem in ſtrictiſſimo ſenſu participarent, ob identitatem gradus,modi,& formæ cauſandi occiſionem, ita & immunitatem amitterent. 105

Sed quid ſi vnus infligat vulnus, licet ex eo non ſequatur mors, ſed ex vulnere ſequenti inflicto à ſocio? 106

Tancredi *loc.cit.*dicit,primum illum non gauiſurum immunitate,quod ego non approbo,ſi certum appareat,quòd mors ſit ſecuta ex vi ſolius vulneris illati à ſecundo vulneratore, qui ſolus denominatur *occiſor*, & ſit expers immunitatis.

Idem dic è conuerſo, ſi vnus letale vulnus infligat, ſocius autem leue ſuperaddat, quia primus ille excludetur ab immunitate tanquam verus *occiſor*, alius verò admittetur ad illam tanquam non participans denominationem *occiſoris*,licèt occiſori cooperatus ſit.

Quod ſi plures exonerent ſclopos in vnum impotentem,vt ſupra,qui occidatur quidem, ſed neſciatur, quinam ex tot ſclopetariis eum traiecerit, & ad mortem adegerit? Vel duo inflixerint duas 107

duas plagas, & dubium maneat, vtra influxerit in ſecutam mortem, an vtraque ſimul?

Ego cenſeo omnes in his caſibus gaudere immunitate; quia hæc auffertur ſolis *occiſoribus* in ſtricto ſenſu, vt toties dixi. Quòd autem hic, aut ille fuerit talis in ſtricto ſenſu *occiſor* in primo caſu, & hic, aut ille, aut vterque in ſecundo, eſt aliquid facti, quod non præſumitur, ſed probatione indiget: ac proinde, quamdiu hoc non probatur, poſſeſſio ſtat pro immunitate.

108 Quidquid ſit de irregularitate, de qua quo ad primum caſum, Vega *in ſum. parte* 1. *cap.* 126. *caſu* 5. Ianuar. *reſol. moral. parte* 1. *reſol.* 69. *n.* 17. Plaza *epitome delictor. cap.* 12. *num.* 11. aut pœna in foro externo contra hos ad vnius hominis necem conſpiratores.

Quia hæ incurruntur ex iuris ſanctione propter influxum ad mortem ex parte cauſæ efficientis non ita certum, ſicut exigit ius ad amiſſionem immunitatis.

109 Quamquam quod attinet ad irregularitatem, non eſt ita certa iuris ſanctio, quin habeat doctiſſimos contradictores, inter quos Emanuel Sa. *in Aphor. confeſſarior. in v. Irregularitas ex deformitate illicita. n.* 4. *in antiquis.* dicit, cum multi iaciunt lapides, & neſcitur quis eorum occiderit, nullum cenſendum irregularem: pro qua ſententia ſtat etiam Henriquez *in ſum. lib.* 14. *cap.* 14. *num.* 3. *ad finem*, quando iaciunt caſu, & ſine mutua cooperatione. Et Viualdus *in candelabro tit. de irregular. pag. mihi* 545. §. 5. *ad finem*, vbi citat Ploue, Speculatorem, atque Hoſtienſem contra alios.

110 Et quod attinet ad pœnam, quamuis in primo caſu procedatur ad torturam contra omnes rixantes. Vermigliol. *conſ.* 39. *n.* 10. quod melius negat Horat. Perſius *conſ. criminali.* 38. *n.* 4.

Tamen omnes à pœna ordinaria propter incertitudinem abſoluuntur. Vermigliol. *n.* 9. *cit. conſ.* 39. Flaminius Chartar. *de executione ſent. capto bannito. cap. finali num.* 245. Carer. *in pract. crim. fol. mihi* 184. *col.* 4. *n.* 1. Porrus *in faſciculo rer. criminal. pag.* 109. contra plures relatos à Farinaccio per citatum Vermigliolum allegato.

At tenentur ordinaria pœna, ſi omnes communicato conſilio, & ex propoſito, & deliberato percuſſerint. Carer. *fol. mihi* 185. *col.* 1. *num.* 3. Flamin. Chartar. *cit. cap. finali. n.* 140. Tancredi *cit. pag.* 140. *n.* 25. *ad finem.*

Ex dictis vides, non omnem cauſam *phyſico-moralem* homicidij proditorij priuari immunitate, ſed eam ſolam, quæ in ſtrictiſſimo ſenſu appellatur *occiſor.* 111

Quæ regula ſi probè intelligatur, inſeruire poteſt ad ſolutionem plurimarum difficultatum obuiarum in hac materia.

Soluitur autem nominatim ſequens caſus propoſitus à Tancredi *cit. pag.* 140. *n.* 25.

Quid de quatuor conuenientibus ex compacto ad occidendum ſub colore amicitiæ, quorum vnus occidendum teneat, alter aliorum defendentium ingreſſum armis impediat, tertius vulnus infligat, & quartus adſtet.

Tancredi *loco citato* aſſerit, hos quatuor priuandos eſſe immunitate vt proditoriè occiſores; *Quia*, inquit, *ex eo quòd ex compacto, & præcedente tractatu occiſionis, omnes hominem aggrediuntur, & omnes ſuo modo adiuuant, omnes dicuntur occiſores, non ex mera iuris fictione, ſed propriè, & re vera hic non dicitur occiſus ab hoc, vel illo ſingulariter accepto, ſed ab omnibus vnitim ſumptis, & vnum quid facientibus.* Ita ille. 112

Cui fortaſsè adſtipularetur. Gibalin. *de irregular. cap.* 4. *q.* 1. *n.* 27. *pag.* 132. *col.* 2. 113

qui hos omnes communi conſilio vnum agreſſos, dicit eſſe reos homicidij, & irregulares.

114 Sed ego prorſus cenſeo, immunitate priuandum eum ſolum, qui vulnus infligit, cum hic ſolus in toto rigore ſit *occiſor*, reliqui verò non ſint *occiſores*, ſed occiſoris *cooperatores*.

Neque illud compactum operatur participationem denominationis *occiſoris* in eo gradu, in quo eam participat inflictor vulneris letiferi.

Sed operatur participationem imputabilitatis culpæ, ſicut efficit mandatum in mandante.

115 Nego autem, hunc dici reuera occiſum ab omnibus vnitim ſumptis, & vnum quid facientibus.

Nam quamuis dicatur vulgò, quòd omnes illi eum occiderunt, quatenus omnes ſimul ad executionem occiſionis concurrerunt, & omnes de homicidio tenentur. Mura *deciſ. Sicil.* 68. *n.* 3.

Tamen in rigore etiam apud vulgus, cum omnes non attigerint ipſam occiſionem eodem modo, & in pari gradu.

Propterea is dicitur *occidiſſe*, qui vulnerauit, alij verò dicuntur *cooperati* fuiſſe ad occiſionem.

116 Et certè Gibalin. *cit. cap.* 4. *de irregular. n.* 27. *pag.* 133. *col.* 2. agnoſcit hanc diuerſam denominationem vnius occiſoris, & plurium cooperatorum, cum dicat, ſi ita rixa communis ſit, vt ſinguli faciant vnam cauſam motalem, & ſeſe mutuò iuuent, aut excitent ad alium oppugnandum, ac proinde vno impetu, & vna ex parte coniunctis viribus, ipſum aggrediuntur, fateri ſe tunc omnes iſtos ratione cooperationis eſſe irregulares, *licèt vnus tantùm occidat*, quòd idem dicit etiam Henriquez *lib.* 14. *c.* 14. *n.* 2. *verſ. Si omnes.* & Leander *qq. moral. parte* 5. *tract.* 2. *diſp.* 410. *q* 60.

117 Caſus autem irregularitatis eſt diſpar, & alius à caſu amiſſionis immunitatis.

Nam iſta irregularitas eſt ſancita in iure ob cooperationem ad homicidium, vt videre eſt apud Leandrum *qq. moral. parte* 5. *tract.* 2. *diſput.* 10. *quæſt.* 13. at non ſic eſt ſancita immunitatis excluſio ob cooperationem qualemcunque ad necem proditoriam, ſed propter ſolam propriiſſimam cauſationem ipſius necis, ſeu *occiſionem*.

Confirmantut prædicta ex traditis 118
per D. Paſſerinum *tract. de pollut. Eccleſ. diſp.* 8. *cap.* 1. vbi optimè docet, ob materiæ pœnalitatem, & odioſitatem, Eccleſiam ex capite ſepulturæ excommunicati, vel infidelis, pollui tantummodò per actum ipſum proximè ſepeliendi propriis manibus, cum *ſepelire* propriè, & in tigore ſit *cadauer in ſepulcrum immittere, vel inferre*, quod propriè non niſi ptopriis manibus ſit, additque, ſtatutum pœnale, & odioſum contra *ſepelientes* non debere extendi ad eos actus, qui propriè, & proximè non ſunt *ſepelitio*, ſeu *ſepelire*, nec conſequenter ad eas perſonas, quæ proximè non faciunt prædictum proprium ſepeliẽdi actum, ſed tantummodò fictè, remotè, & impropriè ſepelire dicuntur, quales ſunt deferentes cadauer, comitantes & cæt.

Sic enim & ego, ob materiæ odioſitatem, dico, non amitti immunitatem ex capite occiſionis proditoriæ, niſi per actum ipſum *occidendi propriis manibus*, non autem per actum *occidendi fictè, & impropriè.*

Quid de cauſante hominis necem per decipulas, aut per quid ſimile?

Certum eſt, quòd reus eſt proditorij 119
homicidij, qui ex affectu, vt homo infallibiliter pereat, deducit nihil tale cogitantem ad decipulas ex artificio ita compoſitas ad cauſandum præcipitium, vel oppreſſionem, vel aliam mortiferam læſionem, ſecuto effectu.

Quocunque demum modo illæ decipulæ

cipulæ ex ratione ſuæ ſtructuræ ad hunc letalem effectum ſeſe habeant, ideſt ſiue poſtulent moueri ab ipſo decipiente, ſiue aptæ ſint actuari ad nocendum ab ipſo decepto, qui fraudulenti artificij neſcius,per tactum pedis, vel manus, vel alio modo applicet ſibi inſtrumentum mortis.

Effectus enim ſecuræ huius mortis ſubſecutus imputatur illi, qui hominem indiffidatum, & impræcauentem coniecit in hanc artificioſam neceſſitatem pereundi cum impotentia ad ſe defendendum.

120 Idem dico de collocante decipulas in eo loco, per quem præuidit, eſſe tranſiturum hominem incautum,vt in eas illabatur ex ſe, atque ab alio non deductus.

In omnibus enim his caſibus æqualis eſt concurſus ad hominis ſecuram mortem, ſicuti æqualiter imputatur mihi, ſi ego gladium impingam in te manentem immotum, vel manens egomet immotus, teneam gladium obuerſa contra te cuſpide, vt tu non videns,atque ad me præcipitanter currens, incurras in ipſum gladium, vt optimè obſeruat D. Paſſerin. *tract. de pollut.Eccleſiar.diſp.5.cap.27.n.4.*

121 Hæc enim differunt inter ſe ſolùm materialiter.

Iam verò quod attinet ad immunitatem, dico, quòd ea non gaudet, qui ſine miniſterio alicuius tertij, ſed per ſeipſum cauſat incauto mortem per prædictas decipulas.

Cum enim applicet homini cauſam phyſicam mortis, vel applicet hominem ipſum ipſi cauſæ, dicitur cauſa ipſius mortis ſubſecutæ verè phyſica, & ſufficiens, vt dicit idem Paſſerin. *cit. cap.*27.vbi optimè de his decipulis,quas *technica præcipitia* appellat,ſecutumque ex earum vſu homicidium in Eccleſia, vult meritò, eſſe ipſius Eccleſiæ pollutiuum.

122 Excluditur item immunitas, ſi prædicta ad decipulas deductio, vel decipulatum collocario ex imperio meo fiat per alium, qui meam letiferam intentionem ignoret, & ſequatur mortis effectus.

Tunc enim idem effectus imputatur mihi vni totaliter, tanquam vnicæ cauſæ *phyſico-morali*, cum alter immediatus cooperator concurrat ſolùm materialiter,& phyſicè,non autem vllo modo moraliter ad ipſum homicidium incauti, propter fraudis ignorationem.

Quòd ſi idem cooperator ſciat in- 123
tentionem meam in vſu harum decipularum, iam homicidium per illas cauſatum imputabitur mihi quidem tanquam mandanti; & cauſæ ſolùm morali.

Imputabitur autem cooperatori conſcio, tanquam executori libero, ac proinde tanquam veræ, & vnicæ cauſæ *phyſico-morali.*

Quo fiet,vt ego admittar ad immunitatem, ille autem excludatur,vt dixi de cooperantibus inimico ad necem alterius per artificioſas pyxides, ſeu *ſcattolas*,de quibus ſuprà §.10.*n.*81.

Ex his patet,quòd ſi cæco tranſeunti 124
pontem, ſubtraham tabulam aliquam, vnde ille corruens ſubmergatur, aut alio modo occidatur, aut columnas, quibus domus innititur, inſtar Samſonis, ſubducam, atque eius ruina aliquem omninò incogitantem obteram;

Cum in his caſibus ſim cauſa efficax homicidij, vt aduertit Paſſerin. *cit. cap.*27.*n.*5.& quidem proditorij,cum id ſit in hominem impotentem ad ſe tuendum,vt patet.

Sicut incurro irregularitatem. Gibalin. *de irregular.cap.*4 *q.*1.*n.*44. §.*Quintò qui. pag.*152. *col.*2. Leander *qq. moral. parte* 5.*tract.*2.*diſp.*10.*quæſt.*100.

Et polluo Eccleſiam, ſi pons ille fortè erat erectus in Eccleſia ad ædificandum, itemque in Eccleſia obtritio illa contingat.Paſſerin *cit.n.*5.

Digitized by Google

Ita & amitto immunitatem.

125 Idem dicendum eſſet, ſi de ponte aliquem præcipitatem, ſiue ictu ipſo periret, aut continuò ſubmergeretur, ſiue non ſtatim moreretur,ſed demum laſſatus, & vi fluminis victus, diem clauderet.

Eſſem enim verus homicida, & de homicidio tenerer, quemadmodum ſi puerum ſaxo illiſiſſem. Graff. *de caſib. reſeru.lib.*1.*cap.*14.*num.*2.

Et homicidium eſſet proditorium, ſi accideret in hominem impotentem ad ſe defendendum, ſaltem per fugam, & procuraretur animo præmeditato.

126 Quia verò formas omnes occidendi incautum aliquem per huiuſmodi doloſas machinationes,quæ per callidam proditorum induſtriam finitè in infinitum excogitari poſſunt, afferre non poſſum, neque neceſſe habeo, cum, quamuis differant materialiter, conueniant tamen in ratione cauſæ inſtrumentalis phyſicæ ad occidendum.

Dico vniuerſaliter,non gaudere immunitate illum, qui liberè, atque ex propoſito, per ſeipſum, vel etiam per alium,dummodò fraudis ignarum, aliquid efficit,vi cuius aliquem in virtute agentium naturalium indebitè moriturum per aliquam machinationem doloſam inuoluentem ipſa agentia naturalia, & ad nocendum applicantem, moriturum inquam præuidet, atque expreſsè intendit,ſecuto effectu.

127 Dixi *ex propoſito*; nam ſi quis offendiculum poſuiſſet ad ianuam ſuæ domus, vt feras prehenderet, & ingredientem furem occidiſſet, ſicut non teneretur pœna homicidij, quia non egiſſet dolo, vt tradit Molignatus *tract. de venatione ferar. parte* 1.*quæſt.*38. ita nec amitteret immunitatem, cum ad hoc requiratur dolus, ſeu propoſitum formale occidendi, & quidem conceptum in frigida præmeditatione.

Infero ex dictis, quòd immunitate 128
debuit ſpoliari quidam, qui vt alium peroſum ſibi interficeret ſecurè, & ſimul redderet ſe inreuelabilem Iudici, ſicarium pecunia corruptum, & hoſti ſuo non ſuſpectum impoſuit clitellato equo, cum mandato, vt vbi deueniret ad ipſius hoſtis conſpectum, ad quem præuidebat omnino illum admittendum fore, attraheret in conſalutationum feruore arcanum funiculum, ad explodendas onuſtas plumbo fiſtulas clitellis incluſas in hoſtem ipſum, è quibus tamen aliquæ intus ita erant diſpoſitæ, vt ipſummet ignarum ſicarium ad funiculi letiferam attractionem neceſſariò tranſuerberarent.

In hoc enim caſu mandans,etſi fuerit cauſa ſolùm *moralis* internecionis ſui hoſtis,quem occidit mediante ſicario, libero necis executore, fuit tamen cauſa *phyſico moralis* occiſionis ipſius ſicarij, quo ignaro vſus eſt, tanquam cauſa merè naturali, ad homicidium ſuimet.

Infero præterea, quòd alius, qui ob 129
inueteratas ſimultates repertum in agro inimicum, cuiuſdam arboris ſtipiri illigauit, quem lupi deuorarunt,vt refert Viuald. *in candelabro. tit. de irregular.* §. 5.*pag. mihi* 546. *num.* 11. non ſolùm fuit irregularis, vt dicit idem Viuald. Sed etiam amiſit immunitatem, ſi præuidit, & expreſsè intendit lacerationem illius hominis redditi impotentis ad ſe tuendum à feris in remota ſilua.

Applicauit enim ineuitabiliter ipſum hominem cauſis merè phyſicis ſuæ mortis.

§. XXI.

§. XXI.

Corollarium tertium.

Cauſantes abortum fœtus animati eſſe proditorios homicidas, & priuari immunitate, ſi cauſent immediatè.

SVMMARIVM.

Mater prægnans, quæ ſibi efficaciter procurat abortum fœtus animati quibuſcunque mediis, eſt rea homicidij proditorij. num. 1.

Quod intellige, ſiue eiiciat fœtum iam in vtero occiſum, ſiue ſemiuiuum, qui continuò ex abortu expiret, ſiue ſatis vegetum, qui moriatur breui, quia, iudicio peritorum abortiuus eſt: at ſecus, ſi dubium ſit, fueritnè violenta abortus cauſa, an naturalis. ibid.

Dicitur rea homicidij; *quia tale eſt voluntaria hominis iam plenè formati, ac vigentis in vtero occiſio.* ibid.

Verificatur tale homicidium, quamuis non ſtatim ſequatur abortus. ibid.

Itemque quamuis procuretur, & ſequatur abortus ante octauum menſem à conceptione, contra volentes hominem *non poſſe dici, niſi poſtquam natus, vel poſt octauum menſem, eo quòd ante hoc tempus non ſit integraliter formatus, ac proinde careat vno ex duobus componentibus hominem.* ibid.

Impugnatur hæc doctrina. ibid.

Non eſt dicendum homicidium, *ſi obtineatur abortus ante animæ infuſionem, cum quod non vixit, mori non poſſit, neque ſit* homo *ante animæ rationalis infuſionem, &* homo *conſtet anima, & corpore.* n. 2.

Qui fœtum nondum animatum eiicit, non incurrit reſeruationem homicidij. ibid.

Dicitur rea homicidij, *ideſt iniuſtæ hominis cædis, quæ in omni caſu, & ſemper talis eſt in matre prægnante aduerſùs fœtum animatum, nec iuſtificatur per intentionem vitandi dedecus, aut vltionem parentum.* ibid.

Non licet matri, etiam nobili, aut moniali, aut aliàs Deo ſacræ eiicere fœtum nondum animatum, ad vitandam ignominiam, aut necem, aut ſcandalum. ibid.

Nec obſtat, quòd infans in vtero matris cenſetur pars viſcerum eiuſdem matris, & hominis *appellatione non continetur, qui adhuc in vtero matris eſt, nec cenſetur in rerum natura, ac proinde mater huius ſuæ partis deſtructrix ideo non cenſetur homicida.* n. 3.

Dicitur enim, quòd cenſetur pars matris *in ordine ad aliquos effectus, & quidem, vt ſi fœtus ſepeliatur in ſacro cum matre ante puerperium defuncta, non inde polluatur Eccleſia, tanquam ex ſepultura hominis non baptizati.* n. 4.

Dicitur non eſſe in rerum natura, *in ordine ad hæc, vt* hæres *eſſe non poſſit, donec in lucem prodierit, nec* in poteſtate patris *dici queat, nec* pupillus, *nec* ſuus *appellari, nec* baptizari, *nec eius tutor poſſit facere pacem iis, qui eiuſdem patrem occiderunt, nec poſſit ei dari tutor, & vt eius abactor, puniatur ſolùm extraordinariâ pœnâ.* n. 5.

At propriè non eſt pars viſcerum *matris, ſed eſt ſuppoſitum diſtinctum à ſuppoſito matris, cum habeat animam rationalem diſtinctam ab eius anima, contra ſomniantes in contrarium, qui impugnantur.* num. 6.

Vnde tanquam verus homo, matrem denominat propriiſſime homicidam *filij, ſi per influxum voluntarium abortiatur.* ibidem.

Dicitur rea proditorij, *quia perimit hominem habentem plenum ius fruendi vita, eamque tuendi, quamuis ex præſenti ſua conditione ad hoc ſit impotens.* n. 7.

Vnde meritò Farinaccius *dixit, has matres eſſe multò magis* proditrices, *quàm qui occidunt parentes, aut filios innocuos nihil tale cogitantes.* n. 8.

Ad conſtituendam in hoc caſu proditionem *filij infantis, conſiderantur ſolæ inſidiæ negatiuæ, non autem poſitiuæ, fundatæ nempe in connexitate materna, & filiali, quam infans ex præſenti ſua conditione intelligere non poteſt, ac proinde nec per eam aſſidari de matre.* n. 9.

Mater immediatè, & per ſe procurans, & obtinens abortum fœtus animati, non gaudet immunitate. n. 10.

Proponitur doctrina quorumdam pro immunitate prædictæ matris. n. 11.

Impugnatur efficaciter. n. 12. & 13.

Proditio *cadit in quemcumque impotentem hic, & nunc ad ſe tuendum, ſiue ſit capax ſequendi fidem alterius, & patiendi deceptionem, ſiue ſit incapax.* n. 12.

Non denominatur quis proditor *ex eo, quòd per dolum decipiat vt ſic, ſed quia aggreditur impotentem ad ſe tuendum hic, & nunc, vndecumque ea impotentia oriatur, id eſt ſiue illam cauſet ipſe* proditor, *ſiue eamdem inueniat iam in ſubiecto præexiſtentem ex aliquo alio capite.* n. 13.

In proditorio per abortum *non attenditur communiter ad hanc rationem, eaque de cauſa pœna homicidij* proditorij *pro illo non imponitur: at ea non attentio non operatur non exiſtentiam obiecti, quod attendi poteſt.* n. 14.

Si quis procuret, & obtineat abortum monſtri monſtruoſitate non indicante illud non eſſe informatum anima rationali, non gaudet immunitate. n. 15.

Si dubium ſit, an fœtus animatus fuerit, necne, in quo caſu poſſeſſio ſtat pro embrione, & ſic fœtus præſumitur inanimatus, tunc ſicuti non polluitur Eccleſia, ſi in ea abortus fœtus dubij de animatione efficaciter procuratur, quia poſſeſſio ſtat pro libertate Eccleſiæ, non pro delicto pollutiuo, ita vbicunque procuretur efficaciter dictus abortus, non amittitur immunitas, quia poſſeſſio ſtat pro immunitate, non pro delicto excluſiuo immunitatis. n. 16.

In ordine ad quæſtionem de pollutione Eccleſiæ, & de immunitate, explorandum eſt per moralem diligentiam, an fœtus ſit mas, an fœmina, & quo tempore conceptus; ſi enim mas, præſumetur animatus, poſt 40. *dies, inanimatus autem citra hoc ſpatium: ſi verò fœmina, præſumetur animata poſt* 60. *aut* 80. *dies, inanimatà autem citra hoc tempus, iuxta laxiorem, & communiorem, non tamen fortaſſe veriorem opinionem, quam expedit ſequi in his caſibus inuoluentibus occaſionem fauendi Eccleſiæ, ad vitandam pollutionem, & immunitatis iacturam.* n. 17.

Ad vitationem effectuum odioſorum, expedit ſequi opinionem non concedentem fœminis animationem ante 90. *dies, & eo audacius, quòd ex philoſophi atteſtatione in his nihil certi affirmare licet.* ibidem.

In dubio circa ſexum, fœtus cenſetur fœmineus, vt quanto minus poteſt, aggrauetur delinquens. n. 18.

In eodem dubio fœtum præſumunt marem aliqui in ordine ad irregularitatem. num. 19.

Quæ doctrina poteſt impugnari. n. 20.

Et poteſt ſuſtineri. n. 21. vſque ad 24.

Irregularitas eſt odioſa iuri per Chriſtum conceſſo maribus baptizatis ad ordines. num. 20.

Canonica diſpoſitio inductiua irregularitatis, eſt fauorabilis miniſterio ſacrificij, & ſacramentorum, ad quorum dignam tractationem manutenendam inuecta eſt principaliter: vnde in concurſu iuris ad ordines, & iuris ad dignam tractationem, fauor huius ſecundi, potior eſt fauore primi, ideoque præexigit præſumptiones ſibi vtiles, etiamſi aduerſario iuri præiudiciales ſint. n. 21.

Cenſura canonis ſi quis ſuadente *cum ſit fauorabilis ordini clericali, etſi odioſa iuri baptizatis competenti ad communionem Eccleſiæ, exigit extenſionem latam.* n. 22.

Lex, quæ principaliter facta eſt ob fauorem, licèt conſequenter tangat odium alicuius, tamen dicitur fauorabilis, ac proinde latè

late interpretanda eſt iuxta regulam: fauores ſunt ampliandi, odia reſtringenda.n.23.

*Libertas Eccleſiæ à pollutione, & conſeruatio immunitatis à cenſura laicali, ſunt maximè fauorabiles, ac proinde exigunt præſumptiones, quæ, quantum fieri poſſit, arceant & pollutionem, & iacturam immunitatis.*n.24.

*Contra irregularitatem, quæ ſupponitur incurri ex procurata abortione fœtus præſumpti maris in dubio, ac proinde animati breuiori tempore, occurrit ea ratio, quòd ſacri canones videntur inſtituiſſe irregularitatem contra vel certum, vel etiam dubium occiſorem hominis certi, non autem hominis ſolùm præſumpti, cuiuſmodi eſt fœtus in dubio de ſexu: ſed non eſt præſentis inſtituti hæc diſcutere.*n.25.

Concluſio poſita num.10. *procedit, quando procuratio abortus facta eſt directè ex affectu, vt ſequeretur abortus, & per media directè tendentia ad necem fœtus.* num.26.

*Si mater adhibuerit media directè tendentia ad curationem ſui ipſius, ſicut non polluitur Eccleſia, ſi ea adhibitio intra illam facta fuerit, ſiue media tenderent æquè ad ſalutem matris, & ad fœtus abortionem, ſiue directiora eſſent in hanc, quàm in illam, modo ſiſteretur vtrinque intra probabilitatem, ſiue ea adhibitio deberet omitti ob ſpem probabilem de edendo, & baptizando fœtu, ita nec amittitur immunitas.*n.27.

*Ad amiſſionem immunitatis requiritur occiſio contra iuſtitiam ex parte obiecti, ita vt non ſufficiat iniuſtitia ex parte affectus.*ibid.

Tertius, qui procurat efficaciter abortum fœtus certò animati, eſt proditorius *homicida, & expers immunitatis, ſi ipſemet immediatè cauſet mortem ipſius fœtus, impactis ad eum effectum pugnis, calcibuſvè in vterum matris.* num.28. *vel arreptâ per zonam, & violentatâ prægnante.*num.29. *vel elicito per phlebotomiam ſanguine, vt ſequatur abortus, ſiue mater intendat abortum, ſiue non; eſt enim chirurgus in hoc caſu vera cauſa* phyſico-moralis *abortus, habetque complicem delicti matrem, ſi ſciat chirurgi intentionem, & conſentiat.* n.30.

Mater in hoc complicitatis caſu, cum ſit proditorij *concauſa ſolùm* moralis, *quia ſcilicet vel mandat, vel non obſtat, immo etiam porrigit pedem ferituro, & cauſaturo* phyſicè *abortum, gaudet immunitate.*n.31.

Si tertius abortum procuret efficaciter poſt animationem certam, per potionem matri propinatam, quidam indiſtinctè propinatorem arcent ab immunitate, & pariſicant cum venenatore, ſed immeritò, cum diſpar ſit caſus; venenator enim occidit immediate, & per ſeipſum perſonam venenatam, veneni ignaram: at dator potionis abortiuæ non procurat immediate, & per ſeipſum abortionem, ſed per prægnantem conſciam, & cupidam abortionis, quæ proinde per ſeipſam, & immediate abortum operatur. n.32. *in quo ſenſu ſaluari poteſt quædam doctrina Ianuarij.* n.33.

*Quod ſi prægnans ſumat ignoranter potionem abortiuam, iam currit paritas propinatoris, & venenatoris; nec enim illa eſt homicida fœtus occiſi per abortum, ſed propinator, qui proinde ſpoliari debet immunitate.*n.34.

Incutiens metum prægnanti, ad cauſandum exinde per ſanguinis commotionem abortum, ſecuto effectu, eſt homicida voluntarius, & proditorius, *& exors immunitatis.*n.35.

Qui terroribus incuſſis adigit prægnantem ad præcipitem fugam, vt inde ſequatur abortus fœtus animati, ſi de facto ſequatur abortus, & mulier vel neſciat ſe eſſe prægnantem, aut fœtum eſſe animatum, terrefactor autem vtrumque ſciat, eſt proditorius homicida, *& immunitate caret.*n.36.

Hic perterrefactor eſt ſolus cauſa phyſico-moralis *homicidij, applicando ſcilicet liberè*

liberè cauſam inſtrumentariam ipſius homicidij,nempe violentum curſum mulieris ignorantis, quid per ſuum curſum cauſet. ibid.

Si mulier fugiens à perterrefactore, ſciat ſe grauidam eſſe, & fœtum animatum, & præuideat ſecuturum ex curſu abortum, & nihilominus fugiat, & abortiatur, perterrefactor gaudet immunitate, cum ad abortum concurrat mediatè, *&* moraliter *tantùm,concurrente ipſa muliere ad eundem tanquam cauſa non merè naturali, quatenus ſcilicet applicat violentum motum,tanquam inſtrumentum abortus, cum volitione ſimpliciter libera, quamuis admiſcente inefficacem repugnantiam, & indirectè ſolùm tendente in effectum ipſius motus, abortum nempe, & non imputabiliter ſe habente ad eum cauſandum, eo quod ad illum motum habeat ius, tanquam ad vnicum medium hîc, & nunc,pro ſaluanda vita.* num.37.

Ad ſuſtinendam immunitatem,quæ fauorabilis eſt, & ad arcendam exceptionem delicti, quæ odioſa, ſufficit etiam minimum quid, quod ipſius delicti conditiones aliqualiter minuat: minuitur verò non nihil conditio abortus, qui inter delicta excepta eſt, ſi mulier eum cauſet per concurſum ſimpliciter liberum, quamuis idem concurſus non ſit ad culpam imputabilis,ſed omnino innocens,& in ordine ad culpam operantis poſſit dici merè phyſicus. n.38.

Sicut ex hoc, quòd inuaſus non intendit per ſe occiſionem iniuſti aggreſſoris, à quo ſe cum moderamine inculpatæ tutelæ defendit, ſed illa ſequitur per accidens,dicitur idem inuaſus cauſa tantùm phyſica, non moralis eiuſdem occiſionis. n.39.

Vnde cum prædictus inſecutor non poſſit dici ſimpliciter, & in toto rigore in genere cauſæ liberæ, occiſor *fœtus, cum mulier hanc denominationem aliquo modo præripiat, cenſeri non debet reus delicti excepti à participatione immunitatis, quod delictum in propoſito noſtro eſt* occiſio conſummata ſine miniſterio vllius alterius cauſæ aliquo modo liberè concurrentis ad effectum. n.40.

Proponitur valida obiectio, quòd ſicuti incidit in cenſuram canonis ille, qui Clericum inſequitur adeo acriter,vt ille quaſi coactus,in aquam ſe coniiciat,vt euadat: ergo & amittit immunitatem, qui inſequitur fœminam prægnantem,adigitque ad abortum,ſi ſequatur abortus. n.41.

Soluitur dicendo, quod diſpoſitio canonis eſt principaliter in fauorem ordinis Clericalis, ideoque extenditur ad caſum cauſandi mediatè,& per liberam Clerici fugam, præcipitium eiuſdem: at diſpoſitio exceptionis delictorum à participatione immunitatis, eſt odioſa ipſi immunitati, ideoque reſtringitur ad caſum cauſandi immediatè immediatione concurſus liberi interitum proditorium. n.42.

Vrgetur,quòd diſpoſitio exceptionis delictorum eſt facta principaliter in fauorem iuris Reipublicæ ad punienda delicta, ac proptereà extendenda videtur etiam ad cauſationem mediatam, ac merè moralem *abortus, iuxta regulam, quòd ex primario fine eſt attendenda diſpoſitio, quæ erit fauorabilis, atque extendenda, ſi primum eius intentum ſit ſtatuere in alicuius fauorem, licet in damnum, & odium alterius redundet: erit vero odioſa, & reſtringenda, ſi primum eius intentum ſit ſtatuere in alicuius odium, & pœnam quamuis cedat in alterius fauorem.* n.43.

Reſpondetur, quod cum fauor immunitatis ſit excellentior fauore iuris Reipublicæ ad punienda delicta, exigit primus ille fauor reſtrictionem ſecundi fauoris, quantum patitur proprietas verborum, ac proinde, vt exceptio cauſationis abortus in ordine ad excluſionem immunitatis, intelligatur ſolùm de cauſatione immediata. n.44.

Regula autem allata, habet locum, cæteris paribus, ideſt ſi fauor primario intentus per diſpoſitionem, ſit æqualis excellentiæ

cum

tum fauore, quem illa diſpoſitio lædit: ſecus verò, ſi fauor læſus habeat maiorem excellentiam, quàm alter fauor, pro quo diſpoſitio emanat, & cur hoc? n.45.

Exceſſus excellentiæ fauoris immunitatis præ fauore Reipublicæ, patet ex fine Eccleſiæ in ſancienda immunitate, qui eſt ſupremus, ſupernaturalis, & ad religionem, præcipuam inter virtutes morales, ſpectans, & terminatur ad Deum cognitum per fidem Theologicam, exhibendo ei cultum. n. 46.

Eſt enim inducta immunitas in honorem Dei, & propter cultum Chriſti verbi incarnati, cuius corpus in Eccleſiis perpetuò aſſeruatur, in quo præcellit noſtra immunitas immunitati vſitatæ olim apud Iudæos, qui in ſuo templo talia ſacra non habuerunt. n.47.

Deus inter confugam ad Eccleſias, & Iudicem laicum, à quo fugit ſeſe quaſi interponit: vnde qui ad Eccleſias confugiunt, quaſi Sacroſancti effecti, nec extrahi, nec capi, nec ligari, nec plecti poſſunt. n.48.

At finis Reipublicæ in puniendis delictis, eſt inferior, quippe naturalis, & terminatus ad politicam tranquillitatem. numero 49.

Et ſubordinatur illi fini. n. 50.

Poteſtas Pontificia, & laicalis differunt per hoc, quòd illa reſpicit finem ſupernaturalem, & media illi proportionata, hæc verò finem naturalem, & media illi congrua; & finis poteſtatis laicalis ſubordinatur fini poteſtatis Pontificiæ, ſicut ars frænifactiua ſubordinatur equeſtri. ibidem.

Ergo fauor immunitatis eſt multò excellentior fauore iuris Reipublicæ ad punienda delicta, quos duos fauores malè pares fecit Gonny. ibidem.

Adulter dans occaſionem marito percutiendi adulteram prægnantem, vt abortiatur, præuidenſque abortum, immò etiam intendens, eo ſecuto, non ammittit immunitatem, nec fit irregularis. n. 51.

amittit autem immunitatem maritus per percuſſiones occidens infantem. numer. 52.

INFERTVR tertiò, matrem prægnantem, quæ ſibi efficaciter procurat abortum fœtus animati, adhibitis violentis remediis ad abortionem, quæcunque illa ſint, ideſt ſiue potiones, ſiue ſaltus immoderati, ſiue pugni vtero incuſſi, ſiue delatio ponderum, eſſe ream homicidij proditorij. Alexand. Peregrin. *tract. de immun. cap. 7. n. 7. ibi: recipiendo potum.* Marius Italia *de immun. lib. 1. c. 5. §. 4. n. 36.* Farinace. *in append. de immun. num. 139.* Paces Iordan. *elucubrat. lib. 11. tit. 3. de immun. Eccleſ. n. 343.* Tancredi *tomo de relig. lib. 4. diſp. 8. quæſt. 5. num. 23. pag. 139.* Molina *de iuſt. tract. 3. diſp. 27. ad initium. & n. 2.* quam ſententiam affert, & non improbat Carolus Anton. Theſaur. *in praxi de pœnis Eccleſ. parte 2. in Verbo Abortus. §. 111. immunitatis.* Pellizzar. *in manuali tomo 2. tract. 9. cap. 4. n. 209.*

Quod intellige, ſiue eijciat fœtum iam in vtero occiſum, ſiue ſemiuiuum, qui continuo ex abortu expiret, ſiue ſatis vegetum, qui moriatur intra aliquot dies, quia, iudicio peritorum, abortiuus eſt: at ſecus, ſi dubium ſit, fueritnè violenta abortus cauſa, an naturalis:

Dixi *eſſe ream homicidij*, quia tale eſt voluntaria hominis iam plenè formati, ac vigentis in vtero occiſio. Gambacurta *lib. 5. cap. 17. n. 3.* Gibalin. *de irregular. cap. 4. quæſt. 2. n. 17 fol. 181.* Filliucc. *tract. 29. in quintum præceptum Decalogi cap. 6. n. 98.* Rodriquez *qq. regular. tomo 4. tit. 4. cap. 12. num. 34.* Io. Bapt. Corradus *reſponſor. parte 1. quæſt. 1.* Fernandez de Otero *diuerſar. qq. iuris parte 3. q. 25. n. 3.* Paſſerin. *de pollut. Eccleſiar. diſp 5. cap. 25. n. 4.* Caramuel *in Theol. fundament. nouiſſima n. 1627.* optimè dicens non ſuffice-

re ad homicidium, quòd fiat abortus ſœtus nondum habentis animam rationalem, ſiue habeat ſenſitiuam, ſiue vegetatiuam, ſiue neutram Ioſeph de Ianuario *de caſib. reſeuat. reſol.* 64. *n.*37. Grilland.*de ſortileg. quæſt.*13.*n.*1.Molina *de iuſt.tract.*3.*diſp.*27.*n.*1. Vega *in ſumma parte* 1.*cap.*3. *caſu* 1. Layman *lib.*3. *ſect.*5. *tract.*3.*parte* 3.*cap.*4.*n.*3.Thom.Del Bene *parte* 1.*de immun.& iuriſd. Eccleſ. c.*2. *dub.*4 *ſect.*20.*num.*14.Anelus Perſicus *de præcipuo ſacerdotis officio lib.*1. *cap.*7. *n.*16. *fol.*268.Graff.*de caſibus reſeru.lib.*1.*cap.*14. *n.*36.Decian.*tract.crimin.lib.*9.*cap.*18.*numer.*7. Leander *qq.moral.parte* 5. *tract.*2. *diſp.*11. *quæſt.*9. Lucas Floronus *de caſib. reſeruat.parte* 2.*caſu* 5.*num.*8.*&* 15.*& in eodem caſu* 5.*§*.1.*n.*3.Coſpus *in Iudice criminaliſta parte* 3. *cap.*36. *ad finem*. Don Iuan Vela, & Acunna *de pœnis delictor. cap.*15.*ſub initium §.Ex qua.*

Et procedit hoc, quamuis non ſtatim ſequatur abortus. Idem Graff.*n.*3. itemque quamuis procuretur, & ſequatur ante octauum menſem à conceptione, vt tradit Ioan. Angelus Boſſius *tract.de Effectib.matrim.cap.*9. *nu.*69. contra Antoninum Teſſaurum *decis. Pedem* 12.*n.*7. allegatum ab eodem Boſſio *n.*68. aſſerentem, quòd ſœtus in vtero matris, licet iam habeat animam, propriè non poſſit dici homo, ſed tantùm homo ſit, & dicatur, poſtquàm natus, vel poſt octauum menſem, eo quòd ante hoc tempus non ſit integraliter formatus, ac proinde deficiat illi aliquid ex iis duobus, quæ requiruntur ad eſſe hominis, quòd conficiatur ex anima, & corpore.

Quæ Doctrina ſolidè impugnatur à Boſſio *cit.n.*69. ex ea ratione, quòd vt ſœtus dicatur verè homo, ſufficit, vt conſtet anima, & corpore, licet non totaliter perfecto, alioqui nec inficeretur culpa originali, nec poſſet baptizari, cum ſolus homo originalis culpæ, & baptiſmi ſit capax.

Addo ego, quòd ſequeretur, nunquam eſſe hominem illum, qui naſceretur, vt interdum fit, cum omnibus, vel pluribus artubus imperſectis, ſine vna manu, & ſine ambobus ſemoribus, & cruribus, qualem ſemihominem in aula sereniſſ. Parmæ Duſſis vidi, & vt verum in toto rigore hominem, immo & eximia diſcretione præditum non ſemel expertus ſum, cum per ſe notum exiſtat perfectionem artuum non ingredi formalem conceptum hominis, ſed ad illum ſe habere omnino accidentaliter, vt proinde mirum videatur, homines, alioqui doctos, ex tam friuola ratione negaſſe rationem *hominis* ſœtui nondum octimeſtri, qui immo ſæpè naſcitur ad ſeptimum menſem, & eſt paruus quidem, ſed perfectus.

At non eſt dicendum homicidium, 2
ſi procuretur eiectio fœtus, & obtineatur antequam infundatur anima. Gambacurta *cit.n.*3. Molina *de iuſt.tract.*3. *diſp.*27. *n.*6. Plaza *epit.delictor.lib.*1. *c.*26. *num.*8.§.*Cæterum*. Corrad. *cit q.* 1. quia quod non vixit, mori non poteſt, neque eſt homo ante animæ rationalis infuſionem, cum homo ex anima, & corpore componatur. Blanc. *in pract. crimin.fol.mihi* 79.*n.*29.30. *&* 31.

Vnde nec incurrit reſeruationem pro homicidio factam, qui fœtum ante animationem eijcit violenter. Graff. *cit.cap.*14.*n.*37.

Dixi inquam *eſſe ream homicidij*, ideſt iniuſtæ hominis cœdis, quam ſuppono eſſe in omni caſu, & ſemper talem in matre prægnante aduerſus animatum fœtum, etiamſi ordinetur ea cædes ad præſeruandam ipſam matrem ab ignominia, vel parentum vltione letifera;

Neque enim hic titulus iuſtificat fœtus innocentis, neque exiſtentis aggreſſoris, interſectionem. Io. Angel. Boſſius. *tract. de effectibus matrim. cap.*9. *n.*68. & à fortiori Thom. Sanchez. *de matrim.lib.*9.*diſp.*20. *n.*10. *Vincent.* Tancredi *de matr.lib.*9.*diſp.*20.*num.*4.Leſſius

de

Digitized by Google

de iuſt.lib.2.cap.9. num.61. Diana *parte 3. tract.5. reſol.11.* Lucas Floronus *de caſib. reſeru.parte 2.caſu 5.§.1.n.3.* Verricell. *qq. moral. & legal. tract.8.q.11.n.6.* & alij negantes licitam eſſe eiectionem fœtus etiam nondum animati ad ſaluandam matrem à dedecore, & nece: quod extendit meritò Leander *qq.moral. parte 5.tract.2.diſp.11.q.1.* licèt ſit nobilis, aut Deo aliàs ſacra, aut etiamſi ſcandalum timeatur: & in fortioribus terminis Azor *parte 3.lib.2.cap.4.q.2.*

Infantem in vtero matris eſſe ſuppoſitum diſtinctum à ſuppoſito matris.

3 Neque obſtat, ſi dicas infantem in vtero matris cenſeri partem viſcerum eiuſdem mattis. Blanc. *in cit. pract.crimin.fol.133.n.10.* Thom. Sanchez *lib.9. de matr. diſp.17.n.16.* Iacobus Leoniſſa *inter conſ. matrimonialia per Zilettum collecta. conſ.49.n.29.* & probat Antoninus Teſſaurus *cit. deciſ.12.n.7.* ex affixione vmbilici ad viſcera matris: & *hominis* appellatione non contineri, qui adhuc in vtero matris eſt. Mollignat. *de appellatiua verborum vtriuſque iuris ſignificatione n.568.* nec cenſeri in rerum natura. D.D. apud Plazam *epit. delictor. lib.1. cap.26. n.8. pag.446.* vbi plura in hanc rem. & rurſum *cap.42.n.1.* & Fachineus *controuerſiar.iuris lib.9.cap.100.* vbi quòd partus nondum editus, homo non rectè fuiſſe dicitur. *l.9.ff. ad l. falcidiam.* Menoch. *de arbitrar.Iudic.caſu 357.nu.11.* vbi quòd *vterus* homo non eſt, ſed fieri ſpetatur:

Ac proinde matrem huius ſuæ partis deſtructricem ideo non cenſeri homicidam;

4 Nam dico, quòd quamuis infans, durante ſui mora in vtero mattis, cenſeatur quidem tum eſſe pars viſcerum matris in ordine ad aliquos effectus,

Et nominatim, vt ſi ſpeliatur in ſacro cum ipſa matre ante puerperium defuncta, non tamen inde polluatur Eccleſia, tanquam ex ſepultura hominis non baptizati. Coninck. *tomo 1. de ſacram.quæſt.83. art.3.dub.1.n.233.* Paſſerin. *cit.tract.de pollut. Eccleſiar.diſp.8. cap. 21.num.3.* & alij, quos citat, & ſequitur Thom. Del Benè *parte 1. de immun. & iuriſd. Eccleſ. cap.2.dub.2.ſect.6.n.4.* Leander *qq. moral. parte 5.tract.2.diſp.11. q.38.* Marchin. *tract.3.de ſacrif.parte 3.cap.10. n.12.*

Tum non eſſe in rerum natura, in ordine ad infraſcripta, videlicet vt hæres eſſe non poſſit, donec in lucem prodierit, nec in poteſtate patris dici queat, nec pupillus, nec ſuus appellari, vt apud Plazam *cit.cap.42.n.1.* & Ioannem Franciſcum Faram *tract.de infante cap.6. n.2.& 3.* nec baptizari. Idem Plaza *numer.5.* nec tutor huius poſthumi poſſit facere pacem iis, qui eiuſdem pattem interfecerunt. Plaza *num.6.* immo nec poſſit ei dari tutor. Ioannes Angel. Boſſius *tract de effect.matr.cap.9.num.69.* & vt qui partum abigit, puniatur ſolùm extraordinariè. Menoch. *de arbitrar. Iudic. caſu 357. num.9.* quam ſententiam dicit iuri Cæſareo valdè conſentaneam Fachineus *controuerſ. iuris cap.100.* & quidam apud Tiraquellum citatum à Leandro *qq. moral. parte 5. tract. 2. diſp 11. q.9.* inferentes non eſſe irregularem cauſatorem abortus animati: quamuis hunc homicidij pœna teneri, ideſt vltimo ſupplicio dicat Don Iuan Vela *de pœnis delict. cap. 15. ſub initium. §.ex qua.* 5

Nihilominus propriè non eſt pats. 6 Leſſius *de iuſt. lib.2. cap.9. num.61. verſ. Ad confirmationem.* Et reuera eſt ſuppoſitum diſtinctum à ſuppoſito mattis cum habeat animam rationalem diſtinctam ab eiuſdem matris anima. Thom. Sanchez *de matr. lib.10. diſput. 20.n.7.ad finem.*

Quidquid erroneè voluerint aliqui apud Ioannem Angelum Boſſium *cit. tract. de effect. matrim.n.69.* fœtum habere

bere animam diſtinctam ab anima matris ſolùm poſt partum, & Ioannes Marcus medicus allegatus à Caramuele *in nouiſſima Theol. fundamentali n.*1312. ſomniet, filium nondum natum, eſſe matris realem partem, & tunc demum anima rationali informari, cum paritur, quod dictum impugnat, & falſitatis conuincit idem Caramuel *n.*1617. qui tamen *in prima Theol. fundamentali num.*1163. viſus eſt innuere probabilem eſſe huius medici ſententiam, vt obſeruat Io. Angel. *Boſſius cit. n.*69. vbi optimè quod eadem opinio, tanquam erronea, eſt reprobanda, cum non ſolùm repugnet ſententiæ omnium Summiſtarum, Theologorum, Canoniſtarum, & Iuris peritorum admittentium vt aptiſſimam diſtinctionem abortus fœtus inanimis, & animati anima rationali, ſed & ſacris Canonibus *cap. conſuluiſtis.* 2. *q.* 5. *cap. quod vero. & cap. Moyſes.* 32. *q.* 2. *& Conſtitutionibus Sixti V. & Gregor. XIV.* in quibus eadem diſtinctio continetur.

Ac proinde idem fœtus non obſtantibus prædictis *n.*4. *&*. 5. tanquam verus homo denominat matrem propriiſſime interfectricem iniuſtam, atque ideo *homicidam* filij ſi per influxum voluntarium abortiatur, vt tradunt Doctores *citati num.*1. & alij communiter contra præallegatas opinationes inſulſas.

7. Dixi eſſe *ream proditorij*; quia perimit hominem habentem plenum ius fruendi vita, eamque defendendi, licet ex præſenti ſua naturali conditione ſit omnino impotens ad eam hic, & nunc defendendam ſiue per fugam, ſiue per implorationem alienæ opis, ſiue per reſiſtentiam, quam rationem expreſsè allegat Molina *cit. tract.* 3. *de iuſt. diſp.* 27. *ad initium: ibi: & cui nulla relinquitur defenſio.* Sicut & Tancredi *cit. num.* 23. *pag.* 139 *ibi. nec ſe defendere queant.*

8 Vnde merito dicit Farinac. *in cit. append. de immun. n.*139. has matres eſſe multò magis proditrices, quàm qui occidunt parentes, aut filios innocuos nihil tale cogitantes; *grauius enim*, inquit, *multò eſt occidere infantes, qui ſe præcauere nullo modo poſſunt à matris proditione, quam alios.* Conſonat Tancredi *cit. num.* 23. *ibi: quæ enim maior proditio.*

Itaque in hoc caſu ad conſtituendam proditionem filij infantis, conſiderantur ſolæ inſidiæ negatiuæ de quibus §. 6. non autem poſitiuæ, fundatæ nempè in connexitate materna, & filiali, quam infans ex præſenti ſua conditione intelligere non poteſt, ac proinde nec per eam affidari de matre. 9

Addo conſequenter, eamdem matrem, quippe quæ immediatè, & per ſe ipſam præſtat influxum phyſicum in mortem fœtus, non gaudere immunitate. Peregrin. *cit. num.*7. Tancredi *loco cit.* & colligitur ex Farinacio *in cit. append. n.*138. vbi in communi excludit ab immunitate parentes, qui occidunt filios innocuos. Guazzin. Sebaſtiani filius *tract. morali ad defenſ. lib.* 2. *defenſ.* 1. *cap.* 14. *n.*25. Leo Zambell. *in reſolutorio caſuum conſcientiæ in v. Eccleſ. quo ad eius immunitatem num.* 21. & non improbat Carolus Antonius, Theſaur. *in praxi de pœnis Eccleſ. parte* 2. *in v. Abortus. cap.* 1. §. III. *immunitatis.* Pellizar. *cit. tract.* 9. *cap.* 4. *n.*209. 10

Et hoc idem intelligit, vt puto, S. Congregatio, dum dicit, immunitate non gaudere mulierem, quæ malis medicamentis procurat abortum, apud Barboſam *in collect. Bullar. in v. immunitas n.*11. & apud Lezanam *in ſum in v. immunitas Eccleſ. n.* 12. & apud Dianam *poſt quintam partem in collectione declarationum S. Congregationis n.*8.

Videtur enim intelligere de muliere matre; nam de alia, verbi gratia de commatre, quæ malis medicamentis procuret alicui tertiæ abortum, dicendum eſt, ſicut infra paulò poſt.

Impugnan

Digitized by Google

Impugnantur Diana, Bonacina, & alij facientes incapacem paſſiuæ proditionis infantem.

11 Quamquam ipſe Diana *part.3.tract. de immunit.Eccleſ.reſol.*72.ſecutus Bonacinam *tomo 3. de cenſur. in particulari diſp.2.quæſt.*3. *puncto* 16.§.8.*n.*8. & Franciſcum Leonem *in theſauris parte 1. cap.*13. *n.*25. quibus ego addo Malletum *in auro Theol. moral. malleat.* 35. *bractea* 12.& Ioannem Carolum Antonellum *tract. de regimine Eccleſiæ Epiſcopalis lib.*1.*cap.*9.*num.*83.exiſtimat prædictam matrem gaudere immunitate.

Quia *proditio* non cadit contra perſonam infantis, quæ non habet velle, nec nolle, ſed contra eum, qui fidem alterius ſequendo, læditur: quæ eſt ratio allegata per citatum Leonem.

Et quia propriè *proditoriè* occidere dicitur,qui per dolum & inſidias occidit non præuidentem id: doli autem, qui eſt fraus ad decipiendum, & inſidiatum non eſt capax infans indeceptibilis ob defectum rationis, quæ eſt ratio adducta per Dianam, Malletum, atque Antonellum, quorum doctrinam dicit ſatis probabilem Thom. del Bene *parte 2. de immunit. & iuriſd.Eccleſ. cap.*16.*dub.*20.*ſect.*2. *num.*4. *iuncto num.*3. & probabilem appellat Tancredi *cit. n.*23.*pag.*139.*de relig.lib.*4.

Et huius ſententiæ forent etiam Remundus Lullus, quatenus *in tertia prouerbiorum ſuorum parte Rubrica* 90. dicit, omnem *proditionem* eſſe cum deceptione, & Sebaſtianus Medices *de peccatis capitalibus tit.*6.*quæſt.*13.*pag.mihi* 269. quatenus includit deceptionem in proditione, omneſque illi, qui definiunt proditionem,vt ſit deceptio contra fidem datam,vt alibi dixi.

Sed contra efficacitet.

12 Nam *proditio* cadit in quemcunque impotentem hic, & nunc ad ſe defendendum,ſiue ſit capax ſequendi fidem alterius, & patiendi deceptionem cuiuſmodi eſt adultus rationis compos, ſiue ſit horum incapax, ob impeditam facultatem intellectricem, cuiuſmodi eſt infans.

Neque enim denominatur quis *proditor* ex eo, quòd per dolum, & fraudem decipiat vt ſic, cum hic ſolummodò ſit mendax, & ſimulator,vt latè probaui, *ſuprà* §.16.*n.*30. ſed quia aggreditur impotentem ad ſe tuendum hic, & nunc, vndecunque ea impotentia oriatur, ideſt ſiue illam cauſet ipſe proditor, quatenus per deceptorium amicitiæ ſimulacrum affidat, incautumque reddit proditum,ſiue eamdem inueniat iam in ſubiecto præexiſtentem ex aliquo alio capite, ideſt ex præſenti eiuſdem ſubiecti conditione reddente idem ſubiectum incapax præcauendi, fugiendi, implorandi adiutorium, reſiſtendi. 13

Quo fit, vt eodem ſemper modo dicatur *proditoriè occiſor*, ſiue occidat hominem deceptum, qui ſcilicet eſt rationis compos, ſiue occidat indeceptum, immo & indeceptibilem ob defectum rationis,dummodò tali modo, & in talibus circumſtantiis aggrediatur, vt ille impotens ſit ad ſe tuendum hic,& nunc, ſiue impotentia hæc dicat carentiam phyſicam facultatis ad vtendum mediis conducibilibus ad auertendum à ſe malum imminens ab aggreſſione, & hoc ſiue cum cognitione iſtius carentiæ, ſiue ſine ipſa cognitione; ſiue dicat ea impotentia carentiam dictæ facultatis natam ex inaduertentia ad occaſionem, potentiam, & debitum præcauendi per vſum dictorum mediorum, quæ alioqui in promptu forent, ſi aduerteretur imminens malum,iuxta dicta *ſupra* §.4.*huius ſectionis*, atque hic recognoſcenda pro meliori intelligentia ſolutionis præſentis difficultatis à Diana,& aliis excitatæ.

Fateor quidem in *proditorio per abortum* non attendi communiter ratio- 14

nem proditorij, eaque de cauſa pœnam proditorij homicidij pro eo non imponi, vt obſeruat Molina *cit. tract.* 3. *diſp.*27.*n.*2.*de iuſt.*

At ea non attentio non operatur non exiſtentiam obiecti, quod attendi poteſt.

15 Addo, prædicta de priuatione immunitatis ex proditorio per abortum, venire etiam intelligenda, licet fœtus eſſet monſtrum; modo monſtruoſitas non eſſet talis, vt indicaret, eumdem fœtum rationali anima non eſſe informatum, ſicuti in ordine ad pœnas fori externi notauit Molina *citat. diſp.* 27. *tract.*3.*num.*3.

16 *Quid in dubio animationis fœtus, & ſexus?*

Quod ſi dubium ſit, an fœtus animatus fuerit, necnè, in quo caſu poſſeſſio ſtat pro embrione, & ſic conceptus præſumitur inanimatus. Ioſeph *de Ianuar.reſolut.moral.parte* 1.*reſol.*69.*num.*16. Bordon. *tomo* 3. *controuerſiar. moralium controuerſia* 41.*n.*11. Farinacc. *quæſt.*122. *num.*138. cum *animam fuiſſe infuſam* ſit aliquid facti, quod non præſumitur, ſed probatione indiget.

Tunc ſicuti non polluitur Eccleſia, ſi in ea abortus fœtus dubij de animatione efficaciter procuretur; quia poſſeſſio ſtat pro libertate Eccleſiæ, non pro delicto pollutiuo eiuſdem. D. Paſſerin. *de pollut.* Eccleſiar. *diſp.*5. *cap.* 25. *num.*2.

Ita vbicunque procuretur efficaciter dictus abortus fœtus dubij de animatione, non amittitur immunitas; quia poſſeſſio ſtat pro immunitate, non autem pro delicto excepto, excluſiuo immunitatis, de quo non conſtat eo ipſo, quòd de ipſo ambigitur.

17 Sicuti autem ad rem ſuam optimè monet idem Paſſerin. *citat. num.* 2. eſſe adhibendam moralem diligentiam ad ſciendum, vtrius ſexus fuerit fœtus, cuius abortio effecta eſt, & quo tempore conceptus.

Tunc enim, habita hac ſcientia, ſi ſit mas, præſumetur animatus poſt quadraginta dies, inanimatus autem, hoc ſpatio non expleto.

Si verò fœmina, præſumetur animata poſt ſexaginta, aut octoginta, inanimata verò ante hoc tempus, iuxta laxiorem, & communiorem, non tamen fortaſsè veriorem opinionem, quam ſanè in his caſibus inuoluentibus occaſionem fauendi Eccleſiæ ad vitandam expedito Eccleſiarum vſui odioſam pollutionem, expedit ſequi, vt ego exiſtimo, cum de nullius præiudicio agatur.

Immò & ad vitandam immunitatis excluſionem, idem pariter abſolutè putant aliqui docti, qui immo addunt expedire ſequi ad vitationem effectuum odioſorum, opinionem non concedentem fœminis animationem ante nonaginta dies apud Farinaccium *quæſt.*122.*n.*141. quæ Plinij eſt, allegati, & non improbati per Plazam *epitome delictor. lib.*1.*cap.*26 *n.*8. *pag.*445. itemque per Dom Iuan Vela *de pœnis delictor.cap.*15.*ſub initium.*§.Ex *qua.*

Et hæc eò audacius, quòd ex atteſtatione Ariſtotelis, quem citat, & ſequitur Coſpus *in Iudice Criminaliſta parte* 3. *cap.*33. *num.*6. in his nihil certi affirmare licet: *& à ragione,* inquit Coſpus, *poiche le compleſſioni delle madri, la virtù del ſeme paterno, i cibi, l'aria, la quiete, e l'allegrezza dell' animo può molto affrettare, ò differire la perfettione del parto.* Qui diſcurſus ita mihi ſatisfacit, vt putem non dari comparabilitatem inter opiniones quo ad gradum probabilitatis circa tempus animationis fœtus, ſed omnes eſſe ſuper re incerta æqualiter incertas.

Sicut inquam ad rem ſuam monet Paſſerinus, ita & ego moneo ad rem meam, adhibendam eſſe moralem diligentiam, & cæt.

Et addo, quòd in dubio circa ſe- 18
xum,

xum, fœtus cenſetur fœmineus, vt quantò minus poteſt, aggtauetur delinquens. Thom. Tamburinus *in Decalogum lib.6. cap.2. §. 4. num.* 3. Bardi *tract. de conſcientia diſcept.6. cap.7. ſ.6.* vbi hoc optimè probat. Bordon. *cit. controuerſia* 41.*n.*11.

19 Et quamuis in hoc dubio fœtum præſumi marem doceant Naldus *in ſumma in Verbo. Abortus. num.2. ex ſtylo S. Pœnitentiariæ.* Ioan. Angelus Boſſius *varior. moral. tomo* 1. *titulo* 1. §.29. *numer.*1324. *& de effectib. matrim. cap.9. num.*72. Piaſecius *in praxi, parte* 1.*cap.*1. *num.* 32. Leo Zambellus *in reſolutorio caſuum conſcientiæ. in v. Homicidium. numer.* 19. Viualdus. *in candelabro. pag. mihi* 534.*num.*47.*titulo de irregular.* §.1. Bonacina *de reſtitut. diſp.* 2 *quæſt. vlt. ſect.*1.*puncto* 7.*num.*4. Henriquez *in ſumma lib.*14.*cap.*15. *num.6.* atque in hoc item dubio fœtum præſumendum eſſe animatum poſt quadraginta dies, aſſerat Bellettus *diſquiſ. Clerical. parte* 2. *de pœnis Clericor. ſ.*20. *num.*14. Leander *qq. moral. parte* 5. *tract.* 2. *diſput.*11. *quæſtion.*11.

Procedit doctrina in ordine ad irregularitatem. Gutierez *canonicarum qq.lib.*2.*cap.*6.*n.*162.

20 Quæ doctrina, tametſi præ ſe ferat difficultatem, quatenus dici poteſt irregularitatem eſſe valdè odioſam illi iuri, quod Chriſtus D. ad ordinis Sacramentum conceſſit omnibus maribus per baptiſmum in Eccleſiam ingreſſis, ac proinde cum ius hoc ſit valdè honorificum, ac proficuum homini, non videri elidendum in dubio per præſumptionem animationis fœtus abortiui poſt breuiſſimum terminum animationi à natura ptæſtitutnm, ſed differendam eliſionem ad longiſſimum terminum eiuſdem animationis, ideſt poſt.90. dies.

21 Nihilominus tamen eadem doctrina ſuſtineri poteſt ex hoc, quòd canonica diſpoſitio, quæ inſtituit irregularitatis impedimentum, licet odioſa ſit iuri hominis ad ſuſcipiendos ordines, eſt tamen fauorabilis miniſterio ſacrificij, & ſacramentorum, ad quorum dignam tractationem manutenendam inuecta eſt principaliter.

Vnde in concurſu iuris ad ordines, & iuris ad dignam tractationem, fauor huius ſecundi potior eſt fauore primi, ideoque præexigit præſumptiones ſibi vtiles, etiamſi aduerſario iuri præiudiciales exiſtant.

Sic cenſura canonis *ſi quis ſudente*.17. *quæſt.* 4. cum ſit fauorabilis ordini clericali, licet odioſa iuri competenti baptizatis ad communionem Eccleſiæ, & ſit principaliter in eum fauorem inſtituta, exigit latam extenſionem ad percutientes non ſolùm Clericos, & Monachos, ſed etiam alias perſonas Eccleſiaſticas non habentes in rigore rationem *Monachi*, itemque ad actiones, quæ rigoroſè non ſunt iniectio *manuum violentarum*, ſed ſolummodò per fauorabilem ampliationem, vt paſſim apud Doctores; 22

Eſt enim optima doctrina tradita per Gambarum *de officio, & poteſt. Legati lib.*7. *num.*369. & communiter recepta, quòd lex, quæ principaliter facta eſt ob fauorem, licèt conſequenter tangat odium alicuius, tamen dicitur fauorabilis, ac proinde latè interpretanda eſt iuxta regulam: *fauores ſunt ampliandi, odia reſtringenda.* 23

Hæ autem rationes non militant in caſibus pollutionis Eccleſiæ, & iacturæ immunitatis, cum immo libertas eiuſdem Eccleſiæ ab impedimento, & conſeruatio immunitatis à cenſura laicali ſint maximè fauorabiles, ac proinde exigant præſumptiones, quæ quantum fieri poſſit, arceant & pollutionem, & iacturam prædictas. Sic diſcurri poteſt ad ſuſtinendum dictum virorum doctorum allegatum à me *numer.*17. 24

Addo tamen, quòd etiam contra irregu 25

irregularitatem, quæ ſupponitur incurri ex procurata abortione fœtus præſumpti maris in dubio, ac proinde animati breuiori tempore, occurrerent mihi validæ rationes, & ea præſertim, quòd ſacri canones videntur inſtituiſſe irregularitatem contra occiſorem vel certum, vel etiam dubium hominis certi, non autem hominis ſolùm præſumpti, cuiuſmodi eſt fœtus in dubio de ſexu: ſed omitto hæc, quia non eſt mei præſentis inſtituti de his diſceptare ex profeſſo.

26 Prædicta verò de excluſione matris ab immunitate ex titulo procurationis efficacis animati fœtus, intellige, vt locum habeant, quando illa procuratio iniuſtè facta eſt ex directo affectu, vt ſequeretur abortus, & per media directè tendentia ad occidendum fœtum, ſeu per ſe ad illum ex vtero expellendum inſtituta, qualia ſunt venenum, dilacerationes, percuſſiones, & ſimilia;

Quid de matre adhibente media ad ſui curationem, ex quibus ſequatur abortus?

27 Si enim mater adhibuerit media directè tendentia ad curationem ſui ipſius, cuiuſmodi ſunt ſectio venæ, balnea, pharmaca & cæt. & ſecutus ſit ex illis abortus, qui tamen ex venæ ſectione difficillimè ſequi poteſt, vt à peritis medicis audiui,

Sicut non polluitur Eccleſia, ſi ea mediorum adhibitio intra illam facta fuerit, ſiue media tenderent æquè ad ſalutem matris, & ad fœtus abortionem, in quo caſu actio non fuit iniuſta, ſed proſecutiua iuris competentis matri ad ſuam ſalutem, ſiue eſſent paulò directiora ad abortum, quàm ad matris ſanitatem, dummodò ſiſteretur adhuc vtrinque intra probabilitatem, maiorem ſcilicet vel minorem ab vna parte, quàm ab alia, quo caſu etiam praua intentio adhibentis ea media, intentio inquam de occidendo fœtu, non ſufficeret ad reddendam occiſionem iniuſtam, niſi affectiuè, ſiue illa adhibitio debuiſſet ommitti ex eo, quòd adeſſet probabilis ſpes, vt, matre ab iis medicamentis abſtinente, fœtus edi poſſet, & baptizari, quo caſu eadem adhibitio iuſtitiam non læſit, ſed charitatem duntaxat, quæ omnia doctè exornat D. Paſſerin. *cit. cap.* 25. *numer.* 4.

Ita neque amittitur immunitas, cum ad hanc amiſſionem requiratur occiſio contra iuſtitiam, & quidem ex parte obiecti, ita vt non ſufficiat iniuſtitia ex parte affectus, quæ tamen iniuſtitia obiectiua non interuenit in modò allatis caſibus continentibus ius ad conſeruationem vitæ matris.

Quid de tertio procurante abortum?

Quod verò attinet ad aliquem tertium, qui efficaciter procuret abortum fœtus certò animati, intellige ſemper anima rationali, 28

Non dubito, quin dicendus ſit proditorius homicida. Marius Italia *cit. num.* 36. Peregrin. *cit. tract. cap.* 7. *n.* 7. *ibi: dando*: & immunitatis expers, ſi ipſemet immediatè cauſet mortem ipſius fœtus, impactis ad eum effectum pugnis, calcibuſue in vterum matris:

In quo ſenſu accipio doctrinam Gambacurtæ aſſerentis *lib.* 5. *cap.* 17. *numer.* 3. non defendi ab Eccleſia illum, qui pugnis, aliaue ratione mulieri procuret, vt fœtum animatum abortiatur:

Verbi gratia ſi quis ſtudioſè, & data opera per zonam arripiat mulierem prægnantem, adhibita vi, vt abortiatur poſt fœtus animationem, quo caſu hunc arreptorem, ſi abortus ſequatur, eſſe verè homicidam, notat optimè Graff. *de caſib. reſeru. lib.* 1. *cap.* 24. *n.* 26. 29

Aliud

Digitized by Google

30 Aliud exemplum eſt, ſi chirurgus ſanguinem ex prægnantis pede per phlebotom iam eliciat ex intentione, vt ſequatur abortus, ſi re ipſa ſequatur, & ſit fœtus animatus, ſiue is abortus intendatur etiam à matre, ſiue non; Hoc enim caſu chirurgus eſt vera cauſa *phiſico-moralis* ipſius abortus, habetque complicem delicti matrem, ſi ipſa ſciat chirurgi intentionem, & conſentiat.

31 Sed quia mater in hoc complicitatis caſu eſt concauſa ſolùm *moralis* proditorij, quatenus ſcilicet vel mandat, vel ſaltem non obſtat, immo etiam porrigit pedem feriturо venam, & cauſaturo phiſicè abortum, ideo de illa ſentiendum in ordine ad immunitatem iuxta firmata *in* §. *antecedenti*; & dicendum, quòd gaudeat.

32 At verò ſi eundem abortum procuret efficaciter poſt animationem certam idem tertius per aliquam potionem medicatam letaliter, matri propinatam,

Ego acquieſcere non poſſum Thomæ, del Bene *cit. cap.* 16. *dub.* 20. *ſect.* 2. *num.* 3. & Peregrino *de immun. cap.* 7. *numer.* 7. docentibus ſine vlla diſtinctione, quòd idem tertius dator potionis non gaudet immunitate, quam etiam doctrinam affero, & non improbat Ric. *parte* 3. *decis.* 262. *n.* 5. *ad finem*;

Nam, inquit Peregrinus, *proditoriè dicitur occidere, ſicut ille, qui veneno occidit:*

Non poſſum inquam acquieſcere, cum in his duobus caſibus vt plurimùm non ſit paritas;

Qui enim occidit veneno, dicitur occidere immediatè, & per ſe ipſum perſonam venenatam; quia hæc venenationem ignorat, & per modum agentis naturalis applicat ſibi cauſam efficacem inſtrumentariam mortis.

At qui dat mulieri potionem ad abortum, non dicitur procurare immediatè, & per ſe ipſum abortionem, ſed per ipſam mulierem, quę cum ſit voluntaria, & culpabilis, ob conſenſum in fœtus occiſionem præcognitam, ſicuti ſolet eſſe ferè ſemper, immò & ipſamet potionem petere,

Dicitur eadem occidere fœtum immediatè, & per ſe ipſam, quatenus ſciens, & volens haurit potionem eiuſdem fœtus eiectiuam.

Et in hoc ſenſu credo ſaluari poſſe 33
id, quod docet Ioſeph de Ianuar. *de caſibus reſeruatis*, obſtetrices mala medicamenta propinantes in Eccleſia, non incidere in caſum reſeruatum, *reſol.* 64. *num.* 40. *verſ. Hinc obſtetrices.* quia nempe hæc propinatrix non eſt homicida immediatè, ſed cooperatur ſumenti malum medicamentum:

At nego eſſe paritatem inter hunc caſum, in quo actio eſt poſitiua ex parte propinantis, & caſum ſinentis alium perire fame, in quo actio eſt negatiua, quod non videtur ponderaſſe Ianuar. *loco citato*, vbi duos caſus parificat.

Quòd ſi fortè mulier ſit inuoluntaria, 34
& inſons circa potionem abortiuam quatenus abortiuam, ob ignorationem letalis medicationis à tertio factæ, id quod rariſſimè accidit,

Iam curret paritas cum caſu veneni;

Neque enim mulier ſumens ignoranter potionem abortiuam, erit homicida fœtus, ſi per abortum pereat, ſed dator potionis, qui nempe ſolus erit cauſa *phyſico-moralis* eiuſdem abortus, ad quem mulier concurrit per modum agentis naturalis, applicando merè materialiter cauſam inſtrumentariam efficaciter influentem in ipſum abortum, iuxta alibi à me dicta.

Et in hoc caſu plenè admitto doctrinam illam Thomæ Del Bene, & Peregrini fundatam in paritate veneni, & iuxta illam credo, debere accipi id, quod tradit ex S. Congregatione Ioan. Maria de Caſtilento *in Seraphica Theologiæ moralis polyanthea in v. Abortus. difficultate* 2. quòd ſcilicet abortum pro-

curans malis medicamentis, non gaudeat immunitate Eccleſiarum.

Quid de procurante abortum per terrorem incuſſum prægnanti?

35 Qui terrorem incutit prægnanti ex intentione vt illa fœtũ animatũ eiiciat, ob ſanguinis immodicam commotionem ſi effectus ſequatur, eſt volũtarius homicida. Comitol. *lib.4.q.13.* & proditorius, cum interimat infantulum impotentem ad ſe defendendum.

Et quia ipſe ſolus efficaciter influit ad hunc proditorium effectum, applicando per liberam actionem cauſam phyſicam ipſius effectus, prædictam ſcilicet ſanguinis commotionem, fundatam in metu iniuſtè incuſſo, propterea non gaudet immunitate, iuxta prædicta.

Quid de cogente prægnantem ad fugiendum, vt ex fuga ſequatur abortus fœtus animati?

36 Qui terroribus incuſſis adigit prægnantem ad præcipitem fugam, vt inde ſequatur abortus fœtus animati, ſi de facto ſequatur abortus, at prægnãs vel neſciat ſe eſſe prægnantem, vel fœtum iam eſſe animatum, terrefactor autem vtrumque ſciat (ſi tamen in extraneo dari poteſt hæc ſcientia de muliebri arcano)

Eſt ſine dubio homicida, & *proditorius*, vt patet, nec gaudet immunitate;

Quia ſolus ipſe concurrit *phyſico-moraliter* ad interitum fœtus, applicando ſcilicet liberè cauſam inſtrumentariam ipſius interitus, nempe violentum curſum mulieris, quæ ignorat, quid per curſum ſuum cauſet.

37 Eſt autem difficultas, an hic perterrefactor gaudeat immunitate, ſi mulier ſciat, ſe eſſe prægnantem, & fœtum eſſe animatum, quia ſcilicet iam eſt grauida ex pluribus menſibus, & prævideat, ſecuturum eſſe abortum ex fuga, & nihilominus fugiat, & exinde abortum faciat.

Sed hunc præterrefactorem ego cenſeo, in hoc caſu gaudere immunitate;

Nam mulier ipſa interitum ſui fœtus cauſat per violentum motum, quem vult ſimpliciter, quamuis illi admiſceat aliquam repugnantiam, quæ illum reddit inuoluntarium ſecundùm quid.

Vnde interitus ille eſt volitus indirectè, hoc eſt in ſua cauſa, quæ eſt ipſe violentus motus, quamuis non ſit volitus imputabiliter ad culpam, quia mulier habet ius ad eum motum, tanquam ad medium neceſſarium hic, & nunc pro tuenda vita, & permiſſiuè ſolùm ſe habet ad prædictum interitum, qui præuidetur ſecuturus præter, & contra eius intentionem.

Suppoſito autem, quòd ille interitus cauſetur à muliere tanquam à cauſa non merè naturali, propter admixtionem concurſus ſimpliciter liberi ex parte ipſius mulieris ad applicandam cauſam inſtrumentariam ipſius interitus, nempe violentum motum,

Conſequens eſt, vt inſecutor perterrefaciens concurrat mediatè, & moraliter tantùm ad eum interitum fœtus, ac proinde non ſit cauſa *phyſico-moralis* eiuſdem interitus, cum per ipſum non applicetur cauſa merè phyſica ad operandum interitum illum.

Ad ſuſtinendam autem immunitatem, quæ fauorabilis eſt, & ad arcendam exceptionem delicti, quæ odioſa eſt, ſufficit etiam minimum quid, quod ipſius delicti conditiones aliqualiter minuat. 38

Minuitur verò nonnihil conditio abortus, qui inter delicta excepta cenſetur, ſi mulier eum cauſet per concurſum ſimpliciter voluntarium, quamuis idem concurſus non ſit ad culpam imputabilis, ſed omnino innocens, & in ordine

ordine ad culpam operantis poſſit dici merè phyſicus.

39 Sicuti ex hoc,quod inuaſus non intendit per ſe occiſionem iniuſti aggreſſoris, à quo ſe cum moderamine inculpatæ tutelæ defendit, ſed illa ſequitur per accidens,dicitur idem inuaſus cauſa tantùm phyſica,non moralis eiuſdem occiſionis. Carafa *de duello tract.3.ſect.2.quæſito 7.n.14.*

40 Vnde cum prædictus inſecutor non poſſit dici ſimpliciter,& in toto rigore in genere cauſæ liberæ, *occiſor* fœtus, cum mulier hanc denominationem aliquo modo præripiat,propterea cenſeri non debet reus delicti excepti à participatione immunitatis, quod delictum in propoſito noſtro eſt occiſio conſummata ſine miniſterio vllius alterius cauſæ aliquo modo liberè concurrentis ad effectum.

Satisfit obiectioni validæ.

41 Sed obiicies. Incidit in excommunicationem canonis *ſi quis ſuadente* 17. *q.*4. is, qui Clericum inſequitur adeo acriter,vt ille quaſi coactus, in aquam, vel aliud periculum ſe coniiciat, vt euadat. Syluest. *in ver. Excommunicatio 6. n.5.* Sairus *lib.3. theſauri caſuum conſcientiæ.cap.26.n.15.* Caſtro Palaus *parte 6.de cenſur.diſp.3.puncto 23.§.2.n.2.*

Ergo proportionabiliter dicendum eſt, quòd fœminam acriter inſequens, & ad abortum de induſtria adigens, incurrat iacturam immunitatis, ſi ſequatur abortus.

Reſpondeo eſſe diſparitatem claram.

42 Nam diſpoſitio canonis. *Si quis ſuadente*, eſt principaliter in fauorem ordinis Clericalis,ideoque extenditur ad caſum cauſandi mediatè, & per liberam Clerici fugam, præcipitium eiuſdem.

At diſpoſitio exceptionis delictorum à participatione immunitatis, eſt odioſa ipſi immunitati, vt iam aliquoties aduertimus, & tradunt vniuerſi Doctores,& nominatim Diana *parte 1. tract. de immunit. Eccleſ.reſol.5. ad finem*, ideoque reſtringitur ad caſum cauſandi immediatè immediatione concuſſus liberi interitum proditorium.

Sed contra oppones. Diſpoſitio exceptionis delictorum à participatione immunitatis, eſt facta principaliter in fauorem iuris Reipublicæ ad punienda delicta,& ad auertendos à committendis delictis homines per metum punitionis. 43

Ac propterea extendenda videtur etiam ad cauſationem mediatam, & merè moralem abortus, iuxta regulam communem apud Thomam Sanchez *de matrim.lib.1.diſp.1.num.4.* Gutierez *de matrim. cap.1.n.10.* Tancredi *de matrim. diſp.1. quæſt.1. ad initium.* quòd ſcilicet ex primario fine eſt attendenda diſpoſitio, quæ erit fauorabilis, atque extendenda,ſi primum eius intentum ſit ſtatuere in alicuius fauorem,licèt in damnum, & odium alterius redundet: Erit verò odioſa,& reſtringenda,ſi primum eius intentum ſit ſtatuere in alicuius odium, & pœnam, quamuis cedat in alterius fauorem.

Sed reſpondeo, quòd cum fauor immunitatis Eccleſiarum ſit multò excellentior, quàm fauor iuris Reipublicæ ad punienda delicta, exigit primus ille fauor, vt diſpoſitio pro ſecundo fauore reſtringatur, quantum fieri poteſt,ſalua proprietate verborum. 44

Ac proinde in caſu noſtro requirit, vt exceptio cauſationis abortus in ordine ad excluſionem immunitatis, intelligatur ſolùm de cauſatione immediata,& phyſica,ſeu *phyſico-morali.*

Doctrinam autem Thomæ Sanchez laudatam à Caſtro Palao *parte 1.tract.3. diſp.1.puncto 2.n.6.* exiſtimo habere quidem locum, ſi cætera ſint paria, ideſt ſi fauor primariò intentus per diſpoſitionem, ſit æqualis excellentiæ cum fauo- 45

re, quem illa diſpoſitio aliquo modo lædit.

Secus verò, ſi fauor læſus habeat maiorem excellentiam, quàm alter fauor, pro quo diſpoſitio emanat,

Tunc enim læſio illa debet intelligi, & accipi cum eo toto rigore, atque inextenſione, quæ ſeſe compatiantur cum proprietate verborum, & nihil amplius, cum non videatur diſponens in concurſu duorum fauorum inæqualium velle digniorem lædere, niſi quantum per ſtrictum verborum ſenſum exprimit, dicturus aliquid vlterius, ſi quid vlterius intenderet.

Sicuti in conceſſione facultatum quantumuis generali non cenſetur fieri à Principe extenſio ad ea, quæ digna ſunt ſpeciali nota, vt paſſim tradunt Doctores.

Fauorem immunitatis Eccleſiarum eſſe excellentiorem fauore iuris Reipublicæ ad punienda delicta.

46 Quòd autem fauor immunitatis Eccleſiarum ſit excellentior, & dignior fauore iuris competentis Reipublicæ ad punienda delicta, probo.

Quia finis Eccleſiæ in ſancienda Eccleſiarum immunitate quæ eſt res omnino ſpiritualis, eſt ſupremus, quippe ſupernaturalis, & ad religionem, inter virtutes morales præcipuam, ſpectans. Franciſcus Suarez *tomo 1. de relig. lib. 3. de reuer. deb. locis ſacris. cap. 8. n. 11.*

Et terminatur ad Deum cognitum per fidem Theologicam, exhibendo ei cultum.

47 Eſt enim inducta immunitas in honorem Dei, & propter reuerentiam, quæ locis ſacris, diuinoque cultui dicatis debetur. Duard. *comment. in Bullam cœnæ. lib. 2. can. 15. quæſt. 16. n. 8.* & propter cultum Chriſti Verbi incarnati, cuius ſacratiſſimum corpus in Eccleſiis præſens perpetuò aſſeruatur, & honoratur, in quo præcellit noſtra immunitas immunitati vſitatæ olim apud Iudæos, qui etſi quo ad verum Deum nobiſcum conſentirent, non reſpexerunt tamen Chriſtum filium naturalem, & conſubſtantialem Dei, & non habuerunt in ſuo illo templo tam veneranda ſacramenta, & ſacrificia, vt notauit Gambacur. *lib. 3. cap. 18. n. 5.*

In honorem inquam Dei, qui inter reum confugam ad maieſtatem ſuam in Eccleſiis adoratam, & Iudicem Laicum, à quo fugit, ſeſe quaſi interponit. Melchior Lotter. *de re beneficiaria lib. 1. quæſt. 13. n. 66.* 48

Vnde, qui ad eaſdem Eccleſias confugiunt, quodammodo ſacroſancti effecti, nequeunt inde extrahi, nec capi, nec in vincula coniici, vltimoue affici ſupplicio, aut aliqua membrorum detruncatione plecti, ſed veluti in tutiſſima arce poſiti, ab inquirentibus inuiolati remanent. Anaſtaſ. Germon. *de ſacrorum immunitatibus lib. 3. cap. 16. n. 1.*

Finis autem Reipublicæ in puniendis delictis, quæ ſunt contra leges, eſt inferior, quippe naturalis. 49

Et merè terminatur in politicam tranquillitatem, & ſubditorum concordiam, ne delicta nimium multiplicentur, vt quos virtutis amor, & Dei reuerentia non allicit ad benefaciendum, eos ſaltem pœnarum formido à delinquendo abſterreat. Plaza *epit. delict. lib. 1. cap. 21. ad initium*, cuius quidem tranquillitatis cuſtodia ad ſecularem poteſtatem pertinet. Thom. Sanchez *de matrim. lib. 3. diſp. 47. n. 14. §. & confirmatur, quia ad poteſtatem.*

Atque hic finis ſubordinatur illi fini, ſicuti colligitur ex generali doctrina. Molinæ Theologi *tomo 1. de iuſt. tract. 2. diſp. 21.* aſſerentis diſcrimen inter poteſtatem Pontificiam, & laicalem, quòd illa reſpicit finem ſupernaturalem, & media illi proportionata: hæc verò finem naturalem, & media illi accommodata: & quòd finis poteſtatis laicalis ſubordinetur fini poteſtatis Pontificiæ, 50

ficiæ, ſicut ars frænifactiua ſubordinatur equeſtri.

Ergo fauor immunitatis eſt multò excellentior fauore iuris Reipublicæ ad punienda delicta,

Ac proinde non bene hos duos fauores fecit paris conditionis Remigius de Gonny *in libello de immunit. Eccleſiarum.quæſt.2.n.7.* §. *ſed quid dicemus. pag.*262.

Quid de adultero per ſcelus ſuum dante occaſionem marito percutiendi prægnantem, vt abortiatur?

Hic adulter, quãuis ſupponatur præuidere abortũ, imo etiã intendere, non tamen, eo ſecuto, amittit immunitatẽ;

51 Quia non eſt propriè cauſa abortus, ſed occaſio duntaxat.

Vnde ſicuti non fit irregularis idem adulter, ſi maritus occidat adulteram. Gibalin. *de irreg. cap.4.quæſt.2.numer.*14. *pagina* 178. Eman. Sa. *in Ver. irregularitas ex deformitate illicita. num.*1. Leander *qq.moral. parte* 5. *tract.*2. *diſp.*12. *quæſtion.*31.

Ita neque fit, ſi idem maritus occidat infantem in vtero, ob paritatem rationis.

52 Quia vero maritus in hoc caſu eſt vera cauſa libera, iniuſta, & efficax abortus, ſeſe determinans ab inſtrinſeco ad illum, ipſe amittit immunitatem, ſecuto ipſo abortu, vt conſtat eſt ſupradictis.

§. XXII.

Corollarium quartum.

Occiſores infantium natorum, amentium, ebriorum, & dormientium, aliorumque reſiſtere non valentium, eſſe proditorios homicidas, & priuari immunitate.

SVMMARIVM.

Occiſores infantium iam natorum ſunt proditorij homicidæ, *& immunitatis expertes. n.*1.

Infantes non ſunt in ætate ratiocinandi, & intelligendi, & æquiparantur mortuis, ideoque non debetur vectura pro infantibus in naui natis, ſicut nec debetur pro mortuis, ibidem.

Procedit doctrina etiam quo ad occidentem infantes maiuſculos, qui habent imperfectam cognitionem finis, qua deſcribitur, in quo conſiſtat. n.2. *hac enim inſpecta, non poteſt puer cognoſcere ſtructuram inſidiarum contra ſe, neceſſitatemque ſe tuendi, & proportionem mediorum ad hunc finem.* ibidem.

Secus, ſi ſit maior ætate; tunc enim competit illi cognitio finis perfecta, cum non ſolum apprehendat rem, quæ eſt finis, ſed etiam rationem finis, & proportionem eius, quod ordinatur ad ipſum finem. ibidem.

Occidens *amentem, ſeu furioſum, qui in hoc ſtatu incapax eſt ſe defendendi, cum nihil intelligat, eſt* proditorius *homicida, & immunitate caret.*n.3.

Furioſus nullum habet ſenſum, neque intellectum, neque mentem, neque animum; neque diſcretionem, neque affectionem. neque voluntatem, neque ſcientiam, & inſipiens eſt, & ignorans dicitur. ibidem.

Et in hoc æquiparatur infanti, præ quo eſt tum peioris, tum melioris conditionis reſpectu diuerſorum, quæ declarantur. numer.4.

Infantis impotentia excedit omnem aliam, efficitque, vt ille maximè omnium proditoriè *occidatur, & maiori pœna afficiatur eius occiſor, quam qui perfectæ ætatis hominem occidit.* ibidem.

Occidens *ebrium omnino extorrem ratione, qui æquiparatur ſepulto, & ignorans dicitur, eſt* proditorius *homicida, & immunitate caret.* num. 5. *ſicut & occi-*

 dens

dens dormientem, qui nullum habet intellectum, & æquiparatur furioſo, immo & mortuo. num. 6. *& occidens quemcumque alium in eas coniectum anguſtias hic, & nunc ex aliquo accidenti, vt etiam planè intelligens aggreſſionis imminentiam, tamen nec fugere defenſores, nec obluctari poſſit.* n. 7.

Quamuis hæc fortaſſe noua videantur alicui hanc materiam non meditato, debet tamen neceſſario illa admittere, neceſſitate conſequentiæ: vel certè negare debet principium ſupra ſtabilitum, radicari ſcilicet labem proditoriam in impotentia ſe defendendi ab aggreſſore: *quod principium ſi negemus, neceſſe habebimus aſſerere, & concludenter probare aliquod aliud principium aſſignans aliam veram radicem prædictæ labis, quam tamen auctor poſt non indiligentem indagationem circa materiam proditoriam non inuenit, vel inuentam non agnouit.* ibidem.

Colligitur nuper poſita concluſio ex Caballo, aſſerente, quòd ille proditoriè *occidit, qui non valentem reſiſtere, & incautum more latronum occidit.* num. 8. *& ex Molina.* num. 9. *& explicatur particula* & incautum *adhibita à Caballo.* n. 10.

1 INFERTVR quartò, occiſores infantium poſt natiuitatem eorum, eſſe verè *proditorios* homicidas, & immunitatis expertes, id quod de matre quoad immunitatem, docent Thom. Del Bene *cit. cap. 16. dub. 20. ſect. 2. num. 3.* Sac. Congregatio apud cit. Barboſam *numer. 9. in collectan. in v. Immunitas.* Lezanam *in v. Immunitas num.* 12. Dianam *num. 6. in collectione declarationum Sacræ Congreg. poſt 5. partem,* & Gauantum *in Addit. in Enchir. Epiſcopor. in v. immunitas num. 9.* Leo Zambell. *in reſolutorio caſuum conſciëntiæ in v. Eccleſia quoad eius immunitatem. num.* 21. Paces Iordan. *cit. tit. 3. de immun. Eccleſ. num.* 343. Vincent. Tancredi *cit. tomo de religione lib.* 4. *diſp.* 8. *quæſtion. 5. n. 23. pag.* 159. qui idem dicit de allicientibus per munuſcula pueros, & poſtea occidentibus, & de occidentibus aliorum infantes, cum hi nec inimicitiam potuerint habere (quæ ratio non facit ad rem, vt ex ſupra firmatis conſtat) nec ſe defendere queant, atque adeo de his verificatur, quòd hominem omnino incautum, & nil tale præcauentem occidunt. Ita Tancredi, & benè, cum non ſint in ætate rationabili, vt ratiocinari, & intelligere valeant. *cap. paruuli. 22. q. 5.* Fara *de infante cap.* 12. vbi plura in hanc rem clara per ſe ſine commento, & æquiparentur mortuis, ideoque non debeatur vectura pro infantibus in naui natis, ſicut nec debetur pro mortuis. Fara *de infante cap. 14. num. 11. ex l. ſed adde §. ſiquis mulierem ff. locati.*

Procedit autem mea reſponſio non ſolùm quo ad infantes vix ex aluo egreſſos, ſed etiam quo ad maiuſculos, & habentes imperfectam cognitionem finis, conſiſtentem nimirum in ſola finis, ſeu rei, quæ eſt finis, apprehenſione ſine hoc, quòd cognoſcatur ratio finis, & proportio actus ad finem, quæ cognitio imperfecta, etiam in brutis per ſenſum, & æſtimationem naturalem inuenitur: 2

Vnde animal brutum apprehendens finem, non deliberat, ſed ſubitò mouetur in ipſum, quæ eſt doctrina S. Thomæ. 1. 2. *q. 6. art. 2. in corp.* S. Antonini *parte 1. tit. 4. cap. 3. §. 1.*

Inſpecta enim hac ſola imperfecta cognitione, non poteſt puer, qui ſi ſciat eligere, diſcernere, & euitare, hoc facit inſtinctu naturæ, ſicuti bruta habentia voluntatem, nulli tamen rationi ſubiectam, intelligendo ſcilicet imperfectè, ſciendo, appetendo, & ſentiendo ea vniuerſalia, quæ ſine diſcurſu ſunt nota. Fara *de infante cap. 33. n. 4.*

Non poteſt inquam cognoſcere ſtru

ſtructuram inſidiarum contrà ſe, neceſſitatemque ſe defendendi, nec proportionem mediorum ad hunc finem.

Secus, ſi ſit maior ætate; tunc enim competit illi cognitio perfecta finis ex iiſdem SS. Thoma, & Antonino *ibid.* cum non ſolùm apprehendat rem, quæ eſt finis, ſed etiam rationem finis, & proportionem eius, quod ordinatur ad ipſum finem.

3 Idem conſequenter ad allegatum principium, dico de occidente amentem, ſeu furioſum, quippe qui in hoc præſenti ſtatu eſt incapax ſe defendendi, vel per fugam, vel per adiutorij implorationem, vel per reſiſtentiam, cum non ſolùm non intelligat, ſed nec intelligere poſſit imminentiam mali, neque actuare media ad illud auertendum.

Furioſus enim nullum habet ſenſum, neque intellectum, neque mentem, neque animum, neque diſcretionem, neque affectionem, neque voluntatem, neque ſcientiam, & inſipiens eſt, & ignorans dicitur. Fata *de infante cap.* 12.*n.*17. *&* *cap.*13.*à n.*3.*ad* 13.

4 Vnde in hoc æquiparatur infanti, immo peior infante eſt, quòd infans habet intellectum in potentia, quamuis nullum in actu, furioſus verò (intelligo de perpetuo) nullum habet intellectum, nec in actu, nec in potentia, ob deſperationem reſipiſcentiæ. Fara *de infante cap.*15.*n.*6.

Quamuis furioſus, ſeu amens in eo ſit melioris conditionis infante, quòd, ſecluſa amentia, vel fugere, vel implorare opem, vel obluctari poſſet, cum habeat pedes, os, & manus expedita.

Quorum nullum cadit in infantem, atque ideo infantis impotentia excedit omnem aliam, efficitque, vt ille maximè omnium proditoriè occidatur, & maiori pœna afficiatur eius occiſor, quàm, qui perfectæ ætatis hominem occidit. Ioſeph Cumia *tract. de Syndicatu tit. de ſententiis num.*28.*pag.*205. *mihi.* Carer. *in pract. crimin. fol. mihi* 102. *col.*1. *n.*11. Carpan. *comment. ad cap. Homicida nouar. Conſtitut. n.*28.

Idem dicò de occidente ebrium, qui omninò ſit extorris vſu rationis. 5

Hic enim æquiparatur ſepulto. Borgas. *de irregul. parte* 6. *fol.*404. *num.*11. & ignorans dicitur. *cap. ſanè* 15.*q.*1. Fara *de infante. cap.*14.*n.*2.

Idem de occidente dormientem; 6
quia dormiens nullum habet intellectum, & æquiparatur furioſo, immo & mortuo, ſicut ſomnus morti apud Virgil. *Æneid.*6.

Dulcis, & alta quies, placidæque ſimillima morti.

Fara *de infante cap.*14. *num.*6. qui *num.*7. dormientes æquiparat abſentibus, & optimam reddit rationem defectus iudicij in ipſis, quia ſcilicet iudicium pendet ab operationibus potentiarum animalium, quæ in dormientibus, veluti ligantur, & quieſcunt ex Tiraquell. *de pœnis temperand. cauſa* 5.

Idem de occidente quemcunque 7
alium in eas coniectum anguſtias hic, & nunc ex aliquo accidenti, vt etiam planè intelligens aggreſſionis imminentiam, tamen nec fugere, nec petere defenſores, nec obluctari poſſit, vt v. g. ſi occidatur ſenex, aut fœmina cum tali virium exceſſu in aggreſſore, & in tali loco, vt illi nec ſubtrahere ſe periculo per fugam, aut expoſcere alienum adiutorium, quod omnino abſit, nec reſiſtere vllatenus queant.

Hi enim omnes habent in ſe fundamentum labis proditoriç, impotentiam nempè ad ſe defendendum, vt patet, quamuis nouum fortaſſe alicui non antea iſthæc meditato videatur.

Admittenda verò eſt neceſſario neceſſitate conſequentiæ mea concluſio, vel certè negandum eſt principium illud, quod ex communi ſapientiſſimorum conſenſu, ſtatuimus §.9. *n.*11. 12. 13. 14. & 15. radicari ſcilicet labem *proditoriam* in impotentia ſe defendendi ab aggreſſore, & confirmauimus toto §.16.

ſ.16. probando demonſtratiuè, nedum probabiliter, eamdem labem proditoriam non radicari in colore amicitiæ:

Quod tamen principium ſi negemus, neceſſe poſtmodùm habebimus aſſerere, & concludenter probare aliquod aliud principium aſſignãs aliam veram radicem prædictæ labis, quam tamen radicem ego poſt indagationem non indiligentem circa materiam proditoriam, non inueni, vel inuenram non agnoui, atque ab alio eruditiori auidiſſimè didicero, & quidquid hucuſque philoſophando ex præmiſſis in aliena ſapientia fundatis deduxi, volens, ac lubens retractauero.

8 Colligitur autem concluſio eadem ex Caballo *cit. tract. de omni genere homicidij num.*416. aſſerente, quòd ille proditoriè occidit, qui *non valentem reſiſtere*, & incautum more latronum interficit, quæ interfectio dicitur *latrocinium*, & allegat ibi Caball. *l. Diuus. ff. ad l. Pompeiam de parricid. l. capitalium ſ. Famoſos. ff. de pœn. cap. Admonere.* 33. *q.* 2. Marſilium *in Rubr. ff. ad l. Corneliam. de ſicar. ſub num.* 3. & Gribaldum (quem diligentur quæſitum Venetiis, & Bononiæ, Mediolani, & alibi inuenire nuſquam potui, ſed ſolùm ex bibliothecæ Ambroſianæ catalogo fuiſſe Spiræ 1582. impreſſum cognoui) *tit. de homicidio proditorio n.*9.

Et confirmat hoc dictum Caball. *num.*435. & dictum occiſorem excludir ab immunitate *n.*436.

9 Et dicit eſſe ſpeciem (debuiſſet dicere eſſe *modum*, non *ſpeciem* iuxta dicenda ſ. 26.) proditionis necare aliquem veneno; nam qui veneno interficitur, *neque reſiſtere poteſt*, neque tale facinus ſuſpicatur. *n.*418. vbi refundit labem proditoriam homicidij patrati per venenum etiam in impotentiam reſiſtendi, quæ demum coincidit cum impotentia ſe defendendi iuxta dicta *in* §.4. *huius ſection.*

Et Molina Theologus *tract.* 3. *de iuſt. diſp.* 24. *num.* 1. agnoſcit proditionem, quando vis eſt adhibita, vt venenum biberetur, ſi bibens ad eas anguſtias erat adductus, vt ſi ſimiliter gladio fuiſſet interfectus, proditoriè, ac aleuosè (eſt terminus Hiſpanus) interfici dictus fuiſſet.

Anguſtiæ autem illæ importare videntur præcipuè impotentiam reſiſtendi, quamuis cùm iis videatur etiam coniuncta impotentia fugiendi, & inuocandi adiutorium.

Quando autem Caballus dixit *ſt.* 10
*num.*416. *& incautum*, non eſt intelligendus de incauto abſolute;

Nam ſi abſolutè incautus occidatur, etiamſi alioqui, ſublata hac incautela, eſſet validus ad reſiſtendum, occidirur proditoriè,

Vt proinde recurrere ad *impotentiam reſiſtendi*, vt denominetur *proditorium* homicidium contra abſolutè incautum, ſit omnino fruſtraneum, & non ad rem.

Sed intelligendus venit de incauto, ita vt ob inaduertentiam, & incautelam præcedentem, non potuerit opportunè vel per fugam, vel per adiutorij implorationem conſulere ſuæ impotentiæ ad reſiſtendum;

Etiamſi enim aggreſſio fiat in hunc probè videntem ſe inuadi, ac proinde inueniat eadem aggreſſio eum non incautum incautela præſenti, inuenit tamen incautum incautela temporis præcedentis, quæ ſi tunc abſuiſſet, ille proſpexiſſet ſuæ ad reſiſtendum impotentiæ, quærendo adiutorium, arma & cæt. vel fugiendo.

ſ.XXIII.

Digitized by Google

§. XXIII.

Corollarium quintum.

Ad amiſsionem immunitatis ex titulo homicidij proditorij requiri voluntarium directè, & non ſufficere voluntarium indirectè.

Homicidium directè voluntarium quid?

SVMMARIVM.

Homicidium non eſt voluntarium formaliter, & ex ſeipſo, ſicut eſt actus elicitus immediatè à potentia volitiua, ſed denominatur voluntarium *extrinſecè ab ipſo actu voluntatis circa ſe verſantis, & illud efficaciter volentis, ſeu imperantis potentiæ executiuæ.* n. 1.

Directè voluntarium *dicitur, quando ego cognoſco, aliquid poſſe eſſe cauſam efficacem mortis Titij, & expreſsè volo illam cauſam, itemque mortem inde ſecuturam: quod Doctores dicunt* eſſe volitum in ſe, fieri animo occidendi, dolo, voluntate, ſtudioſè, datâ operâ, ex propoſito, per induſtriam. n. 2.

Hæc ſtudioſitas, data opera, propoſitum, induſtria *aliquando habet ante ſe præmeditationem: & tunc homicidium denominatur factum* ex propoſito vſquequaque, *ideſt non ſolùm voluntarium directè, ſed etiam* appenſatum, *& de hoc loquimur in præſenti, & eſt illud ipſum, de quo loquitur Tridentinum* ſeſſ. 14. c. 7. de reform. n. 3. *aliquando eadem ſtudioſitas &c. non habet ante ſe præmeditationem, ſed regulatur per ſolam præſentem deliberationem ſufficientem ad moralitatem actus, & ad malitiam letalem, & tunc homicidium denominatur quidem* voluntarium directè, *non tamen factum* ex propoſito, *nec* appenſatum, *ſed omnino ſimplex & relinquit diſpenſabilem ab Epiſcopo irregularitatem ex illo occulto ortam.* n. 4.

Ad voluntarium directum *in homicidio requiruntur duæ tendentiæ voluntatis, vna in cauſam præuiſam efficacem ad necem, altera in necem ipſam.* n. 5.

Adſunt hæ tendentiæ, quando cum cauſa illa connexus eſt inſeparabiliter effectus mortis; vix enim eam cauſam cognitam vt talem adhibeo, niſi ad hunc effectum. num. 6.

Moraliter vix ſunt compatibilia velle illam cauſam, & nolle occidere. n. 7.

Adeſſe etiam poſſunt illæ tendentiæ, & denominare homicidium directè voluntarium, *etiamſi effectus non ſit ita connexus neceſſariò cum cauſa, dummodò præuideatur ex illa poſſe ſequi.* n. 8.

Effectum pendere à cauſa neceſſariò, vel contingenter, ſe habet omnino extrinſecè ad expreſſam, ſeu formalem inhæſionem voluntatis circa ipſum effectum, quæ expreſſa inhæſio ſola ſufficit, & requiritur ad conſtitutionem voluntarij directè, *cum* directè voluntarium *nihil ſit aliud, niſi terminans expreſſam volitionem circa ſe inhærentem.* n. 9.

Oportet in præſenti diſtinguere forum conſcientiæ, quod veritate nititur, & externum, quod ſæpe vtitur præſumptione. num. 10.

Homicidium, quod ſequitur ex vulneribus directè volitis, ſed cum propoſito non occidendi, etiamſi mors ſequatur, non eſt directè voluntarium *in conſcientia, in qua de tali propoſito conſtare poteſt,* ibidem.

At in foro externo præſumitur directè voluntarium, *& multò magis, ſi ſequatur ex cauſa, ex qua moraliter ſoleat ſequi mors.* n. 11.

Velle enim talem cauſam, moraliter eſt velle effectum huius cauſæ. n. 12.

Quod dicit Gibalinus, vulnerantem quantum poteſt, etiamſi non cogitet de inferenda morte; cum tamen ex inflictis vulneribus ſequitur mors, illam directè voluiſſe in ſua proxima, ac neceſſa-

ria cauſa, *id verum eſt ſecundum interpretationem moralem, quæ aliquando cadit etiam in* voluntarium directum, *vt quando nobis non conſtat certò de voluntario, ſed illud inueſtigamus ex coniecturis.* n.13.

At extra caſum dictæ interpretationis non admittitur doctrina Gibalini, cum non poſſit intelligi, quo pacto poſſit dici voluntaria directè mors, de qua hic auctor ſupponit non fuiſſe cogitatum ab illo vulneratore, cum eſſe directè voluntarium *ſit idem, quod* eſſe volitum in ſe, *&* *nihil poßit eſſe ſic volitum, quin fuerit præcognitum.* n.14.

Proponitur alia doctrina Gibalini, & impugnatur. n. 15. 16. *&* 17. *oſtenditurque non differre* volitum directè, *&* volitum expreſsè.

Non ſolùm præſumitur in foro externo directè voluntarium *homicidium quando quis vulnerauit, quantum potuit, & in qua parte potuit, ſed etiam quando is voluntarij gradus ſuadetur, per coniecturas, & ſigna, quæ deſumuntur ex circunſtantiis.* n.18.

Secus præſumitur, ſi quis directè procuret percutere, ita vt non vulneret, vel non in parte periculoſa, vel vtatur inſtrumento ex ſe inepto ad necandum. numer.19.

Si de procuratione cauendi à letali vulnere, quod tamen errante manu inflictum fuit, non conſtet, præſumetur homicidium volitum in ſe, ſeu directè voluntarium n.20.

Voluntarium indirectè *homicidium eſt, quando ego cognoſco aliquid eſſe poſſe contingenter, ſed non neceſſario, cauſam mortis Titij, & expreſſè volo illam cauſam, non tamen elicio actum volitionis circa ipſam mortem, quod Doctores dicunt eſſe* volitum in cauſa tantùm, & non in ſe. n.21.

Homicidium indirectè voluntarium *dicitur euenire præter intentionem agentis, non tamen præter præuiſionem.* numer.22.

Præuiſio hæc ſufficit ad tribuendam ſpeciem actui, & ad denominandum homicidium in eadem ſpecie, etiamſi circumſtantia nocumenti non ſit expreſſè volita. ibidem.

Hoc voluntarium dicitur voluntarium implicitè, remotè, interpretatiuè. numer.23. *quæ voluntarij ratio ſufficit, vt effectus tribuatur intendenti, & ponenti cauſam, atque vt illi culpa imputetur: non tamen ſufficit ad hoc, vt irregularitas orta ex tali homicidio occulto reddatur indiſpenſabilis per Epiſcopum.* n.24.

Ad amiſſionem immunitatis ex titulo proditorij homicidij *requiritur* voluntarium directè, *& non ſufficit* voluntarium indirectè, *& quinam ſit concluſionis ſenſus.* n.25.

Equiuocatio, quæ ſubeſſe poteſt huic termino propoſitum. ibidem.

Homicidium proditorium *poteſt dici factum* ex propoſito, *&* non ex propoſito, *& quando?* ibidem.

Voluntarium *requiſitum ad amiſſionem immunitatis ex parte homicidij* proditorij *componitur ex duobus quaſi gradibus volitionis, attingentibus nimirum cauſam homicidij, & effectum eiuſdem in ſe ipſo, ſed inſuper exigit habitudinem ad appenſamentum.* n.26.

Ratio concluſionis. n.25. *poſitæ petitur ex iure* cap.1. de homic. *& ex Gregoriana.* n.27.

Occidere ex propoſito, atque ex induſtria *in tota plenitudine, vt exigit odioſitas exceptionis, eſt non ſolùm occidere in larga luce conſultricis potentiæ, ſed etiam occidere cum tendentia voluntatis tum in cauſam mortis, tum in ipſam mortem.* ibidem.

Sufficit ad amiſſionem immunitatis non ſolùm, ſi clarè conſtet de directè voluntario. n.28.

Verum etiam, ſi conſtet interpretatiuè ex modo actionis, & ex ſignis externis, quæ ex circumſtantiis loci, armorum, &c. deſumuntur. n.29.

Cum

Cum Iudex immunitatis non poſſit ſententiam ferre de excluſione ab immunitate, regulando ſe ex iis, quæ contigerunt in conſcientia ipſi reo reſeruata, debet ſequi, tanquam regulam, id, quod ad externum forum deducitur, & probatur. n. 30.

Sicut quoties in iure agitur de pœna ordinaria homicidij, ſermo eſt de voluntario homicidio ſimpliciter, & directe, ita & dicendum de amiſſione immunitatis, quæ eſt quædam magna delicti quaſi pœna. n. 31. & 32.

Exhibens edulium venenatum cum intentione directa occidendi vnum, & cum mera præuiſione probabilis periculi, vt alter veneneтur, ſecutâ hac ſecundâ venenatione, eſt particeps immunitatis. num. 33.

Procurans abortum fœtus inanimati cum præuiſione, quòd ignara mater mori poſſit ex abortione, ſi ſequatur hæc mors, gaudet immunitate. n. 34.

Qui occidit in ſomnis, aut ebrietate incautum, quem præuiderat ſe occiſurum eſſe, & omiſerat diligentiam ad vitandam eam occiſionem, gaudet immunitate. n. 35.

Qui ſuffocaui in lecto infantem cum præuiſione ſecuturæ probabiliter ſuffocationis, licet ſit homicida proditorius, & irregularis, non incurrit reſeruationem homicidij, nec iacturam immunitatis. n. 36.

Si quis occidat proditoriè Petrum, quem credebat eſſe Paulum, ponit voluntarium requiſitum à iure, vt non gaudeat immunitate. n. 37.

Affertur ratio concluſionis modò allatæ. num. 38.

Mens Legiſlatoris ea eſt, vt ſecludatur ab immunitate is, qui per proditionem occidit agnitum indiuiduum naturæ humanæ, nihil curando, quòd indiuiduum ſit Petri, aut Pauli. ibid.

Qui occidit Petrum, etiamſi putet eſſe Paulum, terminat cognitionem practicam, & exinde regulatam voluntatem, ad obiectum intentum à Legiſlatore. n. 39. 40. 41. & 42.

Qui intendit interficere iniuſte Petrum, & ductus errore, interficit Paulum, credens eſſe Petrum, non excuſatur à pœna ordinaria homicidij. n. 43.

Fit excommunicatus, & irregularis ille, qui intendens percutere Clericum vnum, percuſſit alium clericum ſimilem. num. 44. 45. & 46.

Priuatio immunitatis decreta fuit pro occiſione proditoria hominis, non pro occiſione proditoria huius, vel illius hominis. n. 46. iuxta dicta n. 38.

Sententia quorumdam excuſantium ab excommunicatione percutientem vnum Clericum putatum alium. n. 47.

Impugnatur hæc ſententia. num. 48.

Eam ſententiam propugnant alij doctiſſimi. n. 49.

Quibus acquieſcere non poteſt auctor. n. 50.

Sicut nec aliis docentibus non incurrere in caſum reſeruatum, qui credens occidere Titium in Eccleſia, occidit Sempronium. num. 51.

Quorum doctrina bene procedit, ſi dirigatur ictus in vnum, & hoc ſe ſubtrahente, exoneretur in alium præter intentionem agentis. n. 52.

Iudex immunitatis videat, quænam ex prædictis ſententiis illi ſatisfaciat. n. 53.

Proponitur argumentum ad ſuadendum, quòd qui poſuit cauſam efficacem homicidij proditorij, & concepit delicti pœnitentiam ante ſecutum effectum, gaudet immunitate. n. 54. 55 & 56. Quod argumentum ſitum eſt in hoc, quòd per pœnitentiam aufertur ratio voluntarij ab actu ponendi cauſam homicidij, ac proinde quando aduenit mors, non incurritur per eam, quæ eſt effectus mere phyſicus, & non imputabilis ad culpam, denominatio homicidæ de præſenti requiſita ad odioſam iacturam immunitatis.

Soluitur quæſtio, excludendo eum pœnitentem ab immunitate poſt ſecutam mortem proditoriè offenſi. n. 57.

Redditur ratio concluſionis. num. 58. 59. & 60.

Ad contrahendam obligationem reſtituendi ſufficit dediſſe cauſam voluntariam effi-

Digitized by Google

cacem damni contra iuſtitiam. num. 58.

Iuſtitia commutatiua ſolùm reſpicit damnum cauſa culpabili illatum, vt ad æqualitatem reducat, quod per meram voluntatis retractationem non compenſatur. ibidem.

Quodnam ſit obiectum iuſtitiæ vindicatiuæ. num. 60.

Mera delicti retractatio emanata à malefactore ſiue ante effectum à praua voluntate procedentem, ſiue poſt, non eſt apta ad ſatisfaciendum finibus iuſtitiæ vindicatiuæ, ac proinde nec ad liberandum malefactorem à pœna, & Iudicem à debito punitionis. ibid.

Per pœnitentiam non tollitur pœna ciuilis, & legalis. ibid.

Per abſolutionem ab excommunicatione collatam in foro conſcientiæ, non tollitur Iudici facultas puniendi in foro exteriori pro eo delicto, pro quo quis fuit excommunicatus. n. 61.

Nec per abſolutionem à ſacerdote impenſam in foro pœnitentiali, ſiue debeatur pœna ſecundùm canones, ſiue ſit pœna laicalis. n. 62.

Nec per baptiſmum. n. 63.

Simul atque conſummatum eſt homicidium proditorium *per euentum mortis, Iudex laicus acquirit ius, vt cenſuræ ſuæ ſubiiciatur reus, & Iudex immunitatis contrahit obligationem ſatisfaciendi legitime huic iuri, non obſtante qualibet retractatione, confeſſione, abſolutione, impoſitione pœnitentiæ in foro pœnitentiali.* n. 64.

Vt venenator, aut vulnerator inſidioſus eximantur à cenſura Iudicis immunitatis, non ſufficit auferre moralitatem effectui anticipate ad effectum per retractationem cauſæ datæ. n. 65.

Pœna non tam propter affectum voluntatis, quam propter effectum ex praua voluntate ortum imponitur. ibid.

Retractatio actionis proditoriæ *ante mortem proditi, operatur, vt agens proditorie non denominetur* homicida proditorius *in ordine ad culpam, etiamſi ſequatur mors: at non operatur hoc in ordine ad ſententiam Iudicis immunitatis, non obſtante quòd excluſio ab immunitate ſit odioſa.* n. 66.

Ad hanc excluſionem ſufficit, quòd in puncto ſecutæ mortis verificetur, pependiſſe ſemel mortem illam ab influxu liberæ voluntatis. n. 67.

Negatio retractationis non facit voluntatem magis nunc influere, nec retractatio facit voluntatem minus influere, cum totus influxus, qui reddit mortem voluntariam denominatiuè, *ex parte voluntatis ſit* poſuiſſe cauſam, *quam iam nunc non poteſt tollere, & influxiſſe pro tunc, vt pro tunc, non autem influere pro nunc.* n. 68.

Si ea interciſio voluntatis prodeſſe poſſet ad euitandam delictorum pœnam, rei dolerent ſtatim, & cogerent Iudices feriari. num. 69.

Proponitur obiectio de excuſato ab excommunicatione, ſi eum poſt iactam ſagittam in Clericum, pœnituit ſubitò ante læſum Clericum. n. 70.

Et de eo, qui venenum dedit Clerico, & doluit aute venenati interitum. n. 71.

Et de eo, qui mandatum dedit de occidendo Clerico, & reuocauit, ſed non tempeſtiue, vel doluit. n. 72.

Et de excuſato ab excommunicatione minori, ſi ante peruentum literarum ſcriptarum ad excommunicatum non toleratum, reſipuit. n. 73.

Et de excuſato vniuerſaliter à cenſuris etiam interdicti, & ſuſpenſionis, qui ante conſummatum effectum, dolet de culpabili cauſa data bis cenſuris. n. 74.

Et de excuſato à cenſura lata per Iudicem contra ſe abſentem, aut præſentem, ſi poſt cognitam monitionem præmiſſam ab eodem Iudice, pœniteat inobedientiæ, & pareat, vel ſit paratus obedire, ſi non poſſit. n. 75.

Et de excuſato ab irregularitate in foro conſcientiæ, qui ante ſecutum homicidium, doluit de data cauſa homicidij. num. 76.

Et

Et ex dictis fit paritas ad caſum dolentis de poſita cauſa necis proditoriæ, *& infertur hunc excuſari à iactura immunitatis.* ibidem.

Reſpondetur ad hæc primò, negando omnia cum grauiſſimis Doctoribus. num.77. *vt enim quis incurrat cenſuram, aut irregularitatem, non requiritur, opus ipſum homicidij, exterius eſſe peccatum, ſed ſufficit eſſe effectum peccati, cum lex ſolum puniat tali pœna peccatum homicidij cum effectu.* n.78.

Reſpondetur ſecundò, admiſſis etiam iis, non currere paritatem, cum incurſio cenſurarum in puncto conſummati delicti exigat perſeuerantiam rebellionis, ad quam frangendam inuectæ ſunt cenſuræ, & irregularitas, quatenus in delicto fundatur, rebellio autem non ſit in dolente ante ſecutam delicti conſummationem. num.79. *amiſſio verò immunitatis non ſit inuecta ad frangendam rebellionem, ſed vt ſit locus iuſtitiæ vindicatiuæ, quæ ſolùm præſentem realem* necis proditoriæ *effectum reſpicit, connotando tamen liberam voluntatem, à qua ordinatus eſt ab initio.* n.80.

Ad alias pœnalitates, quæ non ſint centuræ, ſufficit, quòd voluntariè poſita fuerit antecedenter cauſa illius effectus, cui annexæ ſunt. n.81.

Qui occidit per vulnera proditoria, *non intendendo mortem, quando vulnerat, gaudet immunitate, dummodò probet in foro externo abfuiſſe intentionem necandi, cuius contrarium facilè præſumitur in eodem foro.* n.82.

Qui tam grauiter vulnerat ex inſidiis, cum directa occidendi voluntate, vt ſecutura ſit infallibiliter aliquo poſt tempore mors, ſed hæc ab aliqua ſuperueniente cauſa anticipate inferatur, gaudet immunitate. n.83.

In ſimili caſu non incurritur irregularitas, neque, ſi percuſſio facta fuerit in Eccleſia, polluitur ipſa Eccleſia. n.84.

In dubio, an in prædicto caſu mors tribuenda ſit antecedenti liberæ cauſæ, an ſubſequenti naturali, pronuntiandum eſt pro immunitate. n.85.

Occidens inſidioſè, ſed coactè ex metu, aut alia paſſione, non gaudet immunitate num.86.

In ſimili caſu occiſor polluit Eccleſiam. numer.88.

Voluntas enim ſic impulſa, coacta, aut illecta, eſt voluntas. n.88.

Qui ex intentione occidendi vulnerauit proditoriè, *ſed leuiter ſolùm, cum præuiſione tamen ſecuturæ mortis etiam in caſu iſtius leuitatis, ob ſtatum ægrum vulnerati, vel ob penuriam, aut imperitiam Chirurgorum, vel ob carentiam medicamentorum, vel ob prohibitionem applicationis futuram ab ipſo vulnerante, non gaudet immunitate.* n.89. *& fit irregularis.* ibidem.

Secus, ſi ea mors, etiam directè intenta, procedat vel ex incontinentia vulnerati, vel ab alia quapiam ſimili accedente cauſa. n.90. *& in hoc caſu non polluitur Eccleſia, neque incurritur irregularitas.* n.91.

Medicorum eſt iudicare, an mors veniat imputanda vulneri tanquam proximæ cauſæ, an potius alicui alteri extrinſeco. n.92.

In dubio iſtius imputabililitatis, pronunciandum eſt ſicut pro non pollutione Eccleſiæ, ita & pro immunitate. numer.93.

HOmicidivm, quod non eſt voluntarium formaliter, & ex ſe ipſo, ſicuti eſt actus elicitus immediate à potentia volitiua, ſed denominatur voluntarium extrinſece ab ipſo actu voluntatis circa ſe verſantis, & illud efficaciter volentis, ſeu imperantis executrici potentiæ, 1

Tunc dicitur *directè voluntarium,* quando ego cognoſco, aliquid poſſe eſſe cauſam efficacem mortis Titij, & expreſſe volo illam cauſam, itemque 2

Nn 3 ex

expreſsè volo mortem inde ſecuturam.

Quod Doctores dicunt, eſſe voli-tum homicidium in ſe, fieri animo occidendi, dolo, voluntate, ſtudioſè, data opera, ex propoſito, per induſtriam.

3 Vbi aduerte diligenter, quòd hæc ſtudioſitas, data opera, propoſitum, induſtria, aliquando habet ante ſe præmeditationem, & tunc homicidium denominatur factum *ex propoſito vſquequaque*, ideſt non ſolùm voluntarium directè, ſed etiam præmeditatum, appenſatum, deliberatum, & de hoc ego loquor in præſenti, & hoc eſt illud ipſiſſimum voluntarium, quod requiritur à Tridentino *ſeſſ.14.cap.7.de reform.* ad hoc, vt irregularitas in ipſo fundata non poſſit per Epiſcopum tolli, ſed Papæ ſit omnino reſeruata: & explicatur optimè ab eodem Concilio per ea verba: *per induſtriam: per inſidias: ex propoſito.*

4 Aliquando autem eadem ſtudioſitas & cæt. non habet ante ſe præmeditationem, ſed regulatur per ſolam præſentem deliberationem ſufficientem ad moralitatem actus, & ad malitiam, & tunc homicidium denominatur quidem *voluntarium directe*, non tamen factum ex propoſito, nec præmeditatum, nec appenſatum, ſed omnino ſimplex, vt quando in ſubita rixa quis vult vulnus circa cor, & mortem ex vulnere: & hoc voluntarium non facit ad rem meam.

Et cum non poſſit dici, quòd proceſſerit *per induſtriam, per inſidias, & ex propoſito*, ſed ſolùm caſu, relinquit diſpenſabilem ab Epiſcopo irregularitatem ex illo occulto procedentem, vt optimè Leander *qq.moral.parte 5.tract.2. diſp.10.q.12.*

5 Sed redeundo ad principalem quæſtionem, dico, quòd ad *voluntarium directum* in homicidio requiruntur duæ quaſi tendentiæ voluntatis, vna in cauſam præuiſam efficacem ad necem, altera in necem ipſam.

Adſunt autem hæ duæ tendentiæ, 6
quando cum cauſa illa connexus eſt neceſſariò, & inſeparabiliter effectus mortis, vt ſi propinem tibi præſentiſſimum venenum præuiſum mortiferum, certè ſatis directè volo tuam mortem. Henriquez *lib.14.cap.14.num.1.* etiamſi fingam, me nolle, vt optimè notauit Franciſc. Suarez *tomo 5.de cenſur.diſp.44. ſect.1.n.4.*

Vix enim eam cauſam cogniram, vt talem adhibeo, niſi ad hunc effectum. Gibalin. *de irregular.cap.4.quæſt.1.num.1. pag.112.col.1.* qui *n.3.pag.115.col.1.& 2.* optimè dicit, quòd qui vellet alicui amputare caput, aut punctim cor confodere, aut præſentiſſimum venenum propinare, ridiculè diceret, ſe nolle illius mortem, cum hæc omnia velle non poſſit, niſi mortem neceſſariò velit, & non tantùm concomitanter.

Nam, vt optimè dicit Horatius 7
Gambarupta *de caſibus reſeruat. in v. Homicidæ voluntarij. num. 6. fol. mihi 207.* moraliter vix ſunt compatibilia, velle illam cauſam, & nolle occidere, vt puta venenum mortiferum propinare, vel punctim enſe ferire circa præcordia, vel circa caput etiam cæſim, id quod etiam notat Vega *in ſumma cap.3.caſu 1.* Nauarr. *in manuali cap. 27. numer. 240.* Miranda *in manuali Prælator. Regular. tomo 2. quæſt. 8. artic.9. ſub §. Dicitur intentum.*

Adeſſe etiam poſſunt illæ duæ tendentiæ, & denominare homicidium 8
directe voluntarium, etiamſi effectus non ſit neceſſariò connexus cum cauſa, dummodò præuideatur ex illa poſſe ſequi.

Tunc enim nihil obſtat, quo minus poſſit voluntas in effectum illum expreſsè, formaliter, & directè tendere, vt colligitur ex cit. Suarez *num.3.* & Gabriel Vaſquez 1.2. *q.6.art.3. diſp.24. cap.1.n.1.* Leandro *qq.moral.part.5.tract.2. diſp.10.q.2.* indiſtinctè, ſine reflexione ad connexionem effectus cum cauſa neceſſariam,

neceſſariam, vel non neceſſariam, docentibus, illud eſſe voluntarium homicidium directè, quod eſt volitum in ſe, quod fit ex propoſito, quod fit ex voluntate occidendi, & meritò quidem;

9 Nam effectum pendere à cauſa neceſſariò, vel contingenter, ſe habet omnino extrinſecè ad expreſſam, ſeu formalem inhæſionem voluntatis circa ipſum effectum, quæ expreſſa inhæſio ſola ſufficit, & requiritur ad conſtitutionem *voluntarij directè*, cum *directè voluntarium* nihil ſit aliud, niſi terminans expreſſam volitionem circa ſe inhærentem, ſeu, vt paucis, ſed optimis verbis dixit Graff. *de caſib. reſeru. lib.1.cap.14.num.5.* quod eſt *cognitum, & intentum.*

10 Oportet autem diſtinguere forum conſcientiæ, quod rei veritate innititur, à foro externo, quod ſæpe vtitur præſumptione, vt in hac particulari *voluntarij directè* materia obſeruat Suarez *cit. ſect.1. n.3.* qua ſuppoſita diſtinctione.

Quamuis homicidium, quod ſequitur ex vulneribus directè volitis, ſed cum propoſito non occidendi, etiamſi mors ſequatur, non ſit *directè voluntarium*, & in conſcientia, in qua de tali propoſito conſtare poteſt, vt notauit idem Suarez *cit. diſp.44.ſect.1.n.4.* cum non adſit tendentia voluntatis in occiſionem, ſed potius adſit in non occiſionem.

11 Nihilominus tamen in foro externo præſumitur directè voluntarium. Suarez. *cit. num.* 4. & multo magis, ſi ſequatur ex cauſa ita proxima, & efficaci, vt ex illa motalitet ſoleat ſequi mors;

12 Velle enim talem cauſam, verbi gratia percutere abſolutè in quacumque parte poteſt, & quo modo poteſt, moraliter idem eſt, ac velle effectum huius abſolutæ percuſſionis, vt optimè idem Suarez *cit.n.4.*

Et in hoc ſenſu accipio tradita per Gibalin. *cit. cap.4.quæſt.1. num.1. pag.* 12. quòd qui vulnerat alium quantum poteſt, etiamſi non cogitet de inferenda morte, cum tamen ex vulneribus, quæ infligit, ſequitur mors, illam omninò directè voluit in ſua proxima cauſa, atque neceſſaria. 13

Quod veriſſimum eſt ſecundum interpretationem moralem, quæ aliquando cadit etiam in voluntarium directum, vt quando nobis non conſtat certè de voluntario, ſed illud inueſtigamus ex ſignis, coniecturis, & præſumptionibus, vt notauit Baldell. *tomo.1. lib.1.diſp.5.n.7.*

At extra caſum dictæ interpretationis non admitto doctrinam prædictam Gibalini; 14

Neque enim capio, quo pacto poſſit dici voluntaria directè mors, de qua hic Doctor ſupponit, non fuiſſe cogitatum ab illo vulneratore, cum eſſe *directè voluntarium* ſit idem, quod eſſe *volitum in ſe*, & nihil poſſit eſſe ſic volitum, quin fuerit præcognitum, ſeu quin fuerit de illo præcogitatum.

Impugnatur doctrina Ioſephi Gibalini.

Neque verum eſſe cenſeo id, quod *ibidem* dicit Gibalinus, differre ſcilicet, *eſſe volitum directè*, & *eſſe volitum expreſſe, ſiue explicitè*, & aliquid poſſe eſſe *volitum implicitè*, quod tamen *directè volitum* erit. 15

Quia, inquit, *quando voluntas per vnam actionem tendit in totum aliquod obiectum, illud totum directe vult, & non tantum eam rationem, quæ illi explicitè repræſentatur, ſed etiam aliam implicitè, quæ neceſſario, & quodammodo eſſentialiter in eo obiecto contenta eſt; nam licet primario feratur in illud obiectum ſecundum vnam rationem, & ſecundario ſecundum aliam, directe tamen, atque vna formaliter indiuiſibili actione tendit in totum illud obie-*

ctum

Digitized by Google

ctum ſecundum vtramque illam rationem ſiue primariam, ſiue ſecundariam, ſiue explicitam, ſiue implicitam:

16 Ego enim dico, quòd omne id, quod eſt volitum directè, ideſt quod *in ſe terminat actum volitionis*, terminat prius actum cognitionis: hoc autem eſt eſſe volitum expreſſe, ac proinde non differunt volitum *directè*, & *expreſſe*.

Quod ſi illa cognitio ſit ſolùm confuſa, & velis illam appellare *implicitam*, & denominare *implicitam* ipſam volitionem, quæ ab illa regulatur, & negare eſſe *explicitam, & expreſſam*, & ſic dicere, quòd aliud ſit *velle aliquid expreſsè*, ideſt ſuppoſita cognitione expreſſa, aliud *directè*.

Adhuc non bene diſcurris; quia *volitum directe* ſaluatur, ſiue terminet cognitionem confuſam, ſiue expreſſam, cum cognitio confuſa, & expreſſa non differant, niſi ſecundum magis, & minus clarum, & vtraque ſufficiat ad regulandam tendentiam voluntatis in obiectum.

17 Quod autem dicit Gibalinus, quando voluntas per vnam actiónem tendit in aliquod obiectum totum, illud totum directè velle, &c.

Verum eſt; quia partes illius totius repræſentantur ſaltem confuſe per cognitionem.

Quòd ſi demus, repræſentari vnam rationem ſolam obiecti, verbi gratia repræſentari vulnera, & nullo modo cædem ex eis ſecuturam, qui eſt caſus Gibalini ſupponentis *non cogitari de inferenda morte*.

Dico, eam cædem neque eſſe expreſſe, neque implicitè, nec directè volitam, non obſtante connexione neceſſaria, quam ex natura ſua habet cum ipſis vulneribus;

Hæc enim connexio cum remaneat incogitata, vt ſupponitur, ſeu incognita, trahit neceſſariò ſecum, vt & ipſa cædes remaneat non volita;

Vt enim optimè dicit Gabriel Vaſquez *tomo* 1. *n.* 1. 2. *S.Thomæ diſp.*24. *n.* 3. ſi ex voluntate cauſæ abſque vlla notitia euentus orietur, tolleretur ratio voluntarij, quæ poſtulat naſci ex cognitione.

Sed miſſo Gibalino, cuius alioqui ſapientiam, opulentamque eruditionem ego plurimi facio, pergo in meo diſcurſu principali, &

Dico, quòd non ſolùm præſumitur in foro externo *directè voluntarium* homicidium, quando quis vulnerauit quantum potuit, & in qua parte potuit, 18

Sed etiam quando is voluntarij, gradus ſuadetur per coniecturas, & ſigna, quæ deſumuntur ex circumſtantiis, vt ex inſtrumento, quo percuſſit, ex loco, modo, occaſione, &c. vt notauit Suarez. *cit. ſect.* 1. *num.*4. addens, quòd in dubio ſemper præſumitur contra occidentem.

Secus verò præſumitur, ſiquis directè procuret percutere, ita vt non vulneret, vel non in parte periculoſa, vel vtatur inſtrumento ad mortem inferendam non apto regulariter, & ex ſe, 19

Vt ſi claui, calce, aut virgis, aut loro, aut pugno, aut manu vacua percuſſit. Graff. *de caſibus, reſeruat. lib.*1.*cap.*14. *n.*26.

Tunc enim ſi mors eueniat, excuſabitur percuſſor à ratione homicidij directè voluntarij. Suarez *cit. num.* 4. cum hæc ſuadeant, non adfuiſſe tendentiam voluntatis in mortem.

Quòd ſi de hac procuratione cauendi à letali vulnere, quod tamen errante manu inflictum fuit, non conſtet. 20

Præſumetur, mortem ipſam intendiſſe in ſeipſa, atque illud homicidium exiſtimabitur directè voluntarium. Gibalin. *cit.cap.*4. *quæſt.*1.*n.*3. *pag.*115. *col.*1. *ad initium.* meritò laudatus à D. Paſſerino *tract. de pollut. Eccleſiar. diſp.*5. *cap.*12. *num.*5.

Homicidium

Homicidium indirectè voluntarium quòd?

21 Ex prædictis de homicidio directè voluntario, colligitur quodnam ſi indirectè voluntarium;

Eſt enim videlicet, quando ego cognoſco, aliquid poſſe contingenter, ſed non neceſſariò, eſſe cauſam mortis Titij, & expreſſe volo illam cauſam, non tamen elicio actum volitionis circa ipſam mortem, quod Doctores dicunt, eſſe volitum in cauſa tantum, & non in ſe;

Eo enim ipſo, quòd volo actionem illam, cui præuideo, poſſe connecti de facto mortem Titij, cenſeor velle in illa actione ipſam mortem Titij, quæ mors denominatur *voluntaria* à tendentia voluntatis in cauſam mortis cum præuiſione ipſius mortis, denominatur verò habens additum diminuens, quod indicatur per illam vocem *indirectè*, quatenus ea mors caret tendentia voluntatis in mortem ipſam in ſeipſa.

22 Vnde dicitur euenire *præter intentionem agentis, non tamen præter præuiſionem*, vt notat Gibalin. *cit. cap.* 4. *quæſt.* 1. *num.* 3. *pag.* 112. *col.* 2. quæ præuiſio neceſſaria eſt, cum ad omne genus voluntarij etiam non directi aliqua ſcientia requiritur. Gabr. Vaſquez *cit. diſp.* 24. *cap.* 2. *num.* 6. ſufficitque eadem præuiſio ad tribuendam ſpeciem actui, & ad denominandum homicidium in eadem omnino ſpecie, etiamſi circumſtantia nocumenti non ſit expreſſe volita, vt optimè Pontius *de matr. lib.* 10. *cap.* 13. *num.* 7. D. Paſſerin. *tract. de pollut. Eccleſiar. diſp.* 5. *cap.* 12. *num.* 4. Gibalin. *cit. cap.* 4. *q* 2. *n.* 2. *pag.* 160.

23 Hoc autem voluntarium dicitur *voluntarium implicite* à Vaſquez *cit. diſp.* 24. *cap* 1. *n.* 1. itemque remote, & interpretatiue ab eodem Doctore *eadem diſput.* 24. *cap.* 3. *numer.* 9. & à Badello *libr.* 1. *diſput.* 5. *numer.* 6. *tomo.* 1.

Quæ ratio voluntarij indirecta, implicita, remota, interpretatiua ſufficit, vt effectus necis tribuatur intendenti, & ponenti cauſam, atque vt illi culpa imputetur, paſſim Doctores, & in ſpecie Gibalin. *cit. cap* 4. *quæſt.* 1 *pag.* 114. *col.* 2. *poſt medium.*

Non tamen ſufficit ad hoc, vt irregularitas orta ex tali homicidio occulto reddatur indiſpenſabilis per Epiſcopũ quia ad hanc indiſpenſabilitatem requiritur pleniſſimum illud voluntarium, quod ſitum eſt in hoc, vt opus ſit volitum, atque intentum per ſe, ideſt deliberato animo, inito conſilio, ac ex propoſito fiat, vt optime explicat Leander *qq. moral. parte.* 5. *tract.* 2. *diſ.* 10. *quæſt. vndecima.* 24

His præmiſſis.

Solutio propoſitæ quæſtionis.

Dico, quòd ad amiſſionem immunitatis ex titulo *proditorij homicidij*, requiritur homicidium *voluntarium directè*, & non ſufficit *voluntarium indirectè.* 25

Senſus eſt, quòd cum proditorium poſſit dici factum ex propoſito, ſi fiat cum actu voluntatis regulato per præmeditationem habitam in luce conſultricis potentiæ non infuſcatæ per fumum alicuius ſubiti affectus, & paſſionis, quia actus ille appellatur *propoſitum*,

Sed non obſtante habitudine proditorij ad tale propoſitum præmeditatione innitens, poſſit ipſum proditorium dici factum *non ex propoſito*, ſi nempe ſit voluntarium indirectè ſolum, & non directè, ideſt inuoluat tendentiam voluntatis in ſolam cauſam ipſius proditorij, ſed non in ipſum proditorium, quia tendentia voluntatis in ipſum proditorium appellatur etiam ipſa *propoſitum* à Doctoribus, vt ſupra dixi, & neceſſe eſt hoc bene aduertere

ad vitandam æquiuocationem in hac voce *propoſitum*,

Iam ſi fiat homicidium proditorium ex propoſito cum præmeditatione, ideſt cum illuſtri, & matura tendentia voluntatis non ſolùm in cauſam homicidij, ſed etiam cum ſimili tendentia in ipſum effectum homicidij in ſeipſo,

Tale homicidium non gaudet immunitate.

Si verò homicidium fiat ex propoſito quidem cum præmeditatione, ſed quod propoſitum ſit tendentia voluntatis in ſolam cauſam homicidij, & non adſit tendentia etiam in ipſum homicidium in ſeipſo,

Tale homicidium gaudet immmunitate.

26 Itaque *voluntarium* requiſitum ad amiſſionem immunitatis ex parte homicidij, proditorij, componitur ex duobus quaſi gradibus volitionis, attingentibus nimirum cauſam homicidij, & effectum eiuſdem in ſeipſo, ſed inſuper exigit habitudinem ad præmeditationem, ſeu appenſamentum tanquam ad regulatiuum, ſine quo homicidium non eſſet ſic qualificatum, vt alibi dixi.

27 Iam veró probo meam reſponſionem *ex cap.* I. *de homici.* & ex *Conſtitut. Gregorij XIV. ſuper immun. Eccleſ.* quæ diſponit de eadem materia, de qua illud capitulum;

Nam ibi per exceptionem à regula immunitatis, ad hoc, vt quis euellendus ſit ab altari, vt moriatur, requiritur, vt proximum ſuum *occiderit ex induſtria*, ſeu quod idem eſt, *ex propoſito*, vt alibi dixi.

Occidere autem *ex propoſito*, atque *ex induſtria* in tota plenitudine, ſicuti exigit odioſitas exceptionis, eſt non ſolum occidere in larga luce conſultricis potentiæ, & cum matura voluntate, ſed etiam occidere occiſione voluntaria directè, ſeu cum tendentia voluntatis tum in cauſam mortis, tum in ipſam mortem, vt ex modò dictis patet.

Ergo vbi non eſt occiſio voluntaria directè, ibi locum non habet exceptio facta per iura prædicta.

Sufficit autem ad amiſſionem prædictam, non ſolum ſi clare conſtet de illo propoſito, ſeu directè voluntario, vt verbi gratia ſi conſtet, te propinaſſe venenum, cum qua propinatione certiſſimè coniuncta fuit voluntas occidendi. Graff. *de caſibus reſeruat. lib.* I. *cap.* 14. *numer.* 5. quæ in hoc veneni caſu appellatur *animus deliberatiſſimus occidendi* ab eodem Graffis *ibidem numer.* 30. ab Ægidio Boſſio *tit. de homicidio n.* 14. Baiardo ad Clarum *q.* 68. *n.* 123. 28

Verum etiam ſi conſtet interpretatiuè ex modo actionis, verbi gratia ſi conſtet, te vulneraſſe in qua parte potuiſti, & quo modo potuiſti, verbi gratia feriiſſe enſe punctim circa præcordia, vel circa caput etiam cæſim. Graff. *cit. cap.* 14. *n.* 5. 29

Itemque ſit conſtet præſumptiuè, & coniecturaliter ex ſignis externis, quæ ex circumſtantiis loci, armorum, &c. deſumuntur, dũmodo illa ſigna plene probẽtur, de qua re in ſequẽti ſectione.

Et ratio eſt, quia cum Iudex immunitatis non poſſit ſententiam ferre de excluſione ab immunitate, regulando ſe ex iis, quæ contigerunt in conſciẽtia ipſi reo reſeruata, debet ſequi, tanquam regulam, id, quod ad externum forum deducitur, & probatur. 30

Confirmatur mea reſponſio ad propoſitam quæſtionem, ex eo quòd, ſicut quoties in iure agitur de pœna ordinaria homicidij, ſermo eſt de *voluntario homicidio ſimpliciter, & directè*, non autẽ de voluntario tantum indirectè. Gibal. *de irregular. cap* 4. *quæſt.* 1. *pag.* 115. *col.* 2. *n.* 4. 31

Ita etiam quando agitur de amiſſione immunitatis ex homicidio proditorio, intelligi id debet de *voluntario directe*, quod multò execrabilius, atque immiſerabilius apparet, quam *voluntarium indirectè*;

32 Eſt enim amiſſio immunitatis quædam magna delicti quaſi pœna,vt proinde locum habeat hic vniuerſalis regula tradita per Gibalinum *loc.cit.*

Quòd quoties in iure alicui delicto pœna imponitur,de delicto ſimpliciter voluntario capienda erit, non de eo, quod abſque expreſſo illius animo admiſſum fuit. Illud tamen delictum pœna aliqua, ſed extraordinaria puniendum erit.

Vnde ſapientiſſimè Tridentinum *ſeſſ.*14.*cap.*7. homicidium ex propoſito, & voluntate factum, voluit eſſe indiſpenſabile,caſu autem perpetratum diſpenſari facilè permiſit, cum re vera iſtud ſit minori pœna dignum, quamuis fuerit indirectè voluntarium. Ita Gibalinus, & ego cum illo.

Corollaria ex nuper dictis.

33 Ex proximè dictis infero, quòd ſi in conuiuio exhibeas edulium venenatum, v. g. ficum, ex intentione directa interimendi ſolum Titium, qui creditur probabiliſſimè ſumpturus ſolus ipſam ficum infectam, præuideas tamen,etiam non eſſe improbabile,quòd Caius vicinus eandem ficum præoccupatiuè ſumat,& ex eius eſu pereat,non eris priuandus immunitate, ſi de facto Caius comedat venenatam rem cum impotentia ſe tuendi,& moriatur.

Quia mors Caij, quamuis fuerit proditoria, quippe eueniens homini hic, & nunc impotenti ad ſe tuendum, fuit quidem tibi voluntaria ob præuiſionem ſecuturi probabiliter euentus ex illa ficus exhibitione in talibus circumſtantiis, ſed ſolùm indirectè, ob non tendentiam tuæ voluntatis in ipſam mortem.

34 Item dico, ſi procurans abortum fœtus inanimati, præuideas, ignaram matrem mori poſſe ex abortione,quippe quæ eſt præter legem naturæ, & fit violenter, & coactè, & per corruptiua fœtus de ſe venenata, & homini inimica, & de facto ipſa mater omnino impotens ad ſe tuendum intereat, non amittis immunitatem, ob defectum *directè voluntarij*, ſicut ob hanc rationem neque incurris reſeruationem caſus pro homicidio factam. Graff. *de caſibus reſeru lib.*1.*cap.*14.*n.*66.

Item ſi præuidens, te in ſomno, aut ebrietate (qui tamen caſus apud me metaphyſicus eſt) illaturum mortem incauto, neque ad eam vitandam vſus ſis debitis diligentiis, ita vt grauiter in genere homicidij deliqueris, ſecuto poſtea homicidio in eumdem incautum, non excluderis ab immunitate; quia homicidium illud, quantumcunque capitale, eſt tamen *voluntarium indirectè* duntaxat. 35

Item ſi ſis pater, aut nutricius, & tenellum infantem in lecto tuo tecum collocaueris cum præuiſo probabili periculo ſuffocandi,ſi ſecutus fuerit effectus, licet ſis homicida. *cap.conſuluiſti. in fine.* 11.*q.* 5. Graff. *de caſibus reſeruat. lib.*1., *cap.*14. *num.*62. Ioſeph de Ianuar. *de caſibus reſeruat.reſol.*64.*n.*40.Gutierez *canonic. qq. lib.*2., *cap.* 6. *num.*161. Petrus Binsfeldius *in Enchiridio Theologiæ paſtoralis parte* 3.*cap* 12.*pag.mibi* 306.*in editione Tullenſi* § *Sextus.*& quidem proditorius,ob oppreſſionem impotentis ad ſe tuendum,& exinde irregularitatem incurras.Marchin.*de ordine tract.*1.*part.*10. *cap.*5.*num.*8. 36

Quia tamen tale homicidium non fuit *directè voluntarium*, ſicut non incurris reſeruationem homicidij. Graff.Ianuar.*loc.cit.*ita nec amittis immunitatem.

Proſequendo autem materiam voluntarij in noſtro caſu, eſt ſoluenda etiam ſequens non leuis difficultas. 37

Quid de occidente proditoriè Petrum, quem credebat eſſe Paulum?

Sita eſt difficultas in hoc, an hæc

occiſio terminata ex errore ad Petrum creditum eſſe Paulum, ſit voluntaria, prout ius requirit, dum occiſioni proximi proditoriæ decernit priuationem immunitatis.

Mihi certè probabiliſſimum eſt, quòd ea occiſio ſit voluntaria ad intentum iuris, ac proinde ſufficiat ad excluſionem immunitatis, etiamſi occiſor vſus ſit omni diligentia, ne circa perſonam erraret.

38 Ducor, quia mens Romani legiſlatoris ea videtur eſſe, vt ab immunitate ſecludatur, qui per proditionem occidit agnitum indiuiduum naturæ humanæ, nihil curando prorſus, quòd indiuiduum ſit Petri, aut Pauli.

Quia deformitas homicidij, quam Legiſlator execratur, & cui adimit immunitatem, radicatur in deſtructione indiuidui naturæ humanæ, non in Petreitate, vt ita dicam, aut Pauleitate.

Neque enim turpè eſt Petri homicidium, quia Petri eſt, ſed quia hominis vnius.

39 Vnde ſi ego occidam Petrum, etiamſi putem eſſe Paulum, termino cognitionem practicam, & exinde regulatam voluntatem ad obiectum intentum à Legiſlatore, ad indiuiduum ſcilicet naturæ humanæ, nec læditur hæc cognitio, & voluntas per hoc, quòd exprimit in hoc indiuiduo Pauleitatem, quæ non eſt.

40 Hæc enim expreſſio ſtat merè ſpeculatiuè, & per ſuam falſitatem non alterat expreſſionem practicam veriſſimam circa indiuiduum naturæ humanæ, quod à me occiditur, ac proinde, nec tollit voluntarium à Legiſlatore intentum, vt ſuæ diſpoſitioni circa priuationem immunitatis ſit locus.

41 Sunt itaque in hoc caſu duæ habitudines in mea cognitione, vna ad ſingulare, ſeu indiuiduum naturæ humanæ, & hæc eſt ad obiectum verum, & ſufficit ad perfectum voluntarium occiſionis indiuidui talis.

Altera verò eſt ad eſſe Pauli, ſeu ad Pauleitatem, quam exprimit in hoc eodem ſingulari, & hæc eſt ad obiectum falſum, cum Pauleitas non includatur in hoc ſingulari.

Et hæc ſecunda habitudo, quamuis denominet occiſionem Petri *inuoluntariam*, ſecundùm quòd terminatur ad Petreitatem, non facit tamen, quòd non ſit perfectè voluntaria, ſecundùm quòd terminatur ad hoc ſingulare naturæ humanæ.

Præterea mihi vim magnam facit, 42
quòd hic erroneus percuſſor peccat exterius mortaliter contra iuſtitiam.

Ergo & voluntariè, & contra ius hominis iſtius, quem de facto percutit.

Ergo error ille de Petreitate, & directio intentionis in Pauleitatem, ſe habet omnino extrinſece, & impertinenter ad *voluntarium*, & *iniurioſum* iſtius occiſionis terminatæ de facto ad Petrum.

Ergo idem error, & directio non extrahunt iſtam occiſionem ab obiecto, circa quod procedit diſpoſitio iuris auferentis immunitatem homini per proditionem voluntariè, & iniuſtè occidenti proximum ſuum.

Sic ob rationem à me allegatam, 43
qui intendit interficere iniuſtè Petrum, & ductus errore, interficit Paulum credens, eum eſſe Petrum, non excuſatur à pœna ordinaria homicidij, vt fusè, & doctiſſimè more ſuo demonſtrat Molina *de iuſt. tract.* 3. *diſp.* 30. *à n.* 2. vbi citat Bartolum, Couarruuiam, Iulium Clarum, & Antonium Gomez contra Petrum Caball. *de omni genere homic. n.* 238. Carerium *in pract. crim. citatum ab eodem Molina n.* 1. cui Molinæ conſentit Plaza *epit. delictor. lib.* 1. *cap.* 27. *n.* 1. Fachineus *controuerſ. iuris lib.* 1. *cap.* 37. Ægid. Boſſ. *tit. de homicid. num.* 73. *quia*, inquit, *ſufficit, quòd adſit animus occidendi in genere, quamuis erratum ſit in corpore.*

Conformiter ad meum diſcurſum, 44
doctiſſimus Henriquez *in ſum. lib.* 13. *cap.* 23.

Digitized by Google

cap.23.n.1. dicit, fieri excommunicatum, & irregularem illum, qui intendens percutere Clericum vnum ſibi inimicum, percuſſit, aut occidit alium Clericum, quem, præmiſſa diligentia, putabat eſſe alterum ſibi inimicum, eo quòd ſimilis ei eſſet ſtatura, habitu, voce & inceſſu.

Quia, inquit, *ſi agnouit hominem, & Clericum, incurrit ſacrilegum Clericidium, & de eo percuſſus iuſte conqueritur, quòd videns, eum eſſe hominem, & Clericum, ſponte percuſſerit, cum id malum, & damnum vitare teneretur.*

45 In eadem ſententia cum Henriquez ſunt etiam Trullenc. *in Decalogum.lib.6. cap. 4.dub.2.num.4.* Franciſc.de Lugo *in decurſu præuio. parte 2. cap.4. quæſt.2. numer. 23.* Alterius *de cenſuris diſput. 12. lib.5.cap.5. pag.621. litera C.col.2.tomo 1.* Plaza *epitome. delictor. lib.1.cap.27. nu.17.* & multi, quos citat, & ſequitur Thom. Sanchez *de Matrim.lib.9.diſp.32.num.27.* Sayr. *de cenſur.. lib.1. cap.18. num.18.* vbi egregie reddit ſui dicti rationem;

Quia, inquit, *licet errauerit in hoc particulari indiuiduo, & ratione huius, actus videatur inuoluntarius, quia tamen voluntarius erat in obiecto, & percuſſione Clerici, & excommunicatio lata eſt in Clerici percuſſorem temerarium, & iniuriam illi inferentem, ignorantia hæc non excuſat ab excommunicatione, ſicut nec verè conſtituit porcuſſorem Clerici inuoluntarium.* Ita ille.

46 Conſonant Sayro Franciſcus Bardi *tract.de conſcientia diſcep.6.cap.8.§.2. numer.2.* Molina Theologus *de iuſt.tomo 4. tract.3.diſp.53. num.2.* vbi dicit, nullum eſſe, qui dubitet, eum incidere in hanc excommunicationem, eo quòd ea excommunicatio lata ſit pro iniectione manuum violentarum in Clericum, non vero pro iniectione manuum in hunc, vel illum Clericum, iuxta quam doctrinam, quæ confirmat ſupradicta à me, & ego dico, decretam fuiſſe priuationem immunitatis pro occiſione proditoria hominis, non pro occiſione proditoria huius, vel illius hominis.

At alij, tacito nomine relati per eumdem Henriquez *cit.cap.23.num.1.* excuſare contendunt ab excommunicatione in prædicto caſu; quia hic non intendebat occidere hominem, niſi vt incluſum in Paulo, quem odio habebat: circa alium vero in ſingulari occiſum ex ignorantia inuincibili, non videtur habere rationem voluntarij, nec voluit occidere hominem, aut Clericum in iſto ſingulari incluſum. 47

Sed contra;

Nam de facto cognouit hominem, & de facto voluit occidere cognitum, & de facto occidit, quidquid ſit de credulitate quòd cognitus homo includeretur in Paulo, & de intentione, quòd occiſio terminaretur ad ſolum Paulum; 48

Hæc enim non fecerunt, quin de facto practicè, & executiuè voluerit occidere cognitum, & de facto occiderit, quæ actualis libera occiſio fuit obiectum ipſiſſimum legis prohibitiuæ ſub cenſura.

Item Franciſcus Suarez *tomo 5. de cenſur.diſp.22.ſect.1.n.54.* excuſat in prædicto caſu à cenſura; 49

Quia, inquit præter alia, percuſſio Clerici, quæ in re ipſa, & exteriùs fit, eſt inuoluntaria; quia nemo percutit Clericum in communi, ſed hunc, vel illum in particulari: ſed percuſſio huius particularis eſt inuoluntaria, & nullum alium de facto percutit: ergo percuſſio Clerici abſolutè, & ſimpliciter inuoluntaria erit. Et ideo ſolus affectus percutiendi Clericum voluntarius māſit, qui non ſufficit, quia cenſura non incurritur propter affectum, ſed propter exteriorem percuſſionem voluntariam. Ita Suarez, quem citat, & ſequitur D. Paſſerin. *tract. de pollut. Eccleſiar. diſp.5.cap.13. num.4.* vbi accuratè, & ingenioſe articulum hunc de voluntario in prædicto caſu occiſionis cum errore circa perſonam diſcutit, & demum

concludir, per dictam occiſionem vnius hominis pro alio erroneè factam in Eccleſia, non pollui Eccleſiam, & aliquos cirat, inter quos eſt Carafa *de duello tract. 5. ſect. 1. queſtion. 8. numer. 7.* qui tamen concludit: *quidquid ſit de hoc.*

50 Ego tamen, quamuis horum Doctorum ſapientiam maximi faciam, fateor, non poſſe me acquieſcere eorum ſententiæ, cum gradum voluntarij intenti à legiſlatore, vt locum habeat ſanctio, perſpicuè agnoſcam in ea occiſione cum errore circa perſonam, vti explicaui, & nominatim dico, non percuri quidem Clericum in communi, ſed hunc in particulari agnitum, vr hominem Clericum, & practice volitum vt talem, eſto erronee credatur incluſus in ſingulari Paulo, & re vera ſit incluſus in ſingulari Petro.

51 Vnde, nec aſſentior Ioſepho de Ianuar. *de caſib. reſernat. reſol. 64. numer. 40. §. Hac etiam incidit.* docenti cum Graſſio, non incurrere caſum reſeruatum, qui credens occidere Titium in Eccleſia, occidit Semptonium.

52 Quod ſi velint hi Doctores, non incurri caſum reſeruatum, ſi credente te occidere Titium, Titius ab ictu ſe ſubtrahat, & idem ictus in proximum Sempronium exoneretur;

Iam & ego cum ipſis ſentio omnino; quia tunc illa occiſio eſt præter intentionem agentis, & mere caſualis, ac proinde nec inducit reſeruationem, nec immunitatis priuationem.

53 Iudex tamen immunitatis videat, an illi ſatisfaciat contraria Suarez, Caraſæ, & Paſſerini doctrina, quam Henriquez. *cit. cap. 23. numer. 1. in commento. lit. N.* dicit, eſſe ſubtilem euaſionem, & vſque ad ſua tempora non habuiſſe aſſertorem.

Quid de ponente cauſam efficacem homicidij proditorij, ſed concipiente delicti pœnitentiam ante ſecutam offenſi mortem?

Verbi gratia. Propinaſti venenum Titio, vel vulnetaſti eum letaliter per inſidias, atque illicò retractaſti factum, antequam ille moreretur. Secuta poſtmodùm morte, veniſne immunitate ſpoliandus? 54

Suaderi videtur pars negatiua;

Quia, quamuis tu poſueris actionem, quæ eſt fundamentum proximum phyſicum, & morale, ex quo conſurgere debebat in re agente denominatio *homicidæ proditorij*, ſtatim atque ſequeretur offenſi mors, quæ eſt vltimus terminus, & tanquam conditio, ſine qua non ponitur in eſſe ea denominatio, cum is, qui venenauit, aut letaliter vulnerauit, non ſit, nec vocetur *homicida* ante vulnerati, aut venenati mortem. Cardin. de Lugo *tract. de pœnitent. diſp. 16. num. 450.* Paſſerin. *tract. de pollut. Eccleſiar. diſp. 5. cap. 2. numer. 3. & cap. 21. n. 2.* Ioſeph de Ianuar. *de caſib. reſeru. reſol. 66. num. 1.* ſed ſolùm *venenator,* vt *vulnerator,*

Eo tamen ipſo, quòd ante euentum eius conditionis, tu per actum pœnitentiæ retractaſti delictum, tanquam cauſam, abſtuliſti à delicto, & delicti affectu moralitatem, ideſt rationem voluntarij, extrinſecè, & denominatiuè participatam per volitionis actum circa ſe, non autem participatam formaliter, & immediatè, id quod conuenit ſolis actibus elicitis à voluntate: 55

Abſtuliſti inquam rationem voluntarij, cum per eam retractationem volitio delicti, atque effectus interciſa, non perſeueret amplius neque habitualiter, neque virtualiter, vt in ſimili diſcurrit Ianuar. *de caſibus reſeruat. reſolut. 23. numer. 12.* neque interpretatiuè,

terpretatiuè, cum ex eo, quòd formaliter vis oppoſitum ipſius delicti efficaciter, quantum in te eſt (nam quòd non ſequatur ipſum oppoſitum, non prouenit à voluntate, ſed ab impotentia, & ad impoſſibile nemo tenetur) non poſſimus interpretari; te velle ipſum delictum, & delicti effectum, cum id, quod clarum eſt; interpretatione non egeat:

56 Ac proinde à momento retractationis illum eumdem effectum reddidiſti non imputabilem amplius tibi in ordine ad culpam, cum ſit ſecuturus contra actualem tuam voluntatem, & per hoc effeciſti, vt cum poſtea euenit conditio mortis, non poſſit amplius eſſe locus prædictæ denominationi *homicidij proditorij*, ob deſtructam rationem *voluntarij* requiſiti ad eam denominationem nominatim in ordine ad amittendam immunitatem;

Hæc enim amiſſio tanquam immunitati odioſa, non habet locum, niſi in toto rigore verificetur, quòd in puncto occiſionis proximi tui, tu exiſtas ſecundùm omnem conſiderationem *iniuſtus occiſor*, ſeu, quod idem eſt, *homicida*.

Quando autem contingit offenſi mors, non euadis homicida ex hoc ipſo, quòd ante offenſi mortem, moralitatem actionis tuæ præcedentis, & effectus ab ea prouenturi intercidiſti per ſubſequentem pœnitentiam, & effeciſti, vt ea mors ſubinde ſubſecuta, remanſerit effectus merè phyſicus qui tibi non eſt imputabilis ſecundum denominationem de præſenti, ob amiſſam habitudinem ad voluntatem, quæ eſt radix imputabilitatis, ſed ſolum de præterito, ac proinde ita imperfectè, vt ad effectum odioſum, ſicuti eſt iactura immunitatis, non ſufficiat.

Solutio quæſtionis.

Sed prædictis non obſtantibus, quæ nimium probarent, 57

Dicendum eſt, te in præmiſſo caſu, non obſtante retractatione quantumcunque probata, venire excludendum ab immunitate;

Sicut enim ad hoc, vt tenearis reſtituere, ſi effectus ex delicto tuo ſecutus habeat annexam obligationem reſtituendi, ſufficit, vt dederis cauſam efficacem voluntariam contra iuſtitiam, & effectus ſit re verà ſubſecutus, ſiue retractaueris, ſiue non retractaueris eam voluntariam appoſitionem cauſæ, vt colligitur ex Gabriele Vaſquez *tomo* 1. *in* 1.2. *diſput*.94. *cap*.4. *numer*.17. *in fine*. Thoma Sanchez *in Decalog. lib.* 1.*cap.* 16. *numer*.47. Caſtro Palao *parte* 1. *tract*. 2. *diſp*. 1. *puncto* 3. *numer*.2. ex omnium conſenſu, & tradit in terminis Franciſcus de Lugo *parte*.2. *decurſus præuij*. *cap*.2. *num*.3. Gaſpar Hurtadus *tract. de cenſur. in communi difficult*.15. *n*.69. 58

Quia nempe iuſtitia commutatiua ſolùm reſpicit damnum cauſa culpabili illatum, vt ad æqualitatem reducat. Vaſquez *loco cit.* quod damnum per meram voluntaris retractationem non compenſatur, & remedio non mere intentionali; ſed effectiuo indiget,

Ita etiam ad hoc, vt ſubiaceas cenſuræ iudicis immunitatis, ſufficit, quòd dederis cauſam voluntariam contra commutatiuam iuſtitiam morti proditoriæ proximi tui, & ea mors euenerit; 59

Cum enim iuſtitia vindicatiua reſpiciat honeſtatem, qua per ſe decet, puniri maleſactorem, & pœna per ſe congruit, & quodammodò debita eſt maleſactori, tum vt moraliter reſtituatur honor parti læſæ, eique aliqua ſatisfactio exhibeatur, tum vt 60

qui

qui læſit,& alij eius exemplo,in poſterum ab iniuria coerceantur, vt egregiè docet Leſſius *de iuſt.lib.2.cap.47.dub.4. n.21. & 22.* atque ad Iudicem laicum ea punitio ex officio attineat.

Mera delicti retractatio emanata à malefactore ſiue ante euentum effectus à praua voluntate procedentis, ſiue poſt, non eſt apta ad ſatisfaciendum finibus iuſtitiæ vindicatiuæ, ac proinde ad liberandum malefactorem à commerita pœna, & Iudicem laicum ab ea irroganda, vt ſentiunt omnes iuxta vulgatum illud apud Carenam *tract.de offic.S.Inquiſit.parte 2.de blaſphem. titulo* 7. §.15.*n.*77. quòd per pœnitentiam non tollitur pœna ciuilis,& legalis, de qua re Anton.Gomez *lib.*3. *variar.cap.*1.*n.*40. *concluſ.*1. & faciunt tradita per Couarr.*variar.reſol.lib.2.cap.*10. *num.*3.

61 Sicut nec per abſolutionem ab excommunicatione collatam in foro conſcientiæ, tollitur Iudici facultas puniendi in foro exteriori pro eo delicto, pro quo quis fuit excommunicatus. Thom.Sanchez *in Decalog. lib.2.cap.*11. *num.*13.*&* *cap.*12.*n.*7.Carena *cit.num.*77. Ricciull. *tract.de iure perſonar. extra Eccleſiæ gremium exiſtentium. lib.* 4. *cap.* 68. *num.*12.

62 Nec per abſolutionem à ſacerdote impenſam in foro pœnitentiali.Thom. Triuiſan.*deciſ.*36 *num.*17.*lib.*2. Gutierez *canonicar. qq.lib.*1.*cap.*12.*num.*11. Foller. *in pract. crimin. canonica. parte* 3. *cap.*35. *num.*19. ſiue debeatur pœna ſecundùm canones. Duard. *comment. in Bull.cœnæ. lib.*3.*§.*2.*quæſt.*12.*num.*12. ſiue ſit pœna ſecularis. Anton.Gomez *cit.cap.*1.*n.*40. *ſecunda concluſ.*Monticell.*in praxi crimin. regula* 1. *n.*15.

63 Immo nec tollitur eadem facultas per baptiſmum ipſum, qui licèt tollat omnem peccati pœnam quo ad Deum, tamen non tollit quo ad publicam vindictam.Ricciull.*cit.cap.*68.*n.*17.ex gloſſa *in cap. Gaudemus. de diuort.* & Doctoribus communiter, inter quos Couarr. *cit.cap.*10.*num.*4. abſolutus enim quo ad Deum,non eſt abſolutus quo ad Eccleſiam, cui ſatisfacere tenetur. Triuiſan. *cit.deciſ.*36.*n.*18.

64 Quo fit,vt ſimul atque delictum eſt conſummatum per poſitionem effectus, verbi gratia in propoſito noſtro, ſimul atque ſecutum eſt homicidium ex veneno, vel inſidioſo vulnere per venenati,aut vulnerati mortem, Iudex laicus, non obſtante retractatione, & impoſitione pœnitentiæ in foro pœnitentiali, quaſi acquirat ius, vt cenſuræ ſuæ ſubiiciatur reus huius delicti excepti,cui iuri Iudex immunitatis,poſt debitam ipſius delicti,& qualitatum illud excipientium cognitionem, præiudicare non poteſt, etiamſi retractationem,immo & confeſſionem ſacramentalem,abſolutionem, pœnitentiamque didicerit, quæ ſolùm proſunt ad obſtinendam à Deo veniam,& remiſſionem maculæ,& reatus pœnæ quo ad æternitatem, vel etiam quo ad totam ſuam menſuram in rariſſimo caſu extraordinariæ contritionis.

65 Et per hæc patet,quòd vt venenator, aut vulnerator inſidioſus eximantur à cenſura Iudicis immunitatis, non ſufficit auferre moralitatem effectui anticipatè ad ipſum effectum per retractationem cauſæ datæ.

Quia pœna, ad cuius illationem ordinatur remotè iudicium, & ſententia de nou gaudio immunitatis, non tam propter affectum voluntatis, quàm propter effectum ex praua voluntate ortum imponitur, vt notarunt quo ad pœnas iuris impoſitas homicidio aliqui, quos citant, & ſequuntur Caſtro Palaus *parte* 1.*tract.*2.*diſp.*1.*puncto* 3. *n.*2. Franciſc. de Lugo *cit. parte* 2. *decurſus præuij.cap.*2.*n.*30.

66 Itemque patet, quòd retractatio actionis proditoriæ ante mortem proditi, operatur quidem,vt agens proditoriè non denominetur amplius *homi-*

cida

cida proditorius in ordine ad culpam, etiamſi ſequatur mors: at non operatur, vt non denominetur *homicida proditorius* in ordine ad pœnam, ſi ſequatur eadem mors, ac proinde in ordine ad ſententiam Iudicis immunitatis, non obſtante quòd excluſio ab immunitate ſit odioſa.

67 Ad hanc enim excluſionem ſufficit quòd in puncto ſecutæ mortis verificetur, pependiſſe mortem illam ſemel ab influxu liberæ voluntatis, ideſt ab intrinſeco cum cognitione, illius hominis, qui poſuit cauſam ipſius mortis, ſiue in eodem puncto moraliter perſeucret ille influxus, ſiue moraliter per retractationem fuerit interciſus.

68 Quia negatio retractationis non facit, voluntatem magis nunc influere, nec retractatio facit, voluntatem minus influere, cum totus influxus, qui reddit mortem *liberam*, & *voluntariam* denominatiuè, ex parte voluntatis ſit, *poſuiſſe cauſam*, quam iam nunc non poteſt tollere, & *influxiſſe pro tunc, vt pro tunc*, non autem *influere pro nunc*, vt optimè explicat Cardin. de Lugo *tract. de pœnit. diſp.* 16. *n.* 446.

69 Quòd ſi ea interciſio voluntatis prodeſſe poſſet ad euitandam delictorum pœnam, iam omnes rei dolerent illicò de perpetratis delictis, Iudicibuſque imponerent neceſſitatem feriandi, quod abſurdiſſimum foret, & peſſimarum conſequentiarum inductiuum.

70 Neque dicas, quòd ſicuti excuſatur ab incurſione excommunicationis ille, qui poſtquàm iecit ſagittam in Clericum, deteſtatur factum actu ſubito contritionis, antequàm ſagitta Clerico noceat, vt docuit quidam recentior tacito nomine allegatus ab Henriquez *in ſum. lib.* 14. *cap.* 16. *num.* 2. *in comment. litera* R.

71 Et qui dedit venenum Clerico, & pœnitentiam concepit ante venenati interitum. Gaſpar Hurtad. *tract. de cenſur. in communi. difficult.* 15. *n.* 68. *ad finem.*

Et qui dedit mandatum de occidendo Clerico, & reuocauit, quantum potuit, ſed reuocatio tempeſtiuè non peruenit ad mandatarium. Hurtad. *ſupra num.* 68. *qui tamen omiſſus fuit per typographi incuriam in meo libro.* vel pœnitentia correptus eſt. Ianuar. *de caſibus reſeruat. reſol.* 23. *n.* 9. 72

Et qui ſcribit ad excommunicatum non toleratum, ſi ante peruentum literarum reſipiſcat, impediturus, ſi poſſet, non incurrit excommunicationem minorem. Hurtad. *cit. n.* 68. 73

Et excuſatur vniuerſaliter à cenſuris etiam interdicti, & ſuſpenſionis, qui ante conſummatum effectum, dolet de culpabili cauſa data his cenſuris, vt tradit, ſaltem pro foro interiori, tanquam ſatis probabile Caſtro Palaus *cit. num.* 2. & tanquam non improbabile Franciſc. de Lugo *cit. cap.* 2. *n.* 32. 74

Et excuſatur à cenſura lata per Iudicem contra ſe abſentem, aut præſentem Titius, ſi poſt cognitam monitionem præmiſſam ab eodem Iudice, pœniteat inobedientiæ, & pareat, verbi gratia ſoluendo creditori, ſi poſſit, vel ſit paratus obedire, ſi non poſſit. Hurtad. *cit. difficult.* 15. *n.* 69. 75

Et excuſatur ab irregularitate in foro conſcientiæ, qui ante ſecutum homicidium, doluit de data cauſa homicidij. Ianuar. *de caſib. reſeru. reſol.* 23. *n.* 13. *verſ. Quod ſi dicas.* 76

Ita & excuſari debet ab immunitatis iactura, qui de necis proditoriæ poſita cauſa dolet ante conſummatam ipſam necem.

Reſpondeo enim dupliciter, & 77

Primò dico, poſſe negari prædictas omnes doctrinas cum grauiſſimis Doctoribus, Gabriele Vaſquez *cit. diſp.* 94. *cap.* 4 *numer.* 17. Thoma Sanchez *cit. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 17. Cardin. de Lugo *tomo de pœnit. diſput.* 16. *num.* 445. Caſtro Palao *cit. num.* 2. *in initio.* & in caſu reuocantis mandatum cum Ægid. de Coninck. *tomo* 2. *de ſacram. diſput.* 14.

 n. 176.

num.176. Laurent. de Portel. *in reſponſ. moral. tomo 1. parte 3. caſu* 10. *numer.6.* Vbi de mittente nuncium in Indiam ad occidendum Clericum, & ante mandati executionem dolente, & confitente ſacramentaliter, neque humanitus potente reuocare mandatum. Et de pœnitente conſilij, mandati, aut inchoationis operis habentis annexam irregularitatem, aut quamcunque aliam pœnam, aut pœnalitatem, quæ non ſit cenſura, Hurtad.*cit.n.69.*

78 Vt enim quis fiat excommunicatus, aut irregularis, non requiritur, opus ipſum homicidij exterius eſſe peccatum, ſed ſufficit, eſſe effectum peccati, cum lex ſolùm puniat tali pœna peccatum homicidij cum effectu. Vaſquez *cit.diſp.* 94.*cap.*4.*n.*17.

79 Secundò dico, poſſe etiam admitti eas doctrinas, ſed nihil ex illis ſequi contra me, ob diſparitatem rationis;

Nam excommunicatio non incurritur, niſi in eo puncto reus remaneat rebellis in peccato inobedientiæ, ſeu contumaciæ, ad quam frangendam inducta eſt à iure excommunicatio, ſicut & aliæ cenſuræ, itemque irregularitas quatenus in delicto fundatur, & vt quædam quaſi cenſura conſideratur, de qua re optimè Thom. Sanchez *de matrim.lib.9.diſput.32.quæſtion.3.n.15.* At poſita præuia ad effectum retractatione delicti cenſurâ, aut irregularitate affecti, iam quãdo effectus ipſius delicti ponitur, non eſt locus frangẽdæ contumaciæ, quæ per præuiam formalem retractationem deſtructa eſt, ac proinde non eſt locus cenſuræ, quæ potius illicò tolli deberet, ſi adeſſet, cum ceſſet eius fundamentum, quàm, poſito effectu, poni. Vide Hurtadum *cit. diſficult.15.n.68.*& Ianuarium *de caſibus reſeruat.reſol.66.n.6.*

80 Amiſſio autem immunitatis non eſt inuecta ad frangendam contumaciam, ſed vt ſit locus iuſtitiæ vindicatiuæ, quæ ſolummodò præſentem realem proditoriæ necis effectum reſpicit, connotando tamen liberam voluntatem, à qua ordinatus eſt ab initio, & ſufficientem *voluntarij* denominationem accepit.

Sunt aliæ pœnæ, & pœnalitates, quæ non ſunt cenſuræ, non ſunt decretæ ad frangendam contumaciam, ac proinde non requirunt perſeuerantiam contumaciæ, ſeu inobedientiæ vſque ad incurſionem illarum, ſed ad illas ſufficit, quòd voluntariè poſita fuerit antecedenter cauſa illius effectus, cui annexæ ſunt. Hurtad. *cit. numer. 69. ad finem.* 81

Quid de occidente per vulnera proditoria, ſed non intendente mortem?

Verbi gratia irruis in Titium impræcauentem, & impotentem ad ſe deffendendum, & infers plagas cum expreſſo animo non occidendi. Sed quia ictus menſurari non poſſunt, aggrauas manum plus, quàm velles, & hominem interimis, gaudeſnè immunitate?

Reſpondeo affirmatiuè, dummodò probare poſſis in externo foro, te intendiſſe damnum perſonale quidem Titij, ſed citra mortem, quæ omnino fuit præter directam intentionem tuam;

Cum enim ad amiſſionem immunitatis requiratur voluntarium directum, vt iam probaui, non interuenit in prædicto caſu tale voluntarium, ſed ſolùm indirectum, & in cauſa, dummodo tamen præcognoueris, periculum morale occidendi coniungi cum tali percuſſione;

Si enim non præcognouiſſes vllo modo, iam mors ſecuta non haberet vllam rationem voluntarij, ſed eſſet omnino caſualis, & fortuita. D. Paſſerin. *tract. de pollut. Eccleſiar. diſput. 5. cap.12.n.4.*

Dixi

Dixi *dūmodo probare poſſit,&c.*nam his in caſibus præſumitur facilè in foro externo directa intentio occidendi. Paſſerin. *cit.cap.* 12.*numer.*5. & ego §.23. *num.*11.v. g. ſi fuſte in capite percuſſeris, & ſequatur homicidium, quæ præſumptio difficillimè poteſt ſuperari per probationem in contrarium.

Quid de tam grauiter vulnerante ex inſidiis cum directa occidendi voluntate,vt ſecutura ſit infallibiliter aliquo poſt tempore mors, quæ tamen anticipatè inferatur ab aliqua alia ſuperueniente cauſa, v.g. fulmine, ruina domus, &c.

83 Reſpondeo, vulnerantem debere admitti ad immunitatem;

Quamuis enim poſuerit ex parte ſua totum id, quod requirebatur ad proditorium homicidium, quod certò euenturum erat iam iam ex vi huiuſce cauſalitatis, non fuit tamen in re *homicida*, cum effectus mortis, à quo pendebat complementum,& denominatio *homicidij*,non proceſſerit in hoc caſu ab ipſo vulnerante, ſed ab alia ſeparata cauſa præuertente, quæ ipſum effectum per ſe ſola,& ſine vlla cum præillatis letalibus plagis connexione,fuit operata.

84 Sic ſi quis ex culpabili,& letali percuſſione accepta certò moriturus,feriatur fulmine, vel ex alio caſu moriatur, non incurritur irregularitas. Leander *qq.moral.parte* 5.*tract.*2.*diſp.*10.*q.*69.*paulò ante medium.&q.*72.

Neque,ſi ea percuſſio accepta fuerit in Eccleſia, polluitur ipſa Eccleſia per talem occiſionem, quippe quæ non à prima,ſed à ſecunda ex prædictis cauſis merè naturali proceſſit, vt optimè more ſuo docet D. Paſſerin.*cit.tract. diſp.*5. *cap.*21.*n.*4.*qui eadem diſput.cap.*3.*num.*6. obſeruat ex doctrina Ianuarij *de caſib. reſeru. reſol.* 66. *num.*5. nomine *homicidij* non venire cauſam phyſicam ex ſe ſufficientiſſimam, & efficaciſſimam mortis, niſi mors ex ea ſequatur,etiamſi hæc ſequela per miraculum intercipiatur.

Quòd ſi dubium ſit, an in prædicto caſu mors tribuenda ſit antecedenti liberæ cauſæ, an ſubſequenti naturali, 85

Dico, pronunciandum pro immunitate, pro qua ſtat poſſeſſio, donec certò conſtet, mortem pependiſſe à cauſa libera proditrice;

Iura enim ad excludendam immunitatem, requirunt, vt quis *per inſidias, & proditoriè occiderit*, quæ enunciatio importat certitudinem, non dubietatem.

Quid de inſidiosè occidente ſed coactè?

Reſpondeo,hunc priuari immunitate; 86

Hæc enim coactio fundata in metu, aut alia paſſione,non fuit vera coactio, nec abſtulit à voluntate liberam tendentiam in cauſam mortis efficacem, atque in mortem ipſam,quæ adæquata tendentia denominat homicidium *directè voluntarium*, eſto habeat admixtam nolleitatem inefficacem, quæ denominat *inuoluntarium ſecundum quid.*

Sic occidens inuitus aliquem intra 87 Eccleſiam, inuitus inquam per repugnantiam, qua nollet patrare facinus, niſi impelleretur à metu, vel concupiſcentia,libertatem non tollentibus,polluit Eccleſiam;

Quia voluntas ſic impulſa, coacta, 88 aut illecta, adhuc eſt voluntas, cuius rationi eſſentiali incompoſſibilis eſt coactio, quæ nimirum eſt à principio extrinſeco, vt alibi notaui, & tale homicidium ſimpliciter voluntarium fuit, licet aliquid inuoluntatij admixtum habuerit, vel minus voluntarium fuerit, quàm aliàs ſine dictis paſſionibus fuiſſet. D.Paſſerin.*cit.tract. de pollut. Eccleſiarum.diſp.*5.*cap.*16.*num.*5.

Quid de eo, qui ex intentione occidendi, vulnerauit proditoriè, ſed leuiter ſolùm, cum præuiſione tamen ſecuturæ mortis etiam in caſu iſtius leuitatis, ob ſtatum ægrum vulnerati, vel penuriam, aut imperitiam chirurgorum, vel ob carentiam medicamentorum, vel ob prohibitionem applicationis futuram ab ipſo vulnerante?

89 Reſpondeo non gaudere immunitate, ſi ſequatur mors, cum hæc fuerit intenta directè, & in ſe,& in his circumſtantiis præuiſis, & volitis imputatur tali vulneranti, tanquam cauſæ phyſicæ, ſufficienti, & totali, vt ponderat D. Paſſerin. *cit. tract. de pollut. Eccleſ. diſp.* 5. *cap.* 22. *num.* 4. qui exinde probat pollui Eccleſiam in hoc caſu, ſi talis percuſſio intra illam euenerit.

Ponderat hoc etiam Leander, *qq. moral. parte* 5. *tract.* 2. *diſp.* 10. *q.* 78. qui inde probat incurri irregularitatem, & infert manſiſſe irregularem illum, qui in medio campi percuſſit alium non letaliter: quia tamen impediuit, ne domum, aut aliò recipere ſeſe poſſet, vt ſanguinem ſiſteret, interiit, aut frigore, vel fame necatus eſt.

Et *quæſtion.* 79. idem dicit, ſi vulnus initio leue, ita tamen ſenſim ſupercreuit, vt quamuis medici, & chirurgi quidquid artis erat, contulerint, non potuerint impedire febrim, ex qua tandem mors ſucceſſit, quia liquido conſtat vulnus fuiſſe cauſam poſitiuam, & proximam cædis.

90 Secus dicendum, ſi ea mors etiam directè intenta à vulnerante, procedat vel ex incontinentia vulnerati, vel ab alia quapiam ſimili accedente cauſa;

Hic enim attenditur non ſolus animus, ſed etiam effectus, qui in hoc caſu non comparatur ad vulnerantem tanquam cauſam, cum leuitas vulneris huic cauſalitati obſtet, ſed tanquam ad occaſionem, ac proinde non poteſt ſubiicere eumdem vulnerantem iacturæ immunitatis, quæ iactura non cadit, niſi in eum, qui verè, & propriè eſt cauſa efficax mortis, vt colligitur ex iure canonico, adhibente hunc terminum *occiderit*, & *occiderint*.

Vnde in hoc eodem caſu, ob allatam rationem, non polluitur Eccleſia. D. Paſſerin. *cit. cap.* 22. *num.* 3. neque incurritur irregularitas. Leander *qq. moral. parte* 5. *tract.* 2. *diſput.* 10. *quæſt.* 76. apud quem plurimi, & rurſum *quæſt.* 79. §. *ſi verò*. 91

Ad medicos autem ſpectabit ferre iudicium, an mors veniat imputanda vulneri tanquam proximæ cauſæ, an potius alicui alteri, quod extrinſecum fuerit percuſſioni D. Paſſerin. *cit. cap.* 22. *num.* 5. ex Molina, & Gibalino: 92

Et in dubio à vulnerene, an ab alio extrinſeco proceſſerit mors, ſicuti iudicandum eſt omnino pro non pollutione Eccleſiæ. D. Paſſerin. *cit. diſput.* 5. *cap.* 22. *num.* 5. 93

Ita & pro immunitate, cum poſſeſſio vtrobique certa vinci non poſſit per occiſionem ancipitem.

---

§. XXIV.

Corollarium ſextum.

Ad amiſſionem immunitatis ex titulo homicidij proditorij requiri actionem exteriorem inductiuam necis, & non ſufficere omiſſionem, ex qua ſequatur mors.

SVMMARIVM.

Proponitur quæſtio an ad amiſſionem immunitatis ex titulo homicidij proditorij, *requiratur actio exterior inductiua necis, & non ſufficiat omiſſio, ex qua ſequatur mors, & eſt ſermo de omiſſione actionis*

actionis debita ex iuſtitia, & de caſu mortis, quam ex mea iniuſta omiſſione operentur agentia naturalia in impotentem ad ſe tuendum, & quæ mihi immediatè imputetur in genere moris. num. 1. *non de caſu mortis, quam ex mea iniuſta omiſſione operantur agentia libera, in quo ſecundo caſu non excluditur immunitas.* num. 2.

Poteſt cum omiſſione actionis debita ex iuſtitia coniungi præuiſio mortis ex illa omiſſione per agentia naturalia operandæ, ſed ſine formali affectu meo, vt ea mors ſequatur. n. 3.

In quo caſu mors eadem eſt mihi quidem voluntaria imputabiliter, perinde ac ſi directè vellem, ſed denominatur voluntaria ſolù n indirectè. n. 4.

Quidquid ſit de illa quæſtione, an ad hoc, vt effectus ſequens ex omiſſione denominetur voluntatius, *requiratur debitum morale deſcendens ex præcepto impediendi talem effectum, an verò ſufficiat debitum phyſicum.* n. 5.

Statuitur exemplum iſtius voluntarij indirecti *ſequentis ex omiſſione actus debiti ex iuſtitia, in obligato ad gubernandam nauim, & præuidente naufragium, niſi gubernet, & tamen ex ſupina negligentia ſinente nauim ad cautes illidi, ſine intentione tamen interitus vectorum, qui eſt* proditorius: *in quo caſu ille interitus eſt* voluntarius inditectè *ipſi nauclero, ac proinde ex ſolo hoc capite, quamuis aliud non adeſſet, eſt inefficax ad excludendam immunitatem.* num. 6.

Poteſt cum dicta omiſſione, de qua num. 3. *coniungi, vltra præuiſionem mortis, etiam affectus meus ad ipſam mortem, qui immo directè impellat ad omittendam gubernationem nauis, vt inimicus meus natandi ignarus intereat: in quo caſu hic interitus eſt mihi* directè voluntarius. n. 7.

In proximè explicato caſu, qui eſt caſus propoſitus in hoc §. non excluditur beneficium immunitatis. n. 8.

Quia interitus ille non reducitur in me omittentem, tanquam in cauſam phyſicam, ſed ſolùm negatiuam. n. 9. *ac proinde ſolùm moralem, concurrente præcepto ponendi actionem impeditiuam ſubmerſionis, tanquam conditione, ſeu cauſa, ob quam euentus iam dicitur* moraliter *pertinere ad voluntatem.* num. 10. *cum, ſi non adſit obligatio, & præceptum, nihil aliud ſit, quod annectat* moraliter *ſubmerſionem cum omiſſione, cum qua per aliquem influxum phyſicum non connectitur: illis autem interuenientibus, effectus poſitiuus fiat* moraliter *dependens ab omiſſione, & cum illa connectatur.* n. 11.

Non impediens, cum poſſit, & debeat, eſt moralis cauſa homicidij, & tranſit moraliter in commiſſionem homicidij, ideſt quo ad æſtimationem prudentum, quæ eſt principium imputationis, concurrente ratione moralis, & liberi, *tanquam fundamento adæquato imputabilitatis.* num. 12.

Quod obligatio defendendi proximum naſcatur ex iuſtitia, facit quidem defenſionis omiſſionem iniuſtam, & iniurioſam, non tamen vt ſit cauſa aliter, quàm negatiua. n. 13.

Verbum occidendi, *quo vtuntur* cap. 1. de homic. *& Gregoriana, ſignificat factum ideſt* occiſionem *per actionem poſitiuam, & phyſicam, non per negatiuam, & moralem, quæ dicitur quidem factum, ſed cum addito* morale, imputatione, interpretatione, *quod factum in re odioſa, ſicut eſt immunitatis excluſio, non ſufficit ad denominationem* occiſionis. n. 14.

In odioſis explicandis debemus vti non impropriis, & amplioribus interpretationibus ſed propriis, & ſtr ☐ iis. ibid.

Sicut ad polluendam ex parte homicidij Eccleſiam, non ſufficit omiſſio defenſionis etiam debita ex iuſtitia, ob odioſitatem materiæ, & modum loquendi canonum. num. 15. *neque ad incurrendam irregularitatem, etiamſi cum ea indefenſione coniungatur complacentia in ea iniu-*

 ria,

ria, immo & fortaſſis ex ea intentione procedat indefenſio. n. 16. *ita & de indefenſione dicendum eſt, quòd non ſufficiat ad excludendam immunitatem.* numer.17.

Quando reſeruatur abſolutio ab homicidio, non intelligitur de eo, quod fit per omiſſionem, ſed ſolùm de eo, quod eſt verum, & fit per ſeparationem animæ à corpore violenter: ergo & idem dicendum, ob paritatem rationis, quæ eſt odioſitas materiæ, de homicidio ad excludendam immunitatem. n. 18.

Potuiſſet Eccleſia huic omiſſioni ſtatuere iacturam immunitatis, cum ſit certum principium, quòd per legem humanam poteſt imponi excommunicatio, & aliæ iuris pœnæ ob omiſſionem actus debiti. n. 19.

Immunitatis capax eſt medicus, qui per iniuſtam omiſſionem curationis eſt cauſa, vt æger aliter impotens ad ſe tuendum à morte moriatur. n. 20. *quæ omiſſio ſi occurrat in Eccleſia, eam non polluit.* numer. 21.

Statuitur regula pro hac materia aſſignato diſcrimine inter non defendere *proximum aliàs impotentem, ſeu* non impedire *eius mortem, quod eſt pura negatio, & inter* ponere obicem *eius ſaluti, & impedire, ne à periculo ſe defendat, quod eſt poſitiua actio coniuncta cum omiſſione defenſionis, & impeditionis periculi: in primo caſu non amittitur immunitas: ſecus in ſecundo, in quo etiam incurritur irregularitas.* numer. 22.

Quamuis omiſſio, & commiſſio non differant ſpecie, quoties obiectum omiſſionis, & commiſſionis eſt idem. n. 23.

Ad effectus tamen iuris, multum intereſt, an actus ſit commiſſio, an verò omiſſio, cum id, quod iura decernunt in odioſis pro commiſſione, locum non habeat pro omiſſione. num. 24.

Delictum eſt grauius faciendo, quàm omittendo. ibidem.

LOQVOR de omiſſione actionis debitæ ex iuſtitia, & procedit difficultas de caſu mortis, quam ex mea iniuſta omiſſione operantur agentia naturalia in impotentem ad ſe tuendum, & quæ mihi immediatè imputatur in genere moris; 1

Nam de caſu mortis, quam ex mea iniuſta omiſſione operantur agentia libera, v.g. latrones inſidiosè occidentes ex eo quòd ego Princeps non impedio huiuſmodi latrocinia inſidioſa, ſicuti tenerer ex officio, & omittendo curare, vt capiantur, vel expellantur, grauiter pecco. Chapeauille *de caſib. reſeru. pag. mihi* 167. §. *Tertio.* certum apparet ex ſupradictis, quòd hic caſus, in quo occiſiones illæ liberæ ab aliis agentibus immediatè factæ ſunt, & ipſis tanquam cauſis *phyſico-moralibus*, mihi autem tanquam cauſæ ſolùm morali imputantur, Petrus Binsfeldius *in Enchiridio Theologiæ paſtoralis parte* 3. *cap.* 12. *pag. mihi* 306. *in edit. Tullenſi* §. *ſeptimus, qui tenentur*, non excludit immunitatem. 2

Dupliciter autem accidere poteſt, vt per alicuius actus mihi poſſibilis, & à me ex iuſtitia debiti omiſſionem ſequatur ex vi agentium naturalium mors tertij impotentis ad ſe defendendum, 3

Primò ita, vt ſolùm præuideam, eſſe ſecuturam mortem ex illa omiſſione, & me poſſe, & debere ex iuſtitia impedire eamdem mortem, ſed non habeam expreſſam, & formalem intentionem, & affectum, vt mors illa eueniat, ſed omiſſionem ipſam velim ex alio quopiam motiuo, v.g. ex tædio, ex timore humano, ex auaritia, aut aliis ſimilibus affectibus.

In quo caſu mors eadem mihi eſt quidem voluntaria imputabiliter, quatenus ſecundum æſtimationem moralem cenſeor illam mortem velle eo ipſo, quòd poſſum, & debeo impedire, 4

&

Digitized by Google

& hoc totum cognoſco, & tamen ſine vlla iuſta cauſa non impedio;

Sic enim me habeo, ac ſi directè vellem, vt explicat Leſſius *in prælectionibus poſthumis q.6. de voluntario, art.3. dub.2. num.26.pag.42.col.2.*

Sed denominatur voluntaria ſolùm indirectè, iuxta doctrinam traditam à Gabr.Vaſquez 1.2. *q.6.art.3. diſp.24. ſed per typi errorem in meo libro 26. cap.3.n.7.* & à Franc.Suarez *tomo 5.de cenſur.diſp. 45.ſect.4.n.9.*

5 Quidquid ſit de illa quæſtione, an ad hoc, vt effectus ſequens ex omiſſione denominetur *voluntarius*, requiratur ſemper, vt adſit debitum morale deſcendens ex præcepto impediendi talem effectum, id quod volunt Vaſquez *cit.cap.3.& 4. diſp.24. Leſſ.cit.dub.2.n.25.* Ouied. *in 1. 2. tract.2. controuer. 1. puncto 5.num.65.concluſ. 4.& alij apud ipſum num.57.*

An verò ſufficiat debitum phyſicum, importans ſcilicet paſſiuam exigentiam phyſicam, aut neceſſitatem poſitiui concurſus ad impediendum id, quod dicitur procedere indirectè vt vult, & pluribus probat Nicolaus Baldell. *tom.1 .lib.1 .diſp.6. num.*10. & ſequitur Arriaga 1.2. *tomo 1. diſp. 8.ſect.4. num.39.*

6 Statuo autem exemplum iſtius voluntarij indirecti ſequentis ex omiſſione actus debiti ex iuſtitia, in hoc,

Videlicet ſi teneat ex pacto gubernare nauim, & præuideam naufragium, & interitum vectorum, niſi munere meo fungar, quo benè fungi poſſum, & tamen ex ſupina negligentia, vel vt ludam, aut dormiam, ſinam nauim abripi à fluctibus, & in cautes illidi, ſine intentione tamen, vt iidem vectores pereant, interitus ſubſecutus, qui vtique eſt proditorius, cum ſit hominum impotentium ad ſe defedendum ab impetu maris, aut fluuij, imputatur mihi, quippe volitus in iniuſta gubernationis omiſſione, tanquam in cauſa. Leſſ. *de iuſt. lib.2. cap 9. numer.* 108. Ouied. *cit.num.65.* ac proinde voluntarius indirectè, perinde ac ſi iniuſtè dediſſem poſitiuam aliquam cauſam illius interitus, ſine expreſſa voluntate occidendi.

Sed cum dixerim, & probauerim, requiri ad immunitatis amiſſionem ex titulo proditorij, voluntarium directum, patet, interitum impotentium ad ſe defendendum ſecutum ex iniuſta omiſſione, ita vt ſit indirectè voluntarius, eſſe inefficacem ex hoc capite, etiamſi nil aliud adeſſet, ad excluſionem immunitatis.

Secundò ita vt non ſolùm præuideam interitum ſecuturum ex illa iniuſta omiſſione, v. g. ex omiſſione debitæ ex iuſtitia gubernationis nauigij, ſed omittam ex directa voluntate ipſius interitus, quia ſcilicet volo, vt intereat inimicus meus natandi ignarus, & omni alio perfugio carens. 7

In quo caſu ipſe iniuſtus interitus, & quidem proditorius, cum ſit hominis impotentis ad ſe tuendum, eſt mihi directè voluntarius, cum adſit voluntatis tendentia tum in iniuſtam omiſſionem, tanquam in cauſam, tum in interitum, tanquam in effectum ex illa ſecuturum. Suarez *cit. tomo 5.de cenſur.diſp. 45.ſect.4.n.9.*

Eſt autem hic caſus meus, circa quem dico hanc iniuſtam omiſſionem, ex qua præuideam ſecuturum interitum proximi, quantumcunque proditorium, & quantumcunque in ſe velim ipſum interitum, qui proinde ſit directè, expreſſe, & omni pleniori modo voluntarius, non ſufficere ad excluſionem immunitatis. 8

Ducor, quia euentus ex iniuſta omiſſione ſecutus, v.g. ſubmerſio nauigij, & vectorum interitus, non reducitur in me omittentem tanquam in cauſam phyſicam, cum nolens ſuccurrere naui, non fuerim cauſa phyſica influens, vt ſubmergeretur nauis, deriuando efficacitatem 9

Digitized by Google

ficacitatem meam in talem effectum, ſeu, vt paucis verbis optimè more ſuo explicat Leſſ. *cit. in prælect. poſthum. dub.* 2.*num*.25. & Ouied. *ſupra puncto* 5. *n*.69. omittendo, non potuerim effectum poſitiuum realiter cauſare,

Sed reducitur tanquam in cauſam negatiuam, cum non appoſuerim impedimentum ſubmerſioni, quod ponere poteram, & ex iuſtitiæ præcepto debebam, & me poſſe, & debere, reflexè agnoſcebam, quæ proinde cauſa negatiua, aut merum non ens, non egit, & ideo illius non actionis nullus poteſt eſſe effectus. Leander *qq.moral parte* 5.*tract*.2. *diſput*. 10.*q*.78. *ad finem*.

10 Vnde illa ſubmerſio in me ſic indebitè omittentem reducitur, tanquam cauſam ſolum moralem moraliter influentem, ideſt ſecundùm imputabilitatem (hoc enim eſt moraliter influere) ob liberè violatum debitum ponendi actionem impeditiuam ſubmerſionis, vt colligitur ex Gabr. Vaſquez *cit. cap*.3. *num*.13. *diſp*.24. concurrente præcepto, tanquam conditione, ſeu cauſa, ob quam euentus iam dicitur moraliter ad voluntatem omittentis pertinere. Vaſquez *cit. diſp*.24. *cap*.4. *ad* 3.

11 Nam obligatione, & præcepto non interueniente, nihil eſt, quod annectat moraliter ſubmerſionem cum omiſſione, cum qua per aliquem phyſicum influxum non connectitur. Ouied *cit.puncto* 5 *n* 69.

Illis autem interuenientibus, effectus poſitiuus fit moraliter dependens ab omiſſione, & cum illa connectitur. Ouied. *n*.70. iuxta doctrinam S. Thomæ 1.2.*q* 6. *art*.3.*in corp*. in hæc verba: *ſed ſciendum, quod, non ſemper id, quod ſequitur ad defectum actionis, reducitur ſicut in cauſam, in agens ex eo, quod non agit, ſed ſolum tunc, cum poteſt & debet agere*. Ita S. Doctor.

12 Quare meritò Suarez *cit. diſp*. 45. *ſect*. 4.*num*.5. & 9. Gibalin. *de irregular. cap*. 4.*quæſt*.1. *num*.34. *pag*.141. Leander *qq.moral.parte* 5.*tract*.2. *diſp*.10. *quæſt* 88. §. *Probatur primo* & alij communiter, non impedientem, cùm poſſit, & debeat impedire, dicunt eſſe moralem cauſam homicidij, & tranſire moraliter (non phyſicè) in commiſſionem homicidij, videlicet quo ad æſtimationem prudentem, quæ eſt principium imputationis, concurrente ratione *moralis*, & *liberi*, tanquam fundamento adæquato imputabilitatis. Ouied. *numer*.68.

13 Et rurſum Gibalin. *cit. quæſt*.1.*n*.41. *pag*.146. dicit, quod obligatio defendendi proximum naſcatur ex iuſtitia, facere quidem eius omiſſionem iniuſtam, & iniurioſam, non tamen vt ſit cauſa aliter, quàm negatiua.

14 Sed verbum *occidendi*, quo vtuntur *cap*.1. *de homic*. & Gregoriana, vt excludant participationem immunitatis Eccleſiarum, ſignificat in toto rigore factum, ideſt *occiſionem* per actionem poſitiuam, & phyſicam, non per negatiuam, & moralem duntaxat, quæ dicitur quidem *factum*, ſed cum addito *morale*, *imputatione*, & *interpretatione quadam*, non ſecundum proprietatem, quod Theologi dicunt reduci ad *dictum*, vel *factum*, vel *concupitum*, &c.

Hoc autem *factum cum addito* in re odioſa, ſicuti eſt excluſio immunitatis, non ſufficit ad participandam denominationem *occiſionis*;

Quia in huiuſmodi odioſis explicandis debemus vti non impropriis, & amplioribus interpretationibus; ſed propriis, & ſtrictis.

Confirmo à ſimili;

15 Si enim ad polluendam ex capite homicidij Eccleſiam, non ſufficit omiſſio defenſionis etiam debitæ ex iuſtitia, ob pactum, vel officium, vt optimè concludit D. Paſſerin. *cit. tract. de pollut. Eccleſiar. diſp*.5.*cap*.17.*num*.4. & 5. propter odioſitatem materiæ, & modum loquendi canonum:

Itemque

Digitized by Google

16 Itemque ſi ad incurrendam irregularitatem ex delicto homicidij, non ſufficit omiſſio iniuſta defenſionis, ex qua omiſſione ſequitur homicidium. Ioannes Præpoſitus, Gaſpar Hurtadus, Turrianus, & alij, quos citat, & ſequitur Gibalin. *de irregular. cap.4. quæſt. 1. num.35. pag. 142. col.2.* meritò laudatus à cit. Paſſerin. *cap. 17. n.4.* Leander *qq. moral. parte 5.tract.2.diſp.10.quæſt.* 88. vbi latè hoc probat:

Quod extendo, etiamſi cum ea indefenſione proximi ſit coniuncta complacentia in ea iniuria immo & fortaſſis ex ea intētione procedat illa omiſſio defenſionis Gibalin. *pag.143.col.2.n.36.*

17 Quia canones in re odioſa, ſicuti eſt irregularitas, quippe quæ elidit ius, quod homo baptizatus habet ad recipiendos ordines, intelligendi veniunt de *homicidio* in ſtrictiſſimo ſenſu, qui verificatur ſolùm in homicidio cauſato per iniuſtam actionem poſitiuam, quæ multò atrocior eſt, quàm mera non propulſatio iniuriæ, vt optimè ponderat Tiraquellus laudatus à Gibalin. *cit.pag.143.col.1.n.36.*

Ita & dicendum de homicidio ad excludendam immunitatem, quæ excluſio elidit ius honorificum, quod templa habent ad tutandos à foro laicali reos confugas, & ius, quod habent ipſi confugæ de recipiendo hoc tutamento.

18 Confirmatur rurſus ex eo, quòd quando reſeruatur abſolutio ab homicidio, non intelligitur de illo, quod fit per omiſſionem, ſed ſolùm de illo, quod eſt verum, & fit in proximum per ſeparationem animæ à corpore violenter. Graff. *caſib. reſeru. lib.1. cap.14. n.1.* Ioſeph de Ianuar. *de caſibus reſeruat. reſol.64 n.35.*

Ergo & idem dicendum, ob paritatem rationis, quæ eſt materiæ odioſitas, de homicidio ad excludendam immunitatem.

Demum confirmantur hæc ex traditis per Bellettum *diſquiſit. Clerical. § 4. de fauore Clericor. reali. num.47. pag. mihi 264.* vbi quòd non amittit immunitatem ille, qui ſubditus ſciens machinationem contra Principem, non reuelaret; quia hoc crimen eſſet *omiſſionis, non commiſſionis, prout videtur requirere Conſtit. Gregorij*; quæ doctrina venit optimè ad caſum noſtrum applicanda.

19 Potuiſſet tamen Eccleſia huic omiſſioni ſtatuere iacturam immunitatis, cum ſit certum principium, quod per legem humanam poteſt imponi excommunicatio, & aliæ iuris pœnæ propter omiſſionem actus debiti, vt firmat Petrus Sutor Theolog. Cartuſianus *in libello de poteſtate Eccleſiæ in occultis. cap.3. fol.18.* ex Petro de Palude *in 4. ſententiar. diſput.13. quæſt.3. concluſ.8.* vbi ait, quòd qui in poteſtate exiſtens, omittit facere, quod debet, licèt nihil exteriùs agat, pœnam tamen iuris incurrit, quia ad idem iudicium pertinet habitus, & priuatio.

Corollarium ex modo dictis.

20 Ex his infero, non eſſe ab immunitate excludendum medicum, qui contra debitum iuſtitiale, ob acceptum ſalarium, influit merè negatiuè per omiſſionem legitimæ curationis, in mortem ægroti, ſine illa curatione impotentis ad ſe tuendum à morte, etiamſi directè eam mortem intendat:

21 Sicuti per eamdem mortem in Eccleſia merè negatiuè cauſatam contra iuſtitiā à medico, non polluitur Eccleſia. D. Paſſerin. *tract. de pollut. Eccleſ. diſp.5. cap.23. num.4.* neque incurritur irregularitas. Leander. *qq. moral. parte 5. tract. 2. diſp.10. quæſt.92.*

Sed quia non poſſum recenſere caſus omnes in hac materia,

Regula pro hac materia.

22 Obſeruo, & ſtatuo tanquam regulam, quòd differunt inter ſe *non defen-*

dere proximum aliàs impotentem, ſeu non impedire eius mortem, quod eſt pura negatio, *& ponere obicem eius ſaluti*, atque impedire, ne à periculo ſe defendat, quod eſt poſitiua actio coniuncta cum omiſſione defenſionis, & impeditionis periculi,

Si enim merè non defendam, etiamſi tenerer ex iuſtitia, & ex hac non defenſione homo imporens aliàs ad ſe defendendum moriatur, non amitto immunitarem, vt dixi:

Si autem per me ipſum ſtaruatur obex vel auferendo rem hominis, quam ſi non auferrem, ille ſe defenderet à morte impendenre ab agenribus naturalibus, & neceſſariis; v.g. funem ſuum, aut ſcapham ſuam, dum ille in gurgite periclitatur,

Vel faciendo aliquid, quod eſt iniuſta cauſa, vt ille non poſſit ſe defendere à morre imminenre ab agentibus prædictis, vel poſitiuè prohibendo, ne aliquid ipſe agat, vel re aliqua vtatur, vnde collocaret in tuto viram, & capitis diſcrimen euaderet contra vim agentium præditorum, quem obicem appellat doloſam ſubtractionem Gibalinus *de irregular. cap.4. quæſt.1 n.39. pagi..44.col.2.*

Iam ſi hic homo ex vi huius poſitiui obicis, ſeu doloſæ ſubtractionis moriatur impotens ad ſe ruendum, ego exinde excludor ab immunitate ranquam *proditorius homicida*, influens ranquam vnica principalis cauſa phyſico-moralis, vt patet ex dictis.

Er fio irregularis. Leander *qq. moral. parte 5.tract.2. diſp.10. quæſt. 96.* vbi ex Maiolo *lib 5. cap. 48. §.5. num. 3.* ſic: *Et in caſu contingenti cum quidam ab impetu fluminis mergeretur, manuque apprehendiſſet arboris ramum, vnde ſaluari potuiſſet, alius quidam eius æmulus ramum abſcidit, ne illo auxilio ſaluaretur, & ita ille extinctus ab aquis fuit: certè qui ramum abſcidit, homicida fuit, & irregularis: & ita ego rogatus reſpondi.* Ita Maiolus, & Sayrus *lib.7. Theſauri. cap.4. num.8.* & Gibalin. *de irregular. pag.153.col.1.*

23 Ex his infer, quòd quamuis omiſſio, & commiſſio non differant ſpecie, quoties obiectum commiſſionis, & omiſſionis eſt idem, ſumendo ſpeciem largè, quam negatio, vel priuatio habere poteſt. Ioſeph de Ianuar. *reſol. moral. parte 1. reſol.21. num.1.*

24 Interdum tamen in ordine ad effectus iuris, multum intereſt, an actus ſit *commiſſio*, an verò *omiſſio*; quod enim iura decernunt in odioſis pro commiſſione, id locum non haber pro omiſſione, vt ex prædictis paret.

Certè delictum eſt grauius faciendo, quam omittendo. Moron. *de fide, treuga, & pace. parte 2. q.11. num. 19. & q.14.n.12.* Cagnol. *in l. contractus ff. de regulis iuris. num.51.* & omittere non eſt propriè maleficium; quia malefacere non eſt, niſi inrerpretariuè. Blancus *in pract.crimin.fol.47.n.47.*

Præmiſſis autem tam multis, tamque diuerſis de nece proditoria, quæ multum luminis pro intelligentia obſcuriſſimæ difficulratis præbuerunt, deſcendo nunc ad deſcribendum proditorium, quod ſine prædicto lumine deſcribi ab initio non potuiſſet.

---

§. XXV.

Corollarium ſeptimum.

Homicidium proditorium quid?

SVMMARIVM.

Homicidij proditorij *deſcriptio eſt, vt ſit iniuſta, & præmeditata, ſeu appenſata, & ex propoſito, induſtriaque procecedens occiſio hominis in aggreſſione ipſa affectatè inuenti impotentis ad ſe hic, & nunc tuendum ab aggreſſore.* num.1.

Explicantur ſingulæ partes deſcriptionis à num.1. ad 8.

Homici

Homicidij *nomen ſonat crimen contra iuſtitiam commutatiuam.* n.3.

Si abſque crimine occidas, v.g. in tui defenſionem neceſſariam, à tergo, vel per alias inſidias exquiſitas, non es homicida, ſed tui defenſor. ibidem.

Aſſertur ex Petro Caballo deſcriptio homicidij proditorij: cædes hominis nihil tale ſuſpiciantis. num.9. *& impugnatur vſque* ad n.16.

Si Princeps ob publicam quietem, iubeat occidi quolibet modo flagitioſum, qui regionem infeſtet, & alias capi non poſſit, vt rite iudicetur, & condemnetur, ſi occiſio huius fiat ex inſidiis, non eſt proditoria. n.10. & 11. *& licitè à Principe committitur cuilibet, & in quemlibet, etiam Clericum viarum obſeſſorem, & graſſatorem, & in notoriè ſacerdotem publicum latronem, & à ſtatuto in bannitum, & licite executioni mandatur à quolibet.* n.12. *& poteſt fieri cum merito, ſi agatur ex zelo iuſtitiæ, etiamſi poſtea occidens alliciatur ad hoc pro conſequendo præmio, vel vt ipſe liberetur.* num.13.

Optimè *ſatisfeciſſet Caballus, ſi tradidiſſet* proditorij *deſcriptionem per ordinem ad impotentiam ſe tuendi ab aggreſſore, quæ eſt primum in re, & diuerſimodè fundari poteſt, ſed formaliter ſemper eſt eadem in ordine ad conſtituendum* proditorium. n.16.

Variæ definitiones proditorij homicidij *remiſſiuè.* n.17.

In dictis definitionibus, ſeu potius imperfectis deſcriptionibus, quæ interdum ſunt exempla proditionis, *continetur ſæpe verum non in ſenſu formali, ſed cauſali ſolùm: omittitur tamen ferè in omnibus aliquid ex requiſitis* ad proditorium. ibidem.

Arguendi ſunt Doctores, qui in tractatibus de proditoribus, *& in occaſione definiendi* quidditatem proditorij, *non reſponderunt in ſenſu* formali, *ſed* cauſali, *& alias ita imperfectè, vt adæquatus de re conceptus formari non poſſit, cuius imperfectionis affertur exemplum ex Cantera.* n.18.

INFERO ſeptimò, poſſe deſcribi homicidiũ proditorium, vt ſit, 1

Iniuſta, & præmeditata, ſeu appenſata, & ex propoſito, induſtriaque procedens occiſio hominis in aggraſſione ipſa affectate inuenti impotentis ad ſe hic, & nunc tuendum ab aggreſſore.

Ly: *iniuſta, & præmeditata, ſeu appenſata, & ex propoſito, induſtriaque procedens occiſio hominis:* ſtat loco generis, per quod homicidium proditorium conuenit cum homicidio habente qualitatem delibetati, & facti *à ſangue freddo.* 2

Reliqua verò contenta in dicta deſcriptione, ſtant loco differentiæ, per quam homicidium proditorium conſtituitur in ſua ſpecifica qualitate, & condiſtinguitur ab omni alio non ſic qualificato homicidio.

Dixi: *iniuſta*, nam *homicidij* nomen 3
ſonat crimen. Gambacurta *lib.5. cap.24. n.8.* & quidem contra iuſtitiam commutatiuam, cum ſit actio iniuſta, ac violenta, ex qua per ſe, ac re ipſa mors ſequatur. D. Paſſerin. *tract. de pollut. Eccleſiar. diſput. 5. cap.5. n.3.* & quando in iure abſolutè ponitur *homicidij* nomen, intelligitur illicita hominis cædes contra iuſtitiam. Paſſerin. *cit. diſp.5. cap.10. num.3.*

Vnde ſi abſque crimine occidas, verbi gratia in neceſſariam tui defenſionem, non es homicida, ſed tui ipſius defenſor. Gambacurta *loc. cit.* ac proinde nec proditor, etiamſi à tergo, vel per alias inſidias etiam exquiſitas id præſtes.

Quamquàm nomen *homicidij* etiam pro licita, & laudabili necatione reperitur acceptum, ſed raro Petrus Nauarra *de reſtit. lib.2. cap.3. n.3.*

Dixi: *præmeditata, &c.* vt condiſtin- 4

guam homicidium proditorium, quod eſt qualificatum, ab homicidio ſimplici, & puro, quod fit ſine præmeditatione, appenſamento, propoſito, induſtria, in caſu ſubito.

5 Dixi: *in aggreſſione ipſa*: vt excludam iniuſtam, & appenſatam occiſionem hominis, qui prius diffidatur, & quaſi conſtituitur in naturali potentia ſe tuendi, & ſubinde in conflictu fit impotens ad ſe tuendum ex arte confligentis cum ipſo, vel ex alio extrinſeco accidenti.

6 Dixi: *affectate inuenti* vt oſtendam, proditorem conſultare prius ſecum in quo articulo poſſit quis inueniri incautus, ſi compos ſit rationis, vel alias impotens ad ſe tuendum, & poſtmodum eumdem proditorem ex libera electione conſummare aggreſſionem in illo ipſo articulo, quod eſt formaliter aggredi ex inſidiis.

7 Dixi: *impotentis*: vt ponam ob oculos vltimum terminum, & quaſi formale obiectum, per habitudinem ad quod deſumitur vltima differentia conſtitutiua *proditorij*, quatenus prodirorium eſt;

Quantumcunque enim quis iniuſtè, & præmeditate, ex propoſito, atque ex induſtria occidatur, non intelligitur occidi proditoriè, niſi occiſio terminetur *ad impotentem ad ſe tuendum*;

Sicuti quantuncunque quis intelligatur eſſe ſubſtantia, corpus, viuens, animal, non intelligitur eſſe *homo*, niſi intelligatur eſſe *rationalis*.

8 Dixi: *hic, & nunc*: vt ſignificem ad proditorium requiri, & ſufficere præſentem in his circumſtantiis impotentiam paſſiuè aggreſſi ad ſe tuendum, ſiue alioqui futurus eſſet potens ad id extra articulum, & circumſtantias aggreſſionis, ſiue non; ab hoc enim præſcindit omnino proditio.

Impugnatur proditorij deſcriptio tradita per Petrum Caballum.

Ex quibus colligo, imperfectam nimis eſſe deſcriptionem *proditorij* traditam per Petrum Caballum *tract. de omni genere homicidij n.* 399. 9

Cædes hominis nihil tale ſuſpicantis. cap. 1. *de homic.*

Primò enim non explicat *iniuſtitiam* actionis, quod neceſſe erat.

Vnde ſequitur ex Caballi doctrina, quòd ſi Princeps ob publicam quierem iubeat occidi quolibet modo flagitioſum aliquem, qui regionem infeſtat, & alias capi non poteſt, vt ritè iudicetur, & condemnetur, 10

Occiſio hæc, ſi fiat ex inſidiis, erit homicidium proditorium; erit enim *cædes hominis nihil tale ſuſpicantis.*

Et tamen nemo dixerit hanc occiſionem habere conditiones *homicidij proditorij*, quod ſecundùm omnes eſt contra iuſtitiam, quia eſt contra ius fruendi vita, & defendendi vitam: 11

Contra quod ius nullo modo eſt hæc flagitioſi eodem iure priuati occiſio, quæ ſicut licite à Principe committitur cuilibet. Bannez *de iuſti. & iure, quæſt.* 64. *art.* 3. *concluſ.* 2. *pag.* 206. Leſſius *de iuſt. libro* 2. *cap.* 9. *num.* 6. Card. de Lugo *tomo* 1. *de iuſt. diſput.* 10. *n.* 82. 12

Et in quemlibet, etiam Clericum viarum obſeſſorem, & graſſatorem, in quo Clerici caſu Princeps, in quem Reſpublica tranſtulit ſuam poteſtatem ad propulſandam vim cuicũque membro ſuo factam, quæ poteſtas exercetur per Principis miniſtros, non agit ex iuriſditione in Clericum, ſeu vt eius ſuperior, ſed vt contra eius iniuriam defenſor. Franciſcus Suarez *in defenſ. fidei contra Regem Angliæ lib.* 4. *cap.* 34. *num.* 30. 31. *&* 32.

Et in notorie ſacerdotem publicum latronem, vt pluribus probat Vericell. *qq. moral.*

qq.moral.& legal.tract.8. quæſt.5. per totam,ſicut & à ſtatuto in bannitum.

Ita & licitè executioni mandatur à quolibet, vt optimè dixerunt Religioſi apud Nellum *tract. de bannitis. parte ſecunda ſecundi temporis quæſt.* 11. *de occidente bannitum ex vi ſtatuti. num.* 20.*fol. mihi* 77.*col.*3. qui allegatis duobus Doctoribus in contrarium, concludit, & benè,ſe relinquere DD.Theologis.

Atque hoc idem ſuſtinent plurimi, quos allegat Iuliuus Chartar. *deciſ. crimin.*1.*num.* 186.Graff.*conſil.lib.*5.*de homic. conſ.*7.*n.*16. Chapeauille *de caſib.reſeru. pag. mihi* 150.

13 Immo fieri poteſt hæc executio cum merito, ſi agatur ex zelo iuſtitiæ. Farinacc. *conſ.*65.*n.*67. vt impij de terra perdantur.Graff.*cit.n.*16.etiam ſi poſtea occidens alliciatur ad hoc, pro conſequendo præmio, vel vt ipſe liberetur. Graff.*n.*18.

14 Secundò non explicat Caballus, fieri actionem ex præmeditato,& propoſito,quod item neceſſe erat.

Vnde ſequitur ex Caballi doctrina, quòd ſi quis in ſubito caſu, atque ex impetu occidat à tergo hominem incautum,erit homicidium proditorium; quia erit *cædes hominis nihil tale ſuſpicantis.*

Et tamen nemo dixerit, hoc futurum proditorium, quamuis ego diſputandi gratia,dixerim,contrarium videri probabile *ſupra* §.11.

15 Tertiò non explicat primam radicem,ex qua pullulat deformitas proditoria, & eſt præſens impotentia ad ſe tuendum.

16 Quartò reſtringit cædem ad non ſuſpicantem,& tamen extendere debebat tum ad cognoſcentem ſe inuadi, ſed non ita opportunè,vt ſe poſſit tueri,tum ad cognoſcentem ſe inuadi,ſed non valentem hic, & nunc reſiſtere, tum ad incapacem ſuſpicandi, & cognoſcendi.

Quibus omnibus fuiſſet ſatisfactum, ſi tradita foret deſcriptio *proditorij* per ordinem ad *impotentiam præſentem ſe tuendi ab aggreſſore*, quæ eſt primum in re, & diuerſimodè fundari poteſt, ſed formaliter ſemper eſt eadem in ordine ad conſtituendum proditorium.

Variæ aliæ definitiones proditorij afferuntur, præſertim per Gigantem,& per alios,quorum formalia verba retuli *ſupra* §.17. 17

Sed omnes ſunt omnino defectibiles, vt colligi poteſt ex dictis, neque enim hic vacat,neque expedit ſingulas examinare.

Id ſolùm moneo in prædictis definitionibus, ſeu potius imperfectis deſcriptionibus, quæ ſæpe ſunt exempla proditionis, quibus vtuntur Doctores, ſicut exemplo vſus eſt Vlpianus ad deſcribendum *merum imperium*, vt ſentiunt antiqui Gloſſatores Vlpiani, Bartolus, & Cuiacius apud Fachineum *controuerſiar.iuris lib.*9.*cap.*94.*ſub initium.* contineri ſæpe verum, non tamen in ſenſu formali, ſed cauſali duntaxat, & omitti ferè in omnibus aliqua ex requiſitis ad proditorium ſecundùm moralem æſtimationem,v.g.appenſamentum, iniuſtitiam &c.

Moneo item, dignos eſſe reprehenſione Doctores, qui cum inſtituerint tractatus *de proditoribus*,cum eſſet locus reſpondendi quæſtioni familiari, *quid ſit proditorium*, non reſponderunt in ſenſu formali, per aſſignationem ſcilicet prædicatorum quidditatiuorum, ſed in ſenſu cauſali,aut aliàs ita imperfectè, vt adæquatus de re conceptus formari non poſſit. 18

Aſſigno exemplum huius imperfectionis ex Didaco à Cantera *qq. criminalium pag.*78.*col.*2.*ad initium*, vbi dicit, quòd proditio ſit, cum aliquis alterum *ſecurè* percutit.

Non explicat autem, in quo conſiſtat iſta *ſecuritas*, nec dicit quidquam de iniuſtitia actionis, nec de appenſamento,& propoſito,nec de limitatione

ſecuritatis ad articulum aggreſſionis, quæ omnia ad *proditorij* conceptum faciunt.

---

§. XXVI.

Corollarium octauum.

Omne homicidium proditorium eſſe eiuſdem ſpeciei atomæ.

SVMMARIVM.

Omne proditorium *homicidium, in ratione* proditorij, *eſt eiuſdem ſpeciei atomæ.* num. 1.

Quod proditorium *fiat ſub diuerſo inſidiarum modo, non tamen per id diuerſificatur ratio formalis* proditorij, *in ordine ad quam diuerſitas inſidiarum eſt plane materialis.* n. 2. & 4.

Formalis ratio ſuperſtitionis *in inuocatione Dæmonum non diuerſificatur per aſſumptionem rerum inter ſe materialiter diuerſarum in genere entis.* n. 3.

Non differt formaliter in genere moris diuinare per aquam, per ignem, per aſtra, per ſomnia, per ſortes. ibidem.

Inſidiæ interdum inuoluunt peculiarem malitiam, quæ adiungitur malitiæ proditorij. n. 5.

Si inſidieris per promiſſionem de non offendendo, & contra illam occidas, homicidium proditorium *habet coniunctam malitiam infidelitatis.* ibid.

Hæc malitia eſt extrinſeca, & accidentalis rationi proditorij vt ſic, *quo modo malitia inceſtus, adulterij, &c. eſt extrinſeca rationi luxuriæ naturalis vt ſic.* num. 6.

Si inſidieris per falſam ſignificationem amoris, & ſub illa occidas, occiſio proditoria *continet malitiam* mendacij, *ſi illa ſignificatio ſita ſit in verbis, vel* ſimulationis, *ſi in factis.* n. 7.

Hæc malitia eſt peccatum veniale per ſe, mortale autem ratione intentionis nocendi corporaliter. n. 8. *& eſt extrinſeca rationi* proditorij vt ſic. ibid.

Ex concurſu malitiarum infidelitatis, aut ſimulationis amicitiæ ad malitiam proditorij, *tanquam cauſarum inſtrumentalium, ingeritur oculo morali ſpecies horribilior deformitatis* n. 9.

Et qui contra fidem, vel per amicitiæ prætextum occidit, vel occidit aſſecuratum per apprehenſionem ſuæ connexitatis cum ſuo occiſore, vocatur cum quodam maiori ſtomacho proditor, *non ampliato conceptu quo ad malitiam* proditoriam *ſecundùm ſua prædicata quidditatiua ſumptam, ſed quo ad malitiam modi affidandi omnino extrinſecam rationi* proditorij. n. 10.

Occiſio proditoria per inſidias negatiuas *facta, ingerit ſolam ſpeciem* malitiæ proditoriæ, *non trahentis ſecum aliam malitiam, per vnionem ad quam reddatur horribilior in conceptu morali: non tamen ideo deficit hæc occiſio à plena, atque vniuoca ratione* proditorij. n. 11.

Proditorium *proprie non habet* ſpecies, *ſed* modos, *quibus hoc commune eſt; vt quis occidatur improuiſus, & incautus.* num. 12.

Inter modos proditionis *admittit Gambacurta aliqualem differentiam ſecundùm magis, & minus, quæ explicatur.* n. 13.

In illis tamen ſaluatur adæquata, plena, vniuoca, & indiuiſibilis ratio proditorij, *neque vnus in rigore poteſt dici magis, vel minus* proditorius, *niſi extrinſece à modo inſidiandi, & per habitudinem ad perſonam proditam, quomodo Iudas dicitur teterrimus omnium* proditorum. n. 14.

Contra oſculum Iudæ inuehitur Raynaudus, & quantum illud fuerit execrata priſca Eccleſia. n. 15.

Proditorium *homicidium, ſub quacunque forma inſidiarum fiat, excludit reum non ſolùm à participatione immunitatis, ſed etiam Regiorum indultuum, in quibus ſeruari debet proprietas verborum.* num. 16.

Conſilium

Conſilium auctoris non inutilè circa compendiariam propoſitionem ordinis, quo quis practicè progreditur ad proditorium. numer. 17.

1 INFERTVR demum, quòd omne proditorium homicidium, in ratione *proditorij*, eſt eiuſdem ſpeciei atomæ, cum participet eamdem rationem genericam, & vltimo differentialem, vltra quam nempe non eſt aſſignabilis vlla alia, quæ diuidat, & contrahat eſſe proditorium ad aliquid vlterius, præterquàm ad indiuidua.

2 Quòd enim proditorium fiat ſub diuerſo inſidiarum modo, non tamen per id diuertificatur ratio formalis *proditorij*, in ordine ad quam diuerſitas inſidiarum eſt planè materialis:

3 Sicut formalis ratio ſuperſtitionis in inuocatione Dæmonis non diuerſificatur per hoc, quòd ad eam aſſumantur res inter ſe materialiter diuerſæ in genere entis, ac proinde non differt formaliter in genere moris diuinare per aquam, per ignem, per aſtra per ſomnia, per ſortes, tametſi in genere entis detur differentia inter hæc. Caſtro Pal. *parte* 3. *de ſuperſtit. diſput.* 1. *puncto* 3. *n.* 9.

4 Non diuerſificatur inquam ratio formalis *proditorij*; quia ſemper eadem ratione homicida proditorius eatenus dicitur, quatenus impotentem vt ſic ad ſe hic, & nunc tuendum aggreditur, & occidit, quantumcunque diuerſificetur cauſa, origo, & modus impotentiæ, quæ proinde diuerſitas, cum materialis ſolùm ſit, non tangit vllo pacto formalitatem *proditorij*.

Coniungi interdum cum proditorio extraneas malitias.

5 Accidit autem aliquando, vt inſidiæ inuoluant aliquam peculiarem malitiam in genere moris, quæ adiungitur malitiæ *proditorij*;

Nam loquendo de inſidiis poſitiuis, ſi hoc, per quod perſona, prodita aſſecurata fuit poſitiuè, ſit promiſſio de non offendendo,

Iam homicidium proditoriè factum contra dictam perſonam, habet coniunctam malitiam *infidelitatis* contra datam, & ſpecialiter obligatam fidem.

Sed hæc malitia eodem modo eſt extrinſeca, & accidentalis rationi *proditorij vt ſic*, quo modo malitia inceſtus contra pietatem, adulterij contra iuſtitiam, ſacrilegij contra Religionem eſt extrinſeca rationi luxuriæ naturalis vt ſic, & ad eam ſe habet omnino per accidens, tametſi coniungatur cum vno, & eodem actu includente vnam ſpeciem luxuriæ infimam contra caſtitatem, vt optimè ex Caietano tradunt Gabriel Vaſquez 1. 2. *diſp.* 53. *cap.* 3. *n.* 20. Tanner. 1. 2. *diſp.* 2. *quæſt.* 5. *dub.* 5. *numer.* 104. 6

Si autem hoc, per quod perſona fuit aſſecurata, vt ſupra, ſit exterior falſa ſignificatio amoris non exiſtentis in corde proditorij homicidæ, quæ ſignificatio eſt inſtrumentum quoddam, & eſca læſionis, 7

Iam homicidium proditorium continet malitiam *mendacij*, ſi exterior illa ſignificatio conſiſtat in verbis, vel malitiam ſimulationis, ſi conſiſtat in factis, iuxta doctrinam S. Thomæ 2. 2. *quæſt. centeſima vndecima. art.* 1. *in corp.*

Et malitia hæc eſt peccatum veniale per ſe iuxta doctrinam Franciſci Suarez *tomo de legib. lib.* 3. *cap.* 25. *n.* 2. *verſ. & in lege.* Leſſij *tomo de iuſt. lib.* 2. *cap.* 47. *num.* 40. Molinæ *de iuſt. tract.* 2. *diſp.* 262. *n.* 9. 8

Mortale autem ratione intentionis nocendi corporaliter, iuxta eumdem S. Thom. *eadem* 2. 2. *quæſt.* 115. *art.* 2. *in corp. verſ. alio modo*, vbi dicit de, hoc haberi *prouerb.* 27. Meliora ſunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oſcula odientis.

Atque

Atque in hoc prod itorio facto ſub ſignis amoris agnouit hanc duplicem iniquitatem odij, & ſimulatio nis Gerſon citatus à Hieronymo Campanili *in diuerſario iuris canonici Rubr.11. cap.31. pag.644. col.2.* & ab Altenſtaiq. *in lexico Theologico in Verb. Prodere.*

Eſt autem hæc mendacij, & ſimulationis malitia extrinſeca rationi *proditorij* vt ſic, eodem modo, quo diximus de promiſſione de non lædendo.

9 Ex eo tamen, quòd hæ malitiæ *infidelitatis*, aut *ſimulationis amicitiæ* concurrunt ad malitiam *proditorij*, tanquam cauſæ inſtrumentales affidationis, & impotentiæ ad ſe tuendum, & in eodem actu proditorio connotantur, ingerunt morali oculo ſpeciem deformitatis horribiliorem, iuxta dictum Raynaudi in iamiam citando opuſculo. *cap.11. num.15. ad finem. pag. 568.* quòd per blandiloquium, & ficta amoris ſigna proditio eo ſemper viſa eſt atrocior, quo minus expectanda erat à tali perſona, & tali modo.

10 Vnde ille, qui contra fidem, vel per amicitiæ prætextum occidit, quod idem dico de occidente aſſecuratum per apprehenſionem connexitatis cum eodem occidente, qui ſibi eſt pater, filius, frater, maritus, ſeruus, ſocicus, &c. appellatur cum quodam maiori ſtomacho *proditor*, non ampliato quidem conceptu quo ad malitiam proditoriam ſecundum ſua quidditatiua prædicata acceptam, quæ conſiſtit indiuiſibiliter in indebita appẽſata oppreſſione, & quaſi exinanitione facultatis ad ſe hic, & nunc tuendum in perſona aggreſſa, vt iam toties decantauimus, ſed quo ad malitiam modi affidandi, quæ omnino extrinſeca, atque accidentaria eſt rationi *proditionis*, vt diximus.

11 Occiſio autem proditoria hominis ſub inſidiis negatiuis ingerit ſolam ſpeciem *malitiæ proditoriæ* non trahentis ſecum aliquam aliam extrinſecam malitiam, per vnionem ad quam reddatur ſenſibilior, & horribilior in conceptu morali.

Non tamen propterea deficit hæc occiſio à plena, atque vniuoca ratione *proditorij*, & concipitur, & enunciatur vt talis apud omnes, cum opprimat ſuo modo, & quaſi auferat omnem potentiam ad ſe hic, & nunc tuendum in homine paſſiuè aggreſſo.

Proditorij non dari ſpecies, ſed modos.

12 Vnde cautiſſimè Gambacurta *lib. 5. cap. 28 num.7. & cap.29. num.2.* ſpecies proditorij ſupra explicatos appellauit *modos*, ſicut & Ciarlin. *controuerſ. forenſ. parte 1. cap.12. numer.3.* Villagut *de extenſ. leg. fol.361. num. 52. & 53. col.4.* Didacus à Cantera *qq. criminal. cap.6. de homic. num.32. pag. 540. col.1.*

Quia re vera modi ſunt, non ſpecies, quibus commune eſt, vt quis occidatur improuiſus, & incautus.

13 Admittit autem Gambacurta inter hos modos aliqualem differentiam ſecundùm magis, & minus, cum aliqua ſint, quæ magis, aliqua, quæ minus incautam deprehendunt perſonam paſſiuè aggreſſam;

Minus enim incauta eſt perſona, ſi occidatur ex facie, quàm ſi à tergo, & ideo minus eſt proditorium à facie, quàm à tergo occidere.

Magis incautus occiditur quis veneno, quèm per ictum á tergo illatum, & ideo illa per venenum occiſio eſt magis proditoria quam hæc à tergo.

Magis incautus occiditur quis pet deceptionem fundatam in ſignis amicitiæ, & creſcit incautela, quantum creſcit ſignum amicitiæ, ac proinde deterior eſt proditio, quò ſignum eſt blandius, & magis affidatiuum, vt verbi gratia, ſi ſit oſculum, vt in proditione Iudæ. Ita Gambacurta *cit. cap.28. numer.7.*

At

Digitized by Google

14 At quia in omnibus iſtis modis, quantumuis in ordine ad incautelam aliquo modo diſpares videantur, ſaluatur, quòd occiditur incautus ſimpliciter, & mediante hac incautela, impotens ad ſe hic, & nunc defendendum.

Ideo ego dico, quòd in illis ſaluatur adæquata, plena, vniuoca, & indiuiſibilis ratio proditorij, neque vnus in rigore poteſt dici magis, vel minus proditorius, niſi extrinſecè à modo inſidiandi, & per habitudinem ad perſonam proditam, quo ſenſu Iudas meritò dicitur teterrimus omnium proditorum, cum Saluatorem mundi, & magiſtrum ſuum, ac benefactorem eximium prodiderit ſub pacis ſigno, ideſt oſculo.

15 Contra quod oſculum inuehitur eruditiſſimus, & doctiſſimus P. Theophilus Raynaudus in opuſculo inſcripto: *Optimæ vitæ finis peſſimus. cap.* 11. *n.8.pag.*545.

Qui *num.9.* notat priſcam Eccleſiam adeo fuiſſe execratam oſculum Iudæ, vt cum fideles, præſtituto ſacrificij tempore, & alibi quoque, ſalutare inuicem in oſculo ſancto conſueuiſſent, per illud tamen tempus, quo Domini paſſio recolebatur, oſculo abſtinerent, execrati feralitatem oſculi Iudæ, & allegat Hugonem Victorinum *lib.* 3. *de offic. cap.*18. & Bernonem Angrenſem *lib. de reb. ad miſſam ſpectantibus. cap.7.*

16 Ex proximè dictis infertur, quòd proditorium homicidium, quomodocunque contingat, ſiue ſub prætextu amicitiæ, ſub fide, ſub connexitate, ſiue per inſidias merè negatiuas, excludit hominem illius reum à participatione non ſolùm immunitatis, quæ poſtulat reſtrictionem exceptionis, ſed etiam regiorum indultuum.

Debet enim in his ſeruari proprietas verborum, vt notauit Anonymus apud Campanil. *pag.*656. *col.*1. §. *Vnum tamen,* quæ indiuiſibiliter eſt eadem in proditorio, qualecunque illud ſit, contra deducta per Farinacium, & alios à me reiectos. §. *16. n.* 17.

Et hæc ſunt, quæ mihi in longa, & diligenti ſpeculatione necis proditoriæ occurrerunt.

Me tamen non inutiliter acturum crediderim, ſi poſt tam multa, tamque diuerſa de proditorio à me fusè, vt rei natura ferebat, enunciata, redigendo totum quaſi in ſynopſim, propoſuero ſeriem, & ordinem, quo quis practicè progreditur ad ipſum proditorium. 17

Sic enim vno intuitu, quaſi in anatomico ſchemate, compactionem arcanam huiuſce monſtri Lector meus comprehendet.

---

§. XXVII.

Practicus proceſſus ad necem proditoriam, elicitus ex diſceptatis in hac diſputatione.

I.

Ex parte intellectus.

SVMMARIVM.

Deſcribitur practice appenſamentum, *quæ eſt cognitio finis, & primus actus ex quinque pertinentibus ad ordinem intentionis.* n. 1.

Deſcribitur propoſitum, *quæ eſt intentio finis, & ſecundus actus ex quinque prædictis.* n. 2.

Deſcribitur induſtria cum propoſito, & appenſamento coniuncta, *& procedens ex ipſo propoſito, & terminata ad inſidias, & compoſita ex duobus actibus intellectus, nempe conſilio de mediis, & iudicio de medio eligendo, qui ſunt tertius, & quartus actus ex quinque prædictis.* n. 3. & 4.

Deſcribitur inſidiæ ſecundùm ordinem intentionis, *& conſtituuntur vnitim per* induſtriam, *& per* electionem *harum, vel illarum inſidiarum executioni*

Rr

tioni mandandarum, quæ electio eſt vltimus actus in prædicto ordine intentionis. num.4.

Deſcribuntur inſidiæ ſecundùm ordinem executionis, *ad quas concurrunt imperium circa executionem mediorum in ordine intentionis ordinatorum, & vſus paſſiuus reddens applicatam operationi potentiam exequentem, quod imperium, & vſus paſſiuus ſunt primi duo actus pertinentes ad eum ordinem executionis.* n.5.

Et primò deſcribuntur inſidiæ negatiuæ, *terminatæ ad hominem præcisè indiffidatum.* ibid.

Deſcribuntur ſecundò inſidiæ poſitiuæ, *terminatæ ad hominem poſitiuè affidatum.* n.6.

Deſcribitur conſummatio proditionis *cum omnibus ſuis prædicatis, & conditionibus, & cum ſua formali, ſpecifica, & conſtitutiua ratione, in qua* proditione *interuenit adeptio finis, qui eſt tertius actus ex pertinentibus ad ordinem executionis, & ſubſequitur etiam nonnunquam quartus actus, & vltimus ex pertinentibus ad eum ordinem, gaudium ſcilicet de præſentia finis.* n 7.

1 EGo extra rixam, extra caſum ſubitum, extra calorem ſanguinis, extra nebulam paſſionis, in plena luce conſultricis potentiæ, meditor occiſionem tui, & moueor ad hanc meditationem vel ex odio tui, ob illatam à te mihi iniuriam, vel ſine odio tui, cum ſimus inuicem amici, aut ſaltem non inimici, immo etiam neuter antea alteri notus, ſed vel ex affectu placendi inimico tuo, aut lucrandi hæreditatem mihi debitam poſt obitum tuum, aut ex impulſu meræ malitiæ meæ, aut ex aliquo ſimili principio alliciente ad dictam occiſionem.

Ecce *præmeditatio*, ſeu *deliberatio*, ſeu *appenſamentum*, quæ propriiſſimè eſt cognitio finis, & primus actus ex illis quinque, qui pertinent ad ordinem intentionis.

II.

Ex parte voluntatis.

Elicio actum volitionis efficacis, ſeu propoſiti de hac tui occiſione, ac proinde de inueſtigatione mediorum idoneorum ad executionem dictæ occiſionis. 2

Ecce *propoſitum*, quod idem eſt, ac intentio finis, & ſecundus actus ex quinque prædictis.

III.

Denuo ex parte intellectus, & voluntatis.

Meditor quibus modis, in quo ſtatu tum meo, tum tuo, in quibus circumſtantiis loci, temporis, rerum tibi extrinſecarum, aut inrrinſecæ tuæ diſpoſitionis, aliarumque tuarum conditionum indiuidualium ego poſſim ſecurè aggredi te, ita vt in momento aggreſſionis deprehendare impotens ad te tuendum à me, id eſt ad te ſubtrahendum à malo, quod ego tibi molior contra perſonam tuam. 3

Ecce *induſtria* eum propoſito, & appenſamento coniuncta & procedens ex ipſo propoſito, & terminata ad inſidias in ordine executionis ſpectatas, tanquam ad ſuum principale obiectum.

Quæ induſtria includit duos actus intellectus, nempe *conſilium de mediis*, & *iudicium de medio* eligendo de facto, qui ſunt tertius, & quartus actus ex quinque prædictis attinentibus ad ordinem intentionis. 4

His porrò duobus actibus intellectiuis, additur quintus volitiuus, qui eſt vltimus in prædicto ordine, *electio* ſcilicet harum, vel illarum inſidiarum execu

executioni mandandarum, quæ *electio* vnitim cum *induſtria* conſtituit formaliter ordinationem aggreſſionis, in qua ordinatione,ſeu quod idem eſt, diſpoſitione conſiſtunt formaliter inſidiæ ſpectatæ ſecundum eumdem ordinem intentionis.

IV.

Inſidiæ ſecundum ordinem executionis.

5 Impero, ideſt volo executionem mediorum in ordine intentionis ordinatorum, ideſt conſultatorũ,iudicatorum, electorum, & reipſa per vſum paſſiuum reddendo applicatam operationi potentiam exequentem,

Pono me cum ſclopo in loco abdito, quà tu es tranſiturus,vel à tergo tibi, vt me non videas, induo larua os, vel muto veſtem, vel accipio nocturnum tempus ad aggrediendum, vt me non agnoſcas,vel inuado facie quidem ad faciem, ſed tam improuisò,tamque celeriter, vt declinare ictum non poſſis, vel adorior te cæcum, & ideo non videntem aggreſſionis motiones, aut amentem, aut dormiẽtem,aut ebrium, aut infantem, & ſic impotentem in præſenti ſtatu ad percipiendam aggreſſionem,aut non cogitantem de aggreſſione, ſiue quia non habes motiuum cogitandi, ſiue quia ignotas id motiuum,quod exiſtit, ſiue quia naturaliter diſtractus es, aut ſtolidus, ſiue quia credis impoſſibilẽ eſſe aggreſſionem ob adhibitas à te ad tui tutelam exquiſitas, diligentias, vel clanculum inficio tibi veneno epulas pro te domi tuæ paratas, à te ipſo, & ſine meo,aut mei complicis miniſterio ſumendas, vt non valeas intelligere medium, quo vtor ad necem tuam, vel aggredior te in iis circumſtantiis, vt quamuis agnoſcas aggreſſionem, tamen nec fugere, nec petere opem, nec reluctari queas, quæ omnia, vt dicebam, in ordine intentionis prius conſultata, iudicata, electa, tranſeunt poſtmodum in ordinem executionis, ad quem pertinent actus imperij, & vſus paſſiui.

Ecce *inſidiæ negatiuæ*, ad hominem præcisè indiffidatum terminatæ.

6 Promitto fictè, me nullam illaturum tibi moleſtiam, vt hinc affidarus de me, tibi non precaueas à ſtabilita in animo meo aggreſſione, vel promiſi quidem verè, ſed retractato interius propoſito de non lædendo te, & concepta reſolutione de inuadendo te permanentem in credulitate veræ promiſſionis, & in inde reſultante affidatione, diſſimulo tecum vſque ad opportunitatem ſecuræ aggreſſionis, vel exhibeo tibi ſimulacra aut verbi, aut facti, ad perſuadendum tibi, quòd te amo, & ad ingenerandam ſic in te erga me confidentiam, atque impræcautionem, vel exhibui quidem antea veri amoris ſigna,ſed mutato interiori affectu, & concepto propoſito de adoriendo te credentem adhuc,me tibi eſſe amicum, diſſimulatione contego prauum propoſitum vſque ad inuaſionis articulum, vel aggredior te,qui ob apprehenſam connexitatem inretcedentem inter nos, quia ſcilicet ſumus pater, & filius, vxor & maritus, famulus, & dominus, frater, &c. polliceris tibi à me omnimodam ſecuritatem,& inneceſſitatem præcauendi.

Ecce *inſidiæ poſitiuæ*, terminatæ ad hominem poſitiuè affidatum.

V.

Proditio conſummata.

7 Aggredior de facto contra iuſtitiam, cum appenſamento, cum propoſito, cum induſtria, cum inſidiis vel negatiuis, vel poſitiuis, vel ſaltem cum effectu illarum, te impotentem ad tui tutelam,ſiue impotentia ſit phyſica,& abſoluta, ſiue moralis, ideſt ſecundùm humanum modum,ſiue oria-

Digitized by Google

tur ex indiffidatione, ſiue ex indiffidabilitate ſecundum præſentem paſſiuè aggreſſi ſtatum, ſiue ex affidatione.

Ecce *proditio* cum omnibus ſuis prædicatis, & conditionibus, & cum ſua formali, ſpecifica, & conſtitutiua ratione, quæ eſt illa ipſa occiſionis iniuſtæ, appenſatæ, directè voluntariæ, induſtrioſæ, inſidioſæ *terminatio* ad hominem hic, & nunc impotentem ad ſe defendendum ab aggreſſore.

Atque in hac proditione interuenit adeptio finis, qui eſt tertius actus ex pertinentibus ad prædictum ordinem executionis, & nonnunquam etiam ſeſe adiungit gaudium de præſentia finis adepti, qui eſt vltimus actus ex pertinentibus ad prædictum ordinem ex citato Leſſio *in prælectionibus poſthumis in* 1. 2. *Sanctæ Thomæ, quæſt.*17. *de actibus humanis art.*9. *num.*30. *pag.*90. *&* 91.

---

§. XXVIII.

Circumſtantiam proditionis ſuperaddere malitiæ homicidij nouam ſpeciem malitiæ explicandam neceſſario in confeſſione ſacramentali.

Parergon.

SVMMARIVM.

Proponitur quæſtio, an circumſtantia proditionis *aggrauet homicidium intra eamdem ſpeciem malitiæ, an vero transferat idem ad nouam ſpeciem malitiæ, quæ explicari debeat in confeſſione.* n.1.

Modus loquendi indiſtinctus Doctorum circa qualitatem proditoriam. ibid. & n.2. & 3.

D. Petrus Franciſc. Paſſerinus magis accedit ad explicationem quæſtionis in ſuo tractatu de pollutione Eccleſiarum. num.4.

Eiuſdem D. Paſſerini egregia reſponſio per literas ad auctorem. n.5.

Reſponſio Azorij ad quæſtionem, & eius qualificatio. n.6.

Reſponſio Filiucij volentis per proditionem *vel addi homicidio nouam ſpeciem malitiæ, vel augeri in eadem ſpecie homicidium notabiliter, & vtrobique eſſe explicandam in confeſſione.* numer.7.

Impugnatur vltima pars doctrinæ Filliucij. n.8.

Circumſtantiæ aggrauantes intra eamdem ſpeciem non ſunt neceſſario confitendæ, ibidem.

Opinio contraria non eſt animabus magis expediens, cum ſit cauſa multorum ſcrupulorum, & quamuis admodum recepta ſit, tamen ferè nullus eſt, qui eam in praxi obſeruet exactè. ibidem.

Sententia auctoris aſſerens proditionem *ſuperaddere nouam ſpecie malitiam homicidio, quæ debeat neceſſario in ſacramentali confeſſione aperiri.* num.9.

Affertur primum fundamentum. nu.10. & ſequentibus.

Proponitur regula pro qualificandis humanis actionibus, ſita in hoc, quod in rebus moralibus de ſe obſcuriſſimis non poteſt melior regula aſſignari ad qualificandas humanarum actionum malitias quo ad ſpeciem, & gradum grauitatis intra eamdem ſpeciem, quàm conceptus communis de iiſdem malitiis, etiamſi ſæpe non poſſit afferri ratio illius conceptus, ſed ipſe quaſi reſoluatur in ſeipſum. n.10.

Qualis ſit conceptus communis de homicidio proditorio quatenus tali, *& quæ prædicata* homicidij non proditorij *propria deſtruat.* n.11.

Obiectum proditorij *etiam ab imperitis, apprehenditur vt quid diuerſum multo plus, quàm ſecundum magis comparatum ad minus, quod eſt concipi vt diuerſum quo ad ſpeciem, non quo ad ſolam latitudinem intenſiuam intra eamdem ſpeciem.* ibidem.

Non

Non obſtat huic ſpecificæ diuerſitati, quod malitia homicidij, *& malitia* proditionis *dicant oppoſitionem ad eamdem virtutem, nempe iuſtitiam commutatiuam, cum dentur multæ morales deformitates eidem virtuti contrariæ, & tamen ſpecie differentes inter ſe, vt periurium, ſacrilegium, ſuperſtitio &c. contra religionem.* n. 12.

Et quamuis ex ſola exceſſiua pœna, vel alia publicâ demonſtratione factâ per ſuperiores non poſſit regulariter argui ſpecifica diuerſitas delicti qualificati, comparati ad ſeipſum non qualificatum. n. 13.

Videmus enim homicidium ſimplex, & appenſatum, quamuis non differant ſpecie, puniri diuerſimode, illud extraordinariâ, hoc ordinariâ pœnâ. n. 14.

Et reſeruari paſſim inceſtum non ſolùm in primo, ſed etiam in ſecundo gradu lineæ collateralis, cum tamen certiſſime inceſtus in ſecundo non differat ſpecie ab inceſtu in tertio, & quarto. ibid.

Tamen ex multiplicitate, grauitate, & diuerſitate ſancitorum in homicidium proditorium, *videtur elici argumentum cognitæ à legiſlatoribus malitiæ in eo, non limitatæ ad gradum intenſiuum intra eamdem ſpeciem malitiæ homicidialis.* n. 15.

Affertur fundamentum ſecundum ſententiæ auctoris. n. 16. & ſequentibus.

Iniuria eſt voluntaria læſio iuris alicui competentis ad aliquid, *quod ius definitur* facultas moralis, quam quis habet ad vtendum re aliqua, vel ad eam obtinendam in iudicio, vel retinendam, vel aliquo alio modo ſibi competentem aduersùs quemcunque alium obſtantem, ſiue res ſit corporalis, ſiue incorporalis. n. 16.

Iniuria redditur talis in ſua ſpecie, quale in ſua eſt ius, quod violatur, ac proinde diuerſum ius diuerſam conſtituit iniuriam. n. 17.

Ipſum ius deſumit ſuam ſpeciem ab eo, ad quod eſt: id autem, ad quod eſt ius, differt ſpecie ab alio, ſi ſit referibile in diuerſum commodum hominis, & cum illo alio non ſit idem æquiualenter, quia pro illo alio commutari non poſſit. n. 18.

Hinc eſt, quòd vita, honor, fama, res familiaris *ſunt inter ſe formaliter diuerſa in ordine ad ſpecificandum ius ad illa: vnde iniuriæ in vitam, honorem, famam, pecuniam ſunt inter ſe formaliter diuerſæ.* num. 19.

Vita hominis, & membra, quamuis dominio Dei reſeruentur, ſunt tamen donum quoddam in ipſius hominis bonum à Deo conceſſum, vt fruatur vita. n. 20.

Homo conſtitutus eſt cuſtos, & adminiſtrator vitæ, ac membrorum, poteſtque non ſolùm locare vſum membrorum, ſed etiam tradere ſe in matrimonium, & exponere vitam periculis, ſi ratio id poſtulet. n. 21.

Sed habet etiam ius ſe defendendi. n. 22.

Homo poteſt ſe defendere non ex mera permiſſione contra impetum cauſæ liberæ aggredientis iniuſte, etſi hanc permiſſionem aſtruant aliqui, qui refelluntur, ibidem.

Hoc ius defendendi ſe eſt moralis facultas vtendi mediis conducibilibus ad arcendum id omne, quod officere poteſt permanſioni in coniunctione animæ, & corporis, *ac proinde nominatim fugiendi ab infeſto impetu cauſæ liberæ, etiamſi foret conculcanda ſeges aliena, immo obterendus infans, claudus, amens, ebrius, in via publica forte conſtituti.* n. 23. *vel etiam obluctandi vſque ad necem hominis, ſiue iniuſte is aggrediatur, etiamſi ſit Archiepiſcopus, Cardinalis, Papa, Imperator, pater, & paſſus aggreſſionem ſit ſacerdos celebrans, qui poteſt omittere ſacrum, occidere aggreſſorem, & redire ad ſacrum, & aggreſſor ſe protegat interpoſito innocente.* num. 24. *ſiue aggrediatur ſine culpa Theologica, vt ſi ſit inſanus, aut ebrius, & non ſit fugæ locus, aut puellus innocens admoueat facem pulueri tormentario in naui.* num. 25.

Homo ſecundùm ſubſtantiæ gradum ſibi

competentem, inclinatur in ſui conſeruationem. num. 26. *& nominatim infert licere ſibi vim vi repellere, & alia multa.* n. 27.

Ius vtilitatis, & neceſſitatis diſtinguuntur: illud liberam facultatem concedit: hoc iubet vſum facultatis conceſſa, ita vt non vti non liceat. Ius defendendi vitam eſt ius neceſſitatis. n. 28.

Ius ad fruendum vita, & ad defendendum vitam diſtinguuntur; quia potuiſſet Deus concedere primum, & negare ſecundùm in ordine ad repellendam vim agentium liberorum, iniuſtè aggredientium, ita vt non liceret illis reſiſtere. n. 29. *ſicuti damnato iuſtè ad mortem non licet ſe defendere per vim contra publicam poteſtatem, nec bannitis, contra quos à Principe poteſtatem habente exercitus fuit directus, vt eos, tanquam iuſtitiæ miniſter, occidat.* n. 30.

Poſſe vnum ſine altero eſſe, eſt euidens ſignum diſtinctionis, ideſt negationis vnius de altero. n. 31.

Ius fruendi vita, & defendendi vitam diſtinguuntur formaliter, & quo ad ſpeciem. n. 32.

Quia duo hæc iura ſunt ad duo referibilia in diuerſum hominis commodum, & quæ duo non ſunt vnum æquiualenter aliud, neque inuicem commutabilia. n. 33.

Fruitio enim vitæ refertur in hoc, quòd homo ſit capax omnium bonorum à viuente participabilium in humano conuictu, & extra. ibid.

Et per ordinem ad hanc capacitatem ius ad fruendum vita ſpecificatur, & diſtinguitur formaliter ab omni alio iure, cum virtute obſtatiua, ne quis, per ſe loquendo, poſſit licitè, & de iure turbare hanc fruitionem. n. 34.

At defenſio vitæ refertur in hoc, quòd homo habens ius dictæ fruitionis cum ſtabilitate, & ſecuritate de iure, acquirat inſuper ſtabilitatem, & ſecuritatem de facto. n. 35.

Defenſio, vltra effectiuam ſecuritatem, affert homini præcipuum decus, & æſtimabilitatem, dum nimirum ipſemet apparet vitæ ſuæ ſtrenuus patrocinator; etiam cum expedita poteſtate in vitam iniuſti aggreſſoris. ibid.

Hæc commoda ſunt ab omnibus aliis planè diuerſa in conceptu morali. ibid.

Per ordinem ad hæc commoda ius ad defendendam vitam ſpecificatur, & diſtinguitur formaliter ab omni alio iure, cum virtute obſtatiua non ſolùm, ne tu licitè poſſis mihi exercitium defenſionis alioqui poſſibilis impedire directè contra aggreſſionem iniuſtam, ſed etiam ne aggrediaris me affectate inuentum impotentem hic, & nunc ad me defendendum, vndecunque proueniat hæc præſens impotentia. n. 36.

Eſſe dominum rei externæ, & non poſſe cogi violenter ad illam vel relinquendam volenti auferre ſine legitimo titulo, vel etiam tradendam, ſpecie differunt. n. 37.

Ius hoc dominij circa rem externam, & ius ad non patiendam prædictam coactionem, operantur in furto, & rapina ſpecificam iniuriæ differentiam. n. 38.

Diuerſitati ſpecificæ inter ius ad fruendum vita, & ius ad tuendum vitam non obſtat, quòd hoc ſecundum eſt in gratiam primi: cuius dicti afferuntur & ratio, & exempla. n. 39.

Contractus hypothecæ, aſſecurationis, oppignerationis, & fideiuſſionis vocantur contractus ſubſidiarij. ibidem.

Explicatur ſecundum motiuum pro ſententia auctoris circa propoſitam quæſtionem. n. 40. vſque ad 45. *quod reſtringitur ad hoc, quòd* homicidium vt ſic, *opponitur iuri ad fruendum vita:* quatenus verò proditorium, *opponitur iuri ad tuendam vitam, quæ iura ſunt formaliter diuerſa, ac proinde conſtituunt duas formaliter diuerſas iniurias.*

Dominij Dei in vitam hominis non habetur ratio, quando occiſio hominis dicitur iniuſta, ſed ſolius iuris hominis occiſi. n. 41.

Quando obiectum, & circumſtantia opponuntur eidem virtuti, & eodem modo, circumſtantia adueniens non tribuit obiecto

obiecto nouam malitiæ ſpeciem, ſed ad primam malitiæ ſpeciem pertinet. numer.44.

Neceſſe eſt explicare iniuriæ ſpeciem in confeſſione. n.45.

Homicida proditor, *ſi occidit ex odio, debet explicare in confeſſione odium, quod ſpecie differt ab homicidio.* n.46.

Homicida proditor *debet explicare in confeſſione aſſumptionem medij mortaliter mali ad conſtituendas inſidias negatiuas; ſi eo vſus eſt, v. g. ſi ope Diaboli ſe introduxit in cubiculum obſeratum, ſi adſciuit armatos in ſocietatem, vt omnes ſimul vnicum, & inermen opprimerent.* n.47.

Non eſt neceſſe, vt proditor *in confeſſione dicat, ſe occidiſſe contra datam fidem per promiſſionem de non lædendo.* n.48.

Fidelitatis proprium eſt opere implere, & verificare id, quod promiſſum, conuentumque cum proximo eſt. ibidem.

Vt plurimum homines obligant ſe ex ſola fidelitate per promiſſiones. n.49.

Violatio harum promiſſionum ſine rationabili cauſa, eſt peccatum veniale. ibidem.

Homicidam proditorem *non intendiſſe obligare ſe, niſi ex fidelitate, per promiſſionem de non lædendo, vnde colligatur.* n.50.

Non tenetur Iudex, qui litiganti promiſit bonam iuſtitiam, explicare in confeſſione hanc circumſtantiam, ſi bonam iuſtitiam non miniſtrauit. n.51.

Datur ſimplex promiſſio, quæ obliget ex iuſtitia, & cuius tranſgreſſio inducat onus reſtituendi non ſolùm damna inde ſubſecuta, ſed etiam rem ipſam promiſſam. n.52.

Per promiſſionem ſimplicem factam circa rem aliàs debitam ex iuſtitia commutatiua, non confertur nouum aliquod ſpeciale ius promiſſario ad illam eamdem rem, quod ius, ſi promiſſio violetur, ſit inductiuum alterius nouæ malitiæ contra iuſtitiam, diſtinctæ à malitia ordinaria conſiderata per comparationem ad ordinariam legem iuſtitiæ. num.53.

Quando fiunt huiuſmodi promiſſiones de re aliàs debita, promiſſor non intendit, immo non poteſt promiſſario communicare ius ad ipſam rem, in quam ille alioqui ex lege naturali habet ius. numer.54.

Sed intendit vltra obligationem, quam habet ex naturali lege iuſtitiæ, inducere ſibi obligationem ex fidelitate. n.55.

Data, & non conceſſa communicatione noui iuris ad illæſionem ſui per promiſſionem de non lædendo aliquem, adhuc violator promiſſionis non tenetur explicare in confeſſione circumſtantiam promiſſionis. n.56.

Quia oppoſitio læſionis ad iuſtitiam per comparationem ad illud ius nouum per promiſſionem collatum, eſt eiuſdem rationis omnino cum oppoſitione ad iuſtitiam per comparationem ad ius ordinarium ex lege naturali deſcendens, & vtraque in eodem ſubiecto continuatur. 57.

Geminatio præceptorum non probat duplicem in eodem actu malitiam eſſe, ſed duplicem tantùm cauſam eiuſdem malitiæ numericæ. n.58.

Non eſt obligatio confitendi circumſtantiam plurium præceptorum de ſeruando vigiliæ, & quatuor temporum ieiunio. num.59.

In caſu concluſionis poſitæ num.56. *violatio promiſſionis non acciperet diuerſitatem formalem ex diuerſitate principij obligantis ad illæſionem.* n.60.

Quod prohibitio ſit iure naturali, aut diuino, aut humano, non inducit peccatum diuerſæ ſpeciei, ſed ſemper eſt eiuſdem, quando eſt idem motiuum. n.61.

Qui clericum occidit, peccat contra ius naturæ, canonicum, & ciuile, & tamen eſt vnum peccatum. n.62.

Qui furatur, peccat contra Decalogum, & contra plures leges humanas, & tamen furtum eſt in vna ſpecie tantum peccati contra iuſtitiam. n.63.

In

In ſententia quorumdam volentium, quòd qui contra datam de non lædendo fidem occidit aliquem, violet mortaliter duas virtutes, iuſtitiam *ſcilicet, &* fidelitatem, *hic occiſor tenetur vtrumque in confeſſione explicare.* n.64.

Quid cenſeat auctor in hoc caſu. n.65.

Proditor homicida *non tenetur explicare, ſe per mendacia aſſecuraſſe prodendum.* n.66.

Si inter propoſitum prodendi, & conſummationem proditionis *interceſſit moralis interruptio, fatendum eſt in confeſſione propoſitum.* n.67.

Secus vero, ſi propoſitum, & executio homicidij continuata ſunt. n.68.

Proditor homicida *tenetur dicere qualitatem* proditionis. n.69.

Qui occidit infantem in vtero, vel extra vterum, ſed ante baptiſmum, tenetur exprimere in confeſſione circumſtantiam carentiæ baptiſmi. num.70.

Infantis non baptizati occiſio inuoluit læſionem iuris ad vitam, ad defenſionem vitæ, & ad baptiſmum, eoque mediante, ad capacitatem gloriæ, num.71.

Hoc ius ad eam capacitatem eſt diuerſiſſimum ab omnibus aliis iuribus, & conſtituit iniuriam ſpecie omnino diſtinctam ab aliis iniuriis. n.72.

Si occidens infantem ſit mater, incurrit parricidium, quod exprimi debet in confeſſione, ſicut quando occidit quis patrem, matrem, fratrem ſororem. num.73.

Pontifex nihil definiuit de ratione formali necis proditoriæ, *ſed id Doctorum diſputationi reliquit.* n.74.

1 ABSOLVTA de proditorio tractatione in ordine ad immunitatem, qui fuit meus principalis finis, placet per vtilem digreſſionem, vel potius progreſſionem inueſtigare, in ordine ad praxim confeſſionum, an ratio *proditorij* addat malitiæ homicidij nouam malitiam ſpecie diſtinctam, quæ neceſſario debeat in foro pœnitentiæ explicari, an potius afferat ſolam circumſtantiam, quæ notabiliter aggrauet intra eamdem ſpeciem, atque ex multorum ſententia reticeri poſſit.

Neminem vidi ex Doctoribus, qui quæſtionem hanc valdè practicam diſcutiat.

Immo plerique illam ſolummodò tangunt ſub terminis ſatis obſcuris, & ad alteram partem non determinatis, vt Ciarlin. qui *parte 2. controuerſ. forenſ. cap.*151. *num.*17. dicit, quod qualitas proditoria facit caſum *grauem.* & Porrus *in faſciculo rer. criminal.* dicit, quòd occidens aliquem proditoriè, *grauius* delinquit, quàm ſine proditione. *pag.*111. & Marta *conſil.*186. *n.*16. quòd qualitas proditionis omne aliud delictum, cui commixta eſt, multò *grauius* facit, & Didacus à Cantera *qq. criminal. cap.*6. *de homic. num.*34. *pag.*541. Ioan. de Anania *in cap.*1. *de homic. num.*3. inquit, illud homicidium dici *grauius*, propter mixturam proditionis. & Martinus del Rio *diſquiſ. magic. lib.*5. *ſect.*16. *pag.*781. *in mea editione Moguntina*, dicit, quòd conatus proditorius *grauitatem* homicidij ſemper *aggrauat*, eſtque maior, ac doloſior proditio, quoties cauendi, aut prohibendi minor occaſio, vel poteſtas eſt. & Aloyſ. Catalan. *tract. crimin. amneſtiæ, abolitionis, & indultus. cap.*31. *num.*3. dicit, quòd *grauius* delinquit occidens aliquem proditoriè, quàm ſine proditione, ſicut & Coriolan. *de caſib. reſeru parte* 2. *cap.*10. *num.*5. Pellizzar. *in man. Regular. tomo* 2. *tract.*9. *cap.*4. *num.*208. Don Iuan Vela, & Acunna *de pœnis delictor. cap.*25. *§. Poſteriores.* & Marcabrun. ab Anguillis *conſ.*98. *numer.* 16. dicit, quòd proditionis qualitas *aggrauat* omne crimen. & Garon. *comment. in tit. de ſenator. no. conſt. ſtatus Mediol. lib.*1. *tit.*4. *art.*13. *num.*100. dicit, quòd proditionis qualitas *grauius* reddit delictum, & pœnam exaſperat, quòd confirmat Fontanell. *de pactis nuptialibus clauſ.*4. *gloſſ.*14. *n.*117. & 118. *pag.*368.

Sed

Sed non addunt dicti Doctores de qua *grauitate* intelligi velint, an ſcilicet de *grauitate* conſiſtente in diuerſitate ſpecifica, an de conſiſtente in ampliori gradu malitiæ intra eamdem ſpeciem, eo modo, quo dicitur, furtum vnum eſſe *grauius* altero, ob ſurreptam maiorem quantitatem.

2 Sic etiam Molina Theologus *tract. 3. de iuſt. diſp. 23. n. 1.* dicit, quòd homicidium *aggrauatur* ex circumſtantiis, de quibus agit in ipſa diſputatione, & ſunt, *fieri ex propoſito, ex inſidiis, aleuoſe, ac proditorie*: ſed non explicat modum illius aggrauationis. Et *num. 6.* appellat *ſordidum crimen proditionis*, & *n. 9. qualificatam*, *& peſſimam mortem proditorie illatam*: ſed non declarat, an titulus iſtarum ſordium, & qualificatæ prauitatis ſit ſpecialis deformitas.

Similia planè indiſtincta habent alij Doctores.

5 Conradus Brunus *tract. de ſeditioſis cap. 13. num. 11.* dicit, propter qualitatis proditionis adiectionem, crimen homicidij nec variari, nec multiplicari, & in proditione agnoſcit perfidiæ exercitium: quod vltimum dictum non video, quàm bene cohæreat cum eo, quòd per additam proditionem crimen non varietur, cum perfidia ſit formaliter diſtincta ab homicidij crimine, cui accidit, ac proinde illud variet.

4 D. Petrus Franciſcus Paſſerinus *in ſuo tract. de pollut. Eccleſiar. diſp. 5. cap. 24. n. 6.* magis accedit ad rem.

Nam poſtquàm dixit, qualitatem proditionis eſſe longè abominabiliorem, quàm ſit ſimplex homicidij reatus, videtur ſundare hanc maiorem abominabilitatem in deformitate diuerſæ ſpeciei à deformitate homicidij.

Parificat enim ibi optimè ad rem ſuam, homicidium cum qualitate proditionis, furtum cum qualitate ſacrilegij. Certum eſt autem, quòd qualitas ſacrilegij ſpecie differt à furto, cum hoc opponatur iuſtitiæ, illud religioni.

Videtur ergo hic Doctor cognoſcere diuerſitatem ſpecificam in proditione ſupra homicidium, id quod poſt hæc ſcripta conſultus à me per literas, aſſeruit per ſequentia verba, addens inſuper (quæ viri doctiſſimi eximia humanitas fuit) ſe paratum eſſe, quando aliquid otij ſeponere poſſet à publicis grauiſſimis muneribus, quibus fungitur, & Conſultoris Sereniſſimi DD. Ducis Parmæ, & primarij ordinarij veſpertini lectoris legum ciuilium in Parmenſi Academia, ad inſtituendam ſuper hoc perdifficili argumento exactam diſputationem.

Verba ipſius ſunt hæc, à quibus tamen, cenſore me conſcio exiguitatis meæ, expungenda eſſent duo, quibus me planè immerentem onerat potius, quam honorat in principio. 5

Reſponſio eruditiſſimi D. Doctoris Petri Franciſci Paſſerini.

Sapienter quæris, ingenioſiſſime, ac doctiſſime Vir, an homicidium proditorium, quatenus tale, addat malitiæ homicidij nouam malitiam ſpecie diſtinctam, an potius afferat ſolam circumſtantiam, quæ notabiliter aggrauet intra eamdem ſpeciem malitiæ homicidij, & breuiter reſpondeo, probabiliſſimum mihi eſſe, quòd addat nouam malitiam ſpecie diſtinctam; homicidium enim proditorium, quatenus propriè tale eſt, propriè etiam lædit ius vnicuique competens ad ſuam vicam tuendam, nec non ſimul, ac ſemper imbibit quoque perfidiam aliquam contra præcedentem amicitiæ, ſaltem in genere, vel ſignificationem, vel præſumptionem. Placentiæ die 3. Martij 1658.

Petrus Franciſcus Paſſerinus I. V. & S. Theol. Doct. Collegiatus, necnon in almo Parmenſi gymnaſio Iuris Cæſarei Ordin. Veſpert. Primar. Interpres.

Digitized by Google

6 Ad propoſitam autem à me quæſtionem reſpondet Ioan. Azor. *parte 3. lib. 2. cap. 18. ad finem*, in hæc verba, & cum eo Lucas Floronus *de caſib. reſeru. parte 2. caſu 4. n. 9. pag. 462.*

Cum quis occidit aliquem per venenum ipſi propinatum occulte, aut per inſidias, aut proditionem, etiam in confeſſione id exprimi debet; quia non eſt tantùm homicidium, ſed etiam eſt proditio hominis innocentis, quæ ſpecialem deformitatem addit ad rectam rationem. Et ita legibus homicidia per proditionem, vel inſidias perpetrata, grauiſſime puniuntur.

Ita Azor, qui debuiſſet omittere particulas illas *aut vel*, quæ indicant eam diuerſitatem inter *occidere per venenum, per inſidias, & per proditionem*, quæ nulla intercedit, vt ſupra oſtendi, itemque debuiſſet afferre aliquam rationem illius ſpecialis deformitatis, quam agnoſcit in proditione ſupra homicidium.

7 Filliuccius verò *tract. 29. in quintum Decalogi præceptum cap. 6. numer.* 115. ſuſtinet, proditionis circumſtantiam vel addere ſpecialem deformitatem ad rectam rationem, quam deformitatem relinquit inexplicatam, vel certè notabiliter augere in eadem ſpecie, ideoque videri in confeſſione eſſe explicandam.

8 Sed hoc poſtremum ego nullatenus approbo, non ſolùm quia non ſum in ea opinione, quòd circumſtantiæ aggrauantes intra eamdem ſpeciem ſint neceſſariò confitendæ, vt & rationibus, & auctoritatibus firmaui tum in prælectionibus meis de pœnitentia olim Placentiæ, tum in peculiari deciſione in Aula Epiſcopali coram Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo memoriæ apud me ſemper venerandæ D. D. Alexandro Scappio Placentino Epiſcopo, & poſtea vidi ſuſtineri tanquam euidens à doctiſſimo Caramuele *in Theol. fundamentali numer.* 1411. *nouiſſimè impreſſa.*

Sed inſuper quia exiſtimo cum Gabriele Vaſquez *tomo 4. in 3. partem S. Thomæ quæſt. 91. art. 1. dub. 2. num. 2 iuncto num. 6.* quòd dicta opinio de neceſſitate confitendi eas circumſtantias non ſit animabus magis expediens, cum ſit cauſa multorum ſcrupulorum, & quamuis admodum recepta ſit, tamen ferè nullus eſt, qui eam in praxi obſeruet exactè.

Eſſet enim intolerabile iugum eam ſequi & confeſſariis, & pœnitentibus. Ita Vaſquez, & ego cum illo.

Sententia mea.

Ego prædictis Paſſerino, Azor, 9
Florono & Filliuccio cenſeo, *proditionem* ſuperaddere nouam ſpecie malitiam homicidio, quæ debeat neceſſariò in ſacramentali confeſſione aperiri.

Fundamentum primum.

Regula pro qualificandis humanis actionibus quæ?

Ducor primò, quia puto rebus mo- 10
talibus, quæ de ſe obſcuriſſimæ ſunt, non poſſe aſſignari meliorem regulam ad qualificandas humanarum actionum malitias vel quo ad quidditatem, ſeu ſpeciem, vel quo ad gradum grauitatis intra eamdem ſpeciem, quàm conceptum communem, quem omnes formant de ipſis malitiis, etiamſi ſæpe accidat, vt non poſſit diſtinctè afferri ratio illius conceptus, ſed ipſemet conceptus quaſi reſoluatur in ſeipſum hoc modo.

Hæc actio eſt mala, & talis malitiæ, & tanta; quia ita communiter videtur hominibus: ita verò videtur hominibus; quia ita videtur, conſiderato obiecto ſecundùm ſuam naturam, & eiuſdem obiecti circumſtantiis, nec poteſt vlterior ratio iſtius viſionis aſſignari.

Iam

Digitized by Google

11 Iam verò omnes omnino homines tum docti, tum imperiti, in homicidio commiſſo in rixa concipiunt quidem malitiam propriam homicidij, & in commiſſo appenſatè, ſeu ex propoſito concipiunt maiorem rationem voluntarij propter maiorem claritatem potentiæ intellectricis non infuſcatæ à fumo iræ, nec impeditæ à maturè reflectendo per ſubitationem caſus, ſed concipiunt etiam compoſſibilitatem iſtius malitiæ cum hoc, quòd illud homicidium fiat *da galant' huomo, honoratamente, da buono à buono*, vt apud Italos dicitur.

At verò in homicidio commiſſo proditoriè, ſupra malitiam *homicidialem*, vt ita dicam, & ſupra exceſſum voluntarij, concipiunt aliud omnino deſtruens illa prædicata *da galant' huomo, &c.* & cum illis incompoſſibile, quòd efferunt per vulgares terminos *da traditore, da aſſaſſino, dishonoratamẽte*.

Hoc autem, quod eſt obiectum iſtius in homicidio proditorio conceptus, etſi à pleriſque non poſſit diſtinctè, ob philoſophandi imperitiam, explicari quid ſit, apprehenditur tamen tanquam quid diuerſum multò plus, quàm ſecundùm magis, comparatum ad minus, quod eſt concipi tanquam diuerſum ſecundùm ſpeciem, non autem ſolummodò ſecundùm latitudinem intenſiuam intra eamdem ſpeciem.

Quando autem non poſſet aliud allegari pro ſtabilienda diuerſitate ſpecifica proditionis ſupra ſpecificam malitiam homicidij, quàm iſte communis conceptus, ſatis hoc foret:

12 Neque obſtat huic ſpecificæ diuerſitati, quòd malitia homicidij, & malitia proditionis dicant oppoſitionem ad eamdem virtutem, nempe iuſtitiam commutatiuam;

Dantur enim multæ morales deformitates, quæ eidem virtuti aduerſantur, & tamen ſpecie differunt inter ſe, non obſtante hac virtutis identitate, cuiuſmodi ſunt deformitas periurij, ſacrilegij, ſuperſtitionis, ſimoniæ, &c. contra religionem, contumelia, detractio, adulterium, furtum, &c. contra iuſtitiam, vt notant. Thom. Sanchez *de matrim. lib.9. diſp.15. num.6.* Gabriel Vaſquez *tomo 4. in 3. partem. S. Thomæ quæſt.91. art.1. dub.4. n.14.* & paſſim alij Doctores,

Ac proinde identitas iuſtitiæ, cui opponuntur homicidium, & proditio, patitur ſpecificam inter hæc duo diuerſitatem, propter diuerſum oppoſitionis modum.

Et quamuis ex ſola exceſſiua pœna, vel alia publica demonſtratione facta per ſuperiorem poteſtatem in aliquod delictum qualificatum non poſſit regulariter argui ſpecifica diuerſitas illius qualificati delicti comparati ad ſeipſum prout ſumptum ſine tali qualitate, vt notauit Caramuel *in Theol. fundamentali n.1670. in margine*, & meritò; 13

Videmus enim homicidium ſimplex, & appenſatum puniri diuerſimodè, pœna videlicet extraordinaria illud, hoc verò ordinaria. Gibalin. *de irregul. cap.4. q.1. numer.4. pag.115. col.2.* quamuis non differant ſpecie. Blanc. *in pract. crimin. fol.53. num.116.* ſed merè ſecundùm rationem magis, & minus voluntarij, 14

Et videmus, reſeruari in pleriſque Diœceſibus facultatem abſoluendi ab inceſtu non ſolùm in primo, ſed etiam in ſecundo gradu lineæ collateralis, cum tamen inceſtus in ſecundo certiſſimè non differat ſpecie ab inceſtu in tertio, & quarto, vt docent Gabr. Vaſquez *cit. dub.4. num.16.* impugnans Nauarrum *n.12.* & à fortiori Sotus, & alij apud Valent. *tomo 4. in 3. partem S. Thom. diſp.7. q.11. puncto 1. col.1467.* putantes, inceſtum cum matre, vel ſorore, non differre ſpecie, cum quibus tamen ego, duce Vaſquez *ſuprà num.16.* & ſolida ratione alibi fortaſſe explicanda opportunè, nequaquam ſentio, ſed inuoluat

ſolum exceſſum malitiæ intra eamdem ſpeciem contra pietatem, qui exceſſus impellit Prælatos ad eam reſeruationem, & ſic de aliis multis, quæ poſſent afferri in hanc rem;

15 Nihilominus tamen, cum in homicidium proditorium tam multa, tanque diuerſa, & grauia fuerint ſancita, vt videri poteſt apud Plazam *epit. delict. lib. 1. cap. 21. num. 8. & ſeqq.* Decian. *tract. crimin. lib. 7. cap. 31.* & alios paſſim Doctores.

Videtur ex multiplicatione, & diuerſitate, ac grauitate pœnarum, deſumi argumentum poſſe, quòd legislatores agnouerint in hoc delicto, quatenus tali, talem moralem fœditatem ſupra fœditatem homicidialem, vt in illud debuerint tam enormiter, atque exemplariter animaduertere, id quod non feciſſent vtique, ſi exceſſus ille fœditatis limitaretur ad gradum intenſiuum intra eamdem ſpeciem ſolam malitiæ homicidialis, & hoc videtur voluiſſe Azor. *loc. cit.* quando aduertit, homicidia proditoria grauiſſimè puniri per leges.

Fundamentum ſecundum.

Ducor ſecundò; quia exiſtimo, poſſe commodè, & clarè aſſignari, in quo conſiſtat ſpecifica malitia *proditionis*: quam aſſignationem vt faciam,

Iniuria quid? & vnde ſpecificetur?

16 Suppono primò, quòd *iniuria* formaliter eſt *voluntaria læſio, & violatio iuris, quod alicui competit ad aliquid.* Leſſius *tomo de iuſt. lib. 2. cap. 2. num. 3.* Cardinalis de Lugo *de iuſt. tomo 1. diſp. 8. ſect. 1. num. 1.* D Paſſetin. *tract. de pollut. Eccleſ. diſp. 5. cap. 10. n. 4.*

Iuris inquam, quòd definitur *facultas moralis, quam quis habet ad vtendum re aliqua, vel ad eam obtinendam in iudicio, vel retinendam, vel aliquo alio modo ſibi competentem aduerſus quemcunque alium obſtantem.* Rebell. *de obligat. iuſt. lib. 1. q. 1. ſect. 1. numer. 8.* quod intelligi debet non ſolum de rebus corporalibus, & viſibilibus, ſed etiam de incorporalibus, & ſpiritualibus.

17 Vnde iniuria redditur talis in ſua ſpecie, quale in ſua eſt ius, quod violatur, ac proinde diuerſum ius diuerſam conſtituit iniuriam. De Lugo *de iuſt. tomo 1. diſp. 1. ſect. 2. num. 38.* qui tamen deeſt per typographi incuriam in meo libro.

18 Ipſum vero ius deſumit ſuam ſpeciem à ſuo obiecto, id eſt ab eo, ad quod eſt ius.

Id autem, ad quod eſt ius, differt ſpecie, ſeu formaliter ab alio, ſi ſit referibile in diuerſum commodum hominis, & cum illo alio non ſit idem æquiualenter, quia pro illo alio commutari non poſſit. Card. de Lugo *cit. numer. 38.* notabiliſſimè, & vnicè inter omnes, quos ego viderim.

19 Vnde quia vita, honor, fama, res familiaris ſunt referibilia in diuerſum hominis commodum, & vnum ex ipſis non eſt æquiualenter aliud, quia vnum pro alio commutari non poteſt,

Ideo ſunt inter ſe formaliter diuerſa in ordine ad ſpecificandum ius ad illa.

Quo fit, vt iniuriæ in vitam, honorem, famam, pecuniam, ſint inter ſe formaliter diuerſæ; quia ſunt læſiones iurium ad vitam, honorem, famam, pecuniam formaliter inter ſe diuerſorum. De Lugo *cit. numer. 38. & de pœnitentia diſp. 16. num. 650.* cuius egregia doctrina debet applicari ad caſus particulares, vt cognoſcamus, an iura ſint diuerſa formaliter, & conſtitutiua iniuriarum formaliter, ſeu ſpecie diuerſarum.

Ius ad fruendum vitâ, & ius ad defendendam vitam diuerſa eſſe formaliter inter ſe.

20 Suppono ſecundo, quòd vita hominis,

Digitized by Google

nis, & membra, etiamſi ſint reſeruata dominio ſolius Dei. Cardinal. de Lugo *de iuſt. tomo 1. diſput. 10. ſect. 1. num. 1.* ſunt tamen donum quoddam in ipſius hominis bonum à Deo conceſſum, vt fruarur vita, ideſt permaneat in coniunctione animæ, & corporis, & participet id omne, quod eſt à viuentibus participabile, vtaturque membris ad diuerſas functiones. Molina Theologus *de iuſt. tract. 3. diſp. 1. à. n. 1.*

21 Conſtitutus eſt item homo cuſtos, & adminiſtrator vitæ, ac membrorum. Molina *loc. cit. & tomo 1. tract. 2. diſp. 18. col. mihi 84. verſus finem*, ac proinde non ſolùm poteſt locare operas vſumque membrorum, & tradere ſe, ac recipere compartem in matrimonij vſum, & exponere vitam periculis, quando id recta ratio poſtulat, vt notauit idem Molina *eadem diſp. 1.*

22 Sed etiam habet ius defendendi ſe:

Quidquid circa hoc eſſe meram permiſſionem doceant contra communem Theologorũ, & totius mundi ſententiam, Auguſtinus de Ancona, & Gerſon, quos videre non potui niſi citatos apud Leſſium *de iuſt. lib. 2. cap. 9. num. 41.* & quidam alij penes Baltaſſarem Gomes de Ameſcua *tract. de poteſt. in ſeipſum lib. 1. cap. 17. num. 1.* qui loquuntur de defenſione contra impetum cauſæ liberæ aggredientis iniuſtè:

Et videntur non legiſſe *cap. ius naturale. diſtinct. 1.* & alia iura, quæ allegat Ameſcua *loco cit.* Sotus *de iuſt. lib. 5. quæſt. 1. art. 8. concluſ. 3.* Viuald. *in candelabro. de irregular. pag. mihi 531. numer. 31.* Caraffa *de duello tract. 3. ſect. 2. quæſito 1.* vbi latè, & doctè probat, defenſionem omni iure, naturali, & gentium, canonico, & ciuili licitam eſſe. Bellet. *diſquiſ. clerical. parte 1. de diſciplina Clericali. §. 5. num. 117.*

Et incidunt in id, quod contra ſacros Canones blaſphemauit Lutherus apud Sfortiam Pallauicinum *in hiſtoria Tridentini Concilij lib. 1. cap. 22. n. 6.*

Habet inquam ius defendendi ſe, ideſt moralem facultatem vtendi mediis conducibilibus ad arcendum id omne, quod officere poteſt permanſioni in coniunctione animæ, & corporis, ac proinde vtendi cibo, & potu contra famem, & ſitim, veſte, atque igne contra frigus: 23

Item fugiendi ab infeſto impetu cauſæ neceſſariæ, vt feræ, vel liberæ, vt hominis, etiamſi foret conculcanda aliena ſeges. Ianuar. *reſol. moral. parte 1. reſol. 10. n. 8.* immo obterendus ineuitabiliter infans, claudus, amens, ebrius, in via publica fortè conſtituti. Trullenc. *in Decalog. lib. 5. cap. 4. dub. 4. n. 10.* Paſſerin. *tract. de pollut. Eccleſiar. diſp. 5. cap. 35. nu. 12 iuncto n. 11.* Baſſæus *in flor. Theol. ver. Homicidium 1. num. 15.*

Vel implorandi adiutorium contra has cauſas, ſi irruant,

Vel etiam obluctandi, atque ita obluctandi, vt etiam poſſit eripere vitam homini non ſolum iniuſtè aggredienti, ſi aliud medium ad auertendum proprium malum non ſuperſit, quamuis idem iniuſtus aggreſſor ſit Archiepiſcopus, Cardinalis, Papa, Imperator, pater. Flamin. Chartar. *de execut. ſententiæ capto bannito, in præfat. n. 9. 10. & 11.* Plaza *epit. delictor. cap. 28. nu. 4. & 8. lib. 1.* & paſſus aggreſſionem, ſit ſacerdos celebrãs, qui poteſt omittere ſacrum, occidere aggreſſorem, & redire ad ſacrum. Bellet. *cit. n. 117.* Blanc. *in pract. crimin. fol. 113. n. 2.* Andreas Gail. *practicar. obſeruat. lib. 2. obſeru. 110. n. 12.* Carpanus *comment. ad cap. Homicida nouar. conſtitut. n. 346.* Plaza *cit. cap. 28. n. 6.* & iniuſtus aggreſſor ſe ſe protegat interpoſito innocente. Galet. *in margarita caſuum conſcientiæ. verbo. Defendere.* Baſſæus *in florib. ver. Homicid. 1. n. 15.* Paſſerin. *cit. n. 12. & 11.* Filliuc. *tract. 29. in 5. Decalogi præcept. cap. 3. n. 36.* Caramuel. *in Theol. fundamentali nouiſſima n. 1123.* Trullenc. *cit. dub. 4. n. 10.* hinc meritò exaggerans ius defenſionis, 24

Sed etiam aggredienti ſine culpa 25

vlla theologica, vt ſi aggrediatur te inſanus, aut ebrius, & fugere non poſſis, neque aliter abire ſoſpes, quam aggreſſorem perimendo, aut videas in naui puellum admouentem theſauro tormentarij pulueris fauillam, neque aliter impedire poſſis incendium & nauis, & tuimet; potes enim hos occidere, etiamſi ſint innocentes. Caramuel. *n.* 1124. Baſſæus *loco cit. num.* 12.

26 Quæ omnia notiſſimi iuris ſunt, & deducuntur ex hoc, quod in homine ſunt plures gradus, quorum primus eſt ſubſtantia, ſecundum quem gradum communicat cum omni ſubſtantia, & ſecundum hunc gradum habet naturalem inclinationem ad ſui conſeruationem, ſicut habet omnis ſubſtantia.

27 Iuxta hunc gradum eſt in homine naturalis inclinatio ad conſeruationem ſui, ex qua fluit primum illud principium practicum, lexque naturalis, docens facienda ea omnia eſſe, quibus vita conſeruatur, contraria verò vitanda.

Ex hoc principio legis naturalis deducuntur aliæ concluſiones eiuſdem legis, ſumendum eſſe cibum pro conſeruanda vita, ſumendum ita, vt aptus ſit ad eius conſeruationem, nempe moderatus, debito tempore, &c. ſumendam eſſe medicinam ad recuperandam ſanitatem, vim vi repellere licere, aliæque non paucæ. Ita Gambacurta *lib.* 1. *de immun. Eccleſiar. cap.* 11. *num.* 15. *qui n.* 16. *&* 17. ex gradu animalis, & ex gradu rationalis infert ingeniosè inclinationem ad propagationem prolis, educationemque, itemque ad rectè ſe habendum ad Deum, & ad hoc, vt in ſocietate homo viuat, ex quibus inclinationibus naſcuntur præcepta Decalogi, &c.

28 Competit igitur homini & ius ad fruendum vita, & ius ad defendendam vitam, quod ius ad defendēdam vitam non eſt ſolùm vtilitatis, quod liberam facultatem concedit, ſed eſt iuſtitiæ, & neceſſitatis, quod ſcilcet non tantùm fieri permittit, ſed ita iubet, vt oppoſitum non liceat, veluti non furari, non mœchari, reddere depoſitum, vti hæc *iura vtilitatis*, & *neceſſitatis* diſtinguit Pontius *de matrim. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 5. 29

Iura autem ad fruendum vita, & ad defendēdum vitam vtique diſtinguūtur;

Quia potuiſſet Deus concedere primum, ideſt concedere homini, vt poſſet frui vita, & quidem cum virtute obſtatiua, ne alij poſſent de iure, & licitè impetere hanc fruitionem,

Et potuiſſet Deus concedere limitate ſecundum, in ordine ad repellendam vim agentium naturalium, & negare in ordine ad repellendam, vel etiam vitandam vim agentium liberorum, volendo vt homo non poſſet fugere ab aggreſſore iniuſto, vel ſaltem vt non poſſet adhibere vim contra vim illius, ſed deberet patienter mortem expectare, & illam tollerare, id quod expreſſe voluerunt perperam, citati De Ancona, & Gerſon,

Sicuti de facto non poteſt ſe defendere per vim contra publicam poteſtatem, quando iuſtè ab illa damnatus eſt ad mortem; Dei enim ordinationi reſiſteret. Michael. Salon. *de iuſt. quæſtion.* 69. *artic.* 4 *concluſ.* 1. *fol.* 538. Gutierez. *qq. canon. libro* 2. *cap.* 24. *numer.* 2. Caramuel. *cit. numer.* 1123. & ante omnes S. Thomas 2.2. *quæſtion.* 69. *art.* 4. *in corp.* Vega *in ſum. cap.* 126. *caſu* 11. *ad finem. parte* 1. quod idem dicendum eſt de bannitis, contra quos à Principe poteſtatem habente exercitus fuit directus, vt tanquam iuſtitiæ miniſter eos occideret; neque enim pro ſua defenſione poſſunt inuaſores occidere, ſed ſolummodò ſibi conſulere per fugam. Ioan. Baptiſt. Corradus *in reſponſor. parte* 1. *quæſtion.* 90. *in additione.* Anton. de Ballis *varior tract. libro* 3 *de literis diſpenſ. caſu.* 1. *numer* 131. *connotando numerum* 119. *vbi proponitur quæſtio.* 30

Poſſe

Poſſe autem vnum eſſe ſine altero, eſt apud Philoſophos euidens ſignum diſtinctionis, ideſt negationis vnius de altero; ſic enim definitur diſtinctio, vt ſit *negatio vnius de altero*.

32 Nec ſolùm diſtinguuntur vtcunque dicta duo iura, ſed diſtinguuntur formaliter, ideſt ſunt diuerſæ omnino formalitatis, & ſpeciei, id quod probo efficaciter, applicando ſupra allegatam doctrinam Eminentiſſimi Domini mei Cardinalis de Lugo, quo maiorem non ſurrexiſſe inter homines in ſapientia ad res morales obſcuriſſimæ indaginis perueſtigandas exiſtimo.

33 Probo inquam, quia duò illa iura ſunt ad duo referibilia in duplex diuerſum hominis commodum, & quæ duo non ſunt vnum æquiualenter aliud, neque inuicem commutabilia.

Nam fruitio vitæ, ideſt permanſio in coniunctione animæ, & corporis, refertur in hoc, quòd homo ſit capax omnium bonorum à viuente participabilium in humano conuictu, & extra.

34 Et per ordinem ad hanc capacitatem, quæ eſt commodum omnium commodorum, & quaſi baſis omnium fruibilium, ius, ſeu facultas moralis ad fruendum vita, ſpecificatur, & diſtinguitur formaliter ab omni alio iure, cum virtute obſtatiua, ne quis, per ſe loquendo, poſſit licitè, & de iure turbare hanc permanſionem, quod demum eſt, *iniectum fuiſſe aliis quaſi morale frænum*, quod per peccati metum compeſcat eos à turbatione huius permanſionis.

35 Vitæ autem defenſio refertur in hoc, quòd homo habens ius dictæ permanſionis cum ſtabilitate, & ſecuritate de iure, acquirat inſuper ſtabilitatem, & ſecuritatem de facto, iniiciendo quaſi phyſicum frænum aggreſſori indebito, qui in re ipſa, etiam per ablationem violentam ſuæ vitæ, ſi opus fuerit, non permittatur turbare eamdem permanſionem.

Quæ defenſio, vltra effectiuam ſecuritatem prædictam, affert etiam homini præcipuum decus, & æſtimabilitatem, dum nimirum ipſemet apparet vitæ ſuæ ſtrenuus patrocinator, etiam cum expedita poteſtate in vitam iniuſti aggreſſoris.

Quæ commoda ſunt ab omnibus aliis planè diuerſa in morali conceptu, vt conſideranti perſpicuum fiet.

Per ordinem autem ad hæc commoda ius, ideſt facultas moralis, ad defendendam vitam, ſpecificatur, & diſtinguitur formaliter ab omni alio iure, cum virtute obſtatiua non ſolùm, ne tu licitè, & de iure poſſis mihi exercitium defenſionis alioqui poſſibilis impedire directè contra aggreſſionem iniuſtam, verbi gratia claudendo viam ad fugiendum, vel os ad implorandam opem, vel ligando manus, ne obluctèr, in quo etiam caſu interueniret quædam rapina. 36

Verùm etiam ne aggrediaris, me affectatè inuentum impotentem hic, & nunc ad me defendendum, vndecunque proueniat hæc præſens impotentia, ideſt ſiue tu ad illam concurras per obſcurum modum aggreſſionis impræcognoſcibilis, ſiue per deceptionem aſſecuratiuam, ſiue per enormem exceſſum virtutis aggreſſiuæ, ſiue conſurgat ex cauſis tenentibus ſe ex parte mea, verbi gratia ex apprehenſione meæ connexitatis tecum, quæ affidat, vel ex meo ſomno, ebrietate, amentia, infantia, ſtoliditate, quæ indiffidatum relinquunt, &c.

Sic etiam per eamdem rationem referibilitatis in diuerſum hominis commodum, ſpecie differunt *eſſe dominum rei externæ*, & *non poſſe cogi violenter cum damno propriæ libertatis ad illam vel relinquendam volenti auferre ſine legitimo titulo, vel etiam eamdem tradendam*, cum *res externa*, & *non coactio* referibilia ſint in planè diuerſum hominis commodum, vtendi ſcilicet re ad ſuſtentationem, 37

nem, & habendi decus expeditæ libertatis.

38 Vnde ius illud dominij circa rem externam, v.g. pecuniam, veſtem & cæt. & ius ad non patiendam eam coactionem, operantur in furto, & rapina ſpecificam iniuriæ differentiam, agnitam communiter à Theologis, S. Thoma 2 2. *quæſt.66. art.* 4. Caiet. *ibid.* Molina Theologo *tract.* 2. *de iuſt. diſp.*683. *n.*7. Card. de Lugo *de iuſt. tomo* 1. *diſp.* 16. *ſect.* 1. *n.* 10. aliiſque communiter.

Et refuſam à Molina *cit. num.* 7. & à de Lugo *num.* 11. in hoc, quòd furtum includit iniuriam ſolùm circa bona proximi externa, rapinæ verò violentia includit iniuriam circa ipſam perſonam, cui vis infertur, & contra cuius libertatem actio exercetur.

39 Neque obſtat prædictæ diuerſitati ſpecificæ inter ius ad fruendum vita, & ius ad defendendum vitam, quòd hoc ſecundum eſt in gratiam primi.

Nam *eſſe in gratiam primi* nihil aliud eſt, quàm *fuiſſe à Deo ordinatum extrinſecè propter illud*, ſed cum retentione propriæ formalitatis intrinſecæ.

Sicut ius ad bona externa eſt in gratiam iuris ad vitam, & tamen, hoc non obſtante, retinet propriam formalitatem diſtinctam à formalitate illius primi iuris.

Et omnes virtutes inferiores ſunt in gratiam charitatis Theologicæ, & tamen non propterea deſinunt eſſe formaliter diuerſæ à charitate.

Et omnia ſenſibilia ſunt in gratiam hominis, & tamen non ideò amittunt ſuam rationem diſtinctam à ratione hominis.

Et demum contractus hypothecæ, aſſecurationis, oppignerationis, & fideiuſſionis ſunt in gratiam eorum contractuum, quibus præſtant ſecuritatem, vnde vocantur *contractus ſubſidiarij* Leſſius *de iuſt. lib.* 2. *cap.* 18. *ad initium.* & tamen cum illis contractibus non confunduntur, ita vt ſint iidem formaliter, ſed in ſua ſpecifica diuerſitate perſeuerant, & ſic de ſexcentis aliis.

Solutio principalis difficultatis.

His ſuppoſitis,

Iam explico meum ſecundum motiuum, & dico, rationem *proditorij* ſuperaddere malitiæ *homicidij* nouam malitiam ſpecie diſtinctam; 40

Quia per merum homicidium fit iniuria contra ius ad fruendum vita vltra iniuriam, quæ fit contra dominium Dei in vitam hominis,

Cuius dominij non habetur reſpectus ex communi vſu loquendi, quando occiſiò hominis dicitur iniuſta, ſed ſolius iuris hominis occiſi, vt appoſitè aduertit D. Paſſerin. *cit. tractat. de pollut. Eccleſiar. diſp.* 5. *cap.* 11. *n.* 4. 41

Per proditionem verò fit iniuria contra ius ad defendendam vitam, cum proditio lædat hoc ius per affectaram terminationem ad præſentem impotentiam ſe defendendi ab iniuſta aggreſſione. 42

Quam rationem allegat Layman. *lib.* 3. *tract.* 3. *parte* 3. *cap.* 4. *num.* 1. *§. Præterea*, vt probet, voluntarium homicidium aggrauari, quamuis non ſe explicet, de quo modo aggrauationis intelligat, an de ſpecifico, an de intenſiuo.

At hæc duo iura ſunt diuerſa inter ſe in ſpecie, vt ex dictis patet:

Ergo & in ſpecie diſtinguuntur iniuriæ contra illa, quas ſuppono fieri cum appenſamento, & ex propoſito, & ex induſtria, tanquam conditionibus requiſitis ex parte ſubiecti operantis, ſine quibus ſecundùm moralem æſtimationem non intelligitur proditorium, vt diximus *§.* 11. *præſentis primæ ſectionis.* 43

Quare vt rem hanc paucis complectar, ego propterea dico, eſſe ſpecificam diſtinctionem inter *homicidium*, & *proditionem*, 44

Quia

Quia in his duobus apprehendo diuerſum ordinem oppoſitionis contra eamdem virtutem, ideſt iuſtitiam commutatiuam;

Si enim *homicidium*, quod eſt obiectum, & *proditio*, quæ eſt circumſtantia, haberet ordinem oppoſitionis contra eamdem virtutem, & eodem modo, circumſtantia adueniens obiecto non tribueret nouam ſpeciem, ſed ad primam malitiæ ſpeciem pertineret, iuxta optimam regulam traditam à Vaſquez 1. 2. *diſp.* 53. *cap.* 3. *n.* 17.

45 Dico autem, explicandam eſſe in confeſſione ſacramentalis proditionis iniuriam, quia neceſſarium eſt explicare iniuriæ ſpeciem, vt tradunt omnes, & nominatim Caramuel *in Theol. fundament. n.* 801. in margine.

Homicida proditorius quo modo confiteatur?

46 Iamuerò ad praxim ſacramentalis confeſſionis, dico, quòd

Neceſſe eſt primò, vt homicida proditor, ſi occidit ex ira, ſeu odio illum, cui inimicus erat, explicet, ſe occidiſſe in vindictam;

Quia adij qualitas addidit malitiam, quæ ſpecie ab homicidio differt:

Secus verò, ſi occidit ſine ira, ſed ob lucrum, vt in bonis ſuccedat, cum ſic peccauerit ſolo homicidij peccato contra iuſtitiam. Ita Gabr. Vaſquez *tomo* 4. *in* 3. *partem S. Thomæ quæſt.* 91. *art.* 1. *dub.* 2. *num.* 32. *&* 33.

47 Neceſſe eſt ſecundò, vt explicet aſſumptionem medij mortaliter mali ad conſtituendas inſidias negatiuas, ſi eo vſus eſt, quodcunque illud ſit, v. g. ſi vſus eſt ope Diaboli ad ſe introducendum in cubiculum obſeratum hominis proditoriè occidendi, ſi adſciuit armatos in ſocietatem ſuam, vt omnes ſimul vnicum, & inermem opprimerent. Leſſius *in prælectionib. poſthum. q.* 17. *de actibus humanis art.* 8. *n.* 31. *pag.* 91. *col.* 1.

Sic enim peccauit peccato ſuperſtitionis, & multiplicauit peccatum in complicibus, & quandam rapinam exercuit in violenter oppreſſum, ne ſe tueretur, & ſic de aliis.

An teneatur dicere ſe occidiſſe contra datam fidem de non lædendo?

Non eſt autem neceſſe, vt dicat, ſe occidiſſe contra datam fidem per promiſſionem de non lædendo; 48

Exiſtimo enim, hunc hominem non intendiſſe ſe obligare per eam promiſſionem plus, quàm ex morali, politicaque honeſtate ad implendam rem promiſſam, ac proinde ex ſola fidelitate, cuius proprium eſt opere implere, & verificare id, quod promiſſum, conuentumque cum proximo eſt;

Vt plurimum enim ſic ſe homines obligant per promiſſiones, vt notauit Molina *de iuſt. tract.* 2. *diſp.* 262. *numer.* 8. *&* *num.* 11. & vix obligari intendunt, niſi iurent, aut faciant inſtrumentum: & cum dicunt, *faciam*, intelligunt ſe facturos, niſi mutentur; volunt enim liberi eſſe. Emanuel Sa. *in Aphoriſmis confeſſarior. in ver. promiſſio num.* 1. & infidelitas, violatioque harum promiſſionum abſque vlla rationabili cauſa, non eſt ex ſuo genere culpa letalis, ſed venialis. Caiet. 2. 2. *q.* 113. *art.* 1. Molina *cit. num.* 8. & prius *num.* 5. quatenus indecorè id, quod dictum, & conuentum eſt, opere non impletur, ſed falſum efficitur. 49

Et talem fuiſſe huius hominis intentionem, ſuadetur ex hoc, quod cum ſciret, ſe ad non lædendum teneri ex iuſtitiæ lege incluſa in quinto Decalogi præcepto, non erat, cur promittendo, ſe illum non læſurum, intenderet ſibi inducere nouam ex iuſtitia obligationem. 50

Vnde cum non peccauerit, niſi venialiter, in ordine ad læſam fidelita-

tem, non tenetur confiteri hanc violationem fidelitatis, quæ violatio non eſt neceſſaria ſacramenti materia:

51 Sicuti non tenetur Iudex, qui litiganti promiſit bonam iuſtitiam, ad quam aliàs ex officio tenebatur, in confeſſione explicare, ſe peculiariter deliquiſſe contra promiſſionem, ſi fortè poſtea bonam iuſtitiam non miniſtrauit.

An per promiſſionem circa rem aliàs debitam ex iuſtitia, conferatur nouum aliquod ſpeciale ius promiſſario?

52 Addo, quòd quamuis putem dari ſimplicem, ideſt non reſpectiuam promiſſionem, quæ obliget ex iuſtitia, atque adeo ex genere ſuo ſub culpa mortali, & cuius tranſgreſſio inducat obligationem reſtituendi non ſolùm damna alia inde ſubſecuta, ſed etiam rem ipſam promiſſam, eo quòd debita ſit ex iuſtitia eo ipſo, quod promiſſa fuit, vt egregiè docet, & probat Molina *diſp. 262. n. 11. & 12. de iuſt.*

53 Non puto tamen, per promiſſionem ſimplicem, quæ fiat circa rem aliàs debitam ex iuſtitia communitatiua, verbi gratia ſi promittam tibi, me non furaturum rem tuam, non læſurum te in perſona, conferri nouum aliquod ſpeciale ius promiſſario ad illam eamdem rem, quod ius, ſi promiſſio violetur, ſit inductiuum alterius nouæ malitiæ contra iuſtitiam, diſtinctæ à malitia ordinaria conſiderata per comparationem ad ordinariam legem naturalem iuſtitiæ obligantem in ſeptimo, & quinto Decalogi præcepto ad non furandum, ad non lædendum in perſona:

54 Re enim vera, quando fiunt huiuſmodi promiſſiones de re aliàs debita, promiſſor non intendit, immo nec poteſt communicare promiſſario ius ad ipſam rem, in quam ille alioqui ex lege naturali antecedenter habet ius;

Aliàs enim latrones dici poſſent donare vitam iis, quibus eam non adimunt, quod tamen falſiſſimum eſt,

Sed intendit vltra obligationem, quam habet ex naturali lege iuſtitiæ, inducere ſibi obligationem ex fidelitate, ſicuti quando quis vouet Deo aliquid, ad quod aliàs tenetur ex præcepto, v.g. caſtitatem, &c. obligationi deſcendenti ex naturali lege caſtitatis intendit adiungere obligationem ex lege religionis. 55

An datâ, & non conceſſâ iſtius noui iuris collatione, violator promiſſionis teneatur in confeſſione explicare circumſtantiam promiſſionis?

Sed dato etiam, & non conceſſo, quòd per ſimplicem promiſſionem de non lædendo aliquem, communicetur nouum ius promiſſario ad illæſionem ſui, 56

Adhuc dico, hunc violatorem promiſſionis non teneri explicare in confeſſione circunſtantiam promiſſionis;

Quia in hoc caſu, omiſſa læſiuæ actionis oppoſitione ad fidelitatem, quæ oppoſitio non eſt mortalis, vt diximus, oppoſitio eiuſdem actionis ad iuſtitiam per comparationem ad illud ius nouum per promiſſionem collatum, eſt eiuſdem rationis omnino cum oppoſitione ad iuſtitiam per comparationem ad ius ordinarium ex lege naturali deſcendens, cum vtraque eodem modo directè vulneret tum adſcititium, tum naturaliter implantatum ius ad fruendum vita, & ad tuendum vitam, & vtraque in eodem actu continuatur, ſicut in eodem ſubiecto continuatione fit idem calor, qui aliàs multiplex foret, niſi in ſubiecto continuaretur. 57

Vnde geminatio præceptorum non probat, duplicem in eodem actu malitiam eſſe, ſed duplicem tantum cauſam 58

ſam eiuſdem malitiæ numericæ. Gabr. Vaſquez *tomo 1.in 1.2.q.72.art.6.diſp.98. cap.3.num.8.& 9.*

59 Sicut ergo non eſt obligatio confitendi circumſtantiam plurium præceptorum de ſeruando vigiliæ, & quatuor temporum ieiunio, & de audienda miſſa in Dominica,& in feſto Apoſtoli concurrentibus,

Quia oppoſitio ad illa præcepra incidentia in eamdem materiam, eodem die, & ſub eodem formali motiuo eſt eiuſdem omnino rationis, & in eodem continuatur actu, ac proinde cenſetur vnum tantùm peccatum, vt tradunt Vaſquez *ſupra num.*8. Thom. Sanchez *de matrim.lib.*9. *diſput.*15. *num.*6. Henriquez *in ſum. lib.*5. *numer.*6. vbi plura adducit exempla, quidquid in contrarium dicant Ludouicus Lopez *in inſtructorio. cap.*40. *§. licet peccatum*, & alij,

Ita & idem dicendum in caſu noſtro ob eamdem rationem.

60 Neque violatio promiſſionis acciperet in hoc caſu diuerſitatem formalem ex diuerſitate principij obligantis ad illæſionem, hinc ſcilicet promiſſionis humanæ, quæ eſt lex priuata, illinc verò legis iuſtitiæ, quæ eſt naturalis;

61 Nam quòd prohibitio ſit iure naturali, aut diuino, aut humano, non inducit peccatum diuerſæ ſpeciei, ſed ſemper eſt eiuſdem, quando eſt idem motiuum. Gabr. Vaſquez *tomo* 1. *in* 1. 2. *diſput.* 98. *cap.* 2. *numer.* 4. *& rurſum cap.*3.*num.*6.*& tomo* 4.*in* 3.*partem Sanctæ Thomæ q.*91. *art.*1.*dub.*4. *num.*16. Cardin. de Lugo *tomo de pænitent. diſput.*16. *numer.*245.

62 Sic qui Clericum occidit, peccat contra ius naturæ, canonicum, & ciuile, & tamen eſt vnum peccatum. Henriquez *cit. numer.* 6. *addita gloſſa. lit.N.* vbi quòd diuerſa præcepta non diſtinguunt peccata, niſi concurrat per ſe obligatio circa diuerſa obiecta.

Item qui furatur, peccat contra legem Dei in Decalogo promulgatam, & contra plures leges humanas, & tamen furtum eſt in vna ſpecie tantum peccati contra iuſtitiam. Ita Vaſquez *cit.cap.*2.*num.*4 *diſp.*98. 63

Quod ſi cum Leſſio *de iuſt. libro* 2. *cap.*18. *num.*57. quem ſequitur Bonac. *tomo de contract. diſp.*3.*quæſt.*11.*puncto* 2. *num.* 12. ſentias, *iuſtitiæ* nomen omnino ſtrictè acceptum importare virtutem diſtinctam à fidelitate, quæ per promiſſionem acceptatam in re graui obligat ſub mortali ſecundum eumdem Leſſium *vbi ſupra num.*55. qui *eodem num.*55.*§. Probatur primò. & §. Reſpond. virtutem.* dicit, hanc obligationem eſſe vel iuſtitiæ, vel virtutis iuſtitiæ valdè affinis, 64

Iam debebis dicere, quòd cum ille, qui occidit Titium contra datam de non lædendo fidem, violauerit mortaliter duas virtutes, iuſtitiam ſcilicet, & fidelitatem, tenetur vtrumque in confeſſione explicare, id quod mihi reſpondit in hac Leſſij, & Bonacinæ ſententia doctiſſimus P. Dominicus Lanettus Sereniſſimi Principis Domini mei D. Raynaldi Cardinalis Eſtenſis, Epiſcopi Regij, Theologus ſub dat. 13. Martij 1658.

Quod idem etiam diceret Corrad. Brunus *tract. de ſeditioſis cap.* 13. *numer.*11.*&* 12. agnoſcens rationem perfidiæ in proditione contra priuatas perſonas.

Et multò melius P. Suarez, qui *in tomo varior. opuſculor. Theologicor. in relect. de libert. voluntatis diuinæ diſput.*1. *ſectiõn.*2. *à num.*19. *ad* 23. *à pag.* 509. *in mea editione Moguntina.* ſuſtinet, puram, & ſimplicem promiſſionem inter homines, fidelitatis tantum, non iuſtitiæ obligationem inducere: & fieri poſſe nihilominus interdum, vt ex conditione rei, de qua agitur, & grauitate perſonæ, cui fit promiſſio, infidelitas promiſſionis in ſuo genere gra-

ue peccatum ſit, id quod confirmat ex promiſſionibus ab homine factis Deo, quarum infidelitas in ſuo genere peccatum mortale eſt, propter diuini numinis Maieſtatem; quamuis enim infidelitas ad hominem, ex parte eius, cui fit promiſſio, non habeat tantam grauitatem, ſeu indecentiam, nihilominus tamen adeo repugnat rationi, & conuictui humano, vt pro materiæ, & perſonarum grauitate poſſit moraliter reputari ſufficiens ad diſſoluendam amicitiam, & violandam charitatem, ideoque peccatum eſſe mortale. Ita Suarez.

65 Sed ego exiſtimo in noſtro caſu promiſſorem rei grauis cum intentione inducendi in ſe obligationem grauem, acceptata iam promiſſione, teneri ex fidelitate, prout ratio dictat conformandum eſſe opus dicto promiſſorio:

Teneri verò ex vera iuſtitia, prout ratio dictat ponendam eſſe æqualitatem cum iure ſponte collato ad rem promiſſam, & acceptatam, per promiſſionem ſcilicet non puram, ſed quæ admiſcuerit aliquam donationem, iuris nimirum ad id, circa quod verſata eſt ipſa promiſsio, iuxta dicta per citatum Suarez *n.19*.

An neceſſe ſit explicare in confeſſione, perſonam prodendam., fuiſſe aſſecuratam per mendacia.

66 Præterea neceſſe non eſt, quòd explicet, ſe per mendacia aſſecuraſſe prodendam perſonam, cum mendacium ex obiecto non ſit mortale ſecundùm omnes, quia opponitur ſolum veracitati.

67 Neceſſe tamen eſt, vt explicet prauam intentionem occidendi proditoriè, quæ impulit ad electionem mendacij tanquam medij ad occiſionem ſecuram, & continuata eſt, dum per mendacium ipſum ſtruerentur inſidiæ ad prodendum, ſi tamen inter intentionem, ſeu propoſitum prodendi, & conſummationem proditionis interceſsit moralis interruptio;

Si enim quis concepiſſet propoſitum prodendi, atque vtendi mendacio aſſecuratiuo, & ſine vlla mora per illud mendacium aſſecuraſſet, hominemque aſſecuratum mactaſſet, 68

Iam non eſſet neceſſe explicare ſeorſim propoſitum illud quippe quod conſtitueret vnum peccatum cum externa illa conſummatione, ac proinde ſatisfaceret dicendo, ſe commiſiſſe homicidium. Leſsius *cit.quæſt.17.art.9.num.31. de actibus humanis.*

Neceſſe eſt tertio, vt explicet, ſe proditoriè occidiſſe, cum hoc inuoluat malitiam ſpecie diſtinctam ab homicidio, vt diximus. 69

Neceſſe eſſe explicare circumſtantiam carentiæ Baptiſmi in infante occiſo.

Quòd ſi proditorium terminatum fuerit ad infantem in vtero matris per abortionem procuratam cum effectu, vel ad natum quidem ex vtero, ſed nondum baptizatum, non ſatisfacit occiſor dicendo, ſe proditoriè occidiſſe hominem, ſed neceſſe eſt, vt explicet, ſe procuraſſe abortum effectu ſecuto, vel ſe occidiſſe infantem natum, ſed non ablutum baptiſmo; 70

Hæc enim talis hominis occiſio, vltra læſionem iurium ad vitam, & ad defenſionem vitæ, inuoluit læſionem iuris ad baptiſmum, & eo mediante, ad capacitatem æternæ vitæ, cuius irreparabile damnum infanti illoto cauſatur per ſummam immanitatem. 71

Vnde merito notauit Martinus del Rio *diſquiſ. magicar. libro 5. ſection.16. ſub §.Tertio loco. homicidium.* in faſcinariorum facinoribus occurrere tria crimina, & nominatim homicidium, quod

quod multis ex capitibus eſt enorme, & qualificatum, & quidem inter alia, *quando non baptizatos necant, & animam perdunt cum corpore*, quod vltimum etiam obſeruatur apud Leandrum *qq. moral. parte* 5. *tract.* 2. *diſput.* 11. *quæſt.* 19. *ad initium.*

72 Eſt autem hoc ius ad eam capacitatem diuerſiſſimum ſpecie ab omnibus aliis iuribus, quippe quod terminatur ad aliquid referibile in ſupremum hominis commodum, ſupernaturalem nimirum beatitudinem, ac proinde conſtituit iniuriam ſpecie omnino diſtinctam ab aliis iniuriis, atque ideo explicandam in confeſſione, quam doctrinam approbarunt viri doctiſſimi ex noſtra Societate à me conſulti.

Er attendi hoc debere à confeſſariis, ad obiurganda eiuſmodi enormia peccata, maximè quando in eis interuernit parricidium, atque ad grauem pœnitentiam prout fragilitas pœnitentium tulerit, pro eis imponendam, monet Molina *de iuſt. tract.* 3. *diſput.* 27. *num.* 5.

Addo quòd ſi occidens infantem
73 ſit mater, incurrit parricidium, Leander *qq. criminal. parte* 5. *tract.* 2. *diſput.* 11. *quæſtion.* 9. cuius circumſtantiam debet exprimere in ſacramentali confeſſione. Graff. *de caſib. reſeru. libro* 1. *cap.* 14. *numer.* 67. Sicut quando occidit quis patrem, matrem, fratrem, ſororem. Idem Graff. *loco cit.* Azor *inſtit. moral. parte* 3. *lib.* 2. *cap.* 18. aut affinem ſuum, v.g. ſocerum, nurum. Azor *ibidem.* parricidium enim tranſit in aliam grauiorem ſpeciem. Suarez *tomo* 5. *de cenſur. diſp.* 44. *ſect.* 4. *num.* 1.

Et hæc poſt laborioſam indagationem habui, quæ lectori meo exhiberem circa formalem rationem necis proditoriæ, de qua nihil definiuit Pontifex, ſed noſtræ diſputationi tradidit, iuxta dictum Caroli à Baſilica Petri, vulgò Baſcapæi, Epiſcopi Nouarienſis *in comment. canonico ad cap. inter alia. de immun. Eccleſiar. num.* 10. vbi quòd poſt Gregorianam, diſputationi amplius non eſt locus, niſi ad cognoſcendum, qui verè, & propriè iis nominibus, *quæ ſcilicet in ſua Bulla expreſſit Pontifex*, appellandi ſint, inter quæ numeratur proditoria occiſio ibi *proditoriè occiderint.* 74

Tt 3 SECTIO II.

SECTIO II.

Qualiter cognoſcere debeat Epiſcopus, ſeu ab eo deputatus, de homicidio proditorio, & de aliis criminibus exceptis in iure, & in Bulla Gregorij XIV. ſuper immunitate Eccleſiarum, ad effectum tradendi, vel non, Curiæ ſeculari reum confugam ad Eccleſiam.

§. XXIX.

Prænotio.

Immunitas Eccleſiarum ſitnè de iure diuino, an de Eccleſiaſtico?

SVMMARIVM.

Immunitatem Eccleſiarum ſancitam eſſe iure diuino aſſerunt multi. n. 1.

Quæſtio hæc eſt potius de nomine, quàm de re. n. 2.

De iure diuino *eſt terminus æquiuocus prębens occaſionem apparenti inter ſententias contrarietati, quæ tamen nulla eſt.* n. 3.

Immunitas prędicta vel eſt de iure diuino remotè, & mediatè, & *quo modo intelligatur hoc.* n. 4.

Vel item eſt de iure diuino occaſionaliter, & imitatiuè. num. 5. *ſicuti ſunt decimæ, ſecundùm multos.* nu. 6. & *mixtio aquæ cum vino conſecrando.* n. 7. & *præceptum quadrageſimæ.* n. 8.

Decreta Canonica ius diuinum *interdum vocant quidquid continetur ſiue in veteri, ſiue in nouo teſtamento, ſiue id, quod more veteris legis conſtitutum eſt.* num. 9.

Immuitatem eſt conſtitutam iure poſitiuo ad imitationem legis veteris aſſerunt in terminis aliqui. nu. 10. & *fortaſſe quidam Iuriſtæ apud Abulenſem.* n. 11.

Vel demum immunitas eſt ex Dei ordinatione, *quatenus eſt conſtituta per legem, inſtinctu, & voluntate Dei conditam.* num. 12.

Lex per Apoſtolos conſtituta per ea verba viſum eſt ſpiritui ſancto, & nobis, *non fuit ius diuinum.* ibidem.

Immunitas non eſt nunc de iure diuino proximè, immediatè, directè, & in toto rigore. n. 13.

Immunitas non eſt de iure diuino veteri. num. 14.

Immunitas templi Hebræorum pertinuit ad ceremonialia, non ad moralia contra Germonium, cuius diſcurſus affertur. ibidem.

Impugnatur Germonius. n. 15.

Criminum punitio iure naturali, diuino, & humano ſtabilita eſt. ibidem.

Extractio reorum à templis, attento etiam naturali iure, repugnare non videtur. ibidem.

Germonius ſupponit id, quod probare deberet,

beret, nempe deberi Deo cultum ex morali. præcepto per ius immunitatis determinatè, & redundaturam ex vi eiuſdem præcepti irreuerentiam in Deum, ſi talis immunitas per laicum Iudicem non ſeruaretur contra reum confugam ad templum. ibidem.

Non fuit, neque eſt morale præceptum immunitatis, ſed fuit in lege veteri merè ceremoniale, quod ita poſt legem Euangelicam non obligat, vt erroneum foret aſſerere, quod hodiè noſtrarum Eccleſiarum immunitas procedat in vim legis veteris. n. 16.

Leges veteris teſtamenti non obſeruantur ad cauſarum deciſionem, niſi quatenus per præditum poteſtate condendæ legis, poſt legem noui teſtamenti, approbatæ ſunt. ibidem.

Immunitas non eſt de iure diuino nouo, ideſt ex lege gratiæ. n. 17.

Nullum à Chriſto eſt datum præceptum, præter naturalia præcepta Decalogi, & ſupernaturalia fidei, & ſacramentorum. numer. 18.

Immunitas propriè, directè, & immediatè eſt de iure canonico, & referuntur canones in hanc rem. n. 19.

De iure Eccleſiaſtico totaliter eſt modus immunitatis, & determinatio eius quo ad loca, perſonas, delicta, effectus. n. 20.

Præſcriptio ordinis ſeruandi circa ferendam excommunicationem quantum ad tempus, locum, & perſonas, & alias, circumſtantias, à voluntate maiorum dependet. n. 21.

Egregia doctrina Aialæ. ibidem. *& optima regula deducta inde ad aſſerendum, aliquid eſſe de iure humano.* n. 22.

Papa ſolus in cauſa immunitatis Eccleſiarum habet ſupremam poteſtatem. numer. 23.

Papa pro ratione inſtituendi immunitatem non habuit continuam Chriſti præſentiam in Euchariſtia intra Eccleſias, ſed deſtinationem per Epiſcopum factam talis loci ad publica ſacra ibi celebranda. ibidem.

Papa eſt ſupra totum ius, & totam Eccleſiam. ibidem.

Principes ſeculares, quantumcunque magni, non poſſunt quidquam diſponere circa ſpiritualem hanc materiam immunitatis, nec circa cognitionem cauſarum ad eamdem pertinentium, ne reos ad Eccleſiam confugas extrahere. n. 24.

In tractatu eiuſdem materiæ, etiam penès magiſtratus ciuiles, ſtandum eſt potius iuris Pontificij decretis, quam Cæſarei. num. 25.

Quod dictum eſt de Principibus ſecularibus, idem dicendum de Principibus ſacrorum, ideſt Epiſcopis. n. 26.

Quamuis verum eſſet, quòd Epiſcopi in ſua Diœceſi poſſint, quantum Papa in toto mundo, limitatur tamen regula, excipiendo ea, quæ ad vniuerſum ſtatum Eccleſiæ pertinent, vt res fidei definire, & ea, quę Papa ſibi reſeruat. ibidem.

Papa ſibi reſeruat materiam immunitatis Eccleſiarum, & diſpenſationem in eius priuilegio, ſicuti facultatem ſtatuendi impedimenta dirimentia matrimonium, & imponendi pollutionem Eccleſiarum aliis actionibus, quam à iure ſtatutis. numer. 27.

Epiſcopi id ſolùm poſſunt, & eo modo circa immunitatis cauſam ad cognoſcendum de illa in ſuis Curiis, quod, & quo Pontifex illis indulget, & hoc tenentur ad vnguem ſeruare. n. 28.

Quid potuerit diſponere Papa circa modum cognoſcendi in cauſa immunitatis circa delicta excepta. n. 29. vſque ad 35.

Potuit Papa præſcribere modum ſeruandum ab Epiſcopis tanquam inſtrumentis deputatis circa cognitionem delictorum exceptorum. n. 29.

Potuit Papa velle, vt, occurente caſu delicti excepti, procedant Epiſcopi ad cognitionem ipſius delicti, exigendo probationes demonſtratiuas. num. 30. *quæ cognitio, ſiue ex parte obiecti ſit vera, ſiue ſit falſa, habetur tamen pro indubitata in foro publico.* num. 31.

Potuit

Potuit Papa in gratiam immunitatis non curare, vt ex delictorum de ſe occultorum cognitione iuridica alligata ad demonſtratiuas probationes valdè difficiles, ſequeretur, quod non eſſet locus tradendis reis Iudici ſeculari, niſi rariſſimè. num.32.

Potuit idem Papa ex zelo iuſtitiæ vindicatiuæ velle, vt eueniente caſu alicuius delicti excepti, recedatur à rigida forma procedendi. n.33. *vel totaliter, ideſt remittendo iudicium ſoli conſcientiæ Epiſcopi nitentis argumentis quibuſcunque, & vndecunque petitis, dummodò ſufficientibus ad generandam in Epiſcopo ipſo prudentem credulitatem de commiſſione delicti excepti.* num.34. *vel partialiter, ideſt fundando cognitionem in iis probationibus, quas lex habet pro veris ſecundùm ſubiectam materiam, delictum ſcilicet occultum, etiamſi non ſint concludentes, ſed nixæ præſumptionibus vel iuris, vel hominis, vel in indiciis aut indubitatis, aut ſufficientibus ad torturam, &c.* n.35.

Quid diſpoſuerit de facto Papa circa modum cognoſcendi de delictis exceptis in cauſa immunitatis. nu.36. & ſeqq. vſque ad finem paragraphi.

Declarationem S. Congregationis requirentem; quòd plenè Epiſcopo conſtet de excepto delicto, allegatam à Sperello, optat auctor eſſe veram, & præſentari authentico modo, ideſt cum Cardinalis Præfecti, & Secretarij ſubſcriptionibus, & ſigillo ordinario. n.36.

Per hunc duntaxat modum, non autem ex impreſſis iuniorum libris, conſtat Cardinalium declarationes eſſe authenticas. num.37.

Quando Cardinalitiæ declarationes proponuntur, examinari debet, an ſint veræ formaliter ideſt ab ipſis Cardinalibus emanatæ & an ſint authenticæ: quorum vtrumque copulatiuè requiritur ad hoc, vt ipſis declarationibus teneamur acquieſcere. ibidem.

Addunt alij neceſſe eſſe, vt hæ declarationes, etiam authenticæ, promulgentur, ad hoc vt vim legis habeant. n.38.

Acris cenſura Sperelli contra quoſdam repugnantes declarationibus Pôtificiis. n.39.

Impugnatur eadem cenſura. n.40.

Hoſtienſis, & alij Doctores à Papa Innocentio IV. declarante ſuam mentem in Conſtitutione à ſe facta antea, receſſerût, cum ſtandum ſit verbis legis ſecundum interpretationem iuris, licet legiſlator extra legem dicat, ſe aliter intellexiſſe, dummodò ſuam declarationem non exponat in modum legis cum debita forma ad eſſentiam legis requiſita, & tamen temerarij non fuerunt: ergo nec temerarius eſt, qui declarationi in materia immunitatis, aſſertæ, & non probatæ, nec oſtenſæ authenticæ, nec promulgatæ non acquieſcit. ibidem.

Aliud Sperelli dictum acre in hac materia, tribuendum nimio zelo. n.41.

Nullus Catholicus dedignaturus eſt acquieſcere determinationi Sanctæ Sedis ſi eam ipſa Sedes cum debitis ad obligandum formis promulgare dignetur. ibidem.

Quandiu ea promulgatio non fit, non bene poteſt quis dici dedignari acquieſcere determinationi ſupremæ Sedis, ſi declarationi ab vno priuato Doctore aſſertæ factæ per Pontificem non acquieſcat, ſed legitimam promulgationem exigat ad ſe reputandum obligatum. ibidem.

Licet in manifeſtis declaratio legis inſit, & ſic ex ſe ſine alia promugatione obliget, tamen ſecus eſt in dubiis, quia in his declaratio eſt veluti noua lex, & ſic, vt obliget, noua promulgatione indiget. n.42.

Niſi aliter circa punctum præſentis quæſtionis per S. Sedem declaretur, declaratio Cardinalium, licet magni ponderis ſit, tamen vi legis caret, & ſic non eſt ipſi neceſſario ſtandum, ſicuti de facto dictis declarationbus non ſteterunt graues DD. ibidem.

Deſiderium ſuum expoſitum n.36. *circa declarationem ad præſentem materiam, replicat auctor.* n.43.

Sperellus, quamuis credatur non deficere circa

ca

Digitized by Google

ca veritatem aſſertæ per ipſum declarationis in præſenti materia, deficit tamen circa eiuſdem legalitatem. ibidem.

Cum circa propoſitam difficultatem, tanquam ſuppoſitam indeciſam per ſupremum tribunal, à neotericis diſcurratur difformiter à tenore eiuſdem declarationis, putat auctor licere ſibi proloqui aliqua in hanc rem, donec Romani oraculi lux opiniones intercipiat. ibidem.

Aſſertur prima ſententia extrema circa præſentem quæſtionẽ, & auctores pro ea, ſentientes Gregorium XIV. de facto ſanxiſſe, vt Epiſcopus, ſeu ab eo deputatus non poſſit tradere reum confugam ad Eccleſiam Iudici laico, niſi prius conſtet ſibi per concludentes probationes ipſum commiſiſſe aliquod ex delictis exceptis. n.44. & 45.

Immunitatis Iudex eſt Epiſcopus, etiamſi ſolùm ſit electus, & confirmatus, itemque Capituli ſede vacante Vicarius. n.45.

Deputatus ab Epiſcopo, eſt eius generalis Vicarius. ibidem.

Cum poſſit aliquando conſtare de actu ipſo prauo, v.g. de homicidio, & non qualitate, v.g. proditione, neceſſe eſt iuxta hanc primam ſententiam, vt conſtet de vtroque. n.46.

Aſſertur cenſura huius primæ ſententiæ. numer.47. & ſeqq.

Si hæc ſententia contendit, Gregoriũ velle, vt Iudici immunitatis conſtet de crimine excepto, per probationes luce meridiana clariores, inueriſimilis, & multum ſtricta aliquibus DD. videtur. n.47.

Meritò excluditur neceſſitas probationum euidentium in cauſa immunitatis. n 48.

Quod ſuadetur primo ab impoſſibili ex parte ipſarum probationum euidentium ſaltem quo ad aliqua ex delictis exceptis. ibidem.

Veritatem in huiuſmodi delictis aſſequi perquam difficile eſt, & nominatim in proditorio, & aſſaſſinio. n.49.

Deſunt ferè ſemper teſtes, qui probent hæc occultiſſima ſcelera. n.50.

Redditur impoſſibilis potiſſima omnium probationum, quæ nempe reſultat ex propria Rei confeſſione, cum nemo ex confugis ad Eccleſiam inducatur ſine tortura ad fatendum cum iactura immunitatis, & capitis periculo delictum exceptum. num. 51. & aliqui Iudex immunitatis non poſſit procurare veritatem per torturam ſuper delicto excepto. numer.52.

In cauſa mere ciuili, cuiuſmodi eſt cauſa immunitatis, reus homo liber non torquetur. n.53.

Tortura non habet locum, quando de crimine ciuiliter agitur. ibidem.

Confugæ teneri non debent in compedibus, niſi ob eorum inſolentiam, aut aliam cauſam aliud videatur expedire, nec alio modo vexari. ibidem.

In his Iudex Eccleſiaſticus eſt multo deterioris conditionis præ laico, cum hic in proditionibus, & tractatibus, qui ſecreto fiunt torquere poſſit etiam ſine indiciis, propter probationis difficultatem. n.54.

Si deeſt in criminibus occultis probatio per teſtes, & per propriam confeſſionem, non ſupereſt modus ad plenè probanda ipſa crimina in cauſa immunitatis. numer.55.

Non videtur credibile, quod Gregor. XIV. voluerit excludere proditorium, & alia crimina non notoria ab immunitate, in odium deformitatis eorum, & voluerit eam excluſionem pendere à plenis probationibus, quas videbat eſſe moraliter quaſi impoſſibiles. n.56.

Alioqui breuior via erat, vt eadem crimina nullatenus exciperentur à beneficio immunitatis, quàm vt exciperentur cum appendicibus, quæ vix relinquerent locum tradendis foro ſeculari reis. num.57.

Doctrina Caroli Baſcapæi ad rem. ibidem.

Qui dicunt, in his delictis occultis requiri plenam probationem, præcludunt viam probationi horum delictorum, vt in ſimili diſcurrit Crauetta. n.58.

Suadetur ſecundo excluſio neceſſitatis probationum euidentium in cauſa immuni-

tatis per locum à conditione legis, quæ caſus raros non reſpicit, ſed ea, quæ frequenter accidunt. n. 59.

Eſt caſus rarus, & ferè metaphyſicus, ac præter communem ſpem, quòd Epiſcopale circa aliqua ex delictis exceptis naturaliter arcana iudicium poſſit in ſui latione pendere practicè à plenis probationibus eorum delictorum ob earum communiter inſuperabilem difficultatem. n. 60.

Iudicium Epiſcopale eſt actio humana, ac proinde eſt dirigibile per legem habentem pro ſuo obiecto actiones humanas, quas dirigit ex ſuo proprio officio, cum lex ſit regula actionum humanarū. n. 61.

Gregoriona Conſtitutio, tanquam lex directrix actionis Epiſcopalis, non videtur reſpicere taxatiuè, & tanquam neceſſariam, vnicamque materiam, hunc caſum ferè metaphyſicū, ſed reſpicere tum alium moralem, idest prout euenire ſolet, tum ipſum etiam caſum plenarum probationum, ſi fortè haberi poſſint. ibidem.

Lex frequentis vſus cauſā aliquid decernens caſum minus frequentem non excludit, ſed comprehendit. n. 62.

Gregoriana *non exigit rigoroſas probationes, ob earum ordinariam difficultatem, ſed bene illas admittit, ſi obtineri poſſint.* ibidem.

Suadetur tertiò excluſio neceſſitatis probationum euidentium in cauſa immunitatis per locum à neceſſitate vitandi ſuperfluitatem in Gregoriana. n. 63.

Aſſeruntur duæ clauſulæ ex Gregoriana, *& oſtenditur, vnam eſſe ſuperfluam, ſi Papa exigit in cauſa immunitatis plenas probationes.* ibidem. *& aſſertur dicti ratio.* n. 64.

Quòd clauſula ſit ſuperflua, eſt abſurdum, nec ferendum in legislatore. ibidem.

Verba enim ſemper operari debent aliquid, etiam in materia ſtricta, odioſa, & correctoria, & ad obtinendā hanc aliqualem operationem, interpretanda ſunt etiam impropriiſſimè: nec ſolùm clauſulæ, ſed etiam minimum verbū, immo & ſyllaba debent aliquid operari, quod procedit in qualibet Conſtitutione Papali. n. 65.

Vna ex clauſulis Gregorianæ *ſtat non ſolùm ſuperfluè, ſed etiam contradictoriè, ſi Papa exigit in cauſa immunitatis plenas probationes.* n. 66. & 67.

Quod plenè probatur, non videtur *eſſe, ſed clarè, firmiterque conſtat Iudici: at quod* videtur *eſſe, non clarè, nec firmiter cōſtat, ſed prudēter ſolùm ita ſe habere creditur non tamen ſine formidine oppoſiti.* n. 67.

Teſtes, qui deponunt per verbum videtur, *non probant: & verbum* videtur *non importat veritatem, ſed præſumptionem, quæ eſt quid minus veritate, & ſcientiā, & denotat improprietatem.* ibidem.

Quidam volunt, verba iudicio ſuo, &c. *contenta in* Gregoriana, *declarari per alia ſubſequentia* cognito prius, &c. n. 68.

Impugnatur hoc dictum per locum à ſuperfluitate priorum verborum, & à neceſſitate vitandi occaſiones confouendæ ambiguitatis circa intellectum Conſtitutionis, numer. 69. *& ab indebita transformatione naturæ* iudicij, *ſeu* viſionis, *in aſſenſum certum fidei humanæ.* numer. 70.

Conſtito, *&* cognito *communiter apprehenduntur vt clauſulæ diuerſæ, quarum prima ad ſui verificationem exigat veras probationes, ſecus verò ſecunda,* numer. 71.

Corrigitur præcedens dictum, & oſtenditur dari caſū in iure, in quo probatio habetur per ſolas præſumptiones, & coniecturas, & nihilominus ea præſumptiua probatio effertur per terminum conſtiterit. n. 72.

Ex eo, quòd in Gregoriana vſurpatur clauſula cognito, *male infertur exigi per Pontificem, vt conſtet de delictis exceptis per plenas probationes, quaſi vero* cognito, *&* conſtito *æquiparētur; &* cōſtito *importet plenas probationes.* n. 73

Priora verba iudicio ſuo *magis ſpecialia, & clara, determinant ſequentia,* cognito prius *generalia, obſcura, ſeu potius æquiuoca.* num. 74. *in cuius dicti confirmationem*

*firmationem afferuntur axiomata.*n.75.

Tritum illud, quod verba præcedentia declarantur per ſubſequentia, & vna pars legis declarat alteram, *intelligi debet in caſu, in quo præcedentia verba ſunt obſcura, & ſubſequentia ſunt clara, non autem quando res è conuerſo procedit, ſicut in præſenti caſu: itemque non quando verba ſubſequentia mutarent ſubſtantialem ſignificationem præcedentium, vt item accideret in præſenti caſu.* ibidem

Probandum fuiſſet efficaciter ab auctoribus primæ ſententiæ, Pontificem de facto, non obſtantibus quibuſcunque, exegiſſe omnino à Iudice immunitatis plenas probationes ſuper delictis exceptis. n.76. *quod cum non fecerint, ac reliquerint in ſua probabilitate contrarium diſcurſum, reddiderunt inefficacia omnia argumenta per ipſos allata, vt probent requiri plenas probationes ad ſententiam immunitatis, cum ſemper reſponderi poſſit futurum eſſe argumentis locum, ſi de facto aliter Pontifex non diſpoſuiſſet: at locum non eſſe iiſdem argumentis, quia de facto aliter diſpoſuit, vt probant rationes ab auctore allegatæ.* n.77.

Argumenta aduerſariorum remiſſiuè. n.78.

Nullus ex aſſertoribus primæ ſententiæ contendere poteſt, debere probari per plenas probationes quidquid pertinet ad qualitatem excipientem delicta. n.79.

Affertur ſecunda ſententia extrema, docens ſufficere, vt Epiſcopus cognoſcat, commiſſum eſſe delictum exceptum, ſummariè, ſimpliciter, extraiudicialiter, & quantum pro ſuæ conſcientiæ quiete ſibi viſum fuerit. n.80.

Referuntur Doctores pro hac ſententia, mutuati Doctrinam à quodam reſcripto Clementis VIII. ad Archiepiſcopum Panormitanum. ibidem.

Inſpecto Gregorianæ tenore, prædictum reſcriptum videtur in idem recidere cum ipſa Gregoriana, & afferre pondus huic ſententiæ, quæ vel ex hoc ſolo motiuo, nedum ex aliis allatis per quoſdam Doctores, redditur probabilis. n.81.& 82.

Affertur cenſura huius ſecundæ ſententiæ. n.83.& ſeqq.

Argumentum à reſcripto Clementis VIII. non eſt firmum, cum negari poſſit exiſtere id reſcriptum, vel certè, quamuis detur ea exiſtentia, non ſit certum, quòd Pontifex voluerit definire hunc articulum. n.83.& 84.

Idem reſcriptum non poteſt haberi loco legis generalis, cum publicatum in ſolita forma non fuerit, ſed haberi debet tanquam decretum locale pro ciuitate Panormi, quod extra illam, & extra caſum illum non obligat. n.84.

Argumentum à ſuppoſito Bullæ ſenſu non eſt firmum. n.85.

Secunda ſententia quatenus fundatur in textu Gregorianæ, qui ſupponitur remittere iudicio, *&* viſioni *Epiſcopi cauſam exceptorum delictorum, non habet certitudinem, cum ille textus non faciat certò hanc remiſſionem in omni caſu, & ſit multipliciter interpretabilis.* n.85. 86.87.88. 89. & 90. *& inuoluat dubitationem, quæ Sedis Apoſtolicæ declarationem expoſcat.* n.89.

Proponuntur dura, quæ ſequuntur ex hac ſententia, eiuſque falſitatem conuincunt. n.91.& ſeqq.

Si hæc ſententia contendat, Pontificem de facto remittere probationem commiſſionis criminum exceptorum ſoli iudicio, *ſeu* viſioni *Epiſcopi, iam idem Pontifex remittit eamdem probationem* ſoli conſcientiæ *eiuſdem Epiſcopi.* n.91.

Conſcientia enim, quæ eſt mentis dictamen, *eſt idem cum iudicio, quod eſt mentis dictamen.* n.92.

Ex hac remiſſione ad ſolam conſcientiam *inferuntur neceſſario neceßitate conſequentiæ aliqua intolerabilia.* numer.93.

Et primo infertur, quod non requiritur formatio proceſſus ſolemnis, neque acquiſitio iuridicæ notitiæ de veritate. numer.94.

Non requiritur probatio iudicialis quotieſcunque

tieſcunque aliquid committitur conſcientiæ, & prudentiæ alicuius. n. 95.

Ad conſcientialis commiſſionis executionem non requiruntur teſtes iurantes; neque ordo, & figura iudicij. n. 96.

Secundò infertur, quòd Epiſcopo ſatis eſt adhibere talem qualem cognitionem *pro ſecuritate ſuæ conſcientiæ circa veram commiſſionem delicti excepti, & verbum illud* cognito *verificari in quacunque cognitione: & quod ſufficit Epiſcopo,* quoquo modo ei libuerit, *talem acquirere cognitionem, vt in conſcientia putet, reum aliquid horum criminum commiſiſſe, & quod ſufficit conſcientia probabilis, & informatio ſecreta, & ſine ſcriptis.* n. 97.

Tertiò infertur, quod Epiſcopus in formanda ſua conſcientia circa veritatem exceptorium criminum, poteſt eſſe contentus ſemiplena cognitione, etiam ſequendo proceſſum Curiæ ſecularis. n. 98.

Quam proceſſus ſecularis ſequelam, licèt aliqui concedant in aliquibus particulabus caſibus. n. 99.

At regulariter negant merito alij, qui volunt, Epiſcopum debere recipere nouas informationes, & probationes de præterito delicto. n. 100.

Non teneri ſtare proceſſui laicali Epiſcopum tradunt merito alij. n. 101.

Ad rectam Doctorum intelligentiam annotatur, aliud eſſe poſſe ſtare proceſſui, *aliud* poſſe non ſtare, *aliud* teneri ſtare proceſſui, *aliud* teneri non ſtare: *quod aliqui non diſtinguentes, allegant pro vna ſententia Doctores, qui ſunt pro alia.* n. 102.

Licet notorium ſit, delictum eſſe ex iis, quibus negatur immunitas, requiritur tamen adhuc cauſæ cognitio, & debet conſtare per acta: id quod auctor non accipit de conſtatione per plenas probationes. num. 103.

Quartò infertur non requiri citationem partium n. 104.

Hanc eſſe praxim aſſerunt aliqui, cuius contrarium vidit obſeruari auctor. ibid.

Citari debet in hac cauſa pars, ideſt Eccleſia, & reus confuga. ibidem.

Citatio pertinet ad defenſionem, nec ſuper ea poteſt Princeps diſpenſare, nec ſupplere citationis defectum, cum inducta ſit omni iure, etiam naturali. numer. 105. & 106.

Reus ſi non citatus compareat ſponte, & petat audiri, audiendus eſt in hac cauſa immunitatis. ibidem.

Poteſt conſtitui reus, & interrogari in cauſa immunitatis, non obſtante quod id videatur eſſe ſumere probationes de domo rei, quia in ciuilibus, cuiuſmodi eſt cauſa immunitatis, hæc ſumptio habet locum. n. 107.

Quinto infertur non eſſe publicandum proceſſum reo. n. 108.

Contrarium ſuſtinetur, quia aliter per indirectum tollerentur defenſiones, ad quas ipſa publicatio ordinatur: vnde in iis etiam cauſis neceſſaria eſt, in quibus proceditur ſine ſtrepitu, & figura iudicij. num. 109.

Approbatur dictum Caualcani volentis, quod quamuis neceſſaria non ſit dicta publicatio in ſummariis, tamen non debet omitti, ſi à parte petatur. n. 110.

Maxima pars defenſionis conſiſtit in copia indiciorum, & nominibus teſtium. ibidem.

Munus interrogantis non tantum ex qualitate probandorum, quantum ex qualitate teſtium perficitur: & pondus depoſitionis magis conſiſtit in qualitate teſtis, quam dicti, & ob id teſtibus, & non teſtimoniis, iudicandum eſt. ibidem.

Copia indiciorum dari debet reo. ibidem.

Non tamen dari debent nomina teſtium in cauſa hæreſis, ſed abſcondi, ſiue agatur in tribunali S. Officij, ſiue agatur in tribunali Epiſcopi in ordine ad immunitatem. ibidem.

Etiam in Curia S. Inquiſitionis in cauſa hæreſis danda eſt, & datur de facto copia indiciorum, cum ſine indiciis reus non poſſit ſe defendere. ibidem.

Sexto

Sexto infertur non teneri Epiſcopum concedere dilationes. n. 111.

Contrarium ſuſtinetur. n. 112.

Denegare aduocatos eſt magnam partem defenſionis tollere. ibidem.

Sex prædicta corollaria cum videantur duriſſima in ſe, & credantur oppoſita dictamini ſummorum Pontificium, & SS. Congregationum, videntur conuincere, quod verum non ſit id principium, à quo eadem corollaria deducuntur. n. 113.

Valet argumentum ex abſurdi ſequela ibidem.

Falſitas liberrimæ remiſſionis, quam aſtruunt auctores ſecundæ ſententiæ, inculcatur ex hoc, quod prudens iudicium, viſio, & conſcientia Epiſcopi circa commiſſionem delicti ob naturalem obiecti conditionem, videntur moraliter impoſſibilia, ſi nempe omiſſis proceſſu, citatione, auditione partis excipientis, opponentis, &c. non poſſit fieri collatio, & combinatio depoſitorum à teſtibus, allegatorum à reo, & aliarum circumſtantiarum. n. 114.

Si Epiſcopus ſubtrahat ſibi commoditatem iſtius illuminatiuæ combinationis, non habet, vnde colligat motiua ad rectè ratiocinandum circa commiſſionem delicti, & ad vitandum moraliſſimum periculum errandi. n. 115.

Non potuit fieri prudenter, nec facta fuit à Pontifice commiſſio merè conſcientialis circa obiectum lubricum, & periculoſum, quæ tamen potuit fieri, & de facto nonnunquam facta eſt prudentiſſimè circa alia obiecta plana, & non periculoſa, etiamſi non ſeruetur ordo iudicialis. numer. 116.

Tridentinum commiſit iudicio, & prudentiæ Ordinarij remiſſionem denunciationum ad matrimonium prærequiſitarum: quam commiſſionem exequi poteſt ordinarius cum ſola extraiudiciali informatione circa cauſam iuſtam, vt licitè diſpenſet. n. 117.

Sine rigore iudicij acquiri poteſt certitudo iuſtitiæ cauſæ ad diſpenſandum: ſecus in cauſa cognitionis delictorum exceptorum ibidem.

Verum eſt dictum quorumdam, quod quoties committitur aliquid conſcientiæ, & prudentiæ alicuius, non eſt neceſſaria probatio iudicialis; quia committentes determinant cautè commiſiones conſcientiales duntaxat ad obiecta cognoſcibilia facillimè ſine iudiciali probatione: at quando naturaliter obiectum incognoſcibile eſt, niſi adhibeatur plenior cognoſcendi modus ex norma iudiciaria, non fit commiſſio conſcientialis, ſicut non eſt facta in caſu, de quo agimus. n. 118.

Periculum errandi in materia grauiſſima, & lubrica non vitaretur, ſi Epiſcopus iudicaret quoquo modo, & talem qualem cognitionem adhiberet. numer. 119.

Non fuit neceſſe, vt Pontifex, ad oſtendendam neceſſitatem procedendi in hac cauſa pluſquam quoquo modo, & taliter qualiter, præfiniret aliquam formam ſeruandam à Iudice Immunitatis, & cur? ibidem.

Nihil concludit obſeruatio Gratiani, quod ſi Pontifex voluiſſet pleniores probationes, præfiniſſet expreſsè aliquam formam circa modum adhibendum in cognitione huius cauſæ. n. 120.

Aptius obſeruarunt aliqui ad conſcientialem informationem, perinde ac ad iuridicam, requiri plenas probationes: quod tamen dictum patitur difficultates recenſitas in cenſura primæ ſententiæ, & modificandum eſt iuxta infra dicenda. num. 121.

Reus poteſt ſe opponere executioni declarationis factæ ab Ordinario ſuper incompetentia immunitatis, ſi iuxta doctrinam allatorum corollariorum proceſſum fuerit. n. 122.

Siue dicatur, conceſſam eſſe immunitatem Eccleſiis immediatè, principaliter, & directè, ipſis vero reis in conſequentiam, indirectè, & minus principaliter, ſiue dicatur conceſſam eſſe Eccleſiæ, non prout

*dicit materiale templum, ſed prout conſideratur tanquam perſona moralis capax iuris, priuilegiata hoc priuilegio principaliter, quatenus intra templa continet confugientes in quos priuilegium redundat, quatenus ibi ſunt.*n.123.

*Siue dicatur conceſſam ſimpliciter ipſis reis, intuitu loci ſacri.*n.124.

Siue dicatur conceſſa & loco, & reis. numer.125.

*Semper in omni ſententia verum eſt dicere, quod reus habet ius tutandi ſe à cenſura Iudicis ſecularis intra Eccleſiam, etiam per vſum armorum contra Iudicem ſecularem extrahere volentem, & ius ad hoc, vt reſtituatur Eccleſiæ, ſi ab ea fuerit illegitime abſtractus, quæ abſtractio eſt contra iuſtitiam, ſeu iniuſtè ſacrilega, etiamſi reus prædicto iuri renunciaret.*n.126.

*Non poteſt Iudex Eccleſiaſticus tradere reum confugam Iudici laico, niſi prius eidem reo permittat exercitium ſuorum conatuum ad conſeruationem prædicti iuris.*ibidem.

Cognitio cauſæ immunitatis non fit ad ſolius Ordinarij *inſtructionem*.n.127.

Non fit præiudicium reo, ſi in hac cauſa non offeratur libellus, nec fiat litis conteſtatio. n.128.

*Refertur, & refellitur quoddam dictum Gambacurtæ, & Giurbæ.*n. 129.& 130.

Non poteſt dici, quod Epiſcopus poſſit quidquam decernere in cauſa immunitatis, ſi auditis teſtibus deponentibus in vtranque partem circa commiſſionem delicti, & qualitatem exceptiuam, verè dubius maneat. n.131.

*In hoc caſu dubij tenetur Epiſcopus adhibere maiorem diligentiam, examinando alios teſtes, vel rurſum interrogando eoſdem, & fiſcum ſecularem monendo, quod eius probatio facit ſolum dubiam fidem contra reum, & dando tempus eidem fiſco ad probandum.*n.132. *contra Giurbam.*n.133.

*Perſeuerante dubio de crimine, aut de quaqualitate criminis, etiamſi de ipſo crimine conſtet, debet Epiſcopus pro immunitate declarare.*n.134.

*Lex immunitatem excludens fundat ſe in qualitate delicti excepti, de qua proinde conſtare debet ante omnia.*n.135.

Quando lex ſe fundat in aliqua qualitate, opportet ante omnia, de ea conſtare. ibidem.

Debet Epiſcopus declarare pro innocentia, & admittere ad immunitatem, quando certum eſt, fuiſſe commiſſum delictum exceptum ab vno ex duobus, ſed dubitatur, vter commiſerit. ibidem.

*Si motiua militantia ex parte facti ad iudicandum pro affirmatiua, & negatiua criminis excepti, & qualitatis excludentis immunitatem, ſint æqualis probabilitatis, debet Epiſcopus pronunciare pro reo, & immunitate.*n.136.

*Æqualitas probabilitatis motiuorum reddit factum propriè dubium dubietate poſitiua.*n.137.

Refertur diſcurſus Gambacurtæ ad probandum, quod in dubio de commiſſione delicti excepti, quando actor, & reus pariter probant, iudicandum ſit fauore actoris contra reum in cauſa immunitatis. numer.138.139.140.& 141.

Impugnatur diſcurſus Gamcaburtæ. n.142. & 143.

*Soluuntur rationes allatæ per Gambacurtam.*144.145.146. & 147.

*Sunt omnino diuerſæ cauſa immunitatis, & cauſa iudicij ſecularis, habentque diuerſum obiectum, & diuerſum finem.*numer.144.

*Articulus immunitatis eſt præambulus ad iudicium ſeculare, ſed omnino ab eo diſtinguitur, & finitur in ſeipſo, antequam illud incipiat.*ibidem.

Poſſunt per Eccleſiam condi omnes eæ leges, quas iudicauerit expedire ad finem ſupernaturalem, abſque vlla dependentia ab approbatione, & receptione ſubditorum. n.147.

*Gambacurta exaggerat difficultates contra diſcurſum ſibi viſum probabilem.*numer.148.

Actor

*Actor in cauſa communitatis non poteſt appellare contra ſententiam latam pro reo.*n.149.

*In caſu æqualitatis motiuorum vtrinque probabilium ſuſtineri poteſt non eſſe propriè dubium.*n.150.vſque ad 159.

Intellectus poteſt aſſentiri parti affirmatiuæ, & negatiuæ, quatenus vtraque ſubſtat ſuo motiuo æqualiter probabili. numer.150.

Neutrum motiuum eneruat intrinſecam vim alterius motiui in reciproca inter ſe concurrentia, ob reflexè agnitam in vtroque reciprocam ineuidentiam in ordine ad veritatem obiecti, quod cognoſcitur non prout eſt in ſe, ſed prout ſtat ſub tali modo, ideſt probabilitate. numer.151.

Aliud eſt iudicare rem in ſe *eſſe licitam, aliud iudicare* probabiliter *rem eſſe licitam.*n.152.

Si cognoſceretur veritas obiectiua, prout eſt in ſe, intellectus maneret immobiliter determinatus ad alterutram partem, & eſſet liber à formidine. n.153.

*Formido quid ſit.*ibidem.

In caſu agnitæ veritatis obiectiuæ prout eſt in ſe, intellectus non poſſet elicere aſſenſum, vel diſſenſum circa idem obiectum, alioqui incideret in contradictionem. num.154.

*Contradictio non accidit, quando intellectus ſub vno probabili motiuo aſſentitur vni obiecto, & ſub alio item æquè probabili motiuo diſſentit ab eodem.*n.155.

Exemplum contraditionis. n.156.

Aliud eſt iudicare de probabili coniunctione honeſtatis cum aliquo ſubiecto quod iudicium eſt directum, & merè opinatiuum: aliud eſt iudicare de probabilitate huius iudicij directi, quod ſecundum iudicium eſt reflexum, & poteſt eſſe euidens. n.157.

*Auctor non poteſt aſſentiri quibuſdam contendentibus non poſſe quem opinari vtramque contradictionis partem, neque ex principiis. intrinſecis, neque ex extrinſecis.*ibidem.

*Caramuel aſſerit, poſſe eumdem hominem ſimul habere certitudinem, probabilitatem, & dubium de eodem indiuiſibili obiecto.*n.158.

In caſu Epiſcopi probabiliter vtrumque opinantis ex parte facti circa delicta excepta, videtur prima facie pronuntiandum contra reu.n, ex eo quod contra eum ſtat fauorabilis cauſa ius nempe punitionis delictorum argum.cap fin.de ſent. & re iudic. *cuius textus deciſio extenditur ad omnes caſus fauorabiles, & conſequenter ad ius punitionis delictorum.*n.159.160.& 161.

Sed reſpondetur, quòd in concurſu fauoris iuris ad punienda delicta, & fauoris priuati Rei, & fauoris immunitatis Eccleſiarum, præferri debet ab Epiſcopo in iudicando de delicto ineuidenti, ſed æqualiter probabili, fauor immunitatis, qui habet rationem maioris boni, & eſt in ordine ſuperiori. n.162.

Si duo Iudices ordinarij pronunciauerint ſuas ſententias diſcordes in cauſa immunitatis, recipienda eſt ſententia, quæ fauet reo, quippe quæ fauet etiam principaliter immunitati. n.163.

Quando etiam non concurreret fauor immunitatis cum fauore Rei, ſolus fauor ipſius Rei deberet præualere fauori punitionis delictorum, & ſolus habere locum. n.164.

Sequenda eſt etiam in ciuili cauſa immunitatis, ſicut in criminalibus, pars fauorabilis reo, ſi partium iura ſint æqualia ex parte facti. n.165.

*In caſu æqualium probationum, ac coniecturarum circa cædem hominis in Eccleſia commiſſam, quod commiſſa fuerit cum culpa vel graui, vel leui, vel etiam nulla, pronunciatur pro non pullutione Eccleſiæ.*ibidem.

*Satisfit obiectioni cuidam.*n. 166.

Si Epiſcopus habeat motiua vtrinque probabilia quidem, ſed inæqualiter, ad iudicandum pro affirmatiua, & pro negatiua delicti, vel qualitatis excluſiuæ ab immunitate videtur vero ſimile, quòd

Pon

Pontifex velit, vt Epiſcopus in hoc caſu in quo probabilitas ſe tenet ex parte facti, ſequatur in iudicando meliorem probationem. n.167. ſicut in aliis cauſis ciuilibus tenetur Iudex iudicare ſecundum meliorem probationem. n.168.

In prædicto ſenſu videtur admittenda ſententia Gambacurtæ docentis ſufficere probabilem conſcientiam ad negandam reo immunitatem. n.169.

Aſſertur tertia ſententia media, docens, Pontificem de facto contentum eſſe, vt in cauſa delictorum exceptorum Iudex immunitatis cognoſcat per indicia, præſumptiones, & coniecturas. n.170.

Aſſertur conſura huius tertiæ conſuræ. n.171. & ſeqq.

Auctores confuſè ſcribunt in hac materia, & debuiſſent explicare, de quibus præſumptionibus, & indiciis intelligatur, & an hæ, & hæc ſint probanda: & debuiſſent explicare obiectum, ſupra quod hæc cadant. n. 161.172.173.& 174.

Differunt probatio vera, & præſumptio, cum illa ſenſu corporeo immediatè percipiatur, hæc vero colligatur per diſcurſum. n.175.

Si tertia hæc ſententia loquatur de præſumptionibus iuris, quæ ſunt probabiles coniecturæ ex certo ſigno prouenientes, quæ, alio non adducto, pro veritate habentur, & dicuntur liquidiſſimæ probationes, & releuant ab onere probandi, illudque transferunt. numer.176. hæ videntur ſufficere ad intentum Gregorij XIV. n.177. & 178.

Etiam præſumptio eſt vera, & propria probatio. n.178.

Si ad intellectum Bullæ Pij V. vtentis termino per claras probationes, ſufficit præſumptiua probatio: ergo & multo magis ad intellectũ Bullæ Gregorij XIV. vtentis terminos minus ſignificatiuo cognito prius. ibidem.

Ad cauſam immunitatis, quæ ciuilis eſt, quadrat concluſio, quod poſſit quis in ciuilibus condemnari ex præſumptionibus, & leuiores probationes requirantur in ciuilibus, quàm in criminalibus. n.179.

Si hęc tertia ſententia loquatur de præſumptionibus hominis, quæ ſunt quidam conceptus cauſatus in mente ab aliqua probabili coniectura, videntur hæ ſufficere ad intentum Gregorij XIV. cum etiam hominis præſumptio, dummodo non leuis, habeat rationem veræ probationis. n.180.

Dicta de præſumptionibus, procedunt maximè de violentis, ex quibus ſcilicet animus iudicantis in contrarium perſuaderi non poteſt, nec intellectus verti in conſcientiam oppoſitam. n.181.

Præſumptiones, ſiue cadant ſupra actum, ſiue ſupra qualitatem actus, debent probari apud Iudicem immunitatis per duos teſtes. n.182.

Omnis præſumptio probari debet per duos teſtes, ſicut & indicia, vel etiam per vnum maiorem omni exceptione, ſi indicium ſit actui proximum, & procedit hoc vltimum in ordine duntaxat ad torturam. ibidem.

Terminus, præſumptio, coniectura, indicium ſtat æquiuocè, & ſignificat modo actum intellectus præſumentis, modo motiuum inducens intellectum ad præſumendum. Sumitur autem in vltimo ſenſu, quando dicitur, probandam eſſe præſumptionem, coniecturam, & indicium. n.183.

Aliquando adaptatur nomen coniectura ad actum intellectus probabiliter opinantis, & ſtat formaliter: aliquando ad motiuum inuitans intellectum ad probabiliter opinandum, & ſtat obiectiuè. numer. 184.

Terminus indicium ferè ſemper accipitur in ſenſu obiectiuo, raro autem in formali. n.185.

Quando dicitur ſumi indicium, præſumptionem, & coniecturam pro eodem, id verum regulariter eſt, ſi comparetur indicium ad coniecturam, & præſumptionem ſumptas obiectiuè, non autem ſi compare

comparetur ad eaſdem ſumptas formaliter. ibidem.

Inter præſumptionem, *&* coniecturam *nulla prorſus eſt diſtinctio, ſi ſumantur formaliter, ideſt prout ſe tenent ex parte intellectus, & tantummodò inuoluunt diſcrimen, quatenus vel aliquando vnum ſumitur* obiectiuè, *ſeu ex parte obiecti, aliquando verò* formaliter, *ſeu ex parte intellectus.* n. 186.

Auctor proteſtatur ſe indiſtinctè ſumere indicium, coniecturam, & præſumptionem *vnum pro alio.* ibidem.

Si hæc tertia ſententia loquatur de indiciis remotis, hoc eſt non reſpicientibus immediatè veritatem delicti per ſenſum viſus, vel auditus iuxta ſubſtantiæ veritatem, ſed circumſtantias, itemque de leuibus, quæ parum diſtant à remotis, eſt valdè remota ab intentione Gregorij XIV. in cauſa immunitatis. n. 187.

Nimis fallaciter cognoſceret Epiſcopus, commiſſum eſſe delictum exceptum, ſi ſolis indiciis remotis, aut leuibus, quæ frequenter, & facile contingit abeſſe, & quæ neque ſemiplenam probationem vnquam faciunt, neque ad extraordinariam pœnam, neque ad torturam ſufficiunt, niteretur. n. 188.

Ad extrahendum delinquentem à loco immuni non ſufficit ſententia contumacialis. n. 189.

Si loquatur eadem ſententia de indiciis ſufficientibus ad torturam, auctor nihil audet definire ex ſua ſententia, ſed nec improbabilem putat ſententiam aſſerentium ſufficere ea indicia in cauſa immunitatis. n. 190.

Confeſſio extraiudicialis, quæ ſi iurata foret, faceret plenam probationem, & concurrentibus aliquibus coniecturis, ſufficeret ad condemnandum pro delicto, extra iuramentum autem, facit ſolum indicium ad torturam, ſi modo probata ſit, itemque confeſſio facta coram Iudice incompetenti, quæ ſufficit, vt reus, licet non poſſit condemnari à proprio Iudice, poſſit tamen torqueri, ſatis ſunt, ſecundum ſententiam numero præcedenti citatam, in cauſa immunitatis. n. 191. *quod multò magis in eadem ſententia dicendum, ſi adſit dictum vnius teſtis omni exceptione maioris, qui actui interfuerit.* n. 192. *itemque ſi adſint alia indicia ſufficientia ad torturam, quæ tamen, per teſtium depoſitionem probanda ſunt, vel ſaltem per vnum teſtem, ſi proxima ſint actui.* n. 193.

Si in caſibus alias probatu difficilibus plura indicia dubitata, dummodo non ſint remota, & leuia, coniunguntur ad faciendum vnum indubitatum, & ad faciendam plenam probationem, ex qua reus poſſit condemnari in pœnam ordinariam ſecundum aliquos, ſed multo melius in ſolum extraordinariam. n. 194.

In materia ciuili, cuiuſmodi eſt cauſa immunitatis, multo melius prædicta plura dubitata coniungi poſſunt ad formandam cognitionem legitimam ſuper delicto occulto excepto pro excluſione immunitatis. n. 195.

Veriſimilitudines conglobatæ, quibus fundantur indicia, generant in Iudice non obſtricto ad rigorem plenarum probationem, aſſenſum de commiſſione delicti occulti excepti, & aliter non probabilis, moraliter certum in ordine ad effectum merè ciuilem. n. 196.

Ciarlinus ad excluſionem immunitatis reiicit vnum indicium indubitatum, quod reſultet ex pluribus dubitatis, niſi fortè huic adiungatur vnum indubitatum per ſe, ſed non allegat dicti rationem, immo habet rationem contra ſe. numer. 197.

Si tertia ſententia loquatur de indiciis indubitatis, *ſufficiunt hæc ad intentum Gregorij XIV. in ordine ad excluſionem immunitatis pro delictis exceptis.* n. 198.

Parificantur indicia indubitata, *& violentæ præſumptiones, quæ immo ſunt formaliter idem, prout ſunt actus intellectus, quamuis interdum accipiatur præſumptio* formaliter, vt actus, *indicium*

autem vt motiuum ad actum, ac proinde obiectiuè n.199.

Quando habentur violentæ præſumptiones, & indicia indubitata, dicitur verè conſtare de delicto, & pro veris probationibus ſunt habenda: & ex iis reus non minus conuincitur, quàm teſtibus, & ſcripturis: & conuictus per hæc, non appellat: & condemnari poteſt. numer.200.

Affertur textus in l. non omnes. §. à Barbaris. ff. de re milit. n.201.

Si vnum indubitatum *ſufficit ad criminaliter condemnandum, multo magis debet ſufficere vnum* indubitatum *ad ciuiliter adiudicandum ſeculari Curiæ in cauſa immunitatis.* ibidem.

Quænam ſint indicia indubitata, *difficile explicatu eſt.* n.202.

Deſcribentes indicia indubitata *vt ſint, quando poſſibile non eſt, rem aliter ſe habere, bene docent, ſi doctrina non ſtet taxatiuè, ac proinde ad rationem* indubitati *non exigat impoſſibilitatem aliter ſe habendi, ſed ſinat eamdem rationem ſubſiſtere cum aliqua poſſibilitate, ſe aliter habendi, vt infrà.* ibidem.

Exemplum vehementiſſimæ præſumptionis ex Didaco à Cantera. n. 203. *& ex Sarmiento.* n.204.

De huiuſmodi præſumptionibus, ſeu indiciis procedit doctrina volentium dari indicia omnino indubitata, *quæ æquipolleant veræ, & certæ probationi, & ſint luce clariora, & euidentia.* ibidem.

In huiuſmodi caſibus ex vehementiſſima præſumptione, ſeu indicio, deberi pœnam ordinariam volunt aliqui, ſed melius alij ſolum extraordinariam. n.205. *quam immo non eſſe diuidendam ob defectum probationis ſolum præſumptiuæ, ſed ſolum ob defectum culpæ, vel ſimilis rei, & reum eſſe omnino abſoluendum in caſu dictæ præſumptiuæ præſumptionis, ſuſtinet Sarmientus.* n.206.

Si Doctrina. n. 202. *allegata, ſtet taxatiuè, impugnatur efficaciter* num. 207. & ſeqq.

Concubitus nudi cum nuda facit indicium indubitatum, *ſeu præſumptionem violentam adulterij, quod quamuis cum certitudine metaphyſica probari non poſſit, etiamſi vir mulierem proſtratam premat.* n.207.

Moraliter tamen per dictum indicium probatur, & quidem plenè, in ordine ad ferendam propter illud ſententiam diuortij, & ad dotis amiſſionem, & ad impediendum matrimonium, immo & ad pœnam imponendam pro crimine: & tamen in hoc caſu res aliter ſe habere poteſt circa adulterij conſummationem requiſitam ad prædictos effectus. numer. 208. & 209.

Indicium indubitatum *deſcribitur, vt ſit*, quod mouet animum Iudicis ad neceſſario credendum, reum tale delictum commiſiſſe, ita vt ex illo animus Iudicis violentetur, ac neceſſitetur ad ita credendum, nec poſſit ad aliud trahi: *vel* plena rei demonſtratio per ſigna ſufficientia, per quæ animus in aliquo, tanquam exiſtenti vero, quieſcit, & plus inueſtigare non curat. numero 210.

Sed hoc intellige de violentia, neceſſitate, & demonſtratione ſecundum id, quod accidit moraliter, & communiter. n.211.

Accidit enim, licet rariſſimè, vt id, de quo conſtabat per indicium moraliter certum, cuius exemplum commune affertur. num. 212. *omnino aliter ſe habeat à parte rei, & affertur caſus.* ibidem.

Indicia nunquam ſunt adeo indubitata, *qui quamdam ſolicitam dubitationem recipiant, ſecundum Ægidium Boſſium.* n 213.

Affertur optima ex Bordone doctrina conſtituens indubitationem *indiciorum*

diciorum per hoc, quod indicia frequentiſſimè ſolent coniungi cum delicto, tanquam cauſa cum ſuo effectu, & redditur ratio cur indicia hæc dicantur quaſi plenè *probare, & non perfectè veritatem.*n.214.

Aſſeruntur aliæ doctrinæ numer. 215. & 216. *ex quibus colligitur, quod* indubitatio *indicij ad rem moralem deſumi non debet ex neceſſitate obiecti ad ſic ſe habendum, prout apprehenditur, ſed ex neceſſitate intellectus ita debentis apprehendere, quia communiter inter homines ſic ſe habet ipſum obiectum, cum quo tamen ſtat, vt aliquando, quamuis rariſſimè, aliter ſe habeat.*n.217.

Ex hac poſſibilitate rariſſimæ difformitatis obiecti ab eo, quod apprehenditur prudenter, & communiter, non reſultat, vt indicium demereatur titulum indubitati.n.218.

*Dubium, quod remanet ex indiciis grauiſſimis, eſt leue, ac tenue, ideoque pro nihilo reputatur, & ipſa habent certitudinem.*n.219.

Quod intellige de certitudine morali *quæ deſcribitur, & conſtituitur ſecundum ea, quæ vt plurimum eueniunt.* n.220. *vt patet ex allegato exemplo.*num.221. 223.224. & 225. *neque ob id admittit aliquid dubietatis.*n.222.

Quod iudicium fundatum in coniecturis, & indiciis, ſit moraliter certum, tradunt in terminis aliqui. n.226. *ſicut & quod Iudex poſſit habere certitudinem moralem ex indiciis violentis, ſufficientem ad reum damnandum ad pœnam arbitrariam.*n.227. *& quòd ex coniecturis, & indiciis præcipuis habeatur euidens probatio, quod vtique dictum venit intelligendum de euidentia morali.*ibid.

Refelluntur quidam volentes, ſi poſſibile ſit, rem aliter ſe habere, indicium tunc non dici indubitatum. n.228.229. & 230.

Indicia indubitata *non habent metaphyſicam certitudinem, quæ eſt, quando, penſatis omnibus rationibus tam communibus, quam particularibus obiecti, impoſſibile eſt, rem aliter ſe habere, ſed habent certitudinẽ moralem, cui non repugnat aliqua formido ſpeculatiua.* n.229.

Satis eſt Iudici, vt ferat prudentiale iudicium, ad quod ſufficit certitudo moralis.n.230

Referuntur tres gradus, nempe ſummus, medius, & infimus certitudinis moralis. n.231

Indicia indubitata *poſſũt dici* indubitata, clara, euidentia, certa, *indubitatione, claritate, euidentia, certitudine morali, quamuis infimi gradus.* n.232.

In illis etiam caſibus, in quibus apprehenditur ſummus, & exceſſiuus gradus indubitationis, *poteſt inueniri aliquod principium dubitandi, an res aliter ſe habuerit, & affertur exemplum.* n.233.

Volentes non eſſe indubitatum *indicium, ſi poſſibile ſit, rem aliter ſe habere, tollunt de mundo indubitata indicia.*n.234.

Inter certitudinem reſultantem ex vera probatione, & reſultantem ex indiciis indubitatis, *eſt aliquod diſcrimen.*ibid.

Vrgentur efficaciter per inſtantiam, remouentes rationem indubitati *ab indiciis, eo quod poſſibile ſit, rem aliter ſe habere.* n.235.

Etiam in caſu veræ probationis, quæ habetur per depoſitionem teſtium legitimorum, datur aliter ſe habendi poſſibilitas, quæ tamen rationem indubitati, & certi moraliter *non tollit.* ibidem.

Ex doctrina S.Thom. conficitur, quod etiam indubitatio *legitimi iudicij poteſt in paucioribus à veritate deficere, & contenta eſt, vt veritatem attingat in pluribus.*n.236.

*Aſſertur quarta ſententia docens, illas dici veras in terminis Gregorianæ Cõſtitutionis probationes, quas lex habet pro veris & ſecundum ſubiectam materiam, ac proinde vbi caſus fuerit difficilis probationis, probationes illæ tunc erunt veræ, quæ de iure reputantur ſufficientes ad probandum illud delictum.*n.237.

Xx 2 *Hanc*

Hanc tenet Antonius de Bellis, cuius doctrina allegatur. n.238.239.*&* 240.

Aſſertur cenſura huius quartæ ſententiæ. n. 241.& ſeqq.

Hæc ſententia coincidit cum tertia, & differt ſecundum explicitum, & implicitum. n.241.

Eadem ſententia auctori videtur ſatis æqua, & veroſimiliter conformis intentioni Pontificis, ſicut & tertia priuatiuè ad alias duas. n.242.

Reſumitur tota materia, & concluditur, quòd nec requiritur clara, & plena probatio delicti excepti, nec ſufficit merè conſcientialis, ſed ſufficit notitia acquiſita per probationes poſſibiles in facto difficilis probationis, citando tamen partes, formando proceſſum, publicando eumdem, concedendo dilationes, adhibendo testes iuratos. n.243.

In homicidio proditorio *ſufficiunt probationes per coniecturas, & præſumptiones ſumptas modo explicato in cenſura tertiæ ſententiæ.* n. 244. *id quod in caſu necis per venenum procuratæ, quæ* proditoria *eſt, ſuſtinent ad effectum criminalem multi.* n.245.

Si proditorij homicidij ex veneno caſus *probatur ſufficienter per præſumptiones, ob naturalem ſuam clandeſtinitatem: ergo & alij caſus necis* proditoriæ *ſic ſufficienter probari debent, ob paritatem rationis: vel oſtendi debet à contradictionibus, cur nex venenaria ſit contenta præſumptionibus, aliæ vero neces* proditoriæ *requirant aliquid amplius.* n.246.

In venenatione, *& in aliquibus aliis* proditoriis *interuenit dolus, fraus, ſimulatio, quæ, ſi ſumantur ſecundum quod conſiſtunt in interno actu, & propriè dicunt excogitationem viarum non verarum, ſed ſimulatarum, & apparentium ad proſequendum malum, pertinentque ad aſtutiam, ſunt difficilis probationis, ideoque probari non poſſunt de directo, ſed ſolum per indicia.* n.247.

Si venenationis *præſumptiua probatio ſufficit ad condemnandum criminaliter ad aliquam pœnam per Iudicem ſecularem, cur non ſufficiat ad ciuiliter adiudicandum foro ſeculari reum per Iudicem immunitatis, cum argumentum à criminali ad ciuilem cauſam procedat?* n.248.

Sufficere præſumptiuam probationem pro quouis proditorio, *magis confirmatur ex generali doctrina Benintendi.* n.249. *& aliorum docentium in delictis occultis, & quæ ſunt difficilis probationis præſumptiuam, & coniecturatam probationem haberi pro plena, & concludenti* n.250.

Doctrina de ſufficientia præſumptiuæ probationis in caſibus probatu difficilibus, quæ traditur per D. Andreolum ad effectum ciuilem, eſt etiam applicabilis ad effectum criminalem. ibidem. *ſicut & doctrina Prauidelli.* n.251. *&* *doctrina Celſi Bargalij.* ibidem.

Ad probandum mortem alicuius, ſufficit probare, quòd is profectus eſt ad locum maxima peſte infectum, & poſtmodum non reperitur. ibidem.

Plurima tranſirent ſine prouiſione legiſlatoris, quod eſſet pernicioſum ciuitati, ſi ad exactam probationem eſſent redigenda, & afferuntur exempla. ibidem.

Enunciata à viris ſapientiſſimis, prout in textu, probant ſufficere in occultis, & difficulter probabilibus probationem præſumptiuam. ibidem.

Nihil magis amat occultationem, & tenebras, nihilque eſt probatu difficilius, quàm proditio, *aſſaſſinium, hæreſis, & ſimiles ſordes.* n.252.

Adeo iura habent rationem occultationis in huiuſmodi delictis, vt cenſuerit concedi proceſſionem ad torturam etiam ex indiciis minus legitimis Camillus Campegius, & ſufficere duas, etiam leues, coniecturas, quando tractatus eſt de his, quæ ſecretò fieri ſolent, Decius. n.253.

Ex dictis, concluditur Pontificem Gregorium XIV. intendiſſe, vt Epiſcopus in occultiſſimis delictis exceptis, poſt habitas probationes poſſibiles ex grauibus

coniecturis, poſt ſeruatam debitam in cognoſcendo formam, procedat ciuiliter ad adiudicandum confugam reum ſeculari cenſuræ, ſi ea cognitio ſufficeret Iudici laico ad adiudicandum criminaliter reum alicui pœnæ, quod eſt quid grauius, magiſque immediatè reum tangens. n.254.

Cum deteſtatus ſit S. Pater eadem delicta peculiariter, ideoque efficaciter ex zelo iuſtitiæ vindicatiuæ excluſos voluerit ab immunitate auctores eorumdem, cenſendus eſt non alligaſſe iudicandi formam ad plus metaphyſicas, quàm morales probationes, quæ voluntatem ſuam ſæpiſſimè redderent inefficacem, & exoſa delicta relinquerent impunita, nec voluiſſe plus in cauſa merè ciuili, quàm vniuerſus ſapientum concenſus velit in cauſa rigidè criminali. n.255.

Proloquium Iuriſtarum, quòd neceſſariæ ſunt probationes luce meridiana clariores ad condemnandum, procedit ad ſummum in criminalibus, non in ciuilibus, ac proinde non in ciuili cauſa immunitatis. n.256.

Adde, quòd etiam in criminalibus probatio debet eſſe clara modo prædicto, ſi crimina ſint facilis, & ordinariæ, probationis: ſecus, ſi difficulter probabilia, & ordinariè fiant in occulto, quæ doctrina elucet in caſu adulterij. ibidem.

Quando etiam iura requirunt dilucidas probationes, & ſic videntur excludere coniecturas, quia coniectura non eſt dilucida probatio, id non procedit, quando ſubiecta materia aliud ſuadet, quia ſubiecta materia multum operatur, & facit, vt verba improprientur. n.257.

Si ſecundum ſubiectam materiam plena probatio à communiter accidentibus fieri non poſſit, v.g. ſi lex dicat, quod mulier amittat dotem, ſi plenè probatum fuerit adulterium, tunc ſatis eſt, vt fiat probatio, prout fieri poteſt in materia adulterij, quod non poteſt plenè, & ſpecificè probari. ibidem.

Exigat ergo Gregor. XIV. plenam probationem caſuum exceptorum, vt volunt multi, id tamen intelligendum venit ſecundum ſubiectam materiam: quæ quia à communiter accidentibus non eſt habilis ad plenam in rigore probationem, ideo ſatis habet, vt probetur prout fieri poteſt, ac proinde coniecturaliter, & præſumptiuè. ibidem.

Quod obiicit Ciarlinus, non reperiri cautum in iure, vt ad probandum proditorium *ſufficiant probabilia argumenta, id non obſtat; quia non eſt neceſſariâ iuris ſanctio expreſſa in omnibus, cum impoſſibile ſit omnes caſus legibus eſſe comprehenſos, ideoque in iure plura per ſimilia à Doctoribus determinari ſoleant.* numer.258.

Cum vniuerſaliter Doctores eruant ex particularibus iuris diſpoſitionibus, v.g. circa adulterium, quod ſtante naturali materiæ clandeſtinitate, & difficultate plenæ probationis, ſufficiat ſecundum iuris intentum, probatio ſolùm præſumptiua in ipſis clandeſtinis, iam per bonam conſequentiam deduci poteſt, quòd ſit conforme intentioni iuris, vt proditorium, & alia de ſe occulta, *licet de illis expreſſe cautum non ſit, ſufficienter probentur per coniecturas, & ad hoc ſuſtinendum, ſufficiat non reperiri expreſſe cautum in iure, quòd ad horum non expreſſorum probationem, requiratur aliquid amplius, quàm ad probationem aliorum occultorum, de quibus ſanciatur expreſſe in iure, quod probentur per coniecturas.* n.259.

Pontifex in cap. 1. de homicidio. in 6. *non voluit ſpecialiter ſancire, vt aſſaſſinium probari poßit per probabilia tantum argumenta, cum ei delicto competat hæc facultas ex naturali ſua clandeſtinitate.* n.260.

Sed voluit ſolùm ſancire, vt pœnæ illius capituli grauißimæ locum habeant etiam in caſu probationis tanti delicti per ſola probabilia argumenta. n.261.

Aſſertur doctrina Gambacurtæ ad hanc rem. n.262.

*Inſtituitur quæſtio de qualitate teſtium ſufficientium in cauſa immunitatis.*n.263 & ſeqq.

*Falsò aſſerit Manrique requiri in cauſa immunitatis teſtes omni exceptione maiores.*n.263.

Cauſa immunitatis ardua eſt. ibidem.

*Impugnatur Manrique per hoc, quod, ſi vera eſſet eius ſententia, ferè nunquam eſſet locus iuſtiſſimæ diſpoſitioni Gregorij XIV.*n.264.

*Si, quando agitur de homicidio ciuiliter, v.g. ad effectum docendi de irregularitate alicuius, teſtes alias inhabiles, & criminoſi, immo & ſocij criminis admittuntur, qui, ſi ageretur criminaliter, non admitterentur, cur non id fiat in ciuili cauſa immunitatis?*n.265.

Ciarlinus Vicarius generalis Epiſcopi Regienſis, & optimus Iuriſconſultus, docuit admittendum in cauſa proditorij *teſtimonium pueri vndennis, & inhabilitatem huius pupilli ſuppleri ex multis.* n.266. *cui conſonant Thomas,* Triuiſa*nus, & Iulius Chartarius.* n.267 *quorum placita ſi procedunt in materia criminali, quanto magis debent in ciuili?* n.268.

*In delictis exceptis admittuntur etiam teſtes inhabiles.*n.269.

*Ratione difficilis probationis, minus idonea probatio habetur pro plena: vnde in talibus delictis admittuntur teſtes inhabiles, & quando aliter veritas haberi non poteſt.*n.270.

*Et in ſubſidium admittuntur etiam fœminæ de iure canonico in cauſis criminalibus.*n.271. *& admittuntur propter difficultatem probationis, & probant vſuras ij, qui deponunt ſe illas ſoluiſſe, dummodo examinentur in fauorem tertij, quamuis videantur intereſſati.* ibid. *& admiſſi ſunt duo pueri in crimine vxoricidij ab Hippolyto de Marſilijs, & laici ſunt idonei teſtes contra Clericum, & monachum in cauſa criminali, vbi alij non ſunt, aut eſſe non poſſunt, vt in populo, vbi vnus tantũ eſt Cleric.*ibid.

Et admittuntur fœminæ, & minores 20. annis in crimine hæreſis, ob clandeſtinitatem delicti, quæ ratio, ob identitatem, applicabilis eſt proditioni, aſſaſſinio, *& ſimilibus, quæ in ſinu Satanæ fabricantur.* n.272.

*Si in delictis exceptis duo ſocij criminis faciunt plenam probationem ad condemnandum, concurrentibus adminiculis, & pluribus præſumptionibus vrgentibus in caſu difficilis probationis: ergo id multo magis dicendum in cauſa immunitatis, quæ non tendit ad condemnandum.*n.273.

Si alij teſtes omni exceptione maiores inueniri poſſent, tunc non probarent teſtes, qui non ſunt omni exceptione maiores: quæ inuenibilitas, aut non inuenibilitas, conijcturari debet per Iudicem ex natura delicti, vel indicij, quod ſolet fieri ſecretè, vel palam. ibidem.

Inſtituitur quæſtio, an obſtet in cauſa immunitatis ſingularitas teſtium. n. 274. & ſeqq. *& reſtringitur quæſtio ad* proditorium.

*Si agamus de ſingularitate obſtatiua, quando ſcilicet teſtes ſibi inuicem contrarientur, cum vnus affirmet, alter neget, vel certè repugnant ſibi ratione loci, vel temporis circa eumdem actum vnicum indiuidualiter ſumptum, vel non reiteratum, quamuis reiterabilem, vel circa actum inſtantaneum, & non ſucceſſiuum, vel circa eamdem partem actus ſucceſſiui.*n.274.

*Quæ ſingularitas deſtruit probationem, cum ſibi ipſis abrogent fidem, immo ſint falſi, & reprobentur & interdum puniendi veniant, vt tales.*n.275.

Hæc ſingularitas obeſt probationi in caſu proditorij, *vt ſi vnus dicat occiſum* Titium *in vno loco, alius in alio, vnus hac determinata hora, alius alia hora.* n.276.

Secus eſt, ſi deponant de inſidioſa vulneratione impotentis ad ſe tuendum, vnus dicat, quod punctim, alius quod cæſim, vnus quod in domo, alius quod extra,

vnus

vnus quod hora tertiarum, alius quod hora nonæ. n.277.

Quando ſingularitas inuenitur in rebus connexis, vel in eis, quæ ad eumdem finem tendunt, dictum vnius coadiuuat fidem alterius, & non ſunt verè ſingulares, ſed adminiculatiuè, & poſſunt dici conteſtes reſpectu obiecti, ſuper quo deponunt, & plenè probant. n.278.

Eſt item adminiculatiua ſingularitas, ſi per diuerſa media idem indiuiduum delictum probetur, vt ſi vnus teſtis dicat de viſu, alius de fama, alius de Rei confeſſione. n.279.

Idem dicito, ſi probandum ſit aliquod totum continuum per partes, & vnus deponat de vna parte, & alius de alia: vnde ſi probanda ſit celebratio miſſæ ſatis eſt quod ſingulis teſtes de ſingulis partibus miſſæ teſtentur, v. g. vnus de audito Gloria in excelſis, *alius de* Agnus Dei. n.280.

Si probandum ſit factum, vel delictum, quod ex coniunctione temporis præſumatur vnus ſolus actus numero, tempore, & qualitate, v. g. adulterium vnum indiuiduum, ſufficit, quod duo, vel plures ſucceſſiuè videant per oſtij rimam. n.281.

Conteſtes ſunt, & plenè probant, Petrum fuiſſe Romæ, ſi vnus vidit eum in vno loco, & alter in altero. n.282.

Conteſtes ſunt, & plenè probant præſcriptionem decennij, ſi duo deponant de primo quinquennio, & alij duo de ſecundo. n.283. *itemque probant conſuetudinem, & iuriſdictionem, ſi vnus probet de multiplici actu, & alius de aliis.* ibidem.

Conteſtes ſunt, & dicuntur teſtificari de vno, & eodem delicto numero ij, è quibus vnus dicit ſe inueniſſe furem fugientem in vno loco, & alius in alio, quamuis diſcrepent in loco, & tempore. numer.284.

Si probandum ſit aliquid in genere, vel melius in ſpecie, quod ſit reiterabile, ſatis eſt, quod teſtes conueniant in eumdem rei finem, quod intellige in ordine ad pœnam extraordinariam, non ad ordinariam. n.285.

Si depoſitiones duorum caderent in diuerſa omnino, & penitus ſeparata, tunc ſingularitas eſſet propriè diuerſificatiua, & teſtes non abrogarent ſibi inuicem fidem, ſed non ſe inuicem iuuarent, nec eſſent conteſtes, & tantum probarent mille, quantum vnus. n.286.

Illi dicuntur teſtes ſingulares, qui deponunt de diuerſitate factorum, vel rerum: & quando ex diuerſitate factorum ſeparationem recipiunt: vel quando in vnum rei finem non concordant. ibidem.

Egregius Sancti Thomæ *locus de ſingularitate teſtium.* n.287.

Applicantur dicta de ſingularitate adminiculatiua ad proditorium *per partes ad ipſum concurrentes.* num. 288. & ſeqq.

Si teſtis dicat, ſe vidiſſe Titium *in inſidiis hora decima, alter vero hora duodecima, vnus, ſe vidiſſe in vno loco latentem cum ſclopo in meridie, alter in alio loco à prandio, hi probant inſidias.* numer.288.

Si vnus dicat, ſe vidiſſe Titium *ementem venenum tale, & portantem in culinam, alius vero immittentem illud in aliquod ferculum, hi probant præparationem veneni.* n.289.

Si vnus dicat, ſe prægnantem vidiſſe, quæ conabatur attollere molem enormis ponderis, alius eamdem, quæ in vterum impingebat pugnos, hi probant procurationem abortus. n.290.

Si vnus deponat de minis, & alius item de minis eiuſdem qualitatis, licet diſcordent in loco, & tempore, probant tamen minas. n.291.

Si vnus deponat de colloquio Titij *habito heri cum Sempronio alius de habito hodie, hi probant amicitiam inter vtrumque, & affidationem, ſicut & duo teſtes ſingulares probant ſimulationem.* numer.292.

Et ſic de reliquis, quæ deponi poſſunt per teſtes

teſtes ad probandum ea, quæ componunt proditorium, *per quoſcunque modos illud fabricatum fuerit, dummodo inter depoſita circa eumdem actum indiuiduum non ſit contrarietas, quamuis inter media conducentia ad eumdem actum, vel inter partes eiuſdem actus, ſi ſit compoſitus, vel inter partes eiuſdem durationis, ſi ſit ſucceſſiuus, ſit diuerſitas.* ibidem.

Prædicta ſufficienter probantur, quamuis varietur medium, vt ſi vnus teſtis ſit de viſu, alius de fama, alius de confeſſione extraiudiciali. n.293.

Probatio in genere per teſtes ſingulares non admittitur in criminalibus in ordine ad pœnam ordinariam. n.294. *quo in ſenſu intelligendus Caietanus, & alij.* n.295.

Iuriſperiti indiuiduum *apellant* ſpeciem, *& ſpeciem* genus. ibidem.

Probare in genere *eſt probare ſpeciem, probando plura indiuidua eiuſdem ſpeciei.* ibidem.

Non debuit Royas arbitrari ſomnium, & chimeram eſſe opinionem dicentium, per teſtes ſingulares probari aliquem eſſe hæreticum in genere, quorum dictum in bono lumine collocatur per auctorem. numer.296.

Probatio in genere per teſtes ſingulares in criminalibus non admittitur in ordine ad pœnam ordinariã, etiamſi eſſent nobiles, & egregiæ perſonę, & quantumcunque dignæ, bene autem ad extraordinariam. n.297.

Multò magis in cauſa immunitatis, quæ non eſt criminalis, ſed ciuilis, ſufficit probatio ſingularis in ordine ad plura indiuidua reiterabilia conducentia ad proditorium. n.298. *& refertur apta ad rem doctrina Bertazzoli.* ibid.

Si duo deponant de duabus numero differentibus comminationibus in vnam perſonam, vel de duobus numero differentibus iniuriis atrocibus in vnam item perſonam, ſufficienter ſunt probatæ minæ, & probata inimicitia, & mediantibus his, probata præſumptio appenſamenti requiſiti ad proditorium, *& excluſio præſumptionis rixæ, & caſus ſubiti.* n.299.

Idem de pluribus numero differentibus oſtenſionibus amicitiæ operantibus affidationem. n.300.

Idem de duabus promiſſionibus de non offendendo, quarum vnam audiuit vnus die Lunæ, alteram alter die Martis. n.301.

Idem de pluribus inter ſe omnino diuerſis, ſed tamen aptis ad idem indicandum. n.302.

Teſtes ſingulares faciunt fidem, quando teſtificantur de pluribus actibus habentibus vnam originem, & vnam cauſam, tunc enim illa origo probatur per teſtes ſingulares. n.303.

Confirmatur non neceſſitas rigoroſarum probationum in materia immunitatis ex hoc, quòd incongruum non eſt in Eccleſia, vt ſtante difficultate procedendi cum rigore iuridico, & obtinendi probationes omnino ſolemnes, & perfectas in aliquibus etiam grauiſſimis cauſis, permittatur is cognitionis modus, qui haberi poteſt. n.304.

In ferenda diuortij ſententia, & in cauſis matrimonialibus, quæ arduæ ſunt, & graues, & criminalibus æquiparantur, ſatis rationi conſentaneum videtur eſſe, vt Iudices Eccleſiaſtici cum Indorum neophitis ſeruare non teneantur figuguram, ſtrepitumque iudicij, atque ita poſſint ſimpliciter, & de plano, abſque tabellione, & ſcriptura aliqua procedere, & abſque iuramento teſtium, quando hæc non poſſunt commode adhiberi, modò tamen pro viribus enitantur de veritate certiores fieri. n.305. *quæ doctrina affertur, non vt in cauſa immunitatis Epiſcopus omittat proceſſum, tabellionem, ſcripturam, iuramentum teſtium, &c. ſed vt oſtendatur non repugnare caſum, in quo iuridicus rigor etiam in cauſis magni momenti, ex præſentium circumſtantiarum natura temperari rationabiliter poſſit, & inquiratur veritas*

tas eo modo, qui poſſibilis eſt. numer.306.

Si Gregorius XIV. voluiſſet rigorem iuridicum in cauſa immunitatis quo ad omnia delicta excepta, etiam probatu difficillima, & nominatim voluiſſet indubitabillem probationem per teſtes omni exceptione maiores, obſtitiſſet curſui doctrinarum communium, & voluntatem ſuam expreſſiſſet in contrarium. numer.307.

Quando lex vult aliquid, exprimit: non expreſſit: ergo non voluit. Si autem non voluit, non debemus requirere plus quàm requirat Legiſlator. n.308.

In teſtamentis valet conſequentia: non dixit: ergo noluit. ibidem.

1 Vt à prima radice explicem difficultatem grauiſſimam iſtius ſectionis, præinquiro, quo iure ſancita ſit immunitas Eccleſiarum.

Sancitam eſſe iure diuino, aſſerunt Gutierez *pract. qq. lib.1. quæſt.1. numer.*8. & 9. Riccriull. *tractat. de iure perſonar. extra Eccleſiæ gremium exiſtentium cap.*12. *num.*5. *lib.*2. Catol. Matanta *Reſponſ.*46. *parte* 2. *numer.*3. Remigius de Gonny *tract. de immunit. Eccleſiar. præſuppoſito* 2. *num.*5. Diana *parte* 4. *tract.*1. *reſol.*44. & *parte* 6. *tract.*1. *reſol.*34. §. *Verùm reſpondeo.* Aufrerius, Hoſtienſis, Ioannes de Viſchis, Ioannes Igneus, Decius, Ioannes Lupus, Cardinalis Tuſchus, Decianus, Pechius, Caualcanus, & Guazzinus apud Iuliuum Chartarium *deciſ. crimin.*46. *num.*34. Anaſtaſius Germon. *de ſacrorum. immunitatibus, lib.*3. *cap.*16. *nume-.* 3. & *ſequentibus*, ſatis eruditè, quam ſententiam teſtatur Alexander Peregrinus *tract. de immunit. cap.*2. *num.*4. eſſe communem, & *n.* 1. relinquit deciſionem præſentis quæſtionis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ.

2 Ego autem debita cum reuerentia erga eamdem Sanctam Romanam Eccleſiam, quæ hucuſque definitionem huius articuli omittendo, relinquit diſputationibus ſcholaſticis locum, exiſtimo, quæſtionem hanc eſſe potius de nomine, quam de re, ſicut, & alias multas quæſtiones ſimiles, de quibus paulò infra aliquid obiter, & per modum exempli attingam;

Ly enim *de iure diuino* eſt terminus æquiuocus, qui quatenus accipi poteſt in diuerſis ſenſibus, præbet occaſionem apparenti contrarietati ſententiarum circa aliquem articulum, quæ tamen contrarietas nulla eſt, cum ipſæ ſententiæ circa eumdem articulum non verſentur ſub eadem ſignificatione *exiſtendi de iure diuino*, ſed ſub diuerſa. 3

Dico ergo, & neminem ex iis, qui negant immunitatem eſſe de iure diuino, negare poſſe exiſtimo, eamdem immunitatem eſſe de iure diuino. 4

Vel, primò *remote, & mediate*, quatenus poteſtas, ab illam inſtituendam à Chriſto Dimino data eſt, & ipſamet immunitas, eſt valdè cõſentanea generali voluntati ipſiuſmet Chriſti, qua voluit, omnia in Eccleſia ſua ordinatè diſponi, & ſancta ſanctè tractari. Franciſc. Suarez. *de Relig. tomo* 1. *libro* 3. *cap.*8. *quamuis per typi errorem notetur* 13. *in meo libro num.*11. *pag.*309. *de reuerentia debita locis ſacris.*

Vel ſecundò *occaſionaliter, & imitatiuè*, quatenus ab exemplo Dei, qui pro accedentibus ad legis vetuſtæ templum ſtatuit immunitatem, quæ cum ipſo templo, & lege finita eſt, Eccleſia mota fuit ad illam eamdem pro noſtris templis ſtatuendam. 5

Quo modo multi dicunt decimarum ſolutionem eſſe de iure diuino, ſeu ex præcepto diuino, eo quòd Eccleſia eam præceperit ex imitatione Dei, Iudæis illam olim præcipientis, ſicuti explicant Layman. *lib.*4. *tract.*6. *cap.*2. *n.*2. *ad finem* & Ægidius de Coninck *tom.*1. *de ſacramentis quæſt.*74. *art.*7. *n.*136. 6

Qui merito idem dicit de miſcenda aqua vino conſecrando, Chriſtum ſci- 7

licet exemplo ſuo dediſſe Eccleſiæ occaſionem hoc præcipiendi, atque ita latiore modo poſſe dici hoc inſtituiſſe, & quaſi mandaſſe: quia facti ipſius auctoritas quaſi inſtar mandati Apoſtolis fuit.

8 Quo etiam ſenſu dicit optimi Layman. *loco citato*, diuinum appellari præceptum Quadrageſimæ à Patribus apud Azorium, quia ad exemplum Chriſti ab Apoſtolis inſtituitum fuit:

Et de omnibus Eccleſiæ ieiuniis dicit Leſſius *tomo de iuſt. lib. 4. cap. 2. num. 3.* ab Auguſtino dici ea præcipi ex lege, & ex Prophetis, & ex ipſo Euangelio, tum quia ad imitationem Moyſis, Heliæ, & Chriſti præcipiuntur: tum quia occaſio præcipiendi ex lege, Prophetis, & Euangelio accepta eſt.

9 Et Azorius ipſe *parte 1. lib. 7. cap. 34. quæſtion. 5. ad finem* opportunè ad rem meam dicit, quod decreta canonica *ius diuinum* interdum appellant quidquid in ſacris literis continetur, ſiue ad vetus id, ſiue ad nouum ſpectet teſtamentum, ſiue id, quod *more veteris legis conſtitutum eſt*, qui eſt planè caſus meus.

10 Et in terminis immunitatis Eccleſiarum quod hodie reperiatur inducta, & conſtituta iure poſitiuo ad ſimilitudinem legis veteris teſtamenti, firmant Decian. *tract. crimin. lib. 6 cap. 25. num. 2. ad finem.* Layman. *lib. 4. tract. 9. cap 3. n. 1.* Megal. *inſtit. confeſſar. parte 3. libro 4. cap. 2. n. 2.*

11 Et fortaſſe illi iuriſtæ, quos allegat Abulenſis, dum dixerunt, immunitatem eſſe *de iure diuino*, & fundati præcipuè ſunt in immunitate Sanctuarij, vocarunt *diuinum hoc ius per quamdam imitationem*, quod etiam in iure non eſt inuſitatum. Ita Suarez *cit. n. 11.*

12 Vel tertiò *ex Dei ordinatione*, phraſi adhibita per Tridentinum *ſeſſ. 25. cap. 20. de reform.* quatenus conſtituta eſt per legem inſtinctu, & voluntate Dei ab Eccleſia conditam, vt explicat Caſtro Palaus *parte 2. tractat. 11 diſput. vr. puncto 5. n. 2. operis moralis.*

Quo modo lex per Apoſtolos conſtituta in primo Concilio per verba illa; *Viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis, &c.* proceſſit ex inſpiratione Spiritus ſancti, nec fuit propriè ius diuinum, vt ſcitè obſeruauit Didacus Laynez in celebri ſuo voto coram Patribus Tridenti ad vniuerſale Concilium congregatis apud Sfortiam Pallauicinum *in hiſtoria Concilij Tridentini lib. 18. cap. 15. num. 3.*

At ſi agamus de modo exiſtendi de iure diuino proximè, & immediatè, directè, & in toto rigore, nego prorſus, & ab omnibus, qui aſſerunt immunitatem eſſe de iure diuino, negandum eſſe mihi perſuadeo, eamdem immunitatem eſſe de iure diuino nunc; 13

Neque enim primò eſt de iure diuino veteri; quia vetuſti apud Hebræos templi immunitas pertinuit ad ceremonialia. Suarez. *cit. cap. 8. n. 10.* Gambacurta *lib. 1. cap. 9. num. 8. & lib. 3. cap. 7. num. 2.* & ſupponit Layman. *citat. cap. 3. num. 1.* etſi pertinuiſſe ad moralia contendat Germonius *cit. cap. 16. num. 10.* ex ea ratione; quia *conſtituta ſunt templa, vt in his coleretur Deus: Deum colere eſt actus virtutis ad præceptum morale pertinens: vnde Chriſtus apud Mathæum dicit: Domus mea domus orationis vocabitur*: ex quibus infert Germonius: *Cum igitur Eccleſia ſit domus Chriſti, eiuſque habitaculum, nemini licet ibidem violentiæ aliquid perpetrare, quod procul dubio fieret, quotieſcunque quis in eius gremium fugiens, inde per vim extraheretur: Quibus rationibus ſuademur, hanc immunitatem eſſe prorſus iuris diuini.* Ita Germonius, cui ferè conſonat Follet. *comment. ſuper Conſtitut. Regni Rubr. de his, qui ad Eccleſ. confu. fol. 103. n. 2.* 14

Sed contra;

Nam licet conſtituta ſint templa, vt inibi colatur Deus, & Deum colere ſit actus virtutis ad præceptum morale pertinens, 15

pertinens, & domus Dei ſit domus orationis;

Non ſequitur tamen neceſſariò, quod præceptum morale ſit quod Deus debeat coli tali modo, ideſt per vſum immunitatis pro reis ad templa confugis, & quod illicita futura eſſet violenta extractio reorum à templis, ſi legitimè per Iudicem laicum fieret, cum criminum punitio iure naturali, diuino, & humano ſtabilita ſit, vt optimè diſcurrit Couarr. *variar. reſol. lib. 2. cap. 20. num. 2.* & ea extractio ſanctitati loci, attento etiam naturali iure, repugnare non videatur. Layman. *cit. cap. 3. num. 1.* Caſtro Pal. *cit. n. 2.*

Vnde Germonius ſupponit omnino id, quod probare deberet, nimirum deberi Deo cultum ex morali præcepto per ius immunitatis determinatè, & redundaturam ex vi eiuſdem præcepti moralis irreuerentiam in Deum, ſi talis immunitas per laicum Iudicem non ſeruaretur contra reum confugam ad templum.

16 Non fuit ergo, neque eſt nunc morale immunitatis præceptum, ſed fuit in lege veteri merè ceremoniale, ac proinde non habet vim hodie poſt legem Euangelicam promulgatam, vt notarunt citati Suarez; & Gambacurta.

Et adeo verum eſt hoc, vt erroneum foret aſſerere, quod hodie noſtrarum Eccleſiarum immunitas procedat in vim, & efficaciam legis veteris, quæ & mortua eſt, & mortifera, quo ad ceremonialia, vt in terminis noſtræ præſentis quæſtionis docet Suarez. *cit cap. 8. num. 10.*

Vnde ſicuti ineptè quis allegaret loca Scripturæ veteris iudiciale aliquod præceptum continentia, ad deciſionem alicuius cauſæ, cum leges veteris teſtamenti non obſeruentur ad cauſarum deciſionem, niſi quatenus per præditum poteſtate condendæ legis, poſt promulgatam noui teſtamenti legem, ſunt approbatæ. Menoch. *de arbitr. iudicum. caſu. 357. num. 17.* vel potius nouiter conſtitutæ. Gutier. *canon. qq. libro 2. cap. 21. n. 16. & 17.*

Ita ineptæ, immo &, iuxta cenſuram P. Suarez modo allatam, erroneè quis allegaret loca Scripturæ veteris de templi immunitate loquentia, ad deciſionem alicuius quæſtionis, nitendo illis prout continent diſpoſitionem vetuſti illius temporis; quia ſic indicaret ſe credere, legem illam non eſſe mortuam quo ad ceremonialia, cum etiam mortifera ſit, vt dixi.

Neque ſecundò eſt immunitas ex iure diuino nouo, ideſt ex lege Gratiæ, 17
quia hoc ius, ſeu lex de hac immunitate nihil diſponit. Gambacurta *cit. libro 3. cap. 7. num. 3.* Layman. *cit. numer. 3.* Thom. del Bene. *de immun. & iuriſdict. Eccleſ. cap. 16. dub. 2. num. 8.* Decian. *tract. crimin. lib. 6 cap. 25. num. 2.*

Talis enim diſpoſitio neque ſcripta eſt, neque ab Apoſtolis tradita, cum talis traditio ex Patribus, aut alia probabili via oſtendi non poſſit, vt optimè Suarez. *cit. cap. 8. n. 11.*

Præterquam quod eſt certiſſima do- 18
ctrina omnium cum S. Thoma. *1. 2. q. 108. art. 1. & 2.* nullum à Chriſto eſſe datum præceptum, præter naturalia præcepta Decalogi, & ſupernaturalia præcepta fidei, & ſacramentorum: præceptum autem de immunitate Eccleſiarum neque in Decalogo continetur, ſed ſolùm ad illud reducitur, neque pertinet ad fidem, neque ad ſacramenta: Ergo non eſt Chriſti præceptum. Couarr. *cit. numer. 2 concluſ. 2.* Layman. *cit. cap. 3. numer. 1.* Gambacurta *cit. numer. 3.* qui *libro 1. cap. 11. num. 36.* optimè explicat quo modo hoc præceptum reductiuè ſpectet ad primum Decalogi præceptum.

Immunitatem hanc eſſe propriè de Iure Eccleſiaſtico.

19 Reſtat ergo, vt hæc immunitas propriè, immediatè, direreɛtè, & in toto rigore ſit de iure canonico, cui primus in hac materia initium fecit Gelaſius *huius nominis primus*, teſte Gambacurta *lib.3.cap.9.num.10.& cap.10. num.9.* circa annum Domini 495. per tres canones relatos in Decretum 17. *q.* 4. nimirum *can. frater.can. metuentes.can vxor felicis.* quem Pontificem imitata ſunt concilia Ilerdenſe per *can. Nullus Clericor.* & Aurelianenſe I. per *can. Id conſtituimus.* & Toletanum XII. per *can. definiuit.eadem cauſa* 17. *q.*4. Itemque Nicolaus I. per *can. ſicut antiquitus. eadem cauſa.* 17. *q.* 4. & Concilium Triburienſe per *can ſiquis contumax.* 17.*q.*4. Innocent.III. per *cap. inter alia.de immun. Eccleſ.* Gregor.IX. per *cap. Eccleſ. de immun. Eccleſ.* & per *cap. finale eodem tit.* & nouiſſimè Gregor.XIV. per *conſtitutionem ſuper immunitate Eccleſiar.* quæ continet vltimam diſpoſitionem ſuper hac re factam per ius canonicum:

Ad quod ius canonicum attinet inſtitutio rerum ſpiritualium,& ad Religionem ſpectantium, ſicuti eſt immunitas, vt notauit Suarez. *cit. numer.*11. ſit inquam de iure canonico, & Eccleſiaſtico, vt expreſſè docent Suarez, Decianus, Megalius, Caſtro Palaus *locis cit.* Couarr. *lib.* 1. *variar. cap.*20.*numer.*2. *concluſ.*3. laudatus à Vaſquio de *ſucceſſionum creatione, &c. lib.*3. §.22. *limittat.* 17. *num.* 54.*pag. mihi* 546. D. Paſſerinus *tract. de pollut. Eccleſiar. diſput.* 5. *cap.*41. *num.*1. Layman. *lib.*4. *tract.*9.*cap.*3.*nu.*1. Alexander Ambroſin. *tract. de immunitate Eccleſiar.cap.*1.*num.*3. Baſſeus *in Flor. v. Immunit. num.*1. Vincent. Tancredi *tomo de relig.tract.*1. *lib.*4.*diſp.*5. *quæſito* 1. Rodriquez *qq. regul.tomo* 2.*quæſtion.*50. *art.*1. *pag. mihi* 133.*col.*2. *verſ.qua ratione à ſacris canonibus.* Fagundez *in* 2. *Eccleſ. precep. lib.*4. *cap.*4.*num.*59. Maurus Burgus *de laudimio parte* 3. *inſpectione.*40. *num.*362.

Ac proinde etiam de iure Eccleſiaſtico totaliter ſit modus huius immunitatis, & determinatio eius quoad loca, perſonas, delicta, effectus, & alia huiuſmodi. Suarez. *cit.num.*11. 20

Ad eum planè modum, quo Martinus Pereſius Aiala Epiſcopus, & Theologus *in ſuo tract. de traditionibus parte* 3. *ſub titulo de poteſt. Epiſcopali ad leges, & inſtituta condenda. fol. mihi* 274. *à tergo dicit*, quod præſcriptio ordinis ſeruandi circa ferendam excommunicationem quantum ad tempus, locum, & perſonas, & alias circumſtantias, à voluntate Maiorum dependet. 21

Quod ſi ex hoc, quòd Apoſtolus, & ratio naturalis iubeat omnia ſecundum ordinem fieri, *velis illud appellare præceptum quaſi diuinum, quia quodammodo innititur diuino, & naturali iuri, non inficiamur*, inquit Aiala: *iam de nomine eſt quæſtio, non de re. Nulla lex iuſta eſt in Eccleſia, aut mandatum Prælati, quod non innitatur hoc modo iuri naturæ, aut diuino, leges enim iuſtæ, concluſiones quædam practicæ ſunt, quæ inferuntur ex maiori iuris naturæ, aut diuini, & minori ſumpta per experientiam, aut ex morali, & probabili rerum coniectura, prout prudens legiſlator determinat.* Ita Aiala.

Ex cuius egregia doctrina ſtatuito tibi regulam, quæ ſita ſit in hoc, quòd ad aſſerendum, aliquid eſſe de iure diuino, aut naturali, non ſufficit, quod legiſlator in ſancienda lege aliqua ratione ſecum, & in ſua ratiocinatione inuoluat aliquam præmiſſam, ſeu propoſitionem iuris diuini, aut naturalis: 21

Ad aſſerendum verò, aliquid eſſe de iure humeno, requiritur, & ſufficit, quod ipſe legiſlator humanus ſanciat auctoritate ſua ipſam legem, quamuis in ſuo diſcurſu regulatiuo ſanctionis reſpiciat propoſitionem iuris diuini, aut naturalis, vt ſcilicet rationabiliter

legem communitati ferat in bonum commune.

Corollarium de auctoritate ſuprema Romani Pontificis circa Eccleſiarum immunitatem priuatiuè ad quemcunque alium.

23 Ex dictis infertur quod Pontifex Romanus, qui habuit pro ratione inſtituendi hanc immunitatem, non quidem continuam Ieſu Chriſti præſentiam in SS. Euchariſtia intra Eccleſias, etiamſi id aliqui velint, ſed deſtinationem per Epiſcopum factam talis loci ad publica ſacra ibi celebranda. D. Paſſerinus *tract. de pollut. Eccleſiar. diſput.* 2. *cap.* 19. *num.* 3. ſolus in cauſa immunitatis Eccleſiarum habet ſupremam poteſtatem. Gambacurta *tract. de immunitate Eccleſiar. lib.* 6. *cap.* 8 *num.* 10. quippe qui eſt ſupra totum ius, & totam Eccleſiam. Petrus de Palude *in* 4. *diſt.* 19. *quæſt.* 1. *concluſ.* 3. *articuli* 1. *fol. mihi* 105. *col.* 3. *ad medium.* Paſſerin. *tract. de pollut. Eccleſiarum diſput.* 5. *cap.* 42. *n.* 4. *verſus finem.*

24 Quo fit, vt Principes ſeculares, quantumcunque magni, non poſſint quidquam diſponere circa ſpiritualem, & religioſam hanc materiam, nec circa cognitionem cauſarum ad eamdem petrinentium, nec reos confugas ad Eccleſiam extrahere ab illa, etiamſi ſint Imperatores, & Reges. Decian. *tractat. crimin. lib* 6. *cap.* 27. *num.* 1. laudatus à Farinacio *quæſtion.* 28 *num.* 1. *ad finem* Alexand. *lib.* 7. *conſ.* 145. *num.* 8. Sebaſt. Guazzin. *defenſ.* 1. *cap.* 13. *num.* 5. & colligitur ex *cap. Reum.* 17. *q.* 4. vbi canon. vtitur particula vniuerſali *Nemo:* & *ex cap. ſequenti,* vbi dicitur quòd *nec Poteſtatibus quidem, vel Principibus vnquam licuit perpetrare*, vt ſcilicet *hominem in Sanctuariis conſtitutum volentes abſtraherent:*

Et paulò infra ibidem dicitur: *nullus enim intra limina tanta venerationi deputata, vtrumque ſibi licere exiſtimet pro ſua voluntatis arbitrio, vt & humilitatem ſibi vindicet, & furorem.*

Et in tractaru eiuſdem materiæ, etiam penès magiſtratus ciuiles, ſtandum ſit potius iuris Pontificij decretis, & ſanctionibus, quam Cæſarei iuris diſpoſitioni, vt citatis multis docent Couarr. *cit. cap.* 20. *numer.* 3. & Anaſtaſius Germonius *de Sacror. immunitatibus lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 21. 25

Idem, quod de Principibus ſecularibus, dicendum de Principibus ſacrorum, ideſt Epiſcopis, ſicut illos appellat Leſſius *de iuſt. libro* 2. *cap.* 40. *numer.* 121. 26

Dato enim etiam, quòd verum ſit multorum axioma, poſſe Epiſcopos in ſua Diœceſi, quantum Pontifex in toto mundo, quod tamen grauiſſimi Doctores negant, inter quos Suarez, qui *tomo* 5. *de cenſuris. diſp.* 7. *ſect.* 4. *num.* 5. allatis variis inſtantiis illud refutat, ſicut & Coninck *de matr. diſp.* 30. *n.* 3. *in* 2. *tomo de ſacramentis.*

Apponitur tamen communiter axiomati limitatio illa, vt ſcilicet excipiantur, quæ ad vniuerſum Statum Eccleſiæ pertinent, vt res fidei definire, & quæ Pontifex Romanus ſibi reſeruat, vt videre eſt apud Mauritium de Alzedo *in opere de præcellentia Epiſcopalis dignitatis parte* 2. *cap.* 7. *num.* 1. Thomam Sanchez *de matr. lib.* 1. *diſp.* 61. *num.* 3. & *lib.* 8. *diſp.* 9. *num.* 3. & *lib.* 7. *diſp.* 1. *num.* 9. Leſſium *de iuſtitia lib.* 2. *cap.* 40. *n.* 121.

Sibi aurem reſeruat Pontifex materiam immunitatis Eccleſiarum, vt habemus ex quotidianæ conſuetudinis interpretatione, ſicuti habemus ex eadem, & non aliunde, quod Pontifex ſibi reſeruat facultatem ſtatuendi impedimenta impedientia, & dirimentia matrimonium, quæ alioqui Epiſcopis iure ſuo competeret tanquam perfectè Paſtoribus, & Principibus in ſuis diœceſibus, quamuis Ponrifici ſubordinatis, vti notarunt Sanchez. *citat. libro* 7. 27

 diſp. 1.

*diſp.*1.*num.*9. Pontius *de matr. lib.*6.*cap.*1. *num.*12. Gaſpar Hurtad. *diſput.*12.*n.*5. *tract. de matr.* itemque ex vſu Eccleſiæ totius habemus, quod de inuiolabiliter reſeruatis ſupremæ Pontificis poteſtati ſit imponere pollutionis Eccleſiaſticæ, quaſi pœnam aliis actionibus, quàm à iure ſtatutis, vt obſeruat D. Paſſerinus *tract. de pollut. Eccleſiar. diſp.*3. *cap.*10.*num.*4. qui *diſput.*5.*cap.*42.*num.*2. optimè aduertit, diſpenſationem in priuilegio immunitatis, eſſe de reſeruatis ſummo Pontifici.

28 Vnde Epiſcopi id ſolum poſſunt, & eo modo circa Eccleſiarum immunitatis cauſam in ordine ad cognoſcendum de illa in ſuis Curiis quod, & quo Pontifex illis indulget, ac proinde cum ſint inferiores & vt diximus, omnino ſubordinati, nihil poſſunt in præiudicium, ac derogationem legis circa hanc cauſam latæ à Pontifice, iuxta generaliter ſancita in *cap. cum inferior de maior. & obed. can. inferior.* 22. *diſt.* & *Clement. Ne Romani.* §. 1. *de elect.* & tradita per Doctores, quos citat, & ſequitur Iuliuus Chartar. *deciſ. crimin.*93.*num.* 36. ſed eiuſdem legis præſcriptum tenentur ad vnguem ſeruare.

Quid potuerit diſponere Pontifex Romanus circa modum cognoſcendi in cauſa immunitatis Eccleſiarum circa delicta excepta.

29 Supremus ergo abiter immunitatis Romanus Pontifex, ſicuti potuit excipere, & non excipere aliqua delicta à communi regula immunitatis, & in ipſis caſibus delictorum de facto incluſorum in regula poteſt facere hic, & nunc exceptionem, atque auferre immunitatem ex cauſis ſibi bene viſis, iubendo, vt Rei ad Eccleſias confugæ extrahantur, & Iudici laicali conſignentur Farinac. *q* 28. *ante numerum.*1.

Ita potuit præſcribere hunc, vel illum modum ſeruandum ab Epiſcopis tanquam inſtrumentis à ſe deputatis circa cognitionem delictorum per Sanctitatem ſuam exceptorum à participatione immunitatis.

Potuit autem primo velle, vt occurrente caſu alicuius ex delictis exceptis procedant Epiſcopi ad cognitionem ipſius delicti cum eodem rigore, quocum procedere debent Iudices ſeculares in ordine ad inferendam ordinariam pœnam, inſtituendo ſcilicet exactè ordinem iudiciarium, & exigendo probationes plenas, concludentes, perfectas, & demonſtratiuas circa commiſſionem delicti, & adiunctionem qualitatum reddentium exceptum ipſum delictum à participanda immunitate Eccleſiarum. 30

Quæ quidem cognitio ſiue ex parte obiecti ſit vera, ſiue ſit falſa, ſolet tamen pro certa, atque indubitata haberi in publico foro, adeo vt iudicem, tanquam publicam perſonam, obliget ad iudicandum iuxta illam, quidquid ſit de priuata ſcientia fortaſſe exiſtente in contrarium in ipſo Iudice, qui iuxta illam regulare non poteſt ſuum iudicium, ex traditis per Gambacurtam *cit. tract. de immunit. Eccleſiar. lib.*6.*cap.*15. *num.*2. 31

Et quamuis ex neceſſitate harum plenarum probationum ſequeretur plerumque, quòd non eſſet locus tradendis laico Iudici reis confugis ad Eccleſias, ob difficultatem eximiam obtinendi ipſas plenas probationes delictorum ſolitorum patrari ferè ſemper in tenebris, & clanculum, id tamen Pontifex nihil curare potuit in gratiam immunitatis, contentus ſolummodò, quòd ſaltem aliquando, etſi rariſſimè, ea traditio euenire queat, ſicut abſolutè non excipere illa delicta potuit in eamdem gratiam. 32

Potuit ſecundò ex zelo iuſtitiæ vindicatiuæ contra delicta ob peculiarem deformitatem excepta à participatione immunitatis, velle, vt, eueniente caſu 33

alicuius

alicuius ex iis delictis, pateat facilior via ad tradendos iudici ſeculari reos confugas ad Eccleſiam:

Ac proinde liceat Epiſcopis in cognitione circa eorumdem delictorum patra..onem recedere à rigida forma procedendi ſolita ſeruari in foro criminali laicorum in ordine ad pœnam ordinariam.

Qui ſanè receſſus poteſt concipi varius:

34 Et primò ita vt ſit receſſus totalis, quatenus cognitio patrationis delictorum exceptorum, itemque cognitio qualitatum exceptiuarum pendeat vſquequaquè à ſolo dictamine prudenti, ſeu à conſcientiali iudicio Epiſcopi, qui, perpenſis omnibus circumſtantiis afficientibus factum, definiat, tanquam Pontificis Romani inſtrumentum, per ſuam ſententiam, quæ ſcilicet eſt legis applicatio ad ſingulare factum. Pontius *de matr. lib. 9. cap. 18. num. 9.* deberi reo, vel non deberi, ob commiſſum, vel non commiſſum delictum exceptum, Eccleſiarum immunitatem, nec teneatur in regulanda ea definitione dependere à depoſitionibus iuratorum teſtium ita irrefragabilibus, vt ſufficiant ad conſtituendam perfectam probationem, ſed poſſit, & debeat argumenta tantum conquirere, quæcunque illa ſint, & vndecunque petita, dummodò talia, vt ſimul iuncta, compleant motiuum inducens Epiſcopum ad prudenter credendum, quòd confuga ad Eccleſiam, ſit de facto reus delicti excepti, & beneficio immunitatis indignus.

35 Secundò vt ſit receſſus partialis, & hoc quatenus eadem cognitio fundetur in iis probationibus, quas lex habet pro veris ſecundùm ſubiectam materiam, adeo vt vbi caſus ſit difficilis probationis, tunc veræ ſint illæ probationes, quæ de iure reputantur ſufficientes ad probandum illud delictum, etiamſi non ſint concludentes, ſed fundatæ in præſumptionibus aut iuris, aut etiam hominis, vel in indiciis aut indubitatis, aut ſufficientibus ſolùm ad torturam, aut etiam leuibus, & remotis, neque ad eamdem torturam idoneis, aut fiant per depoſitionem teſtium aliàs inhabilium, &c.

Quid diſpoſuerit de facto Romanus Pontifex circa modum cognoſcendi de delictis exceptis in cauſa immunitatis?

Eximiam huius quæſtionis difficultatem aggrauat multiplicitas, atque indiſtinctio eorum, quæ apud Doctores inueni.

Deſiderium meum de exiſtentia declarationis Eminentiſſimorum D. D. Cardinalium circa hanc quæſtionem in forma obligante.

Sed vtinam ea declaratio, quam aſſerit Sperell. *parte 2. deciſ. 101. num. 38. & deciſ. 105. num. 50.* factam fuiſſe ſæpius à S. Congregatione Cardinalium ad huiuſmodi controuerſias dirimendas deputatorum, etiam Summo Præſule approbante, & confirmante, *extractionem ſcilicet reorum ab Eccleſiis non eſſe per Epiſcopum faciendam, niſi ſibi plenè, & concludenter conſtiterit, delictum commiſſum, eſſe de exceptis,* eſſet vera, & exhiberetur authentico modo, ideſt cum ſigillo ordinario, & ſubſcriptionibus Cardinalis Præfecti, & Secretarij Congregationis declarantis: 36

Per quem duntaxat modum, non autem ex impreſſis iuniorum Theologorum voluminibus, conſtat Cardinalium declarationes eſſe authenticas, vt præter alios multos tradit nouiſſimè Caramuel *in ſua Thologia fundamentali, impreſſa tum Romæ, tum Lugduni. n. 573.* optimè monens, examinanda venire duo, quando Cardinalitiæ declarationes proponuntur: 37

Primum,

Primum , an ſint veræ formaliter, ideſt ab idſis Cardinalibus emanatæ:

Secundum, an ſint authenticæ, adeo vt requirantur copulatiuè hæc *veritas*, & *authenticitas*, nec ſufficiat, eſſe veras, niſi etiam præſententur authenticæ modo prædicto, vt illis teneamur acquieſcere.

38 Quin addunt alij, neceſſe eſſe, vt hæ declarationes etiam authenticæ, promulgentur, ad hoc vt vim legis habeant. Thom. del Bene *de immunit. & iuriſd. Eccleſ. parte 2. cap. 14. dub. 5. ſect. 2. num. 18.* Philibertus Marchinus *tract. 1. de ordine cap. 12. num. 16. parte 1.* Baldell. *tomo 1. lib. 5. diſput. 13. n. 17 §. Tertio.* apud quem ſequentibus numeris hæc materia doctiſſimè, ſicuti alia omnia, diſcutitur, Bonacina *de legibus diſputatione 1. quæſt. 1. puncto 8 num. 4.* Martinus Delrio *diſquiſit. magicar. lib. 6. cap. 1. ſect. 3. prope finem §. Ad argumenta. in editione Lugdunenſi pag. 404. col. 1.* cum promulgatio neceſſaria ſit ad hoc, vt lex habeat ſuam virtutem. S. Thom. *1. 2. q. 90. art. 4. in corpore*, & alij omnes cum illo.

Quam promulgationem aliquando facit eadem S. Congregatio circa ſuas declarationes, & decreta, typis edendo, & ad omnes tranſmittendo, quando
39 ab omnibus vult obſeruari, vt leges, ſicuti fecit anno 1624. pro decreto *de non alienandis rebus Regularium*, & 1625. pro decretis *de celebrat. miſſar.*

Vt proptereà videatur plus æquo acris cenſura Sperelli *cit. num. 50.* dicentis, temerariè, ac arroganter aduerſus Pontificias declarationes quorumdam priuatorum ſcribentium auctoritatem in medium adduci , opiniones enim Doctorum debere cedere
40 auctoritati Beati Petri, & nō præcedere.

Sed contra;

Nam ſi non fuit temerarius, nec arrogans magnus ille Hoſtienſis, de quo elogium egregium extat Marci Mantuæ Parauini *in libro de viris illuſtribus*, & cum eodem Hoſtienſi alij Doctores, qui à Papa Innocentio IV. declarante ſuam mentem in Conſtitutione à ſe facta antea, receſſerunt, vt teſtatur Emanuel Sa *in antiquis. ver. lex. num. 25.* quia ſcilicet ſtandum eſt verbis legis ſecundùm interpretationē iuris, etiamſi legiſlator extra legem dicat, ſe aliter intellexiſſe, vt dicit idem doctiſſimus Sa ibidem, quod ego limito, ſi legiſlator ſuam declarionem non exponat in modum legis cum debita forma ad eſſentiam legis requiſita,

Cur dicatur temerarius, arrogans, & procax, qui declarationi in materia immunitatis, aſſertæ, & non probatæ, nec oſtenſæ authenticæ, nec promulgatæ, non acquieſcat, & ad credendum ſe non teneri acquieſcere moueatur ex
diſcurſibus optimis, & exemplis gra- 41
uiſſimorum virorum ab Eccleſia non non reprobatis?

Vnde tribuendum eſt nimio zelo, quod idem Sperellus, vir alioqui inſignis literaturæ, & de Chriſtiana republica optimè meritus *cit. deciſ. 101. n. 63.* cum *num.* 38. dixiſſet, Vrbanum VIII. ſibi viua voce dixiſſe, ſententiam requirentem plenas probationes eſſe veram, erumpit, & dicit, valdè dolendum eſſe, ſeculum noſtrum adeo eſſe deprauatum, vt in media Italia Iudices miniſtri alicuius Principis officium ad nutum amouibile gerentes, dedignentur ſedis Apoſtolicæ determinationi acquieſcere, immo prætendant ipſi ſummo Eccleſiæ Monarchæ legem dare:

Tribuendum inquam hoc Sperelli dictum nimio zelo; quia ego catholicum neminem credo dedignaturum acquieſcere determinationi Sanctæ Romanæ Apoſtolicæ Sedis, ſi eamdem determinationem ipſa Sedes cum debitis ad obligandum formis promulgare dignetur.

Sed quamdiu ea promulgatio non ſit, non bene poteſt quis dici dedignari acquieſcere determinationi ſupremæ

mæ Sedis, & ipſo Summo Eccleſiæ Monarchæ legem dare, ſi vni declarationi ab vno priuato Doctore aſſertæ factæ per Pontificem non acquieſcat; ſed legitimam promulgationem exigat ad ſe reputandum obligatum.

42 Eſt enim optima doctrina citatorum Thomæ del Bene *cap.* 14. *dub.* 5. *ſect.* 2. *num.* 7. *&* 8. & Bonacinæ *ſupra*, quòd licèt in manifeſtis declaratio legis inſit, & ſic, ex ſe ſine alia promulgatione obliget, tamen ſecus ſit in dubiis, quia in his declaratio eſt veluti noua lex, & ſic, vt obliget, noua promulgatione indiget.

Quapropter niſi aliter circa hoc punctum per ſanctam Sedem Apoſtolicam declaretur, dicendum interim eſt, quòd declaratio D. D. Cardinalium, licèt magni ponderis ſit, & ab ea non facile recedi debeat, tamen vi legis careat, & ſic non ſit ipſi neceſſario ſtandum. Ita Del Bene, & Verricelli *qq. moral. & legal. tract.* 2. *queſt.* 6. *num.* 15. *& ſeqq.*

Et de facto dictis declarationibus non ſteterunt Cardinal. de Lugo *de pœnit. diſput.* 18. *ſect.* 2. *num.* 24. Thomas Sanchez, & alij recentiores, qui referunt declarationes S. Congregationis, & ab eis recedunt, vt notauit Bonacina *de legib. diſp.* 1. *queſt.* 1. *puncto* 8. *num.* 4. *§. ſecunda pars ad finem.* Sed redeundo ad rem meam.

43 Vtinam inquam vera eſſet ea declaratio per Sperellum aſſerta, & authenticè præſentaretur; iam enim nullus circa valdè perplexum articulum reſtaret locus doctrinalibus, & laborioſis interpretationibus, quæ ad apparitionem veritatis dictarum declarationum, euaneſcunt illico, ſtellarum in morem, ſcandente Orizontem aurora.

Sed quia Sperellus, quamuis credendus ſit omnino, ob ſingularem fidem integerrimæ eius vitæ, & dignitati debitam, non deficere apud nos in primo requiſito prædictæ declarationis, veritate ſcilicet, deficit tamen in ſecundo, id eſt legalitate.

Et alioqui video circa propoſitam difficultatem, tanquam ſuppoſitam indeciſam per ſupremum Romanum Tribunal, ab aliquibus Doctoribus etiam neotericis diſcurri difformiter à tenore eiuſdem declarationis.

Propterea exiſtimo, integrum mihi eſſe aliqua proloqui in hanc rem, & candidè enuntiare quid de aliorum placitis mihi videatur, donec affulgeat nobis ſincera Romani oraculi lux, quæ à diuerticulis opinionum ad vnam, eamdemque viam reducat vniuerſos.

Prima ſententia extrema.

Sentiunt ergo Benedictus Beoleus, Auguſtus Pacinellus, & Stephanus Benaſſaius; viri docti apud Proſperum Farinacium *in conſ.* 168. *num.* 8. *lib.* 2. & ipſe Farinac. *conſ.* 76. *num.* 3. *& in appendice de immun. num.* 374 Horatius Perſius *in ſemicenturia conſilior. criminalium conſ.* 29. *num.* 4. vbi ne veſtigium quidem vllius rationis affert. Nald. *verſ. Eccleſia, num.* 32. Bellet. *diſquiſit. Clerical. parte* 1. *de fauore Clericor. reali.* §. 4. *num.* 50. Ricc. *in praxi aurea reſol.* 450. *num.* 3. Marius Italia *tract. de immun. Eccleſiar. lib.* 1. *cap.* 6. §. 1. *num.* 80. & 82. Mallet. *in Auro Theologiæ malleat.* 35. *bractea* 27. §. *ſecundò Epiſcopum.* Caſtro Pal. *parte* 2. *tractat.* 11. *diſp. vnic. puncto* 13. *num.* 8. Diana *part.* 3. *reſol.* 28. *& parte* 4. *tract.* 1. *reſol.* 112. Alexander Ambroſin, *de immun. cap.* 11. *n.* 4. Thomas Sanchez *tomo* 2. *conſilior. lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 11. Caſtril. *deciſ.* 156. *num.* 8. Baſſæus *in flor. verſ. immunitas, num.* 16. Bonac. *tomo* 3. *de cenſur. in particulari, diſp.* 2. *queſt.* 8. *puncto* 16. §. 12. *num.* 8. *& de legibus, diſp.* 3. *queſt.* 7. §. 7. *num.* 4. Sperell. *part.* 2. *deciſ.* 101 *num.* 17. Scortia *in ſelect. Pontif. conſtitut. Theoremate* 386. *verſ. donec conſtiterit. & verſ. conſtare debet.* Thomas del Bene *parte* 2. *de immunit. & iuriſd. Eccl. cap.* 16. *dub.* 42. *ſect.* 1. *num.* 3. 44

Digitized by Google

Ciatlin.*controu.Forenſ.par.*1.*c.*10.*num.*61. vbi quòd hæc opinio habet pro ſe firmiſſimas rationes, & non cadentia ſydera.*& c.*116.*n.*29.*qui tamen numerus in meo libro omiſſus eſt per typographi incuriam.& c.*151.*n.*11. Homobon.*in exam. parte* 2.*tract.*11.*cap.*5.*q.*6.*reſol.*5.*pag.*329. *col.*2. *verſ. niſi clarè conſtet.* Vermigliol. *conſ.crimin.*97.*n.*1.*&* 2.*&* n.15.vbi quòd concludens probatio requiritur pro forma, adeo vt neque prætenſum notorium releuet ab onere probandi. *& conſ.*99.*n.*1.*& conſ.*159.*n.*43. vbi nominatim de inſufficientia probationis præſumptiuæ ad excludendum ab immunitate ex homicidio proditorio. Vincent.Tancred.*tom.de religione, lib.*4. *diſp.*11.*q.*1.*num.*3. Paſqualig.*in addit.ad q.*29. *n.*5.*controuerſiar. inter Epiſcopos, & Regulares, Laureti de Franchis parte* 2. Ioan.Carolus Antonell.*de regim.Eccleſ. Epiſcopalis, lib.*1.*c.*9.*n.*109. Pellizzat.*in man.Regular.tomo* 2.*tract.*8.*cap.*5.*n.*40.& alij, è quibus aliqui expreſſè, alij verò ſolùm implicitè excludunt indicia, coniecturas, & præſumptiones:

45 Sentiunt inquam, Gregorium XIV. de facto ſanxiſſe, vt conſtitutus ab ipſo immunitatis Iudex, qui eſt Epiſcopus, ſeu ab eo deputatus, qui eſt eius generalis Vicarius. Sbrozz. *de Vicario Epiſcopi,lib.*1.*q.*2.*n.*11. Alex. Peregrin. *tract.de immunit.c.*3.*n.*27.*§ quartò.*

Etiamſi Epiſcopus ſit ſolùm electus, & confirmatus, itemquè Capituli Vicarius ſede vacante. Alexand.Peregrin. *cit.cap.*3.*num.*33. *iuncto* 39. Tancredi *cit. diſp.*11.*quæſt.*1.*num.*4.*&* 5. Paſqualig. *ſupra num.*2.

Non poſſit tradere Iudici laico reum confugam ad Eccleſiam, niſi prius conſtet ſibi per plenas, & euidentes probationes, ipſum commiſiſſe aliquod ex delictis exceptis, quotum Doctotum fundamenta allegabo occaſione oſtendendi quid cõtra illa dici non incongruè poſſit, *ſ.*31.*præſentis ſectionis.*

46 Aduetto autem interim, quòd aliquando conſtare poteſt de actu ipſo prauo, v.g. *de homicidio*, & non conſtare de qualitate actus, v.g. *de proditione, &c.*

Eſt autem neceſſe iuxta hanc ſententiam, vt conſtet de vtroque, etſi aliqui ex præcitatis Doctoribus loquantut ſolùm de conſtatione qualitatis.

Cenſura huius primæ Sententiæ.

Si hæc ſententia contendit Gregorium velle, vt Iudici immunitatis conſtet in ſuo foro de crimine excepto, quodcumque illud ſit, mediantibus probationibus talibus, quæ rem faciant luce meridiana clariorem ad præſcriptum *L.ſciant cuncti,C.de probat.* 47

Per teſtes ſcilicet, qui in facto interfuerint, & ſub obtutibus dicant maleficium eſſe commiſſum. Nicol.Moron. *tract. de fide,treuga,& pace, p.*2.*q.*54.*n.*8.

Qualem claritatis pluſquam meridianæ exceſſum prætequirunt iura ad hoc, vt Iudex in criminalibus condemnet ordinaria pœna, id quod in cauſa immunitatis Eccleſiatum contẽdebat Fiſcus Curiæ Saletnitanæ apud Franciſcum Merlinum Pignatellum *controuerſiar. forenſ. centur.*1. *c.*64. *ad initium, § ſecundò.*

Videtur eadem ſententia inueriſimilis Antonio de Poſſentibus *ſingularium centuria* 2. *ſingulari* 143. *n.*2. & multum ſtricta Antonio de Ballis *varior. tract. lib.*5.*de pragmat.regni pragm.vnic. tit.*42. *num.*8. & contraria videtur certa Petro Gambacurtæ *tract. de immunit.Eccleſiar. lib.*6.*c.*15.*n.*1. quatenus dicit, certum eſſe, longè maiorem requiri in Iudice cognitionem ad teum de crimine condemnandum, quàm in Epiſcopo ad eumdem ſeculari curiæ ttadendum, & conſignandum.

Et meritò quidem excluditur ab his Doctoribus neceſſitas probationum euidentium in cauſa immunitatis Eccleſiarum;

Im

Digitized by Google

Impugnatur hæc ſententia ab impoſsibili.

Nam primò ſuadetur hæc excluſio argumento ab impoſſibili ex parte ipſarum euidentium probationum ſaltem quo ad aliqua ex delictis exceptis;

Quamuis enim multa ex his poſſint facile probari, vt v.g. homicidia, ac mutilationes in Eccleſiis, & agrorum depopulationes, vt notauit Ciarlin. *controuerſ. forenſ. c.* 10 *n.* 87.

Sunt tamen aliqua talis naturæ, vt clanculùm omnino, vel cum ſolis complicibus, cumque maxima circumſpectione patrentur, ad vitanda incommoda grauiſſima, quæ ex eorum notitia ſequi contra eorum auctores poſſent.

49 Vnde veritatem in huiuſmodi delictis aſſequi perquàm difficile eſt, vt notauit Gambacurta *citat. cap.* 15. *num.* 1. & nominatim in *proditorio*, & in *aſſaſſinio*.

Quis enim ita demens eſt, vt volens perimere Titium per *proditionem*, aut *aſſaſsinium*, non vtatur plenè arcanis machinationibus, ſed palàm omnino, & coram teſtibus omni maioribus exceptione, id eſt quibus nihil opponi poſſit, ſcelera tam pudenda executioni mandet?

50 Deſunt ergo ferè ſemper teſtes, qui plenè probent huiuſmodi occultiſſima ſcelera, ac proinde horum delictorum probatio per teſtes redditur ferè impoſſibilis, & nominatim de *veneficio*, id eſt necatione per venenum, ſicut, & de adulterio, conſpiratione, falſa moneta, & ſimilibus dicit de ſui natura plenè probari non poſſe Nicolaus Vigellius *in dialectica iuris, pag. mihi* 528. & de proditionibus indiſtinctè idem dicit Monticell. *in praxi criminali regula* 10. *num.* 33.

51 Redditur autem etiam impoſſibilis alia probatio, quæ habetur ex propria Rei confeſſione, & eſt omnium probationum potiſſima, vt tradiderunt Farinac. *conſ.* 129. *num* 1. *&* *conſ.* 132. *n.* 3. *ex cap. Veſtra de cohabit. Cleric. & mulier.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 1. *n.* 37. Mancin. *tract. de confeſſ. cap.* 1. *num.* 1. vbi quòd dicitur regina probationum. Ioſeph. Ludouic. *in deciſ. Peruſin.* 17. *n.* 17. Hieron. à Laurentiis *deciſ. Rotæ Auenion.* 143. *num.* 8. Angelus de Gambilionibus *conſ.* 13. *n.* 21. Corteſius *conſ.* 26. *num.* 1. *vterque inter conſ. matrimon. per Zilettum collecta.* & omnium optimè Ricc. *part.* 1. *deciſ.* 172.

Redditur inquam impoſſibilis; quia ex confugis ad Eccleſiam ob delictum exceptum, nemo eſt ita vitæ propriæ, & boni nominis parum ſtudioſus, vt inducatur ſine tortura ad confitendum coram Iudice immunitatis Epiſcopo, aut eius deputato, ipſum delictum, cui probè ſcit, annexam eſſe excluſionem ab immunitate, & periculum capitis intra rigorem, & tenramenta cenſuræ laicalis.

Et alioqui non poteſt idem immunitatis Iudex procurare confeſſionem *per torturam* à reis ad Eccleſiam confugis ſuper delicto excepto, vt tradunt in terminis Marius Italia *tractat. de immunit. Eccleſiar. c.* 6. §. 1. *num.* 81. *&* 82. Ciarlin. *cit. cap.* 10. *num.* 107. dicens, ſe nunquam in praxi vidiſſe torqueri huiuſmodi reos, ſed vel omitti, vel curiæ ſeculari relaxari; *tortura enim*, inquit Ciarlinus, *eſt remedium ſubſidiarium, quo non licet vti, vbi actori incumbit rem plenè probare alioquin de domo Rei ſumerentur probationes*, quæ tamen ſumptio non debet fieri Mancin. *tractat. de confeſſ. c.* 3. *art.* 4. *num.* 25. 52

Et infertur etiam ex generali principio tradito per Ægidium Boſſium *titul. de indict. & conſider. ante torturam, num.* 97. *&* 98. & per Grillandum *tractat. de quæſt. & tort. quæſtione* 7. *num.* 1. *&* 2. *in volum. tractatuum* 53

criminalium per Zilettum collectorum folio 438. Anton. de Ballis *variorum tractat. lib.* 2. *quæſt.* 25. quòd in cauſa merè ciuili, cuiuſmodi eſt cauſa immunitatis, vt probaui, §.8. *num.66. & ſequentibus*, reus homo liber non torquetur: ſecus in ea, quæ habet annexum delictum, cuiuſmodi eſt cauſa vſurarum.

Et quòd tortura locum non habet, quando de crimine ciuiliter agitur. Ricc. *parte* 2. *deciſ.* 12. *num.* 4. Flamin. Chattar. *in practica interrogandor. reor. lib.4.c.1.n.22.*

Immo nec debent iidem confugæ teneri in compedibus, niſi ob eorum inſolentiam, aut aliam cauſam aliud videatur expedire. Ciarlin. *tit.cap.*10. *num.* 29. Anton. Columb. *in compendiaria forma procedendi extraordinariè in controuerſiis Criminal. in volum. tractat. criminal. per Zillettum collectorum art.*115. *num.* 115. *fol.* 466. *à tergo*, nec debent alio modo vexari. Thomas del Bene *cit.cap.16.dub.27.num.2.*

54 In quibus eſt multò deterioris conditionis Iudex Eccleſiaſticus præ laico, cum hic in *proditionibus*, & tractatibus, qui ſecretò fiunt, torquere poſſit etiam ſine indiciis, propter probationis difficultatem. Monticell. *in praxi crimin.reg.*10.*num.*33.

55 Si ergo deeſt in his criminibus occultis probatio per teſtes, & per propriam confeſſionem, quis modus ſupereſt ad plenè probanda ipſa crimina in cauſa immunitatis.

56 Non videtur autem credibile, quod ſapientiſſimus Pontifex Gregorius, dum ab immunitate *occiſionem proximi proditoriam*, & alia non notoria delicta excluſit tam disertè, & ſine remedio appellationis, in odium vtique peculiaris deformitatis in illis delictis incluſæ, cum ſciret probationes tum per teſtes ob clandeſtinitatem delictorum frequentiſſimam, tum per propriam confeſſionem, ob negatam facultatem torquendi reos confugas, eſſe moraliter ferè impoſſibiles, voluiſſe nihilominus, vt eadem excluſio in ſui cognitione penderet ab huiuſcemodi probationibus, ac proinde, vt obnoxia eſſent eadem exoſa crimina, vt vel ſemper, vel ferè ſemper impunita remanerent, exceptione vel nihil, vel parum ſuffragante.

Quid enim? Nonnè breuior via erat, vt eadem crimina nullatenus exciperentur, à beneficio immunitatis, quàm vt exciperentur quidem, ſed cum talibus appendicibus, quæ vix vnquam tradendis foro ſeculari ab Eccleſiaſtico Iudice reis locum relinquerent? 57

Dixi *vix vnquam*; nam certè, ſi rem bene perpendas, concludes, ſi tam rigoroſæ probationes requirantur in hac cauſa à Pontifice, vix vnquam futurum locum extractioni reorum ab Eccleſia, vt notat Farinacius allegatus à Ciarlino *controuerſ. forenſ. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 58. *ad finem, & cap.* 12. *ad finem*; ſed vtrobique malè; nam illum citat in *additione ad conſ.* 76. *num.* 6. *lib.* 2. & illud conſilium non habet additiones, habetur que *lib.* 1. quem tamen librum bene citauit Ciarlinus ſecundo loco.

Hîc autem opportunè appono verba Epiſcopi Nouarienſis Caroli à Baſilica Petri, vulgò Baſcapæi, & alumni illius magni Cardinalis, & Pontificis ſancti Caroli Borromæi, *in canonico commentario ſuper cap. Inter alia de immunitat. Eccleſ.* quem libellum rariſſimum, ſicuti & alios plures alibi nuſquam repertos mihi de ſua plurimis, iiſque pretioſis codicibus referta bibliotheca ad opus hoc concinnandum commodauit ſtudioſiſſimus mearum lucubrationum fautor D. Doctor Petrus Franciſcus Paſſerinus, cui me ſatis deuinctum profiteor ex hoc capite, ſed multò magis

gis ex lumine viuo, quod in me tum per eruditiſſimum ſuum tractatum de pollutione Eccleſiarum iam impreſſum; & cum peritorum plauſu circa vberrimam in infœcundo argumento doctrinam exceptum, tum per literarias familiares collocutiones abundè transfudit.

Verba Baſcapæi ſunt hæc, *num.* 13. poſtquam dixiſſet pro neutra parte (circa quæſtionem ſcilicet an certum eſſe debeat in iudicio, vtrum is, qui tradendus eſt, tale crimen commiſerit, an verò ſufficiat eſſe indicia contra illum apud acta Iudicis laici) videri ſatis efficacia argumenta.

Hoc videtur poſſe affirmari, quòd ſi plenam probationem requirimus, hoc eſt, vt reus confeſſus ſit, vel aliorum teſtimonio conuictus, pauciſſimos trademus Iudicibus laicis. Quod cum Romæ dixiſſem Farinacio, nihil reſpondit, niſi ſimilia ferè verba illis: quod ſcripſi, ſcripſi. Poteſt quidem dicere reus ille: non ſum latro publicus, quia plenè non eſt probatum. Sed poteſt etiam dicere Iudex laicus: licèt probatio non ſit plena, poteſt plena fieri, ſi te habeam in poteſtate, & tormenta adhibeam ad extorquendam veritatem, ſicut ex indiciis mihi licet. Videtur res quædam in lite poſita, quæ neutri parti addici poſſit, niſi aliud probetur. Ne admittatur iniuria contra reum, neque etiam ille ſit impunitus, ſi deliquit, & ita poſſit probari; adhiberi poſſet temperamentum, vt detur Iudici laico cum cautione ſeruandi vitam, & membra, vt canones habent. Ita res penderet ab euentu, vt ſi reus confiteretur, aut conuinceretur, pœnam iuſtè ſubiret: ſecus autem, ſi talis probatio non accederet.

Quandoque Iudex laicus à me popoſcit, vt ei permitterem reum de homicidio proditorio, qui aufugerat ad cœmeterium Eccleſiæ, & inde extractus fuerat. Plenè conſtabat eum eſſe homicidam; ſed non plenè eſſe proditorem, de quo etiam tortus non erat. Dedi reum ita, vt, ſi proditio non probaretur, reus non ſubiret pœnam homicidij, & adieci pœnam excommunicationis. Senatus miratus eſt, dixitque non fuiſſe tradendum illum, ſi erat immunis: ſi autem non erat, fuiſſe dandum liberè. Ego autem dixi, dandum fuiſſe, vt iuſtitiæ locus eſſet, ſed non liberè, ne immunis pœna mortis afficeretur, &c. Ita Baſcapæus, cuius tamen temperamentum, nec mihi vllo modo probatur, nec cuiquam probandum fore vnquam, neque à ſupremo Romano Tribunali tolerandum exiſtimo.

Debui tamen recenſere totum, vt ſapientibus palam fiat quid in his materiis ſenſerit vir doctus, & Epiſcopus, & ex admirabili, atque in æternum veneranda ſchola S. Caroli eductus; vbi ſanè optima de immunitate doctrina tradebatur.

Sed redeo, ad me, relicto Baſca- 58
pæo, & dico, quòd ſicuti Aymon Crauetta *de antiquitat. tempor. parte* 1. *numero* 38. *folio mihi* 79. *& in alia impreſſione in paruo, folio* 124. optimè impugnat Socinum à ſe relatum, *numero* 35. dicentem, quòd vbi lex, vel ſtatutum requirit plenam probationem, non ſufficit probatio per indicia, & coniecturas etiam in antiquis, impugnat inquam ex eo, quòd attenta limitatione Socini, ſequeretur, quod lex præcluſam voluiſſet quodammodò viam probandi in iſtis antiquis, cum aliter probari non poſſint, quàm per præſumptiones indicia, & famam.

Ita etiam optimè impugnari eodem modo poſſunt dicentes, in illis delictis occultis requiri plenam probationem, re enim vera præcludunt viam probationi horum delictorum,

Digitized by Google

cum rariſſimè facultatem plenarum probationum præ ſe ferant.

Impugnatur à conditione legis.

59 Suadetur ſecundò prædicta excluſio argumento ab ordinaria conditione legis, quæ caſus ratos non reſpicit. Melchior Cano *relect. de Sacrament. pœnitent. parte* 5. §. *ſed quoniam*, *folio* 74. *à tergo*. Conink *tomo* 2. *de Sacrament. diſputatione* 28. *numero* 43. Ioannes Franciſcus Fara *tractatu de infante*, *cap*. 19. *num*. 9. vbi de caſu puellæ nouennis concipientis, & anno decimo patientis. Genuenſ. *in practicab. Eccleſ. quæſtione* 693. *numero* 1. *&* 2. vbi quòd Legiſlator in materia ſucceſſionis opinionem Hippocratis volentis, partum non poſſe tranſgredi decem menſes, approbat, reiecta opinione Ariſtotelis, & Auicennæ volentium, partum naſci poſſe vndecimo, duodecimo, & tertiodecimo menſe; quia horum opinio non procedit ſecundùm communiter accidentia, licèt poſſibile ſit, ac proinde ad ſucceſſionem de iure ciuili admittitur natus poſt decem menſes & duos dies, non vltra. Ponzinibbius *tractatu de lamiis*, *numero* 56. *in volumin. tractatuum criminalium per Ziletum collectorum*, *folio mihi* 95. *columna* 4. vbi quòd ex eo quòd Lazarus reſuſcitatus fuit à mortuis non propterea debuit fieri lex de reſurgentibus à mortuis. Thomas Sanchez *in decalog. libro* 6. *capite* 8. *numero* 51. *&* *libro* 2. *capite* 39. *numero* 24. vbi quòd mirum eſſet, Tridentinum, & tot Pontifices tam grauibus pœnis, & tam acriter rem inſolitam, de qua ibi, interdixiſſe, cum ea ſit legis natura, vt ea, quæ frequenter accidunt, ſpectet, *&* *de matrimonio*, *libro* 10. *diſputatione* 17. *numero* 5. vbi quòd leges ea, quæ regulariter contingunt, attendere debent. (Nota ly *debent*) *&* *eodem libro* 10. *diſputatione* 13. *numero* 8. *verſic. quòd ſi.* vbi quòd res morales, ac de moribus inſtituendis præcepta tradita, non caſus metaphyſicos, & præter communem ſpem, ſed in plurimum contingentes reſpiciunt, id quod paſſim tradunt alij Doctores *ex l. nam ad ea*, *ff. de leg*.

Eſt autem, vt paulò ante dicebamus, rarus, & ferè metaphyſicus caſus, ac præter communem ſpem, quòd Epiſcopale circa aliqua ex delictis exceptis tenebricoſa naturaliter, atque arcana iudicium poſſit in ſui latione pendere practicè, & in actu exercito à plenis, & concludentibus eorum delictorum probationibus, ob earum difficultatem communiter inſuperabilem, iuxta prædicta. 60

Idem verò iudicium eſt actio humana, ac proinde eſt dirigibile per legem, quæ habet pro ſuo proprio obiecto humanas actiones, quas dirigit ex ſuo proprio officio. Becanus *parte* 2. *ſuæ Theologiæ*, *tractat*. 3. *cap*. 1. *quæſt*. 3. *num*. 4. *iuncta quæſtione* 1. *num*. 4. *cum lex ſit regula morum*, id eſt actionum humanarum. Franciſcus Suarez *tomo de legibus*, *libro* 6. *cap*. 1. *numero* 8. & alij cum ſancto Thoma 1. 2. *quæſt*. 90. *artic*. 1. *in corp*. vbi quòd lex, quædam regula eſt, & menſura actuum, ſecundùm quam inducitur aliquis ad agendum, vel ab agendo retrahitur. 61

Ergo Gregoriana Conſtitutio, tanquam lex directrix actionis Epiſcopalis, non videtur reſpicere taxatiuè, & tanquam neceſſariam, vnicamque materiam, hunc caſum exoticum, ratum, ac ferè metaphyſicum.

Sed tum reſpicere primo alium moralem, id eſt provt, res euenire ſolet; ſic enim accipitur hic terminus *moraliter*, vt habes apud Thomam San

Sanchez *cit.diſput.*13.*num.*8. *de matrim. lib.* 10. qui caſus qualis ſit, infra dicetur:

Tum comprehendere ſecundò ipſum etiam caſum plenarum probationum, ſi fortè haberi poſſint, eſto id rariſſimè accidat,

62 Quia ſcilicet lex frequentioris vſus cauſa aliquid decernens, caſum minus frequentem non excludit, ſed comprehendit. Thomas Sanchez *de matr. lib.*3.*diſp.*20.*num.*3.§.*& confirmatur, quia cap.nuper.& lib.*9.*diſput.*14.*n.*16.*verſic. quartò,* & Thomas del Bene *de immunit. & iuriſdict.Eccleſ.parte* 2.*cap.*16.*dub.*37. *num.* 8.

Ridiculum enim foret dicere, quòd Gregoriana ita reſpiceret caſum probationum minus perfectarum, vt caſum perfectarum reſpueret.

Eſt ergo ſenſus quòd Gregoriana Conſtitutio non exigit rigoroſas probationes ob earum ordinariam difficultatem, ſed bene illas admittit, ſi obtineri poſſint.

Impugnatur à neceſſitate vitandi ſuperfluitatem in Conſtitutione Gregoriana.

63 Suadetur tertiò eadem excluſio argumento à neceſſitate vitandi ſuperfluitatem vnius clauſulæ in textu ipſius Bullæ Gregorianæ;

Si enim verum eſſet, quòd Pontifex plenas, & concludentes probationes circa omnia delicta excepta exigeret per illa verba *: cognito prius per Epiſcopum, &c.* vt contendunt auctores iſtius primæ ſententiæ, quaſi verò ly *cognito* verificari non poſſit, niſi in cauſa exceptorum delictorum Epiſcopo conſtet per irrefragabilem depoſitionem veritas commiſſionis ipſorum delictorum,

Iam clauſula illa præcedens, in qua Pontifex mandat Epiſcopis, vt laicos in caſibus prædictis delinquentes, ad eorum Eccleſias confugientes, qui prædicta delicta, aut eorum aliquod, *iudicio ſuo* commiſiſſe videbuntur tradi, & conſignari curent, & faciant, & in qua prædicti Doctores non faciunt diſtinctionem caſus à clauſula ſequenti, ſtaret otioſè prorſus, & inaniter,

Cum enim per ly *cognito* expreſſerit, ſecundùm eos auctores, Pontifex adæquatè, & plenè, ac taxatiuè modum à ſe intentum ſeruandum à Iudice immunitatis in cauſa exceptorum criminum, qui modus ſitus eſt in plenitudine, & rigoroſa perfectione probationum, 64

Iam aſſignari non poteſt, quid operetur clauſula illa inuoluens *iudicium, & viſionem Epiſcopi,* quod iudicium, & viſio, vt infra ſuo loco oſtendam, eſt idem, ac *conſcientia:*

Quo fit, vt clauſula eadem ſtet ſuperfluè, & fruſtraneè, quod tamen eſt abſurdum, nec ferendum in Legiſlatore, vt in ſimili dixit Decius Fauilla *in ſua erudita allegatione relata per Hieronymum Campanill. in diuerſorio iuris canonici Rubrica* 11.*cap.*31. *pag.* 643. §.*quod autem qualitas.*

Verba enim ſemper intelligenda ſunt, vt aliquid operentur. Iacob. Caualer. *deciſ.*494.*num.*2. Magon.*deciſ. Florent.* 57. *num.* 5. & optimè Rebell. *de obligat.iuſtitia, parte* 1. *quæſt.*6. *lect.*6. *num.* 35. *lib.* 1. etiamſi legum, ſacrorumque canonum declaratio ſit in materia ſtricta, odioſa, & correctoria. Miranda *in manuali Prælatorum, tomo* 2. *quæſt.* 25. *art.* 26. *concluſ.* 7. id quod eſt adeò verum, vt ad obtinendam hanc aliqualem operationem, interpretanda ſint etiam impropriiſſimè. Alciat. *de præſumpt. reg.*3. *præſumpt.*34. *num.* 10. *fol.mihi* 135. *col.*4. Mantica *de coniectur. vltimar. volunt.lib.*3. *tit.*6.*num.*1. & non ſolùm clauſulæ, ſed etiam minimum verbum non debet eſſe ſine virtute aliquid operandi. Iaſon. *conſ.*45.*num.*14. *volum.*1. Crauet. *conſ.*105.*num.*7. Peregr. *tractat.de immunit.cap.*7.*n.*28. Catellian. 65

Cotta

Digitized by Google

Cotta *in memorial. v. Clauſula generalis, pag.mihi* 94. Cæuall. *in qq. practicis communibus contra communes, quæſt.* 828. *num.* 55. immò nulla ſyllaba vacare debet. Bertazzol. *conſ.* 183. *num.* 9. *lib.* 1. Venturin. *conſ.* 23. *num.* 73. Magdalenus Capiferreus *tractat. de numero teſtium in teſtamento requiſito, cap.* 3. *num.* 14. Cæual. *quæſt.* 808. *num.* 54. Ioſeph. de Ianuario *reſol. moral. parte* 1. *reſol.* 4. *n.* 1. *& reſol.* 65. *num.* 65. Marchin. *de ordine tract.* 1. *par* 9. *cap.* 1. *difficult.* 5. *num.* 11. loquens de decretis conciliaribus, quod de qualibet Conſtitutione Papali meritò aſſerunt. Thom. Sanchez *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 26. *num.* 6. *& lib.* 8. *diſp.* 1. *num.* 26. *ad finem.* Gonzalez *ad regulas Cancellar.* §. 7. *proæm. num.* 128. cum Gloſſa *verbo. tanquam, cap. ſolitæ. de maior. & obed. alioqui,* inquit Gloſſa, & optime, *fruſtra membranas occupat.*

66 Addo inſuper, quòd eadem clauſula ſtat etiam contradictoriè; nam particula *cognito,* vt ſupponunt citati Doctores, conuincit, exigi rigorem probationum: particulæ verò *iudicio ſuo,* & *videantur,* quæ in idem recidunt, conuincunt, non exigi eum rigorem.

67 Quod enim plenè probatur, non *videtur* eſſe, ſed clarè, firmiterque conſtat Iudici, qui proinde per intellectum immobiliter aſſentitur articulo plenè probato, ita vt in contrariam partem non flectatur.

At quod *videtur* eſſe, non clare, nec firmiter conſtat, ſed prudenter ſolùm ita ſe habere creditur, non tamen ſine formidine oppoſiti, vt colligitur ex communi hominũ ſenſu diſtinguentium inter *mi pare ſia così, & ſon certo per proua piena, che è così.*

Vnde quòd teſtes non probent, qui deponunt per verbum *videri,* tradit Bertazzolus *conſ.* 521. *num.* 44. *lib.* 2. & quòd verbum *videtur* non importet veritatem, meritò notat Surd. *deciſ.* 195. *num.* 13. ſed importet præſumptionem, meritò item notat Thomas Sanchez *de matr. lib.* 10. *diſput.* 14. *num.* 21. *verſ. ſecundo, Ioan.* Franciſc. Fara *tractat. de infante, cap.* 34. *num.* 7. quæ eſt quid minus veritate, & ſcientia. Bordon. *tomo* 3. *controuerſ.* 39. *num.* 9. & denotet improprietatem. Hannibal de Canonicis *in repet. ſuper L. poſt contractum, ff. de dona, num.* 128. *&* 131.

Quòd autem Pontifex & velit rigorem probationum, quatenus exigit *cognitionem,* & non velit rigorem probationum, quatenus contentus eſt *iudicio,* ſeu *viſione,* id enimverò, præſumendum non eſt de ſapientiſſimo Legiſlatore, tanquam contradictorium.

Impugnatur doctrina quædam Sperelli, & Vermiglioli.

Nec ſatisfit difficultati paulò ante 68
propoſitæ ſi contendatur cum Sperello *deciſ.* 101. *num.* 48. dicta verba *iudicio ſuo commiſiſſe videbuntur delcarari* per illa ſequentia *cognito prius per Epiſcopum,* id quod etiam docet Vermigliol. *conſ. crimin.* 99. *num.* 2.

Cum enim inquit Sperellus *S. Pontifex in priori parte dictæ Conſtitutionis mandaſſet, vt Epiſcopus reos ab Eccleſiis extraheret vt Curiæ ſeculari conſignaret, quos vnum de exceptis criminibus iudicio ſuo commiſiſſe compererit, volens ſucceſſiuè, ad omnes ambages tollendas, declarare, qualiter huiuſmodi iudicium ſit regulandum, præcipit in poſteriori parte, vt non aliter ad dictam conſignationem deueniat, niſi conſtito prius, an ipſi crimina ſuperius expreſſa commiſerint.*

Non ſatisfacit inquam hoc Sperelli 69
dictum difficultati;

Si enim volebat Pontifex, cognoſci plenè, concludenter, & rigorosè ab Epiſcopo immunitatis Iudice crimina excepta, cum hæc intentio perſpicuè intimari poſſet per ſola illa verba: *cognito prius per Epiſcopum,* quæ ex ſententia Sperelli, & aliorum important perfectionem probationum,

Iam

Iam ſuperfluè omnino præmittebat idem Pontifex illa alia: *indicio ſuo commiſiſſe videbuntur*: & explicaſſet ſe ſufficientiſſime per ſola illa *cognito prius*.

Immo cum additio priorum illorum verborum: *indicio ſuo &c.* præbitura eſſet occaſionem aliquibus ambigendi, an ſequentia verba *cognito prius* modificarentur per ipſa priora.

Eo ipſo, quòd efficaciter intendebat Pontifex plenitudinem probationum,& videbat,eam ſufficienter ſignificari per poſteriora *cognito prius*, debebat vtique omittere illa priora *indicio ſuo, &c.* per quæ illa ambiguitas confouebatur, vt hoc modo, præciſa dubietate,menti ſuæ obtinendæ liberrimam ſterneret viam.

70 Præterquam quod, cum *indicium*, ſeu *viſio* ſint quid omnino diuerſum ab intellectuali aſſenſu nitente plenis probationibus, vt ſupra dixi, cum hic aſſenſus ſupra illud *indicium*, ſeu *viſionem* ſe valdè eleuet, ob differentiam craſſam motiuorum aſſentiendi, quæ ſunt efficaciora exceſſiuè in aſſenſu eodem, quam in *indicio*, ſeu *viſione*.

Non poteſt appoſitè aſſeri, quòd Pontifex per verba illa *cognito prius per Epiſcopum*, voluerit declarare qualiter *indicium*, ſeu *viſio* Epiſcopi debeant in hac cauſa regulari.

Hoc enim eſſet mutare ſubſtantialiter naturam *indicij*, ſeu *viſionis*, & facere, illud, ſeu illam tranſire in aſſenſum certum fidei humanæ,quod dici non poteſt.

71 Neque verum eſt, quòd in ea Conſtitutione Pontifex dicat *conſtito prius*, vt aſſerit Sperellus; quia dicit apertè *cognito prius*: quæ loquendi forma communiter apprehenditur,vt diuerſa ab illa prima, *conſtito prius*.

Conſtito enim eſt dictio, ad cuius verificationem requiruntur veræ probationes. Marta *de clauſ.* 19. *num.*6. Thomas Sanchez *lib.*3. *de matrim.diſput.*15. *num.*3. Iulius Chartar. *deciſ.crimin.*90. *n.*75. ſecus verò dicendum de dictione *cognito*, vt infra patebit.

Quamquam cum eodem Marta *ibidem num.*7. corrigo dictum Thomæ Sanchez,& Charrarij;quia datur etiam caſus in iure, in quo probatio habetur per ſolas præſumptiones, & coniecturas, & nihilominus ea præſumptiua probatio effertur per terminum *conſtiterit*, vt *in cap. Michael. de filiis presbyteror.* ibi: *ſi conſtiterit tibi, ipſum M. fuiſſe filium Antonij*, quæ filiatio non poteſt regulariter verificari per liquidas, & indubitatas probationes, & ideo recurritur ad præſumptiones, & coniecturas. Philippus Paſchalis *de viribus patriæ poteſtatis, parte* 9 *cap.*2.*n.*12. Gambacuita. *de immunit. Eccleſiar. lib.*6. *c.*14. *num.*8. Alba *conſ.*7. *num.*11. & eius additionator Annibaldus *lit.D.*& rurſum *conſ.*83. *num.*8. Scaccia *de iudiciis, lib.*2. *cap.* 9. *num.* 562. & ſupponit Maſcard. *concluſ.*1129.*num.*8. vbi ad probandum, quod in his, quæ à communiter accidentibus ſunt difficilis probationis, indicia, & coniecturæ admittantur pro plena probatione, allegat citatum *cap. Michael.* quod etiam faciunt Grammat. *voto* 3.*num.*3. Muſcatell. *in practica criminali de homic.ſimplici, n.*47.*fol.mihi* 17. *à tergo, col.*1. Alexand. *conſ.* 24.*num.* 6. *libro* 2. 72

Et in 1.*cap. de homicidio. in* 6. dicitur: *poſtquàm probabilibus conſtiterit argumentis, aliquem ſcelus tam execrabile*, id eſt, aſſaſſinium *commiſiſſe, &c.* vbi vides verbum *conſtandi* non ſemper trahere *ſecum* neceſſitatem plenarum probationum, cum vniri eidem poſſint argumenta ſolummodò probabilia, per quæ res non probatur plenè.

Et vbi clauſula *conſtito* eſt appoſita in Breui ſatis probata dicitur ex iuris communis præſumptione, quæ dicitur concludens. Sperell. *citat. deciſ.*101.*n.*33. & per ſemiplenam probationem, ſi non adſit contradictor. Nicol. Rodri-

A a 2 quez

quez Ferroſinus *tomo quindecim tractatuum* 1. *de libelli oblat. quæſt.* 4. §. 8. *num.* 2. *pag.* 50. *ſub Rubrica praxis tribunalium.* & per ſolam ſummariam cognitionem. Lucas de Penna *ad lib.* 10. *C. tit.* 3. *de fide inſtrumentor. l.* 1. *num.* 5.

73 Et ex his obiter tactis vides, quàm infirmum ſit fundamentum eorum, qui ex eo, quòd in Gregoriana vſurpatur clauſula *cognito prius per Epiſcopum*, inferunt quaſi demonſtratiuè: *ergo Pontifex exigit conſtationem exceptorum delictorum per plenas probationes*; putant enim *cognito*, & *conſtito* æquiparari, & ly *conſtito* exigere plenas probationes, id quod non eſt vniuerſaliter verum, vt ex dictis manifeſtum eſt.

Quare non eſt admittenda doctrina allata paulò ante ex Marta, Sanchez & Chartario, tanquam vniuerſaliter vera.

74 Sed redeundo ad impugnationem doctrinæ Sperelli, & Vermiglioli.

Dico, non eſſe incongruum dicere, per priora illa verba *iudicio ſuo commiſiſſe videbuntur*, quæ magis ſpecialia ſunt, & clara, determinantur ſequentia generalia, obſcura, ſeu potius æquiuoca *cognito prius per Epiſcopum*, iuxta doctrinam, quam tradunt in puncto, etſi poſtea non ſequuntur eamdem, Beoleus, & alij duo *in conſ.* 168. *num.* 5. *apud Farinacium*, ex illo axiomate etiam recenſito per Don Ludouicum Pegueram *deciſ.* 100. *num.* 17. Medicen. *deciſ. Rotæ Senenſ.* 83. *pag.* 597. *numer.* 34. quòd verba ſequentia ambigua declarantur per verba antecedentia, quando ſunt clara, & expreſſa, adeo vt videantur repetita in ſequenti clauſula.

75 Cui axiomati ſimile eſt aliud traditum per Fernandum Vaſquium *de ſucceſſ. creat. lib.* 2. *§.* 11. *num.* 32. & per Tiraquellum *in tract. Le mort ſaiſit le viſ.* 9. *declarat.* 2. *part. num.* 5. quòd verba cuiuſcunque diſpoſitionis per prius, non per poſterius interpretanda ſunt. Itemque dictum per Fachineum *controuerſ. iuris, lib.* 9. *cap.* 93. *verſus finem.* quòd argumenta, & coniecturæ non valent aduerſùs claros textus, & alia manifeſta loca: quia immo decet, obſcuriora loca ex clarioribus lumen accipere, ad interpretationem.

Et dictum Ioannis Gutierrez, *conſ.* 30. *num.* 2. 3. & 4. quòd verbum dubium vnius diſpoſitionis declaratur, & intelligitur per aliud verbum clarum eiuſdem diſpoſitionis: & præcedentium hæc eſt vna virtus, vt declarent ſequentia: & præcedens clauſula eſt maioris potentiæ ad determinationem ſequentium, quàm ſequens ad determinationem præcedentium.

Et quamuis dicatur, eſſe tritum quòd verba præcedentia per ſubſequentia declarantur, & vna pars legis declarat alteram. Sperell. *deciſ.* 101. *num.* 49. & 50.

Id venit intelligendum in caſu, in quo præcedentia verba ſunt obſcura, & ſubſequentia ſunt clara, non autem quando res è conuerſo procedit, ſicut in caſu noſtro: in quo locum habet dictum Alterij *de cenſuris, diſputat.* 9. *lib.* 5. *cap.* 4. *pag.* 568. *col.* 2. *lit. C, tomo* 1. quòd ſcilicet verba præcedentia legis declarant ſubſequentia, *l. vtrum, verſ. & puto, ff. de petit. hered.*

Itemque non quando verba ſubſequentia mutarēt ſubſtantialem ſignificationem præcedentium, vt item accideret in caſu noſtro, in quo, ſicuti dixi, deſtrueretur ſubſtantia *iudicij*, ſeu viſionis per cognitionem acceptam cum neceſſitate plenarum probationum.

Vnde meritò dixit Baſcapæus in *citat. commentar. ſuper cap. inter alia, de immunitat. Eccleſ. num.* 15. quòd ne Bulla ſibi videatur contraria, quando dixit reum non eſſe tradendum, *niſi cognito prius per Epiſcopum*, hæc cognitio debet eſſe eius generis, vt conueniat cum dictis verbis *qui prædi-*

cta

cta delicta iudicio ſuo commiſiſſe videbuntur.

Corollarium contra Auctores primæ Sententiæ.

76 Ex prædictis ſequitur, quod Auctoribus primæ ſententiæ laborandũ cum primis fuiſſet, vt conuincerent, quòd Pontifex de facto, non obſtante morali impoſſibilitate probationum plenarum, & euidentium in delictis de ſe occultis, itemque non obſtante legis conditione, quæ non reſpicit raros caſus, & inanitate vnius clauſulæ in textu ſuæ Conſtitutionis ſuper immunitate Eccleſiarum, exegerit omnino à Iudice immunitatis ipſas concludentes, plenas, & demonſtratiuas ipſorum delictorum probationes ad ferendam ſententiam excluſionis ab immunitate contra ipſa delicta excepta, quæcunque illa ſint.

77 Alioqui enim, cum hoc non conuicerint, ſed toti ſint in diſtinctione *arbitrij liberi*, & *arbitrij boni viri*, vt videre eſt apud Ciarlinum *controuerſiar. forenſ. parte 1. cap. 10. num.* 81. Beoleum, & alios duos apud Farinacium *citat. conſ.* 168. *num.* 16. *&* 17. Sperell. *deciſ.* 101. *n.* 45. Thomam del Bene *parte 2. de immunit. & iuriſd. Eccleſ. cap. 16. dub. 42. ſect. 2. n. 1.* & Anonymum Auctorem conſilij 2. apud Dianam *parte 6. reſol.* 31. §. *ſed ego arbitror.*

Ac reliquerint in ſua probabilitate, & quidem maxima, diſcurſum concludentem, quòd Pontifex de facto non exegerit illum rigorem probationum, ſed contentus fuerit imperfectiori certitudine circa commiſſionem exceptorum delictorum in ordine ad dictam ſententiam.

Reddiderunt ipſimet inefficacia omnia argumenta, quæ afferunt, vt probent requiri probationes illas rigidas ad ſententiam immunitatis.

Semper enim reſponderi poteſt, futurum eſſe argumentis locum, ſi de facto Pontifex aliter non diſpoſuiſſet: at locum non eſſe iiſdem argumentis, quia aliter de facto diſpoſuit, vt probant rationes à me ſupra factæ.

Quam reſpondendi facultatem vt oſtendam practicè, ipſa aduerſariorum argumenta, è quibus præcipua, mutuati ſunt omnes à doctiſſimo Farinacio *in conſ. 76.* vel formauerunt ad eiuſdem imitationem, ego adducam infra, vbi explicauero in particulari quo probationis genere contentus ſit Pontifex, & tunc commodè ſoluam eadem ſingillatim; neque enim perſpicuè nunc id poſſem facere, cum amplior ex dicendis notitia requiratur ob connexionem vnius ſententiæ cum alia. 78

Annoto autem ad finem huiuſce cenſuræ, quòd nullus ex aſſertoribus huiuſce primæ ſententiæ contendere poteſt, debere probari per plenas probationes quidquid pertinet ad qualitatem excipientem delicta. 79

Nam certum eſt, quòd appenſamentum pertinet ad proditionem, vt ſupra probaui *in 1. ſectione*, §. 11. ex communi Doctorum conſenſu, & tamen certum eſt, quòd appenſamentum, vtpotè merè internum, incapax eſt, vt probetur immediatè per teſtes, bene tamen capax eſt, vt probetur per coniecturas, & præſumptiones, vt in. infra ſuo loco oſtendam, ſicut & de dolo, fraude, & ſimulatione interuenientibus in proditorio.

Debuiſſent autem citati auctores excipere hoc ab vniuerſali ſua concluſione, è quibus tamen ne vnus quidem id fecit, quòd ego aduerterim.

Secunda Sententia extrema.

Sentiunt autem alij ſufficere, vt Epiſcopus cognoſcat, commiſſum eſſe delictum exceptum ſummariè, ſimpliciter, extraiudicialiter, & quantum pro ſuæ conſcientiæ informatione ſibi 80

viſum fuerit. Ita poſt Bullam Gregorij XIV. docent *Gratian.diſcept.forenſ. tomo* 3. *cap.*596. *num.*22. *&* 23. *& ſeqq.* Giurba *conſ.*50.*num.*10.*&* 11.*& conſ.*70. *num.*23. Farinac. *conſ.*211.*num.*19. Gambacurta *lib.*6. *cap.*15.*num.*6. Franciſcus Merlinus Pignatellus *controuerſ. forenſ. centuria* 1. *cap.*40. *num.*12. *& rurſus c.*64. *num.* 20. *&* 21. Antonius de Poſſentibus *ſingularium centuria* 2. *ſingulari* 143. *n.*2. Carolus Maranta *part.*2. *reſponſ.*46. *num.*8. & doctiſſimus Epiſcopus Paces Iordanus *in elucubrat. lib.* 11. *tit.* 3. *de immunitat.Eccleſ.num.*303.*&* 304.& fortaſſe Gabriel de Bellis *in ſuo tractatu poſthumo* 2. *de iure ſacro. cap.* 4. §. 1. *n.*3. ibi: *& ſibi ſummariè conſtito.*

Qui doctrinam mutuati ſunt à reſcripto Clementis VIII. ad Archiepiſcopum Panormitanum relato per Genuenſ.*in praxi,cap.*94.

Iuxta quod reſcriptum S. Conſulta Romana quemdam homicidam violatorem pacis factæ, & fidei de non offendendo datæ excluſit ab immunitate, teſte Farinac. *poſt citat. conſ.* 168. *in addit.lit.D.*

Ex quo reſcripto ceſſare controuerſiam dicit Sanfelicius *deciſ.*137. *n.*2. *tomo* 1. & ex eo haberi mentem Bullæ declaratam per ſummum Pontificem dicit Merlin.Pignatell.*cit.n.*21.

Et hac adeo clara, atque aperta ipſius Sedis Apoſtolicæ declaratione conſtare qua veritate debeat Epiſcopus cognoſcere, delicta hac Conſtitutione expreſſa, verè eſſe commiſſa, vt reum ſeculari Curiæ tradi, & conſignari faciat, dicit Gambacurta *ad finem citati c.*15.

81 Et certè non poteſt à quoquam negari, quin inſpecto tenore Gregorianæ, vbi cognitio horum delictorum per Pontificem probabiliter ſit dependens à *iudicio*, ſeu *viſione* Epiſcopi, prædictum reſcriptum, quatenus *informatione conſcientiæ* Epiſcopi, & eius *viſione* contentum eſt, videatur in idem recidere cum Gregoriana, & huic ſententiæ magnum pondus afferre.

Vnde vel ex hoc ſolo motiuo, nedum ex aliis allatis per Merlinum Pignatellum *cit. cap.* 40. *num.* 13. Sperellum *cit.deciſ.*101. *à num.*2. *vſque ad* 14. Ciarlinum *citat.cap.*10. *à num.*55. *vſque ad* 60. dicentem, quòd hæc opinio verè argutis, & ſubtilibus ſuadetur rationibus, & *cap.* 12. *num.* 10. quod adſunt pro illa probabiles rationes, & eodem *cap.*12.*num.*51. indicantem, quòd ea poteſt alicui placere in praxi.

Eadem ſententia redditur probabilis, & appellatur talis à Peregrino *tract. de immunitat. Eccleſiar. cap.*3. *num.*3. & ab eodem dicitur *num.* 8. facilius ſeruari poſſe in praxi, quàm prima. 82

Nec diffitentur hanc probabilitatem, ſed immo indirectè eam aſſerunt Beol. & alij duo *citat. conſ.* 168. *num.* 8. *apud Farinacium.* Ciarlinus *cit. cap.* 10. *num.*61. Sperel.*cit.deciſ.*101.*num.*17. Diana *parte* 6.*tractat.*1. *de immunit.reſol.*31. *ad finem, verſ. concludamus*: quatenus dicunt, primam eſſe veriorem, qui modus comparatiuus non negat, ſed concedit oppoſitæ ſententiæ ſuam veritatem, ſeu, quod idem eſt, probabilitatem, quamuis minorem.

Cenſura huius ſecundæ Sententiæ,

Argumentum à reſcripto Clementis VIII. non eſſe firmum.

Primò contra hanc ſententiam facit, quòd præcipua argumenta pro illa non mediocrem patiuntur difficultatem. 83

Et quidem quatenus fundetur eadem ſententia in allegato Breui Clementis VIII. dicere poſſumus contra hoc, quòd negari poteſt, exiſtere id reſcriptum, cum de illo non appareat, niſi per aſſertionem Doctorum, quibus non eſt neceſſariò creden

dendum; quia non eſt inſertum in corpore iuris.

Et lex non probatur, niſi per ſcripturam promulgetur, vel authenticè oſtendatur, adeo vt non credatur Doctoribus, & mortuis de ea re teſtantibus. Ita optimè in propoſito Ciarlin. *cit.c.10.n.93.& 94.*

84 Sed dato etiam, quòd exiſtentia huius reſcripti conuincatur, adhuc id reſcriptum non conuincit intentum Doctorum in eo ſe fundantium.

Nam non eſt certum, quòd voluerit Pontifex in eo definire hunc articulum; quia moueri potuit ad ſic reſcribendum ex aliqua particulari cauſa militante in eo indiuiduali caſu, vt notat Farinac. *in cit. addit. ad conſ.* 168. *lit. A.* & de facto fuiſſe motum tradit idem Farinac. *in append. de immun. num* 143. *& num.* 346. Genuenſ. *in praxi, cap.* 94. *in fine.* Peregrin. *tractat. de immunit. cap.* 11. *num.7. verſ. & ita de facto.* Thomas del Bene *cit. cap.16. dub.*43. *ſect.* 2. *num.*13. *&* 14. Vermigliol. *conſ. crimin.*99.*n.*2.*&* 3. Ciarlin. *cit. cap.* 10. *num.*74. Sperell. *citat. deciſ.*101. *num.* 55. Anton. de Ballis *var. tractat. lib.5. pragmat. vn. tit.*42. *num.*10. *ad finem.* & nominatim fuiſſe motum, quia rei deliquerant confidenter propè Eccleſiam animo in eam ſe recipiendi poſt delictum, docet idem Ciarlin. *num.* 94. quidquid repugnet Marius Italia *tractat. de immun. Eccleſiar. cap.*4.*§.*4.*num.*7. *verſ. ſed licèt.* vel ne videretur approbare proceſſum Iudicis ſecularis, vt aſſerit Thomas del Bene *cit. cap.16. dub.*43. *ſect.*2. *num.*13.

Nec poteſt idem reſcriptum haberi loco legis generalis; quia ſi Pontifex voluiſſet condere legem generalem, feciſſet eam publicari Romæ in campo Floræ, vel ad Baſilicam ſancti Petri, vt ſolet, cum publicatio ſit de eſſentia legis, ſicut in puncto optimè obſeruant Diana *cit. reſol.*31. *parte* 6. *tractat.*1. *propè finem.* Thomas del Bene *cit. ſect.*2. *num.* 15.

Sed habendum eſt tanquam Decretum locale pro ciuitate Panormi, quod extra illam, & extra caſum illum non obligat. Diana, & del Bene *locis citatis.*

Argumentum à ſuppoſito Bullæ ſenſu non eſſe firmum.

Quatenus verò eadem ſecunda ſententia fundatur in textu Bullæ Gregorianæ, qui ſupponitur remittere *iudicio, & viſioni* Epiſcopi cauſam exceptorum delictorum in ordine ad immunitatem, non eſt certa hæc remiſſio in omni caſu. 85

Nam dici poteſt cum Anonymo Auctore conſilij primi apud Dianam *parte* 6. *tractat.* 1. *reſol.*31. *§. Hæc igitur.* quòd duo in hac Gregorij Bulla definiuntur caſus, quorum prior eſt, quando nullâ inter Epiſcopos, & Iudices laicos circa commiſſum crimen exiſtente diſcrepantiâ rei confugæ abſtrahuntur ab Eccleſiis per Epiſcopos, & ſecularibus Magiſtratibus conſignantur.

Hoc enim caſu delicti probatio committitur Epiſcopi iudicio, vt *in verſ. Sed vniuerſis.* in eadem Bulla.

Poſterior autem caſus eſt, quando, recuſantibus Epiſcopis dare licentiam educendi, ipſique eductioni aſſiſtere, laici per ſe extrahunt reos. 86

Tunc enim ſtatim ac extracti fuerint, mitti debent ad carceres Epiſcopales, neque inde abduci, tradique ſecularibus Iudicibus, donec Epiſcopus cognouerit, verè ne commiſerint maleficia excepta. Ita præfatus Anonymus, pluribus probans hanc ſuam expoſitionem.

Quæ licet mihi non arrideat, cum tamen improbabilitatis non ita facile conuinci poſſit, oſtendit, prædictam remiſſionem non eſſe adeo certam pro omni caſu, quod ſufficit ad intentum meum.

87 Vel dici poteſt, & quidem probabilius, cum eodem Anonymo *citat. conſ.*1. §. *Altera intelligentia eſt.* quòd *in cit.verſ.ſed vniuerſis.* explicantur crimina, quibus non datur immunitas, generatimque propterea ſtatuitur, vt qui eorum delictorum rei iudicio Epiſcoporum viſi fuerint, tradantur ſecularibus magiſtratibus, ſi tradi ſibi poſtulauerint.

Verùm quia dubitari poterat de modo in tali traditione ſeruando, declaratur in ſequentibus particulis, ne ſeculares auctoritate ſua illos extrahant, niſi cum Epiſcopi ipſos tradere recuſant, neuè extractos perducant ad alios, quàm Eccleſiaſticos carceres, vbi detineantur, donec Epiſcopi cognouerint, an verè excepta crimina commiſerint, quo cognito, ſublata prorſus appellatione, conſignentur. Ita idem Anonymus, qui hanc item expoſitionem pluribus conualidat.

88 Vel dici poteſt cum Gambacurta *lib.*2. §.7. *in Gloſſa*, §. *Iudicio ſuo*, *pag.*92. *col.*2. quòd Pontifex *in eodem*, §. 7. diſponit de ſubſtantia huius actionis, quæ eſt *curare tradi*, *& conſignari* curiæ ſeculari eos omnes, quos Prælatus quilibet iudicauerit horum delictorum aliquod commiſiſſe, itavt quiſquis ita iudicauerit, teneatur in conſcientia, quantum in ſe eſt, curare, reum tradi & conſignari.

Paragrapho autem ſequenti modum præſcribit Pontifex huius actualis traditionis, & conſignationis, vt non fiat, niſi de licentia Epiſcopi, & *cognito prius per Epiſcopum*, illum verè commiſiſſe aliquod horum delictorum, & cum interuentu perſonæ Eccleſiaſticæ, *&c.* Ita Gambacurta.

89 Qui *eadem col.* 2. iure meritò dicit, difficilem eſſe dubitationem, cum primò præcipiatur omnibus Prælatis, vt reos confugas ad eorum Eccleſias, qui aliquod ex delictis exceptis *iudicio ſuo* commiſiſſe videbuntur, curiæ ſeculari conſignari curent, & faciant.

Et ſecundò totum hoc *iudicium*, num horum aliquod verè commiſerint, Epiſcopis committatur non cumulatiuè, ſed abdicatiuè, itavt ipſis ſolis, & nullis aliis inferioribus Prælatis reſeruetur.

Et quæ dubitatio Sedis Apoſtolicæ declarationem expoſceret? Ita inquam Gambacurta, videndus etiam *lib.*6. *cap.* 10. *vbi num.*2. fatetur hoc loco hebetudinem ingenij ſui, & addit, valdè obſcuram ſibi videri hanc partem dilucidæ huius declarationis, & vereri, ne quid per ſcriptoris, aut impreſſoris incuriam vel redunder, vt moris eſt, vel deſideretur, vnde illa obſcuretur.

Itaque ſecundùm Gambacurtam, 90
cuius expoſitio præcedenti ſimilis eſt, *iudicium*, & *viſio*, quæ non limitantur ad ſolum Epiſcopum, ſed ad quoſvis Prælatos, ad quorum Eccleſias rei confugerint, propagantur, quaſi præambula ſunt ad traditionem, & ad ipſius traditionis præparationem attinent.

Cognitio autem ſpectat ad executionem eiuſdem traditionis reorum, & ad Epiſcopum reſtringitur abdicatiuè, & ſic illi, vt nulli alij.

Non ergo remittitur eadem traditio *iudicio*, & *viſioni* abſolutè, ſed in vno caſu præuio ad ipſam traditionem provt de iure faciendam.

Niſi fortè velis dicere, quòd Pontifex ſuperius quidem mandauit etiam Prælatis regularibus, vt tradi curent reos, &c. inferiùs verò prohibet licentiam dari per inferiores Epiſcopo: ſed ſuperius non tam videtur data licentia Prælatis tradendi reos, quàm prohibitum, ne reſiſterent traditioni Epiſcoporum, ſed traditionem fieri curarent ſeruata forma præſcripta ab ipſa Bulla multis verbis in inferiore eius parte. Ita Carol. Baſcap. *In cit. comment. ſuper c.inter alia de immun.Eccleſ.n.*16.

Dura,

Dura, quæ ſequuntur ex hac ſententia, eiuſque falſitatem conuincunt.

91 Secundò facit contra eamdem ſententiam ſecundam, quòd ſi contendat, Pontificem de facto remittere probationem commiſſionis, criminum exceptorum ſoli *iudicio* Epiſcopi, id quod aſſerunt Gratian. *cit. cap.* 596. *n.* 29. *iuncto* 32. Anton. de Ballis *varior. tractatuum, lib.* 5. *de pragmat. regn. pragmat. vnic. titulo* 42. *num.* 8. & alij ſequaces huius ſententiæ, ſeu *viſioni*, quæ æquipollet *iudicio*. Lapus *alleg.* 60. *n.* 4.

Iam idem Pontifex remittit eamdem probationem ſoli *conſcientiæ* eiuſdem Epiſcopi.

92 Conſcientia enim, cum iuxta ſanctum Thomam *part.* 1. *quæſt.* 79. *art.* 13. *ad* 1. ſit *mentis dictamen*, eſt idem cum *iudicio*, quod eſt mentis dictamen. Thomas Sanchez *de matr. lib.* 3. *diſp.* 8. *num.* 4. Pontius *de matrim. lib.* 5. *cap.* 32. *num.* 4. *omiſſo per Typographi incuriam in meo libro.* Gutierrez *de matrim. cap.* 57. *num.* 2. Martin. Perez *de matrim. diſp.* 43. *ſect.* 4. *num.* 2. Ioan. Angel. Boſſius *de contractu matrim. cap.* 7. *n.* 67. Reuerendiſſ. Mantuæ Inquiſitor Iulius Mercorus *in doctiſſima ſua Baſi totius Theologiæ moralis, ſeu praxi opinionum parte* 1. *art.* 1. *ſub initium.* §. *Primò igitur quæro, iuncto* §. *Reſpondeo datam diffinitionem.* Vulpe *in praxi iudiciali, cap.* 15. *num.* 12.

Ergo remiſſum *iudicio*, eſt remiſſum *conſcientiæ*.

93 Ex eo autem, quòd fit huius cauſæ remiſſio ſoli conſcientiæ Epiſcopali, inferuntur neceſſariò neceſſitate conſequentiæ aliqua, quæ ſunt contra praxim Tribunalium Eccleſiaſticorum, &, ſi practicarentur, implerent querelis fideles, neque, vti ego auguror à Pontifice, & per eum deputatis ad hæc negotia Congregationibus tolerarentur.

Primò non requiri proceſſum.

Infertur enim primò ex hac ſententia, quòd non requiritur formatio proceſſus ſolemnis, vt tradunt in terminis Gratian. *cit. cap.* 596. *num.* 22. & 23. Laudatus à Merlino Pignatello *controu. forenſ. cap.* 40. *num* 12. Petrus Gambacurta *lic.* 2. §. 8. *in Gloſſa, in Verbo, niſi cognito, pag.* 98. *col.* 1. neque acquiſitio iuridicæ notitiæ de veritate. 94

Cùm ſit doctrina fundata in *cap. ſtatutum*, §. *Aſſeſſorem de reſcript. in* 6. *iuncta Gloſſa*, & aliis iuribus allegatis per citatum Ioannem Angelum Boſſium *num.* 67. quòd non requiritur probatio iudicialis, quorieſcunque aliquid committitur *conſcientiæ*, & *prudentiæ* alicuius. Ita cit. Sanchez, Pontius, Perez, Boſſius, Vulpe, & Philippus Francus *in cit. cap. ſtatutum, num.* 6. in hæc verba: *Vbicunque aliquid* (nota ly *vbicunque*) *committitur conſcientiæ alicuius, non eſt neceſſaria alia probatio, vel citatio partium, cum ſufficiat, probationem concludere ſoli Iudici, ex quo commiſſio eſt conſcientialis. Vnde poteſt delegatus negotium expedire, prout ſua conſcientia dictat.* Ita Francus. 95

Quo fit, vt ad huiuſce conſcientialis commiſſionis executionem non requirantur teſtes iurantes, neque ordo, & figura iudicij vt colligitur ex doctrina citata Thomæ Sanchez *diſputatione* 8. *num.* 5. cui conſonant Perez *de matrim. diſputat.* 48. *ſect.* 3. *num.* 2. Gutierrez *de matrim. cap.* 57. *num.* 2. 96

Secundò ſufficere talem qualem cognitionem.

Infertur ſecundò ex hac ſententia, quòd ſatis eſt Epiſcopo adhibere, talem qualem (nota *talem qualem*) cognitionē pro ſecuritate ſuæ conſcientiæ circa veram commiſſionē delicti excepti, & verbū illud *cognito* verificatur in 97

qua

quacunque cognitione, vt tradit in terminis Gratian. *cit. cap.596. num. 23.* & quòd ſufficit Epiſcopo quoquomodo (nota *quoquomodo*) ei libuerit, talem acquirere cognitionem, vt in conſcientia putet, reum aliquod horum criminum commiſiſſe, vt in terminis dicit Gambacurta *citat. pag.98.* & quòd ſufficit *conſcientia probabilis*, quæ ex teſtibus, & coniecturis in re vera videatur illi, licèt contrarium videatur item illi habere aliquam probabilitatem vt idem Gambacurta *lib.6. cap.16. num. 1.* & quod ſufficit informatio ſecreta, vt Gratian. *cit. cap.596. num.28.* Merlin. Pignatell. *controuerſiar. forenſ. cap.40. num.15.* Remig. de Gonny *tract. de immun. quæſt.2. n.3. §. & attenta.* Gambacurta *cit. lib.6. cap.15. num.5. verſ. ſecundò quia*: & ſine ſcriptis Gambacur. *ibidem.*

Tertiò cognitionem poſſe formari ex proceſſu laicali.

98 Infertur tertiò ex hac ſententia, quòd in formanda ſua conſcientia circa veritatem exceptorum criminum, poteſt Epiſcopus contentus eſſe ſemiplena cognitione, etiam ſequendo proceſſum fabricatum in curia ſeculari, vt ſine vlla limitatione tradit Gratianus *citat. cap.596. num.22.* laudatus à Merlino Pignatello *cit. cap.40. num.12.*

99 Quam ſecularis proceſſus ſequelam licèt admittant, ſi prudenter putet Epiſcopus, ſe poſſe vti illomet proceſſu ad ſuam conſcientiam informandam, Naldus *in v. Eccleſia, num.32.* Lezana *in V. Immunit. num.12.* Thom. del Bene *cit. cap.16. dub.43. sect.1. n.2.*

Itemque quando lis erat conteſtata cum reo, vel ipſe erat confeſſus, vel conuictus, vel condemnatus ex illo delicto, & poſtea aufugiens, ſe recepit ad Eccleſiam, & contingit dubitari de nouo in foro Eccleſiæ, an commiſerit exceptum crimen, aſſerat Ciarl. *citat. cap.10. num.53.* hoc caſu proceſſum laicum non modicam facere fidem, ſi in actis Eccleſiæ exhibeatur.

Itemque quando informatio fuit capta à Iudice ſeculari, antequam reus ad Eccleſiam confugerit, doceat Vincent. Tancredi *tomo de relig. tractat. 1. lib.4. diſp.11. quæſt.2. num.5.* Paſqualig. *in addit ad quæſt.29. num.4. parte 2. controu. inter Epiſcopos, & Regulares Laureti de Franchis*; qui Paſqualig. immo docet abſolutè, poſſe Iudicem Eccleſiaſticum ſtare proceſſui fabricato à Iudice ſeculari, quia non agitur ad condemnandum reum, in quo caſu acta Iudicis laici non probant, ſed ad informandum Iudicem Eccleſiaſticum de qualitate delicti, quod poteſt optimè præſtari per proceſſum factum à Iudice laico.

Tamen regulariter meritò dicunt, 100
non ſufficere oſtendi, & exhiberi per curiam ſecularem Epiſcopo proceſſum, quo conſtat, talem delinquentem patraſſe crimen exceptum & Epiſcopum non debere ſtare dicto proceſſui laicali, tanquam emanato à Iudice incompetenti & tractanti de ſuo intereſſe, & ob id ſuſpecto, ſed cum ſibi ſpecialiter fuerit demandata cognitio iſtius articuli, debere recipere nouas informationes, & probationes de pretenſo delicto, Diana *parte 5. tract.1. reſol.9.* Vulpe *in praxi iudiciali fori Eccleſiaſtici, cap. 3. num. 22.* Peregrin. *de immunitat. cap.3. num.2.* Ciarlin. *cit. c.10. num. 46. 47. & 48. & cap. 151. num.13. & cap.154. n.40.* Paces Iordan. *elucubrat. lib.11. tit.3. de immunit. Eccleſ. num.298.* Anton. de Ballis *varior. tractat. lib. 5. pragmat. vnic. tit.42. n.5.* Pellizzar. *in manuali Regular. tomo 2. tract.8. cap.5. n.44.* Ioan. Caroll. Antonell. *de regim. Eccleſiæ Epiſcopalis, lib. 1. cap. 9. num.* 108. quod etiam credebam tenere Naldum *loco citato*, quatenus *ſub §. & primo.* dicit: *& ſic non debent ſtare, &c.* ſed vidi poſtea eumdem *ſub §. quamuis autem*

acce

accipere non debent pro eodem, ac *non tenantur*.

101 Quam Epiſcopi non obligationem de ſtando proceſſui ſeculari, meritò tradunt Scortia *in ſelect. Pontific. Conſtit. Theorem.* 386. Vincent. Tancredi *tom. de religion. tract.* 1. *lib* 4. *diſp.* 11. *quæſt.* 2. *num.* 5. Vermigliol. *conſ. criminal.* 101. *num.* 4. Beller. *diſquiſit. Clerical. parte* 1. *de fauore Clericor. reali* §. 4. *num.* 51. Paſqualig. *cit. Addit. ad quæſtionem* 29. *num.* 4. & alij, quos citat, & ſequitur Thomas del Bene *cit. cap.* 16. *dub.* 43. *ſect.* 1. *num.* 1.

102 Qua occaſione annoto ad rectam Doctorum intelligentiam, aliud eſſe *poſſe ſtare proceſſui*, aliud *poſſe non ſtare*, ſeu *non teneri ſtare proceſſui*, aliud *teneri ſtare proceſſui*, aliud *teneri non ſtare proceſſui*, ſed proprium condere, quod aliqui non diſtinguentes, allegant pro vna ſententia Doctores, qui ſunt pro alia.

Verbi gratia allegatur à Thoma del Bene *citat. dub.* 43. *ſect.* 1. Ciarlinus *c.* 10. *num.* 92. pro ſententia dicente, Iudicem non eſſe obligatum in hac cognitione ſtare proceſſui facto à Iudice laico.

Et tamen Ciarlinus, qui *numero citato* agit de alia re, dicit *num.* 46. clariſſime, in hoc *ſtandum non eſſe tali proceſſui*, & *num.* 48. Iudicem Eccleſiaſticum *non debere ſtare proceſſui ſecularis*.

Qui termini non important libertatem ab obligatione ſtandi dicto proceſſui, ſed expreſſam obligationem non ſtandi.

103 Optimè autem aduertit Paſqualig. *in cit. addit. quæſt.* 29. *Laureti de Franchiſ. num.* 2. quòd, etiamſi notorium ſit, delictum eſſe ex iis quibus non conceditur beneficium immunitatis, requiritur tamen adhuc cauſæ cognitio, & debet conſtare per acta, quod ego non accipio de conſtatione per plenas, & rigoroſas probationes, iuxta dicenda.

Quartò non eſſe neceſſariam citationem partis.

Infertur quartò ex hac ſententia, non requiri citationem partium, id quod in genere tradunt Philipp. Francus *in citat. cap. ſtatutum de reſcript in 6. num.* 6. Giurba *conſ.* 39. *num.* 63. & 64. vbi quod citatio in iis caſibus non exigitur, in quibus iudicij ſolemnitas non requiritur, & vbi in figura iudicij non proceditur, & vbi non requiritur cauſæ cognitio. Robert. Maranta *tractat. de ordine iudicior. parte* 6. *tit. de citat. n.* 21. *pag. mihi* 358. Eraſmus à Cochier. *tract. de iuriſd. ordinar. in exempt. tomo* 2 *part.* 1. §. 7. *num.* 3. *verſ.* 14. *cum ſententia ferenda eſt ſecundum conſcientiam, pag. mihi* 55. Nicolaus Moron. *parte* 1. *de fide, treuga, & pace, quæſt.* 48. *num.* 6. vbi quòd de commiſſis conſcientiæ non eſt neceſſaria citatio, ſed ſufficit, quòd probatio Iudici concludat, ex quo commiſſio dicitur conſcientialis. Ex Lapo, Ioanne de Anania, & Baldo. 104

Et in terminis noſtri caſus Remigius de Gonny *tractat. de immunit. Eccleſiar. quæſt.* 2. *num.* 3 §. *& attenta, pag. mihi* 252. *& rurſum, num.* 11. *pag.* 264. Gratian. *cit. cap.* 596. *num.* 28. Farinac. *in addit. ad conſ.* 168. *lit B.* ex Breui Clement. VIII. Merlin. Pignatel. *controuerſ. forenſ. centuria* 1. *c.* 64. *num.* 8. vbi quòd communis Doctorum ſemper, & vbique recepta (hanc generalem receptionẽ ego nullatenus credo, cum oppoſitum vbique viderim) tenet, ſatis eſſe, cauſam immunitatis cognoſci ſummariè ſine partis citatione, & antea *cap.* 40. *num.* 9. vbi quòd quotieſcunque lex plenam probationem non deſiderat (talem hic auctor putat eſſe Gregorianam legem) ſed contenta eſt indiciis ſolummodò, vel præſumptionibus, teſtes poſſunt recipi, parte non citata:

Et non negat Diana *parte* 4. *tract.* 1. *reſol.* 112. vtens, poſt allatam negati-

uam, & affirmatiuam, ea formula *quidquid ſit de hoc.*

Et ſemper ſatis fuiſſe cognoſcere de cauſa immunitatis ſummariè, & ſine partis citatione, tanquam certum ex communi Doctorum ſententia tradit Gambacurta *lib.6.cap.15.num.5.* ex Auferio, Iacobo de Beluiſio, Hippolyto de Marſiliis, & Ioanne Ferrario, qui omnes ante Gregorianam ſcripſerunt.

Et talem eſſe praxim curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ teſtantur Nouarius apud Thomam del Bene *citat. cap.16.dub.44.ſect.1.num.2.* & apud Dianam *parte 4.tract.1.reſol.112.* & eſſe de de ſtylo, & obſeruantia omnium Tribunalium, teſtatur Sanfelicius *deciſ.137. num.2. tomo 1.* quod fortaſſe verum eſt in eius regione: ſecus autem in mea, & vbicumque ego ſum verſatus vſque ad hunc annum ætatis meæ 57.

Vidi enim ſemper obſeruari, vt in hac immunitatis cauſa citetur pars, id eſt Eccleſia, & pro ea promotor fiſcalis, cuius eſt iura Eccleſiæ tueri, & reus confuga. Alexand. Peregrin. *cap.3.n.11. tractat. de immunit. Eccleſiar.* prout citandum dicunt meritò Beoleus, & alij duo *cit. conſ.168.n.39. & ſeqq. apud Farinaciū,* & ipſemet Farinac. *in append. immunit. c. vlt. ad finem.* Pellizzar. *in man. Regular. tomo 2. tract.8.cap.5.num.43.* Caſtro Palaus *parte 2. tractat.11. diſp. vn. puncto 13. num.10.11. & 12.* qui contrarium negat eſſe in praxi receptum. Thomas del Bene *cit. cap.16. dub.44. ſect.1. per totam.* Ciarlin. *cit. cap.10. num.149.* Peregrin. *cit. cap. 3. num. 10. vſque ad 14.* Vincent. Tancredi *tomo de relig. tractat. 1. lib. 4. diſp.11.q.2. num.6. pag.169.*

105 Pertinet enim citatio ad defenſionem, adeo vt negans citationem, cenſeatur negare defenſionem. Viuius *opin. commun. 709. num.4.*

106 Quo fit, vt licèt Princeps poſſit ſuo reſcripto multa ſubſtantialia iudicij, quæ ſunt iuris poſitiui, tollere, vt litis conteſtationem, libelli, ac articulorum dationem, & pro illis, & ſimilibus dilationes, non tamen poſſit à partis vocatione diſpenſare. Veſtrius *in pract. lib.3. cap.2.* Suarez de Paz *in praxi, tom.1. parte 1. tempore 3. num.9.* nec ſupplere citationis defectum. Grauatius ad Veſtrium *citat. cap.2. lit. D.2. num 23.* cum citatio iure naturali, immò omni iure introducta ſit. Suarez de Paz *citat. temp. 3. num. 7.* Gutierez *canonicar. qq. lib 2. cap.16. num.4. iuncto n.8.*

Et reum, ſi non citatus compareat ſponte, petatque audiri, audiendum eſſe in hac immunitatis cauſa, dicunt meritò Beol. & alij duo *conſ. citat. 168. num.61.* Caſtro Pal. *citat. puncto 13. n.13.* Peregrin. *cit. cap.3. num.17.* Pellizzar. *cit. num.43.* Diana *citat. reſol.112.* Thomas del Bene *cit. dub.44 ſect.2. num.7.* & non eſſe denegandam audientiam totalem reo, ſi velit per ſummariam informationem excludere qualitatem proditionis, vel aſſaſſinij, concedit ipſe Merlin. Pignatell. *citat. cap.40. num.15.* addens tamen alia, de quibus paulò infra.

Id quoque exiſtimo fatendum ab 107
omnibus, quòd poſſit conſtitui reus, & interrogari in hac eadem cauſa immunitatis, ſicuti fit in cauſis criminalibus, non obſtante quòd id videatur eſſe ſumere probationes de domo Rei, vt docet, & ſe uidiſſe ſemper ſeruari in praxi aſſerit Ciarlin. *cit. c.10. num.152.* & ego cum illo, cum immunitatis cauſa ſit ciuilis, & in ciuilibus probationes poſſint ſumi de domo Rei. Bertazzol. *conſ.110. num.1. lib.1.* ex *l. 2. §.1. ff. de iur. fiſc.*

Quintò non eſſe publicandum proceſſum reo.

Infertur quintò ex hac ſententia, 108
non eſſe publicandum proceſſum reo. Ita Merlinus Pignatell. *cit. cap.40. n.15.* vbi allegat doctrinam Panormitani *conſ.41. num.1. ante finem, verſ. ex quibus verbis*

verbis, parte 1. vbi expreſsè tenet, in informatione extraiudiciali Iudicem non teneri teſtes comparare, nec proceſſum publicare, quia hoc eſt proprium extraiudicialis informationis. Eum refert, & ſequitur Hieron. Gonzalez *ad regulam* 8. *Cancellariæ*, §.7. *proœm.n.*233. ſubdens, hanc doctrinam fuiſſe ſæpe per Rotam Romanam canonizatam. Ita Merlinus.

109 Cui tamen meritò contradicunt in cauſa immunitatis Beol. & alij duo *citat. conſ.*168. *num.*65. *apud Farinacium*, & ipſe Farinacius *in append. immunitat. num.*376. Caſtro Pal. *citat. diſputat. vnic. puncto* 13. *num.*14. Thomas del Bene *cit. cap.*16. *dub.*45. *num* 6. Ciarlin. *ict. cap.* 10. *num.*153. Vermigliol. *conſ. criminal.* 103. *num.*2. Tancredi *cit. diſputat.* 11. *quæſt.* 3. *num.*7. Pellizzar. *in man. Regular. tomo* 2. *tract.*8. *cap.* 5. *num.*42.

Quia, inquiunt, aliter per indirectum tollerentur defenſiones, ad quas ipſa publicatio ordinatur: vnde in iis etiam cauſis neceſſaria eſt, in quibus proceditur ſine ſtrepitu, & figura iudicij.

110 Additque Hortenſius Caualcan. *tract. de teſtibus, ſecunda parte ſecundæ partis, num.*121. *fol. mihi* 120. quòd quamuis neceſſaria non ſit dicta publicatio in ſummariis, tamen ſi à parte peratur, non debet omitti, id quod mihi optimè dictum videtur.

Maxima enim pars defenſionis conſiſtit in copia indiciorum, & nominibus teſtium, quibus non habitis, non poteſt reus ſe defendere, neque aduerſùs teſtes opponere, neque exceptiones ſuas dicta teſtium elidentes allegare. Baltazar Gomez de Ameſcua *tract. de poteſtate in ſeipſum, lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 31. nec formare interrogatoria, cum tamen munus interrogantis non tantùm ex qualitate probandorum, quantùm ex qualitate teſtium perficiatur, & pondus depoſitionis magis conſiſtat in qualitate teſtis, quàm dicti, & ob id teſtibus, & non teſtimoniis iudicandum ſit. Sebaſt. Guazzin. *tomo* 2. *def.*24. *cap.*3. *num.*8.

Quæ proinde copia dari debet reo vt ſciat quonam loco rationes ſuæ cauſæ conſiſtant, & vtrum reſpondere teneatur, ſeque ad defenſiones accommodare. Blanc. *in pract. criminal. fol.*37. *n.*73. *&* 74. *&* 81. Caiet. 2.2. *quæſt* 69. *artic.* 1. §. *tertio*. Rodrig. *qq. regular. tomo* 4. *tit.* 11. *cap.* 6. *num.* 6. vnde non concedendo omnia acta reo, auferret Iudex defenſiones, quas auferre non poteſt. Sebaſt. Guazzin. *tomo* 2. *defenſ.*24. *cap.*3. *num.* 1.

Excipio tamen hæreſim, quo ad dationem nominum teſtium; nam ſicuti in fauorem Fidei, & Tribunalis ſancti Officij, idem Tribunal nunquam dat nomina teſtium, ſed abſcondit. Portel. *tomo* 2. *reſponſor. moral. caſu* 28. *num.* 7. Guazzin *cit. def.*24. *cap.*3. *num.*8 *ad finem.* Diana *parte* 4. *tract.*6. *reſol.*28. §. *His tamen minimè*. Didacus à Cantera *qq. crim. pag. mihi* 29. *col.*2. iubetque poni nomina ficta, vel literas Alphabeti, & tolli omnes illas conditiones, & circumſtantias, per quas reus cognoſcere poſſet teſtes, & denunciatorem, & implorat valdè in hoc circumſpectionem Inquiſitoris, & Notarij, vt legitur in ſacro Arſenali, ſeu practica ſancti Officij Fr. Eliſæi Maſini *parte* 4. *pag.*122. *in impreſſione Peruſina.*

Ita credo in eumdẽ fauorem non debere dari nomina teſtium ab Epiſcopo in cauſa immunitatis quo ad delictum hæreſis, quia dare nomina teſtium ſpectat ad apices, non ad ſubſtantiam iuris. Portel *loco citato.*

Non excipio tamen hæreſim quo ad dationem copiæ indiciorum, cum in caſu hæreſis copia indiciorum etiam in Curia Inquiſitionis concedatur, teſte Vulpello *reſponſo* 21. *num.*4. & concedi debeat, neque enim ſine indiciis poteſt reus ſe defendere. Cantera *vbi ſupra, pag.*30. *col.*1. *ad initium.*

Sextò non eſſe debitam conceſſionem dilationum.

111 Infertur ſextò ex hac ſententia non teneri Epiſcopum concedere dilationes, intra quas reus audiri poſſit, & ſuas defenſiones facere, vt in terminis aſſerit Giurba *conſil.* 50. *num.* 5. cui conſonat Merlin. Pignatell. *cit. cap.* 40. *n.* 16. quatenus dicit, quòd redderetur valdè difficilis Bullæ Gregorij XIV. obſeruantia, ſi ſuper qualitate excludente reum, eſſet ipſe audiendus in ſuis defenſionibus.

112 Sed contrarium meritò tenent Beolus, & alij duo *citat. conſ.* 168. *num.* 64. Farinac. *in append. immunitat. num.* 376. Pellizar. *in manuali Regular. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 5. *num.* 42. Ciarlin. *cit. cap.* 10. *num.* 49. *& num.* 151. Thom. del Bene *cit. dub.* 45. *num.* 4. *&* 5. Caſtro Pal. *citat. puncto* 13. *num.* 14. Vincent. Tancredi *cit. diſput.* II. *quæſt.* 3. *num.* 7.

Vt nimirum valeat reus, quantum poteſt, ſe iuſtificare, defendere, & præſeruare à ſui conſignatione in manus Iudicis ſecularis, deducendo tam in iure, quàm in facto conuenientia, quæ ſibi occurrunt contra indicia, & depoſitiones, & volendo, vt ſui aduocati, quos denegare eſt magnam partem defenſionis tollere. Oſaſc. *deciſ.* 1. *num.* 13. & procuratores audiantur, vt ſi poſſibile ſit, indicia prædicta, & obiecta remaneant ciuiliter purgata.

113 Inferuntur inquam ex hac ſecunda ſententia ſex prænotata corollaria, quæ cum videantur duriſſima in ſe, & ſint omnino difformia à communi praxi Tribunalium Eccleſiaſticorum, & credantur appoſita dictamini Summorum Pontificum, & SS. Congregationum, vt colligitur ex declarationibus, quamuis non authenticis, quæ ſecundùm quæſtiones in caſuum particularium contingentia propoſitas quotidie emanant.

Videntur planè conuincere, quòd verum non ſit id principium, à quo eadem corrollaria deducuntur, remiſſam ſcilicet eſſe Epiſcopi *iudicio, viſioni, & conſcientiæ* ſoli cauſam delictorum in cauſa immunitatis cum ea iudicandi libertate, & totali independentia, quam aſſertores talis remiſſionis imaginantur.

Valet enim argumentum ex abſurdi ſequela Vulpell. *de pace, quæſt.* 34. *n.* 17. Sperell. *deciſ.* 162. *num.* 40.

Confirmatur falſitas iſtius ſecundæ Sententiæ.

Et magis inculco falſitatem iſtius 114
liberrimæ remiſſionis ex hóc, quòd ipſum *iudicium, viſio, & conſcientia* prudens Epiſcopi circa commiſſionem delicti videntur, ob naturalem obiecti conditionem, omnino impoſſibilia moraliter in praxi, ſi omittatur proceſſus, citatio, & auditio partis excipientis, opponentis, &c.

Eatenus enim formari poteſt prudens iudicium de commiſſione delicti, quatenus, auditis teſtibus obſtrictis pauendo vinculo iuramenti ad dicendum verum, & citato, auditoque cum ſuis dilationibus, atque aduocatorum patrociniis reo, qui non adeo poteſt velare factum ſuum, quin appareat qualitas, & natura delicti, vt notauit Gambacurta *lib.* 2. §. 8. *in Gloſſa, in verbo niſi cognito prius per Epiſcopum, pag.* 98. *col.* 2. *ad initium.*

Cum præſertim Iudicis diligentia, & verſutia in interrogando plus operetur, quàm tortura ad veritatem à reo exprimendam, vt notauit Tranquill. Ambroſin. *tractat. de modo formandi proceſſum informatiuum, lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 5.

Poteſt fieri collatio, & combinatio depoſitorum à teſtibus, & allegatorum à reo, poſt cognita teſtificata contra ſe, & aliarum circumſtantiarum ante-

ce

cedentium, comitantium, & ſubſequentium factum, &c.

115 Atſi ſubtrahat ſibi Epiſcopus occaſiones, & commoditatem iſtius illuminatiuæ collationis, & combinationis, vndenam poteſt colligere motiua ad ſolidè ratiocinandum circa commiſſionem delicti, & ad vitandum periculum moraliſſimum errandi in tenebris? Quem errorem in huiuſmodi imperfecta cognitione facilè interuenire poſſe, fatetur Gambacurta *lib.6.cap.27. ad fin.*

Quædam poſſe committi prudenter ſoli conſcientiæ, & quædam alia non.

116 Et hinc apparet expreſsè, quòd fieri non potuit prudenter, nec facta fuit à Pontifice commiſſio merè conſcientialis circa obiectum tale, id eſt lubricum & periculoſum, quæ tamen fieri potuit, & de facto nonnunquam facta eſt prudentiſſimè circa alia obiecta plana, & non inuoluentia tale periculum, etiam ſi non ſeruetur ordo iudicialis.

117 Cuiuſmodi eſt, verbi gratia, commiſſio facta per Tridentinum *ſeſſ.24. de matrim. cap.1.* iudicio, & prudentiæ Ordinarij circa remiſſionem denunciationum ad matrimonium prærequiſitarum, quam commiſſionem Ordinarius exequi poteſt, ita vt non teneatur cognoſcere iudicialiter cauſam iuſtam ad diſpenſandum in dictis denunciationibus, ſed ſatis ſit, quod extraiudicialiter ſe informet, certiorque fiat de cauſa, vt licitè diſpenſet. Thomas Sanchez *de matr.lib.3.diſp.8.n.4.* Gutierr. *de matr. cap.57.n.2.*& benè.

Quia ſine illo rigore iudicij acquiri poteſt ea certitudo iuſtitiæ cauſæ ad diſpenſandum, vt patet: at ſecus eſſet in cauſa cognitionis delictorum exceptorum.

118 Vnde id, quod dicitur per eumdem Sanchez *citat.num.4.*& per Vulpe *in praxi iudiciaria, cap.15.num.12.*& per alios: *Quoties aliquid committitur conſcientiæ, & prudentiæ alicuius non eſt neceſſaria probatio iudicialis*: eſt cum veritate plena dictum.

Quia ſcilicet committentes, præſertim Pontifices, diſcretè, & magna cum circumſpectione agunt, determinantque conſcienriales commiſſiones duntaxat ad obiecta cognoſcibilia facillimè ſine iudiciali probatione.

At quando naturaliter obiectum incognoſcibile eſt, niſi adhibeatur plenior cognoſcendi modus ex norma iudiciaria, quâ ſeruatâ, vitatur moraliter errandi periculum, & quâ omiſſâ, idem periculum incurritur, non fit commiſſio conſcientialis, ſicut non eſt facta in caſu, de quo agimus.

Et ſanè periculum hoc errandi in 119
materia grauiſſima, & lubrica nullatenus uitaretur, ſi Epiſcopus, ſeu eius deputatus iudicaret *quoquo modo*, & *talem qualem* cognitionem adhiberet, vt citati Gratianus, & Gambacurta fieri poſſe concedunt.

Neque neceſſe fuit, vt Pontifex ad oſtendendam neceſſitatem procedendi in hac cauſa pluſquàm *quoquo modo*, & *taliter qualiter*, præfiniret aliquam formam ſeruandam à Iudice immunitatis, cum hanc neceſſitatem ſuadeant ex ſe conditio, & periculum euidens errandi in præiudicium Eccleſiæ, & reorum ad Eccleſias confugarum, & alioqui forma iudicandi iamdudum ſit præfinita in iure.

Vti propterea nihil concludat ob- 120
ſeruatio facta per Gratianum *cit.c.596. num.* 23. quòd ſi pleniores probationes voluiſſet Pontifex ad excludendum ab immunitate præfiniſſet expreſsè aliquam formam circa modum adhibendum in rigoroſa huiuſce cauſæ cognitione, quod tamen non fecit.

Vnde multò aptius obſeruarunt 121
Ciarlinus *citat. cap.10. num.100. &* 101. & Thom.del Bene *citat. cap.18.dub.43. ſect.2.num.18.& ſequentib.* quòd ad con-

ſcientialem informationem perinde, ac ad iuridicam, requiruntur veræ, plenæ, & concludentes probationes, ita vt ſeruetur ius gentium, vel naturæ, iuxta quod in ore duorum, vel trium teſtium ſtat omne verbum.

Quod tamen Cialini, & Thomæ dictum, quatenus exigit plenitudinem, & concludentiam probationum in præſenti, quam tractamus, materia, patitur eas difficultates, quas in cenſura primæ ſententiæ oſtendimus, & modificandum eſt iuxta infra dicenda.

Competere reo ius ad tutandum ſe intra Eccleſiam à Iudice ſeculari, & permittendam illi eſſe ab Eccleſiaſtico manutentionem dicti iuris.

122 Ita autem ſunt dura prædicta corollaria, vt cenſeam poſſe reum ſe opponere executioni declarationis factæ ab Ordinario ſuper non competentia immunitatis, ſi iuxta doctrinam ipſorum corollariorum proceſſum fuerit, quæ eſt ſententia Bcolei, & Sociorum apud Farinacium, *conſ.* 168. *num.* 62. Pellizzarij *in man. Regular. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 5. *n.* 43. Caſtro Palai *citat. tractat.* 11. *diſput. vnic. puncto* 13. *num.* 13. Dianæ *parte* 4. *tractat.* 1. *reſol.* 112. quia inquiunt, & optimè, agitur de graui eius præiudicio, & de iure naturæ competit ei defenſio.

123 Siue enim dicamus, conceſſam eſſe immunitatē Eccleſiis immediatè, principaliter, & directè, ipſis verò reis confugis in conſequentiam, indirectè, & minus principaliter, vt traditur à Suarez de Paz *in praxi tomo* 1. *parte* 5. *cap.* 3. §. 3. *num.* 1. Couarr. *variar. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 11. Diaz *in praxi criminali canon. cap.* 115. *num.* 2. Deciano *tractat. crimin. lib.* 6. *c.* 25. *num.* 1. *in fine* Sanfelicio *tomo* 2. *deciſ.* 241. *num.* 1. Sperello *deciſ.* 101. *num.* 51. Ioan. Franciſco Girago *de regimine regularium, parte* 3. *dub.* 32. §. *ſecundò probatur, pag.* 401. Gambacutta *lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 6. Alexand. Peregrino *tractat. de immunit. cap.* 3. *num.* 13. Diana *parte* 6. *tractat.* 1. *reſol.* 32. §. *ſed hanc ſententiam.* Boerio Epone Rotdahuſano Friſio *lib.* 3. *Heroicarum, Eccleſiaſticarum quæſtionum, cap.* 6. *pag. mihi* 104. *num.* 39. vbi quod non ſunt conſtituta azyla in fauorem delinquentium, ſed in venerationem Eccleſiarum, id eſt in honorem ipſius Dei, ad cuius cultum Eccleſiæ cunctæ ſunt conſecratæ, quique ſua præſentia etiam corporali nobis illic ſemper adeſt. Daniele de Nobilibus *in ſelectas controuerſias ex canonico, & ciuili iure, diſp.* 23. *num.* 7. vbi egregiè hanc ſententiam allegatis textibus exornat. Ricciullo *tract. de iure perſonar. extra Eccleſiæ gremium exiſtentium, lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 7.

Siue multò melius dicamus, conceſſam eſſe immunitatem Eccleſiæ non prout dicit materiale templum; ſic enim non eſt capax iuris, ſed prout conſideratur tanquam perſona moralis capax iuris, ſiue hæc perſona conſtituatur ex Clero, parte fidelium præcipua, ſiue ex tota fidelium Congregatione, quo modo immunitati priuilegium principaliter, & per ſe conceſſum eſt Eccleſiæ, quatenus intra templa Eccleſiaſtica continet confugientes, vnde in eos redundat, quatenus ibi ſunt, adeo vt & locus continens, & perſona ibi contenta eximatur à poteſtate ſeculari, licèt aliàs illi ſubdita ſit, quæ eſt interpretatio optima per Paſſerinum tradita *de pollut. Eccleſiar. diſput.* 5. *cap.* 41. *num.* 3. qui *cap.* 44. *num.* 5. conſequenter dicit, quòd hic fauor directè Eccleſiis conceditur, non perſonis, licèt in has etiam redundet, cum non tam perſonæ beneficium, quàm loci ſanctitas conſideretur, propter quam etiam iniquis, & alioqui pœna dignis tale priuilegium opitulatur.

124 Siue dicamus, conceſſam eamdem immunitatem ſimpliciter ipſis reis tanquam beneficij capacibus ob vſum rationis, intuitu tamen loci Sacri, & in ho

Digitized by Google

honorem eius, qui cum ſit res inanimata, non eſt capax beneficij, vt volunt Caſtro Pal. *citat. diſp. vnic. puncto* 13. *n.* 12. *& puncto* 7. *n.* 16. Pellizar. *in man. Regular: tomo* 2. *tractat.* 8. *cap.* 5. *num.* 43: Thomas del Bene *citat. cap.* 16. *dub.* 44. *ſect.* 2. *n.* 2: Ricc. *parte* 3. *deciſ.* 182. *num.* 8. *pag.* 420. Paſſerinus *citat. diſputat.* 5. *cap.* 44. *num.* 5. vbi quòd immunitas non loco ſacro propter perſonas, ſed perſonis propter locum conceſſa eſt.

115 Siue dicamus conceſſum & loco, & reis & ſic eſſe mixtũ, vt volunt Maſtril. *deciſ.* 109. *num* 9. *parte* 2. Giurba *conſil.* 10. *num.* 1. *&* 2. Donatus Anton. de Marinis *reſolut. quotidianar. cap.* 180. *num.* 4. addens immo principaliter Eccleſiæ tributum, id quod vult etiam Vincent. Tancredi *tomo de religione, tract.* 1. *lib.* 4. *diſp.* 11. *q.* 2. *num.* 6.

126 Semper in omni ſententia verum eſt dicere, quòd reus ex hac conceſſione habet ius tutandi ſe à cenſura Iudicis ſecularis intra Eccleſiam ob confugium ad illam, adeo vt poſſit hoc ius manutenere per vſum armorum contra Iudicem ſecularem extrahere volentem, quia hic iniuriam facit illi. Paſſerin. *citat. cap.* 41. *num.* 3. & habet ius ad hoc, vt reſtituatur Eccleſiæ, ſi ab ea fuerit illegitimè abſtractus. Valentia *tomo* 3. *diſp.* 6. *queſt.* 15. *puncto* 1. *queſt.* 2. §. *Nihilominus*, cuius iuris violatio eſt contra iuſtitiam. Paſſerinus *citato cap.* 41. *num.* 1. vbi plures allegat: ſeu eſt ſacrilegium iniuſtum. Paſſerinus *citat. cap.* 41. *num.* 6. etiamſi reus prædicto iuri renuntiaret. Paſſerin. *citat. diſp.* 5. *cap.* 42. *num.* 5. quam renuntiationem nullatenus facere poteſt, cum ius illi tributum, ſit etiam ius Eccleſiæ. Larrea *deciſ. Granatenſ. diſputat.* 29. *num.* 2.

Ex quibus fit, vt non poſſit Eccleſiaſticus progredi ad tradendum huic cenſuræ eumdem reum, niſi prius ei permittat exercitium ſuorum conatuum ad conſeruationem prædicti iuris.

12 Ex quibus collige, quòd cognitio cauſæ immunitatis non ſit ad ſolius Ordinarij inſtructionem. Alex. Peregr: *cap.* 3. *num.* 16. cum agatur de præiudicio rei, & Eccleſiæ:

128 Non cenſetur tamen fieri vllum præiudicium reo, ſi in hac cauſa non offeratur libellus, nec fiat litis conteſtatio; quòd concedunt etiam ij, qui requirunt citationem. Beoleus, & Socij *cit. conſ.* 168: *num:* 63. Ciarlinus *citat. cap.* 10. *num.* 151. Caſtro Pal. *citat. puncto* 13. *num.* 14. Thomas del Bene *citat. cap.* 16. *dub.* 45. *num.* 1. Pellizz *in manuali Regular. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 5. *num.* 42. cum non procedatur ad delicti pœnam, ſed ad ipſius cognitionem, etſi libellum, litiſque conteſtationem requirit Farinacius *in append. immunitat. num.* 376.

129 Neque ad ſuadendam prædictam totalem remiſsionem huius cauſæ ſoli iudicio, viſioni, & conſcientiæ Epiſcopi; vim habet dictum Gambacurtæ, *lib.* 6. *cap.* 15. *num.* 6. & Giurbæ *conſ.* 50. *num.* 3. quòd ſcilicet veroſimile non ſit intendiſſe Romanum Pontificem committere Epiſcopis, ſpiritualibus negotiis, ac rebus occupatis, vt ſecularem curiam anteuertant, & ſolemnem proceſſum inſtituant ſuper cauſis immunitatis, quæ quotidie occurrunt.

Debuiſſent enim perpendere hi Doctores, multò minus veroſimile eſſe, quòd Pontifex voluerit, vt negotium hoc in quo agitur de tam graui intereſſe cultus diuini, ad quem ordinatur immunitas Eccleſiarum, ſit obnoxium moraliſſimis periculis errandi, & inferendi iacturam, ſi quocunque modo per ſolum *iudicium*, *viſionem*, & *conſcientiam* Epiſcoporum, quantumcunque prudentium, reguletur cauſa immunitatis.

130 Neque facit quidquam, quòd Epiſcopi diſtineantur ſpiritualibus negotiis, & rebus; nam negotium hoc immunitatis eſt maxime ſpirituale, cum diuinæ Maieſtatis in Eccleſiis ſpecialiter

ado

adorandæ reuerentiam concernat, ac proinde exigat ab Epiſcopis debitam temporis, & curæ partem, ſicuti reliqua ad paſtorale munus attinentia.

Corollarium.

Quid agendum Epiſcopo dubitanti.

131 Ex prædictis infertur à fortiori, quòd ſi non poteſt dici fuiſſe de facto remiſſam à Pontifice cauſam immunitatis circa delicta excepta ſoli *iudicio*, *viſioni*, & *conſcientiæ* Epiſcopi, quamuis Epiſcopus ſecundùm dictamen, etiam reflexè creditum prudentiſſimum, eiuſdem conſcientiæ, exiſtimet omnino commiſſa verè fuiſſe delicta excepta, multò minus dici poteſt, quòd idem Epiſcopus poſſit quidquam decernere in cauſa eadem, ſi auditis teſtibus deponentibus in vtramque partem circa commiſſionem delicti, & adiunctionem qualitatis exceptiuæ, verè dubius maneat, id eſt ſuſpenſus maneat in æquilibrio intellectus nec aſſentientis, nec diſſentientis, in hoc enim propriè ſita eſt dubitatio. Paſſerin. *tract. de pollut. Eccleſiar. diſp. 1. cap. 20. num. 1.*

132 Sed in hoc caſu dubij tenetur adhibere diligentiam maiorem ad vincendum dubium, examinando alios teſtes, vel rurſum interrogando eoſdem, ſi fortè aliquid maioris lucis per nouam explicationem afferant, & fiſcum ſecularem monendo, quòd eius probatio facit ſolùm dubiam fidem contra reum, & eidem fiſco tempus aliquod ad pleniorem probationem aſſignando, & per illud tempus expectando.

133 Quidquid repugnet Giurba *conſ.* 50. *num.* 5. dicens, eſſe id conſilij, non præcepti, cum ſeculari curiæ dandus non ſit terminus ad probandum, ex Mario Italia *cap. 6. §. 2. num* 23. qui tamen non loquitur ad intentum Giurbæ eum allegantis, ſi benè inſpiciatur, vt ego inſpexi, & ante me inſpexit Ciarlin. *citat. cap.* 10. *num.* 151.

Demumque non allatis melioribus 134 probationibus, ideoque perſeuerante adhuc inuincibiliter dubio de crimine, aut de qualitate criminis, etiamſi de de ipſo crimine conſtet.

Debet Epiſcopus idem pro innocentia à qualitate, & pro gaudio immunitatis daclarare. Gambacurta *lib. 6. cap. 16. num 9. & 11.*

Lex enim excludens immunita- 135 tem, fundat ſe in qualitate delicti excepti, ac proinde ante omnia de ipſa qualitate conſtare debet, iuxta dictum Ioannis Gutierrez *practicar. qq. lib. 3. quæſt. 1. num. 4. & canonicar. qq. lib. 2. cap. 19. num. 20.* Thomæ Grammatici *voto 11. num. 7.* Caterij *in pract. crim. fol. mihi* 120. *col. 2. num.* 19. quòd ſcilicet quando lex, vel ſtatutum ſe fundat in aliqua qualitate, oportet ante omnia de illa conſtare.

Non conſtat autem, etiam imperfecto modo, de qualitate delicti excepti quamdiu Epiſcopus circa illam eſt dubius.

Debet item Epiſcopus declarare pro innocentia, & admittere ad immunitatem, quando certum eſt fuiſſe commiſſum delictum exceptum ab vno ex duobus, vel Titio, vel Caio, ſed dubitatur vter commiſerit, ſicuti in tali caſu eam declarationem debet facere Iudex extra caſum immunitatis. Gutierrez *conſ. 36. num. 35.*

Quid agendum Epiſcopo in contrarietate motiuorum parium?

Vnde vlterius infertur, quòd ſi mo- 136 tiua militantia ex parte facti ad iudicandum pro affirmatiua, & negatiua prædicti criminis, & qualitatis excludentis immunitatem, ſint vtrinque probabilia quidem, ſed omnino æqualia, quia ſcilicet affertur numerus

Digitized by Google

merus teſtium vtrinque par, & paris auctoritatis.

Debet Epiſcopus pronunciare pro reo, eumque recipere ad immunitatem.

Dubium poſitiuum quod?

137 Æqualitas enim probabilitatis motiuorum reddit factum propriè dubium dubietate poſitiua, vt colligitur ex doctrina Ægidij de Coninck *tomo 2. de Sacram.diſp.*34. *dub.*10. *num.*82. definientis, dubium poſitiuum eſſe, quando vtrinque ſunt pares rationes, taleſque, quæ ſingulæ ſuam partem probabilem efficerent, niſi aliæ rationes contrarium ſuaderent.

Quando enim intellectus habet pro vtraque æquales omnino rationes, in neutram partem præ altera inclinare poteſt, ſed ſuſpenſus hæret, id quod etiam docent ſupremæ Theologiæ Profeſſores apud Caramuelem *in Theol. fundamentali nouiſſimè impreſſa, n.*1994. *verſ. Addebant ſecundò.* Paſſerinus *tract. de pollut.Eccleſ.diſputat.*1.*cap.*20. *num.*2. Leſſius *de iuſtit. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 45. Comitol. *lib.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 2. Iulius Mercorus *in Baſi totius moralis Theologiæ parte* 2. *artic.* 16. *pag.* 139. *colum.* 1. *& alibi.*

Ergo ſi factum eſt dubium, non eſt probatum vllo modo nec perfectè, nec imperfectè: ergo locus eſt immunitati.

Refellitur quædam doctrina Petri Gambacurtæ.

138 Atque hinc mihi improbabiliſſimum eſt id, quod dicit valdè probabile videri Gambacurta *cit.lib.6.cap.16. num.6. connotando numerum 1.verſ.tertiò, & num.* 5. quòd nempe in dubio de commiſſione delicti excepti, quando actor, & reus pariter probant, iudicandum eſt fauore actoris contra reum in cauſa immunitatis, & fundat diſcurſum hic Auctor;

Tum quia articulus iſte non pertinet ad finem cauſæ, in quo fauendum eſt reo, ſed ad principium eiuſdem cauſæ (hinc enim cauſa ſumit originem) in quo fauendum eſt actori, iuxta Gloſſam *in cap. cum ſunt partium, in verſ. Actori, de reg. iur. in 6.* 139

Tum quia Epiſcopus in hoc dubio fauens reo per admiſſionem eius ad immunitatem, tollit actori omne ius agendi criminaliter ad pœnam iure debitam reo. 140

Cui enim per Epiſcopi ſententiam iudicatum eſt deberi immunitatem, impoſſibile eſt infligi pœnam corporalem debitam.

E contrario autem fauendo actori contra reum, non tollit reo ius ſuum defendendi ſe legitimè, probandi ſuam innocentiam, eximendi ſe ab omni pœna, neque vllum facit illi præiudicium in ipſa cauſa.

Tum quia ius actoris ad petendum contra reum debitas pœnas ſecundùm leges, æquale eſt iuri ipſius rei ſe defendentis ad oſtendendum, ſe non commiſiſſe tale delictum, cum vtrumque naturale ſit. 141

Ius autem competens reo ex priuilegio immunitatis, cum ſit humanum poſitiuum, minus eſt iure illo naturali actoris ad petendam pœnam debitam.

Ergo potius fauendum eſt actori, vt conſeruentur vtraque iura naturalia integra, quæ paria ſunt, quàm reo, cuius fauore conſeruatur illi ius poſitiuum immunitatis cum præiudicio iuris naturalis actoris ad petendam pœnam debitam actione criminali. Ita diſcurrit Gambacurta.

Sed contra eſt efficaciter. 142

Nam, ſi ex paritate probationum ſupponitur dubius Epiſcopus, id eſt neque aſſentiens, neque diſſentiens per intellectum, non poteſt verificari, quòd

cognoſcat, ſeu quod idem eſt, *per iudicium prædicatiuum affirmet*, verè commiſſa eſſe delicta excepta.

Quam tamen cognitionem, atque intellectualem affirmationem, ſeu aſſenſum exigit Pontifex in Bulla ad conſignandos curiæ ſeculari reos confugas ad Eccleſiam ibi, *cognito prius per Epiſcopum.*

143 Vnde pro iiſdem reis poſſidet regula immunitatis allata per Alexand. Peregrinum *tractat. de immunitat. Eccleſiarum, cap.5 num.1.* Iuliuum Chartarium *deciſ. crimin.74 n.4.* Gutier. *pract. qq. lib.3. quæſt.4. num.12.* quam dicit veriſſimam, fortiſſimam, & à Canoniſtis receptiſſimam, quòd ſcilicet quis, quantumuis grauiſſimum delictum commiſerit, regulariter pro eo ab Eccleſia extrahi inuitus non debet, ſed immo eius immunitate gaudere, niſi tantùm in caſibus à iure expreſſis, ex textu *in cap. inter alia, de immunitat. Eccleſ.*

De quibus videlicet caſibus habeatur à Iudice legitima cognitio, quæ non habetur in caſu probationis æqualis hinc per reum, illinc per actorem.

144 Ad primam rationem allatam per Gambacurtam reſpondeo, dictum illud Gloſſæ procedere quo ad principium eiuſdem cauſæ, non autem diuerſarum.

Sunt autem omnino diuerſæ cauſa immunitatis, & cauſa iudicij ſecularis, vt notarunt optimè Sperel. *deciſ.101. num.58.* & Thomas del Bene *cit. cap.16. dub.43. ſect.1. num.2.* Pellizzar. *in man. Regular. tomo 2. tractat.8. cap.5. num.44.* ex ea ſolida ratione, quia forum Eccleſiaſticum reſpicit Eccleſiæ immunitatem, quam defendat, ſeculare verò reſpicit reum ſibi ſubiectum, quem puniat.

Quare habent duo hæc fora, & duæ hæ cauſæ diuerſum obiectum, & diuerſum finem.

Ergo articulus immunitatis non poteſt dici pertinere ad principium cauſæ iudicij ſecularis cum iſte articulus ſit quidem præambulus ad illud iudicium, ſed omninò ab eo diſtinguatur, & finiatur in ſe ipſo, antequam illud incipiat, & vtrumque coram diuerſis, & diuerſa auctoritate præditis Iudicibus, Eccleſiaſtico ſcilicet, & laico, conſummetur.

Ad ſecundam rationem dico, nullam fieri iniuriam actori per hoc, quòd Epiſcopus dubius de commiſſione delicti excepti, admittendo reum ad immunitatem, tollit eidem actori ius ad agendum criminaliter ad pœnam reo debitam. 145

Nam hic eſt proprius finis immediatè, & proximè intentus à iuſtiſſima lege immunitatis Eccleſiarum, reum ſcilicet, cuius delicta excepta non cognoſcantur verè fuiſſe commiſſa, eximere ab vltrice ſecularis Iudicis cenſura, & conſequenter à pœna delicti ob confugium ad Eccleſiam, reſpiciendo tanquam vltimum finem, reuerentiam, & cultum Dei, in Eccleſia ſpecialiter, vt in propria domo, & throno adorati.

Fieret autem, excludendo reum ab immunitate in eo dubio, indebitum præiudicium reo in cauſa immunitatis, in qua reus ipſe habet ius, ne tradatur foro ſeculari, donec per Epiſcopum cognoſcatur, ipſum verè commiſiſſe crimen exceptum.

Quòd autem fauendo actori, Epiſcopus non tollat reo ius defendendi ſe legitimè, probandique ſuam innocentiam in foro ſeculari, id non facit ad rem, cum Epiſcopi proprium munus ſit non facere reo præiudicium in cauſa immunitatis, eique conſeruare ius aſyli intra domum Dei, in qua quamdiù manet, non indiget exercitio iuris ad ſe defendendum per ſuæ innocentiæ probationem, quidquid poſtea ſit de non ablatione eiuſdem iuris defenſiui, ſi traderetur illegitimè, & cum ſuo indebi-

to præiudicio in manus Iudicis ſecularis.

146 Ad tertiam rationem dico, quòd licet ius competens reo ex priuilegio immunitatis, ſit humanum poſitiuum, quia deſcendit ex lege ipſa de immunitate, quæ proximè, & formaliter Pontificia eſt, iuxta dicta in initio huius ſectionis, ac proinde idem ius ſecundùm ſuam originem acceptum, ſit minus iure, quod habet actor ad petendas contra reum pœnas debitas ex legibus, quia hoc eſt naturale.

Non propterea licet inferre, primum illud ius poſitiuum impediri per hoc ſecundum naturale, tanquam fortius; nam hæc illatio nimis probaret.

147 Probaret enim, non potuiſſe per Eccleſiam inſtitui legem immunitatis, per quam eliditur ius naturale ad petendas efficaciter pœnas contra reos confugas, quamdiù intra Eccleſias morantur.

Et tamen apud Catholicè ſentientes certiſſimum eſt, poſſe per Eccleſiam condi eas omnes leges, quas iudicauerit expedire ad finem ſupernaturalem, abſque vlla dependentia ab approbatione, & receptione ſubditorum. Molina *de iuſtit. tract.* 5. *de iuriſdict. diſput.* 46. *num.* 4. ob acceptam ſcilicet à Chriſto ſponſo, & ſupremo Domino omnimodam facultatem in ordine ad eumdem finem.

Per quas leges, ſi condantur de facto, amittunt vtique iidem ſubditi ius naturale, quod habebant, ad faciendum, quæ prohibentur per legem, & ad omittendum quæ per eamdem præcipiuntur.

148 Et per hæc patet, improbabilem eſſe, vt dicebam, eam doctrinam viſam probabilem Gambacurtæ, qui & ipſe demum *citat. cap.* 16. *num.* 7. dicit, contra eamdem occurrere ſibi graues difficultates, quas perſequitur eodem *num.* 7. & 8. & demum *num.* 11. concludit, non probata qualitate criminis excepti, ſed manente adhuc dubia, non ſolùm apud ipſum Epiſcopum, ſed etiam alios tres, aut quatuor Iudices, quos *num.* 10. vult adhiberi ab Epiſcopo, vt ſint imparia vota, ſteturque maiori parti, concludit inquam, non poſſe reum excludi, neque ſeculari curiæ conſignari.

Et *numer.* 12. vt reſpondeat dicto Gloſſæ, optimè tradit diſtinctionem inter cauſam immunitatis, quæ tota tractatur coram Epiſcopo, vel Deputato ab eo, & cauſam delicti, quæ tota tractatur coram Iudice ſeculari, & dicit, non eſſe vnam cauſam, quæ inchoata coram Eccleſiaſtico Iudice, terminetur poſtea coram ſeculari, & bene concludit, cum cauſa immunitatis habeat pro termino Rei traditionem, vel negationem curiæ ſeculari, non pertinere ad principium, ſed ad finem cauſæ, de hac re pronunciare.

Et demum *num.* 13. dicit, quòd ſi iudicetur pro reo in huiuſmodi dubio, nullum præiudicium fit actori, ſi verò iudicetur contra reum pro actore graue præiudicium fit reo: aut ſi quod vtrobique præiudiciũ ſit, præiudicium certè quod fit actori, reparabile eſt per appellationem; ſi enim pro reo feratur ſententia, poteſt actor appellare, non contra: præiudicium verò Rei, cum careat appellatione, irreparabile eſt. Ita ille.

Cui non conſentio, ſicut nec Vincentio Tanetedo *cit. diſp.* 11. *q.* 4. *num.* 8. 149
quatenus concedunt actori appellationem contra ſententiam latam pro reo.

Quia nimis durum eſt, & abſonum dicere, quòd reo denegetur appellatio, fiſco autem permittatur, cum non debeant reus, & actor ad imparia iudicari. Ciarlinus *cap.* 116. *num.* 64. vbi optimè de hac quæſtione vſque ad finem capituli. Zypæus *in analytica poſtremi iuris Eccleſiaſtici enarratione, lib.* 3. *tit. de immunit. Eccleſiæ, num.* 14. *pag.* 325.

Et hæc procedunt ex ſuppoſitione, quòd motiuorum paritas relinquat dubium intellectum ex parte facti, quo ad delicta excepta.

Quid dicendum in ſententia ſuſtinente, non eſſe dubium in caſu æqualitatis motiuorum vtrinque probabilium?

150 Sed quid dicendum, ſi contendat quis in dicto caſu æqualitatis motiuorum vtrinque probabilium non eſſe propriè dubium, cum videatur intellectus poſſe aſſentiri vtrique parti affirmatiuæ, & negatiuæ, quatenus vtraque ſubſtat ſuo motiuo æqualiter probabili, vti colligitur ex traditis per Franciſcum Bardi *tract. de conſcientia, diſceptat.* 4. *c.*12. *num.*4. & ſupponit Antonius Noctinot. *in ſummâ Diana, verb. confeſſio, num.* 38. *verſ. ſi verò quis.* vbi ſic: *ſi verò quis, ſe peccaſſe dubitet ſecundo modo, ſcilicet cum aſſenſu probabili in vtramque partem, & aſſenſus ſit æquè probabilis.* Ita doctiſſimus Noctinot, ſublato anagrammate, Antonius Cottonius.

151 Et probatur, quia neutrum motiuum eneruat intrinſecam vim alterius motiui in reciproca inter ſe concurrentia, ob reflexè agnitam in vtroque reciprocam ineuidentiam in ordine ad veritatem obiecti, quod cognoſcitur non prout eſt in ſe à parte rei, cum hæc veritas obiectiua ſit obſcuriſſima, & ideo à nobis ſecundùm præſentem noſtri intellectus menſuram inattingibilis, ſed prout ſtat ſub tali modo, id eſt ſub probabilitate.

Vnde non dicimus abſolutè, & ſimpliciter, rem ita eſſe, ſed dicimus, *probabiliter* ita eſſe.

152 Vbi nota, & ſemper præ oculis habeto, aliud eſſe iudicare rem *in ſe* eſſe licitam, verbi gratia cambiorum continuationem eſſe honeſtam, aliud verò iudicare *probabiliter* continuationem cambiorum eſſe licitam.

Primæ enim propoſitionis iudicium fertur in obiecti honeſtatem ſecundùm ſe, eamque prædicat, & componit cum continuatione cambiorum tanquam ſubiecto.

At iudicium ſecundæ propoſitionis directè, & immediatè non fertur in obiecti honeſtatem ſecundùm ſe, nempe continuationis, ſed in *probabilitatem* honeſtatis, eamque prædicat de tota prima propoſitione, quam integram ſumit velut vnicum ſubiectum modalis propoſitionis, vt euenit in reliquis modalibus. Ita optimè Bardi *de conſcientia diſcept.* 4. *c.* 9. *n.* 13.

Quòd ſi cognoſceretur eadem veritas obiectiua prout eſt in ſe, iam intellectus maneret immobiliter determinatus ad alterutram partem, vel affirmantem, vel negantem, & eſſet omnino liber à formidine. 153

Quæ formaliter nihil eſt aliud, ſi loquamur de actuali, quàm ſuppoſitâ negatione, ſeu defectu plenæ quietis, & firmæ adhæſionis potentiæ intellectiuæ circa conceptam probabiliter ſolùm coniunctionem alicuius prædicati cum ſubiecto, vel circa eiuſdem diſiunctionem ab eodem, intellectualis expreſſio de poſſibilitate eſſendi aliter in re, ac concipitur per intellectum vtentem iudicio prædicatiuo.

Vnde non poſſet in caſu agnitæ veritatis obiectiuæ prout eſt in ſe, intellectus elicere aſſenſum, & diſſenſum circa idem obiectum: alioqui incideret in apertam contradictionem contra euidentiſſima principia: *Quodlibet vel eſt, vel non eſt*: Item: *De vnoquoque verum eſt vel affirmare, vel negare.* 154

Quæ tamen contradictio nullatenùs accidit, quando intellectus ſub vno *probabili* motiuo aſſentitur vni obiecto, & ſub alio item *æquè probabili* motiuo diſſentit ab eodem, cum apud Logicos vna ex regulis contradictionis ſit, 155

vt

vt res accipiatur ſub eadem formali ratione: at in hoc caſu expreſsè accipitur ſub diuerſa.

156 Eſſet verò contradictio, ſi dicerem, v.g. *Cambium recurſæ, quantum eſt ex tota vi huius motiui, eſt licitum*: & ſubiungerem: *Cambium recurſæ, quantum eſt ex tota vi huius eiuſdem indiuidualis motiui, non eſt licitum.*

Sic enim de eadem re ſub eadem formali ratione affirmarem, & negarem, cum tamen impoſſibile exiſtat, vt eadem res indiuidualiter ſecundùm omnem ſuam entitatem ſumpta, & ſit, & non ſit, vt ex ipſa terminorum cognitione ſine vllo alio medio demonſtratur.

157 Sed hîc etiam valdè aduerti debet, quòd aliud eſt iudicare de probabili coniunctione honeſtatis cum continuatione cambiorum, quod primum iudicium eſt directum, & habet pro ſubiecto continuationem cambiorum, pro prædicato autem coniunctionem probabilem honeſtatis, & eſt merè opinatiuum, cum à motiuo ſolùm probabili, & ineuidenti reguletur.

Aliud verò eſt iudicare de probabilitate iſtius iudicij directi, quod ſecundum iudicium eſt reflexum, & habet pro ſubiecto illud primum iudicium directum, pro prædicato autem probabilitatem ipſius iudicij directi, & poteſt eſſe demonſtratiuum, ſeu euidens, ſi reguletur à motiuo euidenti, definitione ſcilicet probabilitatis, quæ euidenter quadret eidem iudicio directo.

Et circa hæc optimè philoſophatur Candidus Philalethus *in diſputatione de praxi opinionum, quæſt.* 3. cui tamen Auctori non poſſum aſſentiri, ſicuti neque doctiſsimo alioqui Iulio Mercorio *in ſua Praxi totius moralis Theologiæ*, quatenus contendunt, non poſſe quem opinari vtramque contradictionis partem, neque ex principiis intrinſecis, neque ex principiis extrinſecis, habeoque doctiſsimos ex Societate noſtra, qui meũ diſcurſum de poſsibilitate aſſenſus, & diſſenſus circa idem obiectum oppoſitis motiuis probabilibus ſubſtans approbarunt.

Et hæc poſſibilitas magis inculcatur ex doctrina incomparabilis viri Ioannis Caramuelis *in ſua Theolog. fundamentali nouiſſimè impreſſa, num.* 1891. aſſerentis, poſſe eumdem hominem ſimul habere certitudinem, probabilitatem, & dubium de eodem indiuiſibili obiecto, nimirum ex diuerſis præmiſſis, adeo vt, ſi eadem concluſio probaretur tribus rationibus, vna euidenti, alia forti, & alia leui, cognoſceretur ſimul certè, probabiliter, & dubiè. 158

Sed his omiſſis, de quibus obiter tantùm aliquid dicendum fuit, quid reſpondendum eſt ad propoſitam quæſtionem de Epiſcopo probabiliter vtrumque opinante ex parte facti circa delicta excepta. 159

Videtur prima facie, concurrentibus prædictis duobus aſſenſibus in quæſtione facti, pronunciandum eſſe contra reum ex eo, quòd contra reum ſtat fauorabilis cauſa, ius nempe punitionis delictorum, *argum. cap. fin. de ſent. & re iudic.* vbi quando duæ ſententiæ ex iuriſdictione ordinaria proceſſerunt, tenet non pro reo, ſed pro actore ſententia in cauſa fauorabili, puta matrimonio, libertate, dote, teſtamento.

Quæ deciſio extenditur ad caſus ſimiles quatuor fallentiis ibi deſcriptis. Remig. de Gonny *de immun. Eccleſiar. quæſt. 2. num. 6. §. Aut ſunt diſcordes. pag. mihi* 158. verbi gratia ad ſententiam pro pupillo, pro peregrino, vidua, cauſa pia. Ioan. Angelus Boſſius *varior. moral. parte 1. tit. 1. §. 27. num* 501. & vno verbo ad omnes caſus fauorabiles. Remig. *cit. quæſt. 2. num 7. §. Obſtabit tamen, pag.* 161. 160

Et conſequenter porrigitur etiam ad ius punitionis delictorum, quod 161

Digitized by Google

eſt fauorabile, cum publicæ vtilitatis interſit, ne crimina remaneant impunita & per impunitatis audaciam fiant, qui nequam fuerant, nequiores, *cap. vt fama, de ſent. excomm.* Remig. *cit. §. obſtabit.* Couarr. *variar. reſol. lib. 1. cap. 11. n. 5.* Thomas del Bene *citat. cap. 16. dub. 2. num. 11.* Thomas Sanchez *de matr. lib. 10. diſp. 13. num. 2.* Gambacurt. *lib. 6. cap. 8. num. 8.* Caſtracan. *de ſocietatibus, cap. 29. num. 9.* Iodoc. Damhouder. *in praxi rerum criminal. in proœmio, num. 1.* Vulpell. *reſponſo 74. num. 5. & reſponſo 114. n. 6.* Ioan. Angel. Boſ. *cit. §. 27. n. 525.*

Fauorem immunitatis, & Rei confugæ eſſe præferendum fauori iuris ad punienda delicta.

162 Sed reſpondeo, quòd cum in hoc caſu concurrant ex vna parte fauor iuris ad punienda delicta, & ex alia, non ſolùm fauor priuatus Rei, ſed fauor item immunitatis Eccleſiarum, quæ & ipſa comprehenditur in dictis fallentiis. Remig. *citat. quæſt. 2. num. 7. §. ſed quid dicimus, pag. 262.* cum etiam reipublicæ interſit, quòd Eccleſiæ ſint refugium confugientibus ad ipſas, ob reuerentiam debitam Deo. Thomas del Bene *cap. 16. dub. 2. num. 13.* ideoque multitudo Eccleſiarum non obſit ipſi reipublicæ ad impunitatem delictorum. Paſſerin. *de pollut. Eccleſiar. diſp. 2. cap. 19. num. 3.*

Præferri debet ab Epiſcopo in iudicando de delicto ineuidenti, ſed æqualiter probabili, fauor immunitatis, qui habet rationem maioris boni, & eſt in ordine ſuperiori. Thomas del Bene *cit. num. 13.* contra Remigium *citat. §. ſed quid dicemus*, aſſerentem, quòd fauor Reipublicæ, & fauor Eccleſiæ ſunt æqualis conditionis. Vide dicta *ſect. 1. §. 21.* quæ confirmantur ex doctrina generali tradita ex Felino, & Rota per Genuenſ. *in practicabilibus Eccl. cap. 324. num. 4.* Eccleſiæ fauorem maiorem eſſe, quàm publicum, ita vt Eccleſiæ debeatur maior fauor, quàm publicæ vtilitati, & quidem meritò; nam ſumma eſt ratio, quæ pro religione facit, *l. ſunt perſonæ, ff. de religioſ. & ſumpt. funer.*

Hinc infero, quòd ſi duo Iudices ordinarij pronunciauerint ſuas ſententias diſcordes, quia vnus dixit, admittendum reum ad immunitatem, alter excludendum. 163

Recipienda eſt ſententia, quæ fauet reo, quippe quæ fauet etiam principaliter immunitati. Gambacurt. *lib. 6. cap. 8. num. 8.* optimè colligens ex *citat. cap. fin. de ſentent. & re iudic.* ſed eſt caſus parum practicabilis, cum difficile ſit, quòd duo Iudices ordinarij ferant ſententiam, quam ferre debet Epiſcopus, ſeu ab eo deputatus, iuxta Gregorianam diſpoſitionem.

Addo amplius ad prædicta, quòd quando etiam non concurreret fauor immunitatis cum fauore Rei, ſolus fauor ipſius Rei, deberet præualere fauori punitionis delictorum, & ſolus habere locum. 164

Nam fauor Rei fundatur in naturali præſumptione, quæ de vnoquoque habetur, de bonitate, & delicti carentia, & in inde reſultante iure certo ad non ſubiacendum pœnæ, niſi per clariſſimam delicti probationem elidatur ea præſumptio.

Quo fit, vt quantumcunque ſit Reipublicæ fauor, vt delicta puniantur, non poſſit tamen eſſe locus fauori, niſi certò conſtet de delictis, quæ puniri debeant.

At militantibus vtrinque motiuis æqualiter probabilibus pro exiſtentia delicti, & pro non exiſtentia eiuſdem, non conſtat certò de ipſo delicto: ergo locus eſt fauori Rei, non fauori punitionis delictorum.

Ergo etiam hîc, quamuis cauſa ſit ciuilis in rigore, cum tamen occaſionetur à crimine locum habet commune axioma ſequendam in criminalibus 165

par

partem fauorabilem reo, ſi partium iura ſint æqualia ex parte facti, quod tradunt Ouied. *in 1.2. S. Thomæ, tractat. 5. controuerſia 3. punct. 9. num.* 98. Baldell. *lib. 4. diſp. 15. num. 7. tomo* 1. Ioan. Angelus Boſsius *cit. §. 27. num.* 500. Baſſæus *in Flor. verb. conſciẽtia, n.* 17. Breſſer. *de conſc. lib. 3. cap. 14. num.* 146. Iulius Mercorus *in Baſi totius moralis Theologiæ, ſecunda parte, art.* 17. *pag.* 146. Magon. *deciſ. Lucenſ.* 25. *num.* 64 Bertazzol. *conſil.* 111. *num.* 14. *lib.* 1.

Præſertim cum Epiſcopi declaratoria de commiſsione delicti excepti, ſi feratur contra reum, condemnatoria eſſe videatur; nam illum damnat ad priuationem immunitatis, vt notauit Gambacurta *citat. lib. 6. cap. 16. num.* 2.

Sic in caſu æqualium probationum, ac coniecturarum circa cædem hominis in Eccleſia commiſſam, quòd commiſſa fuerit cum culpa vel graui, vel leui, vel etiam nulla, pronunciatur pro non pollutione Eccleſiæ. Paſſer. *tract. de pollut. Eccleſiar. diſp. 5. cap. 9. n.* 5.

166 Dices, ex hoc diſcurſu probari, quòd in cauſa delictorum exceptorum requiruntur pleniſſimæ & concludentes probationes.

Reſpondeo, me conceſſurum totum niſi argumenta facta contra primam ſententiam ſuaderent, quòd Pontifex de facto in ea cauſa quæ in foro Epiſcopi cognoſcitur ſolùm ciuiliter, in ordine ſcilicet ad competentiam iuriſdictionis, non in ordine ad illationem pœnæ voluit, vt non teneamur ad eum rigorem probationum, ſed ab eodem rigore aliqualiter recedere poſſimus modo infra explicando.

Quæ autem dixi, eò tendunt, vt conuincam, nihil concludi per argumentum petitum à iure publico puniendi delicta.

Quid agendum Epiſcopo in motiuorum imparium contrarietate circa factum.

Occaſione eorum, quæ dixi in caſu concurrentiæ motiuorum æqualiter probabilium circa exiſtentiam, & non exiſtentiam delicti excepti in cauſa immunitatis, congruum eſt, vt inquiram, quid agendum ſit Epiſcopo, vel deputato ab illo, ſi habeat motiua vtrinque probabilia quidem, ſed inæqualiter, ad iudicandum pro affirmatiua, & pro negatiua delicti, vel qualitatis excluſiuæ ab immunitate, quia ſcilicet teſtes adſunt inæqualis auctoritatis pro vtraque parte confligentes, vel inæqualia indicia, & præſumptiones. 167

Circa quam quæſtionem ego ſic diſcurro, & dico, quod cum cauſa immunitatis ſit ciuilis, & verſetur circa exceptum crimen ſolùm incidenter, ſecundariò, & per modum cauſæ, & cum ex argumentis contra primam ſententiam habeatur, quod Pontifex de facto permittit in hac cauſa receſſum à rigore plenarum probationum.

Videtur mihi valdè veriſimile, quòd idem Pontifex velit, vt Epiſcopus in hoc caſu, in quo probabilitas ſe tenet ex parte facti, ſequatur in iudicando, non dicam probabiliorem opinionem, cum probabilitas facti non ſit re vera opinio, ſi vera eſt ſententia Ioan. Sanchez *ſelectar. diſp. 44. num* 51. Ioannis Angeli Boſſij *varior. moral. tit. 1. parte 1. §. 27. num.* 474. quam tamen optimè impugnat Verricell. *qq. moral. & legal. tract. 2. quæſt.* 2. ſed meliorem probationem, & ſic iudicet pro reo, pro quo ſtant teſtes maſculi, & clerici contra actorem, pro quo ſtant fœminæ; vel è conuerſo contra reum, pro quo ſtant fœminæ, in fauorem actoris, pro quo ſtant maſculi fide digni.

Sicut

168 Sicut in aliis cauſis ciuilibus, quando partes litigantes afferunt vtrinque teſtes, atque inſtrumenta ad probandum factum, in quo fundatur ipſarum ius, verbi gratia ad probandam hinc emptionem, illinc donationem, vel aliam emptionem anteriorem.

Tenetur Iudex iudicare ſecundùm meliorem probationem, id eſt adiudicare cauſam illi, qui melius probauit competere ſibi rem vel ex donatione, vel ex emptione, vt tradunt Garzia *de benef. parte* 11. *cap.* 5. *num.* 362. Bardi *de conſcient. diſcept.* 27. *num.* 2. Baldell. *lib.* 4. *diſp.* 15. *num.* 8. Boſſius *cit.* §. 27. *num.* 475. & alij, quos citat, & ſequitur Ouied. *citat. tractat.* 5. *in* 1. 2. *controuerſia* 3. *puncto* 9. *num.* 97. Franciſc. de Lugo *in parte* 1. *diſcurſu præuij, cap.* 3. *num.* 60. Breſſerus *de conſcientia, lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 140. *iuncto* 145. §. *Nec video hic differentiam.*

169 Atque in prædicto ſenſu videtur admitti poſſe ſententia Gambacurtæ *lib.* 6. *cap.* 16. *num.* 1. docentis, ſufficere probabilem conſcientiam ad negandam reo immunitatem, iubendumque Curiæ ſeculari tradi, & conſignari, quæ conſcientia ex teſtibus, & coniecturis Epiſcopo in re videatur vera, etiamſi contrarium videatur illi habere aliquam probabilitatem.

Hoc autem contingit, quando Epiſcopus videt afferri meliores, & efficaciores probationes pro commiſſione delicti excepti, etiamſi videat concurrere alias infirmiores probationes pro non commiſſione eiuſdem.

Tertia ſententia media.

170 Sentiunt autem alij Pontificem de facto contentum eſſe, vt in cauſa delictorum exceptorum, Iudex immunitatis cognoſcat per indicia, præſumptiones, & coniecturas, de quibus Ciarlin. *controuerſ. forenſ. parte* 1. *cap.* 10. *num.* 54.

Cenſura huius tertiæ Sententiæ.

Confuſio ſcribentium in hac materia.

Ferè omnes, quos viderim, confuſè procedunt in hac materia, in qua tamen fuiſſet diſtinctiſſimè procedendum. 171

Nam debuiſſet primò explicari, de quibus præſumptionibus, & coniecturis intelligatur, an de violentis, an de inefficacioribus, an de præſumptionibus iuris, an de præſumptionibus hominis, cum diuerſus omnino formetur conceptus de facto aliquo per vnam, aut per aliam ex his coniecturis, & præſumptionibus, etſi diſtinctionem hanc præſumptionum iuris, & hominis immeritò vocet ſomnium, contra tot alios grauiſsimos Doctores Sarmientus *ſelect. interpretat. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 9. quem citat, & ſequitur Thomas Sanchez *conſil. moral. lib.* 3. *cap. vnic. dub.* 12. *numer.* 16. ſed optimè impugnat Menochius *de præſumption. lib.* 1. *quæſt.* 5.

In quo defecerunt Gambacurta *lib.* 6. *cap.* 16. *num.* 1. *verſ. Secundo.* Farinac. *conſ.* 211. *num.* 19. Giurba *conſ.* 50. *num.* 10. & alij relati per Ciarlinum *citat. n.* 54. adhibentes terminum *coniecturæ, & præſumptionis* omnino indiſtinctè, & dicentes, ſufficere cognitionem excepti delicti per *coniecturas*, & *præſumptiones.*

Debuiſſet explicari ſecundò, de quibus indiciis, an de remotis, & leuibus, an de ſufficientibus ad torturam, an de indubitatis. 172

Quamquam in hoc aliqui ſe benè geſſerunt, vt Ciarlin. qui *citat. cap.* 10. *num.* 55. excludit omnino ab hac cauſa, indicia ſufficientia ad torturam, & *num.* 89. admittit indicia indubitata ad probationem aſſaſsinij, & *c.* 12. *num.* 16. & 17. admittit eadem indubitata indicia

cia ad excludendam in aliis delictis qualificatis immunitatem,& nominatim in delicto homicidij proditorij, de quo agitur in toto illo *cap.* 12. *& c.* 151. *num.* 12. Diana *parte* 6. *tract.* 1. *reſol.* 31. *ad finem*, vti admittit & ipſe indicia indubitara. Gamma *deciſ.* 179. *num.* 2. *& deciſ.* 281. *per totam*, vti admittit indicia ad torturam, ſicut & Caſtil. *deciſ.* 156. *num.* 9. Sanfelicius *deciſ.* 137. *num.* 3. & alij citati per Ciarlinum *cap.* 10. *num.* 55. immo & ipſa ſancta Congregatio Immun. teſte quodam fide digno apud Dianam *parte* 5. *tract.* 1. *reſol.* 9. Regens Conſtantius *in ſupplicat. ad Paulum V. apud eumdem Dianam ibidem*. Regens inquam, appellatus *doctiſſimus*, & *recolendæ memoriæ* à Merlino Pignatello *controuerſ. forenſ. centuria* 1. *cap.* 2. *num* 35. ipſe Merlin. *cap.* 64. *num.* 10. *& cap.* 40. *num.* 8. vbi quòd communis,& hodierna praxis Tribunalium interpretata eſt ſufficere, quòd de qualitate tribuente iuriſdictionem conſtet per indicia ad torturam, & quòd in probatione qualitatis lex leuioribus probationibus contenta eſt. Ricc. *in praxi aurea*, *reſol.* 450. *num.* 3. *verſ. cum de iure*. Sebaſt. Guazzin. *defenſ.* 1. *cap.* 31. *num.* 9. *verſ. ac etiam*, qui tamen diſtinctius loqui debuiſſet,cum & dicat,debere Epiſcopo de delicto commiſſo conſtare plenè, & non per indicia, & præſumptiones,vel coniecturas, & demum admittar, tanquam ſufficientia, indicia ad torturam.

173 Debuiſſet explicari tertiò, an hæc indicia, præſumptiones, & coniecturæ ſint probandæ, in quo plerique deficiunt, aſſerenres preciſè, ſatis eſſe in cauſa immuniraris indicia, coniecturas,& præſumptiones ſuper delictis exceptis. Sed bene Riccius, & Guazzin. *locis proximè citatis*, requirunt indiciorum probarionem per teſtes.

174 Debuiſſet explicari quartò,& diſtingui obiectum,ſupra quod cadant indicia, coniecturæ, & probationes.

Aliud enim eſt probare, v.g. homicidium, aliud qualitatem homicidij, v. g. prodirionem, aſſaſſinium, &c. cum hæc ſint diuerſimodè conſiderabilia.

[Na]m poteſt quidem dubitari, an ſufficiat probare actum homicidij per indicia, & præſumptiones, & coniecturas, cum hic actus de ſe ſit probabilis verè, & concludenter per teſtes de viſu.

Non poteſt tamen dubitari, quin ſufficiat probare appenſamentum requiſitum ad proditionem, per indicia, &c. cum hoc, tanquam ſimpliciter,& abſolutè arcanum, non ſit de ſe probabile vera probatione per teſtes, ſed ſolùm præſumptiuè per probara indicia,& probaras coniecturas,vt infra ſuo loco plenius explicabo.

Differunt enim magnoperè probatio vera, & præſumptio; quia proba- 175 tio vera eſt, quæ ſenſu corporeo immediatè percipitur, vt ſi teſtes hominem occidere videant.

Præſumptio autem eſt, quæ non ſenſu corporeo immediatè,ſed per diſcurſum colligitur. Sarmient. *ſelectar. interpret. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 9.

Vnde optimè dixit Baldus apud Alciat. *de præſumpt. fol.* 11. *num.* 1. & apud Simancam *Cathol. inſtit. tit.* 50. *num.* 20. & apud Farinac. *quæſt.* 36. *num.* 73. præſumptionem eſſe *ratiocinationem de re veriſimili.*

Sed omiſſis hiſce debitis explicandi prædicta.

Sufficere præſumptiones tum iuris, tum hominis, ſi leues non ſint, in hac cauſa.

Iam dico primò, quòd ſi hæc tertia 176 ſententia loquatur de præſumptionibus iuris, quæ ſunt *probabiles coniecturæ ex certo ſigno prouenientes, quæ alio non adducto, pro veritate habentur.*

Ddd Fa

Farinacius *quæſt.36. num.87. de indic. & tortur.* Simanca *citat.tit.50.num.6.* Didacus à Cantera *qq.criminalium, pag.348. ad finem,* ſeu *niſi contrarium probetur, pro plena probatione haberi ſolent.* Simanca *loc.cit.* vnde dicuntur liquidiſſimæ probationes. Alciat.*citat.fol.11.n.2.* Crauet. *de antiquit.temp. parte 4. num.45.fol.136.* Decian.*reſponſ.82.num.44.lib.5.* Farinac. *de indic. & tort.quæſt.47. num.192.* Molina de primogeniis *lib.3. cap.4. num.* 40. & releuant ab onere probandi. Idem Farinac. *ibidem,* cum dicantur *animi Legiſlatoris applicatio ad veriſimile, onus probandi transferens.* Farinac. *quæſt.36.n.90.* Menoch. *de præſumpt. lib.1. quæſt.4. n.3.* quam oneris tranſlationē aſſerit etiam, Albertus Corteſius *conſ. matrimoniali.26.num.22.* Ioan.Crotus *tractat. de teſtibus, parte 1.num.10.* Mantica *de coniect. vltim.volunt.lib.1.tit.2.num.2.* vbi quòd ei onus probationis incumbit, qui habet contra ſe præſumptionem, *cap.ſi Iudex, §.vlt.de ſent.excomm.in 6.*

177 Hæ videntur ſufficere ad intentum Gregorij XIV. qui cum videatur de facto exemiſſe Iudicem immunitatis à debito proſequendi rigorem plenarum, & euidentium probationum, vt conſtat ex dictis in cenſura primæ ſententiæ.

178 Videtur conſequenter contentus eſſe probatione præſumptiua, cum etiam præſumptio ſit vera, & propria probatio, vt poſt Doctores *in tit. de probat.* demōſtraſſe Merendam *controu. iuris, lib.5.cap.39.num.11. & ſequentibus,* dicit Carena *tract.de ſancta Inquiſitione, parte 2. tit.13. num.30.* & probationem præſumptiuam venire appellatione probationis veræ, legitimæ, & euidentis dicit *num.34.* id quod etiam tradit Petrus de Barbobus *conſ.24. num.4. inter conſ. matrimon. per Zilettum collecta.* additque Carena *eodem num.30.* legem de probatione loquentem, debere etiam de præſumptiua intelligi.

Quæ doctrinæ per Carenam allegatæ, ſi valent circa intellectum Bullæ Pij V. *Si de protegendis*, vtentis illo termino *per claras probationes*, vt firmat ad rem ſuam idem Carena *citat. num.30.*

Multò melius valere debent circa intellectum Bullæ Gregorij XIV. vtentis termino minus ſignificatiuo *cognito prius per Epiſcopum.*

Confirmantur prædicta; quia cum immunitatis cauſa ſit ciuilis, conſequenter capax eſt, vt in ea militet vnanimis Doctorum concluſio apud Merlinum Pignatellum *controuerſ. forenſ. centur.1.cap.19. num.7. &* 8. quòd poſſit quis in ciuilibus condemnari ex præſumptionibus, & leuiores probationes requirantur in ciuilibus, quàm in criminalibus. Videndus etiam Ægid. Boſſius *tit.de partu ſuppoſito, n.13. &* 31. Royas ſingulari *164.num.2.* 179

Item ſi hæc ſententia loquatur de præſumptionibus hominis, quæ ſunt *quidam conceptus cauſatus in mente ab aliqua probabili coniectura.* Paulus Grilland. *tractat. de quæſt. & tortura, quæſtione 3. num.7.* Farinac. *de indic. & tort. quæſt.36. n.93.* Menoch. *de præſumpt. lib.1. quæſt.5. num.15.* 180

Videntur hæ ſufficere ad intentum Gregorij XIV. in cauſa delictorum exceptorum, cum etiam hominis præſumptio, dummodò leuis non ſit, habeat rationem veræ, & propriæ probationis, vt ex Beroo, & Baldo tradit. Carena *ſuprà num.31.*

Quidquid præſumptionem hominis minus eſſe, quàm probationem ſemiplenam, inſinuet Crauet. *de antiquit. tempor. parte 1. num. 28. folio* 78. *in meo libro.*

Quod autem dixi de ſufficientia præſumptionum in cauſa immunitatis, id maximè locum habet in violentis præſumptionibus, ex quibus ſcilicet animus iudicantis in contrarium perſuaderi non poteſt, nec intellectus verti poteſt in conſcientiā oppoſitam. 181

Sic

Sic enim deſcribuntur præſumptiones violentæ à Farinac. *quæſt.* 36. *n.* 114. Salelles *de materiis Tribunalium ſanctæ Inquiſitionis, lib.* 2. *cap.* 5. *regula* 182. *ſed per typi errorem* 187. *in ſuperiori folij partes num.* 155. cui doctrinæ conſonat Didacus à Cantera *qq. criminal. pag. mihi* 338. *col.* 1. *in principio.* vbi quòd præſumptio violenta eſt quæ adducit animum Iudicis ad credendum illud, quod præſumitur, taliter quòd violenter credat, illud eſſe verum, quia à communiter accidentibus ſemper illud fit: & conſonat etiam Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 7. vbi quòd violenta coniectura dicitur, quæ habet perſuadendi neceſſitatem. *cap. afferte de præſumpt.*

Et tales præſumptiones, ſeu coniecturas haberi pro legitima probatione in omnibus factis occultis, & difficilis probationis, tradit Honded. *conſil.* 87. *num.* 2. *iuncto num.* 94. *lib.* 2. vbi loquitur ad effectum criminalem. ſicut & Horatius Perſius *in ſemicenturia conſiliorum criminal. conſ.* 2. *n.* 7. vbi non ſe reſtringit ad violentas.

182 Exiſtimo tamen has præſumptiones, ſeu coniecturas, ſiue cadant ſupra actum, ſiue ſupra qualitatem actus, debere probari apud Iudicem immunitatis, ſicut apud alios Iudices, ſiue Eccleſiaſticos, ſiue ſeculares, probari debẽt præſumptiones, ſeu coniecturæ, per quas probatur adulteriũ. Leòcil. *dec.* 84. *n.* 7. itẽque illæ, per quas probatur metus, nimirum, quæ ſunt graues, veroſimiles, & propinquæ, ſecus ſi leues, remotæ, & inueriſimiles. Ioan. Angel. Boſſius *de contractu matrimon. cap.* 12. *num.* 341. *& duobus ſequentibus*, & in genere omnes præſumptiones probari debent per duos teſtes. Didacus à Cantera *qq. criminal. pag. mihi* 349. *colum.* 1. *ad initium*, ſicut & indicia. Maſcardus *concl.* 895. *num.* 1. quæ, ſicut & præſumptiones, ſumuntur in hoc propoſito noſtro pro eodem, iuxta tradita per Farinacium *quæſt.* 36. *n.* 264. *iuncto n.* 266. vel etiam per vnum teſtem, ſi præſumptio, ſeu coniectura, ſeu indicium ſit actui proximum, vt ſuſtinuit in cauſa propinationis veneni, quæ prodiroria eſt, Laurentius Portellius *reſponſ. moral. tomo* 2. *caſu* 28. *num.* 9. quod ego credo habere locum ſolummodo in ordine ad torturam, iuxta tradita per Maſcardum *concluſ.* 895. *num.* 5. quo caſu teſtis debet eſſe omni exceptione maior, inuulnerabilis, indubitabilis, & cui nulla coniectura reſiſtat. Maſcardus *ibidem, num.* 6. neque aliæ circunſtantiæ. Maſcard. *num.* 8.

In caſu tamen venenationis ſufficere vnum teſtem etiam Hebræum, & vilem perſonam, quippe ſeruum, deponentem de actu immediato ad hoc delictum, voluit Alba *conſ.* 71. *num.* 8. qui *n.* 9. dicit admitti teſtes viles contra valde diffamatos, ſicuti erant inquiſiti in caſu, de quo ipſe Alba conſilium illud ſcripſit.

Nomine autem *coniecturæ*, & *præſumptionis*, & *indicij*, quando ago de 183
neceſſitate probationis coniecturarum, & præſumptionum intelligo id, quod intellectui eſt motiuum, ſeu argumentum præſumendi, & coniectandi, huius enim probario facit ad rem, non autem probatio ipſius actus eliciendi præſumptionem, & coniectionem.

Nam terminus *præſumptionis*, & *coniecturæ* ſtat æquiuocè, cum aliquandò ſumatur *formaliter*, id eſt pro actu intellectus præſumentis, & coniectantis, aliquando obiectiuè, id eſt pro motiuo inducente intellectum ad præſumendum, & coniectandum.

Quod vt melius intelligatur, cum 184
expediat intelligere.

Obſeruo, quòd adaptatur aliquando nomen *coniectura* ad actum intellectus probabiliter opinantis, vt quando definitur coniectura *opinio veri ex ſigno probabili deducta.* Celſus Bargalius *in*

tractat. de dolo, lib. 4. cap. 8. num. 33. Farinacius *quæſt.* 36. *num.* 152. & dicitur à *coniectu*, id eſt directione quadam rationis ad veritatem. Simanca *cit. tit.* 50. *num.* 21. Quintilianus laudatus à Menoch. *lib.* 1. *quæſt.* 7. *num.* 30. in quo dicendi modo ſumitur coniectura *formaliter*, non obiectiuè.

Aliquando autem adaptatur idem nomen *coniectura* ad ſignificandum motiuum inuitans intellectum ad opinandum probabiliter, vt quando deſcribitur præſumptio *conceptus in mente cauſatus ab aliqua probabili coniectura* apud Farinacium *cit. quæſt.* 36. *num.* 67. & apud Bargalium *vbi ſupra num.* 34. id eſt ab aliqua ratione, argumento, motiuo probabili: itemque quando dicitur *coniectura eſt veriſimilitudo quædam probabilis, animum inducens ad aliquid opinandum* apud Farinacium *eadem quæſt.* 36. *num.* 152. & Silueſtrum *in verb. probabile.* Itemque quando dicitur à Mantica *de coniectur. vlt. voluntat. lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 9. coniecturam poſſe definiri, vt ſit *rationabile veſtigium latentis veritatis, vnde naſcitur opinio ſapientum.* in quibus dicendi modis *coniectura* accipitur *obiectiuè* non *formaliter*, ſumpto ly *formaliter*, provt dicit actum intellectus, *obiectiuè* autem, provt dicit id, circa quod verſatur actus intellectus, tanquam circa rationem tendendi: quam terminorum explicationem neceſſe eſt afferre pro iis, qui in ſcholis verſati non ſunt.

185 In ſenſu autem *obiectiuo* ferè ſemper accipitur terminus *indicium*, rarò autem in *formali.*

Quo fit, vt quando dicitur, ſumi *indicium, præſumptionem*, & *coniecturam* pro eodem, id verum regulariter fit, ſi comparetur indicium ad coniecturam, & præſumptionem ſumptas *obiectiuè*, non autem ſi comparetur ad eaſdem ſumptas *formaliter.*

Actus enim, quo de te iudico aliquid mali, aliquando quidem dicitur *præſumptio*, & *coniectura*, rarò autem dicitur *indicium.*

Obſeruo item, quòd inter *præſumptionem*, & *coniecturam* nulla prorſus eſt diſtinctio, ſi ſumantur *formaliter*, id eſt, provt ſe tenent ex parte intellectus. 186

Cum enim præſumptio dicatur *probabilis coniectura*, itemque *ratiocinatio à veriſimili ſumpta.* Farinac. *quæſt.* 36. *num.* 73. *per typi errorem* 37. *ex Baldo, Mantica, & aliis*, & coniectura dicatur *veri opinio ex ſigno probabi deducta*, vt modo dixi,

Iam ſequitur, quod hæc duo ſunt vnum, & idem, cum *ratiocinari à veriſimili*, & *opinari probabiliter*, ſint formaliter idem, ſumpto ly *formaliter*, qui eſt terminus æquiuocus, provt dicit idem quod *eſſentialiter.*

Vnde & ſumuntur *coniectura*, & *præſumptio* pro eodem apud Doctores, vt notat Farinacius *quæſt.* 36. *num.* 160. & *num.* 273. *de indic. & tort.* Maſcardus *concluſ.* 1230. *num.* 39. & tantummodò inuoluunt diſcrimen, quatenus vel aliquando vnum ſumitur *obiectiuè*, ſeu ex parte obiecti, alterum verò *formaliter*, ſeu ex parte intellectus, vt verba Doctorum conſideranti patebit.

Sed ſiue ſit diſcrimen inter præſumptionem, coniecturam, & indicium, ſiue non ſit, ego ad imitationem Canteræ *qq. criminal. pag.* 254. *colum.* 1. proteſtor, me idem dicere de indiciis, & de præſumptionibus, & de coniecturis, & accipere vnum pro alio.

Non ſufficere indicia remota in hac cauſa.

Dico ſecundò, quòd ſi hæc tertia ſententia loquatur de indiciis, hoc eſt *ſignis informantibus animum Iudicis ad ſuſpicandum*, id enim importat nomen *indicij.* Farinac. *quæſt.* 36. *num.* 34. quod eſſe medium intellectuale veritatis eliciendæ ex aliqua circunſtantia ſingulari 187

lari ſurgens, dicit Vulpell. *reſponſo* 109. *num.* 6. & eſſe ſignum rei geſtæ, puta perpetrati delicti, dicit Ant. de Ballis *varior. tract. lib.* 1. *q.* 1. *n.* 2.

Indiciis inquam remotis, hoc eſt *non reſpicientibus immediatè veritatem delicti per ſenſum viſus, vel auditus, iuxta ſubſtantiæ materiam, ſed circumſtantias*, vt ſunt fama, fuga delinquentis, & ſimilia. Farinacius *citat. quæſt.* 36. *n.* 47. Carena *de offic. ſanctæ Inquiſitionis, part.* 3. *titulo* 10. *num.* 7. id enim ſignificat nomen *indicij remoti.*

Itemque de leuibus, quæ mihi videntur parum diſtare à remotis, inter quæ leuia numeratur aſſertio vulnerati morientis, vt ſi dicat, ſe à Petro vulneratum, grauis inimicitia præcedens, aſſertio ſocij, qua ſocium criminis detegit. Baldell. *lib.* 4. *diſput.* 15. *n.* 13. *tomo* 1. Leonardus Leſſius *lib.* 2. *de iuſt. cap.* 29. *num.* 150. vbi quòd hæc ſufficiant, ad capiendas informationes, & etiam ad capturam, ſpectata conditione perſonæ, & cauſæ, & cæteris circumſtantiis, non tamen ad formandum libellum inquiſitionis contra aliquem, neque ad torturam.

Exiſtimo, eamdem ſententiam valdè remotam eſſe ab intentione Gregorij XIV. in cauſa immunitatis, ac proinde non ſufficere indicia remota. Ciarlinus *controuerſiar. forenſ. cap.* 12. *num.* 42.

188 Nimis enim fallaciter cognoſceret Iudex Epiſcopus, commiſſum eſſe delictum exceptum, ſi ſolis indiciis remotis, quæ propriè ſunt motiua, & coincidunt cum coniecturis remotis *obiectiuè* acceptis, in iudicando niteretur, ſicut etiam ſi niteretur leuibus, quæ *frequenter, & facilè contingit abeſſe*; ſic enim deſcribitur indicium. Farinac. *citat. quæſt.* 36. *num.* 54. Bordon. *tomo* 3. *controuerſiar.* 39. *num.* 8.

Quæ leuia nec plenam, nec ſemiplenam probationem vnquam faciunt, & conſequenter neque ad condemnationem in pœnam ordinariam, neque ad infligendam torturam ſufficiunt. Salelles. *citat. lib.* 2. *cap.* 3. *regula* 182. *num.* 176.

Nec credo, vllum ex Doctoribus, qui cenſent, ſufficere indicia, in hac cauſa, nec ſe ſe vlterius explicant, intelligi velle de indiciis remotis, & leuibus.

Sicut nec de ſententia contumaciali, cum hæc nullatenus probet delictum, ideoque non ſufficiat ad extrahendum delinquentem à loco immuni, vt ex Congregatione Epiſcoporum *in vna Cremonenſi.* 27. *Iulij*, 1618. teſtatur Thomas del Bene *de immun. & iuriſd. Eccleſ. cap.* 16. *dub.* 42. *ſect.* 1. *num.* 14. *parte* 2. 189

Non videri improbabile, quòd ſufficiant in hac cauſa nidicia ſufficientia ad torturam.

Si verò loquatur eadem ſententiâ de indiciis ſufficientibus ad torturam, provt loquuntur à me, *num.* 172. citati Caſtilius, Sanfelicius, Regēs Conſtantius, Merlinus, Pignatellus, Riccius, Guazzinus, & S. Congregatio immunitatis, ſi verum eſt, quod audiuit ab eo fide digno Antoninus Diana, itemque ſi hoc voluit Clemens VIII. qui apud Ioannem Carolum Antonellum *de regim. Eccleſiæ Epiſcopalis, lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 100. dicitur ex teſtimonio Riccij, declaraſſe, quòd ſufficiant ſola indicia ad probandam qualitatem dictæ Conſtitutionis, quæ tamen declaratio authentica non eſt, ac proinde neque obligatoria. 190

Ego ex mea ſententia nihil audeo definire, ſed ſolùm dico, videri mihi non improbabilem opinionem præcitatorum, qui volunt, ſufficere dicta indicia in hac cauſa, quæ demum ciuilis ſolummodò eſt, & examinat, an commiſſa ſint crimina, quæ ex zelo efficaci iuſtitiæ vindicatiuæ ob natura-

lem ipſorum turpitudinem, fuerunt per diſcretum Pontificem ſemota à participatione immunitatis Eccleſiarum, vt circa eorum punitionem Iudex laicus exerceat cenſuram ſuam in bonum commune ad ſatisfaciendum Reipublicæ pro offenſa præterita, & abſterrendos in futurum homines, ne delinquant.

191 Vnde quia confeſſio extraiudicialis, quæ ſi iurata foret, faceret plenam probationem, & concurrentibus aliquibus coniecturis, ſufficeret ad condemnandum pro delicto. Carer. *in practic. crimin. fol. mihi* 48. *n*. 17.

Excluſo iuramento, facit ſolùm indicium ad torturam. Thomas Sanchez *de matrim. lib*. 10. *diſp*. 12. *num*. 48. *& tomo* 2. *conſilior. moral. lib*. 6. *cap*. 3. *dub*. 15. *num*. 8. vbi quòd neceſſe eſt, vt hæc confeſſio ſit in ſpecie, vt: *occidi hominem talem*: & non ſufficiat in genere, vt: *occidi hominem*. Mancin. *tract. de confeſſ. cap*. 2. *num*. 8. *&* 24. Carauita *comment. ſuper Ritibus magnæ Curiæ. Ritu* 235. *n*. 17. Ioſeph Maſcardus *concluſ*. 1391. *n*. 28. ſi modo per duos, vel tres teſtes plenè probata ſit. Thomas Sanchez *citat. dub*. 15. *num*. 8. Mancin. *loc. cit*. Simanca *Cathol. inſtit. ti*. 65. *num*. 27. Leſſius *de iuſt. lib*. 2. *cap*. 29. *num*. 157. Horatius Perſius *in ſemicenturia conſilior. criminal. conſ*. 7. *num*. 11. qui *conſ*. 19. *num*. 5. parificat confeſſionem extraiudicialem cum fama publica, quæ quando eſt legitimè probata, habetque ortum ex aliqua cauſa veriſimili, & in delictis occultis, & difficilis probationis, facit indicium ad torturam. & plures alij apud Giurbam *conſ*. 87. *num*. 20.

Itemque, quia confeſſio facta coram Iudice incompetenti, (id eſt, qui non habet poteſtatem cognoſcendi in cauſa, eo quòd vel reus non ſit ipſi ſubditus, vel cauſa, ſit exempta,) ſufficit, vt reus, licèt non poſſit condemnari à proprio Iudice, *cap. at ſi Clerici de iudic.* poſſit tamen torqueri, tanquam ex indicio, quod maximam præſumptionem criminis ingerit. Leſſius *de iuſtitia, lib*. 2. *cap*. 29. *num*. 158. Anton. de Ballis *variar. tractat. lib*. 1. *quæſt*. 14. *num*. 14.

Sufficient hæ confeſſiones in ſentententia præcitatorum Caſtilij, Sanfelicij, Regentis Conſtantij, &c. in cauſa immunitatis.

Quod multò magis in eadem ſententia dicendum, ſi adſit dictum vnius teſtis omni exceptione maioris, qui actui interfuerit, quique de viſu immediatè deponat, cum hoc ſit maximum omnium indiciorum ad torturam, vt notat Carena *cit. tit*. 10. *num*. 29. ex pluribus, Anton. de Ballis *varior. tractat. lib*. 1. *q*. 10. *num*. 1. *&* 2. vbi *num*. 3. ampliat doctrinam, licèt non ſit omni exceptione maior, ſi deponit de occultis, & difficilis probationis. 192

Idem dicito de aliis indiciis ſufficientibus ad torturam, quæ tamen per teſtium depoſitionem probanda ſunt, vt ſupponunt meritò Riccius *citat. reſol*. 450. *numer*. 3. *in praxi aurea, verſic. ac etiam ſi deponant*. Sebaſt. Guazzin *citat. defenſ*. 1. *c*. 3. *num*. 9. Merlin. Pignatell. *cit. centur*. 1. *cap*. 40. *num*. 9. §. *tertiò*. vel ſaltem per vnum teſtem, ſi proxima ſint actui, iuxta deducta per me *ſupra n*. 182. 193

Plura indicia dubitata poſſe coniungi ad faciendum indubitatum, quod ſufficiat in hac cauſa.

Eſt autem dubium, an ſi plura indicia concurrant, quæ ſingula per ſe ſe conſiderata, non ſint indubitata, neque ita Iudicis intellectum arctent, quin poſſit in contrarium inclinari, ſumpta tamen ſimul, conſtituant vnum indubitatum, quod ſatis ſit ad priuandum reum excepti delicti beneficio immunitatis. 194

Reſpondeo, quòd ſi in caſibus aliàs occultis, & difficilis probationis concurr

iunguntur plura dubitata, dummodò non ſint remota, & leuia, quia hæc ſic remota, & leuia excluduntur à præſenti conſideratione. Ciarlin. *c.* 10. *num.* 127. coniunguntur inquam ad faciendum vnum indubitatum. Farinac. *q.* 36. *n.* 41. *& q.* 86. *num.* 59. Vulpell. *reſponſo* 109. *n.* 10 *ad finem*, & ad faciendam plenam probationem Iuliuus Carthar. *deciſ.* 49. *num.* 49. & pluſquàm plenam. Vulpell. *reſponſo* 118. *num.* 24. *&* 25. vbi *num.* 24. agit in caſu violatæ fidei, quæ violatio proditoria eſt, iuxta *ſupra à me dicta in* §. 12. pluſquàm inquam plenam, ex qua reus poſſit condemnari Farinac. *citat. num.* 59. Iuliuus Chartar. *deciſ.* 41. *num.* 30. *& deciſ.* 49. *num.* 50. etiam in pœnam ordinariam ſecundùm Porrum *in faſciculo rerum criminal. pag.* 736. vbi loquitur de vxoricida proditorio, id quod Senatus Cataloniæ pluries decreuit, teſte Merlino Pignatello *controuerſ. forenſ. centuria* 1. *cap.* 64. *num.* 19. ſed multò melius in pœnam ſolùm extraordinariam, vt volunt tum Iuliuus Chartar. *deciſ.* 50. *num.* 8. qui idem dicit de præſumptionibus etiam probabilibus, & vehemẽtibus, immo & de violentis, atque indubitatis, *dec.* 49. *n.* 55. 56. 57. *&* 58. quod etiam dicit Montic. *in prax. crim. reg.* 7. *n.* 22. excludens pœnam corporalem, tum Farinac. *q.* 50. *n.* 38. *&* 39. *& rurſum quæſt.* 86. *num.* 62 *iuncto num.* 59. Tiraquell. *de pœnis temperand. cauſa* 27. & de indiciis indubitatis idem Chartar. *eadem deciſ.* 49. *num.* 59. Ciarlin. *cap.* 10. *num.* 139. *& cap.* 12. *num.* 19. Plaza *epit. delictor. cap.* 19. *num.* 16. Vermigliol. *conſil. crimin.* 381. Leſſius *de iuſtit. lib.* 2. *cap.* 29. *num.* 169. Baldell. *lib.* 4. *diſput.* 15. *num.* 10. *tomo* 1. Ioan. Angel. Boſſ. *varior. moral. parte* 1. *tit.* 1. §. 27. *num.* 498. Ripa *de nocturno tempore, cap.* 57. *num.* 38. & alij multi, quos citat, & ſequitur Sperel. *dec.* 108. *num.* 43. Royas *ſingulari* 164. *num.* 4. Thomas Sanchez *conſilior. moral. lib.* 3. *cap. vnic. dub.* 12. *num.* 14. quæ pœna extraordinaria reducitur ad pecuniariam ex ſententia Carer. *in pract. folio mihi* 37. *num.* 3. vbi quòd quando ex aliqua cauſa pœna ordinaria minoratur, reducitur ad pecuniariam, & expreſsè in caſu indiciorum indubitatorum id docet idem Carer. *folio mihi* 205. *col.* 4. *num.* 6. Royas *citat. ſingulari* 164. *num.* 3. & quo ad Iudices inferiores admittit Bordon. *cit. controuerſ.* 39. *num.* 13. ſecus verò quò ad ſupremos, quos in delictis atrocibus occultis, & difficilis probationis vult poſſe condemnare pœna ordinaria vehementiſſimè indiciatos, quæ eſt doctrina Carenæ *de officio ſanctæ Inquiſitionis, parte* 2. *tit.* 12. *de ſortileg.* §. 32. *num.* 260.

Puto in materia ciuili, & mitiori, cuiuſmodi eſt cauſa immunitatis, vt dixi §. 8. *à num.* 66. multò melius prædicta plura dubitata indicia poſſe coniungi ad formandam cognitionem legitimam ſuper delicto excepto occulto pro excluſione immunitatis, id quod ad effectum criminalem in cauſa propinationis veneni, quæ proditoria eſt, ſuſtinuit Portell. *reſponſor. moral. tomo.* 2. *caſu* 28. *num.* 10. 195

Ducor autem, quia cum indicium ſit *coniectura ex probabilibus, & non neceſſariis orta, ex quibus poteſt abeſſe veritas, ſed non veriſimilitudo.* Vermigl. *conſ.* 119. *num.* 1. Farinac. *q.* 36. *num.* 28. Carena *de offic. S. Inquiſit. parte* 3. *tit.* 10. *num.* 4. Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib.* 1. *tit.* 1. *n.* 7. quæ veriſimilitudo eſt non leuis in indiciis eo ipſo, quòd ad torquendos homines ſufficiunt. 196

Iam iſtæ veriſimilitudines conglobatæ, in Iudice non obſtricto ad rigorem plenarum probationum, vt patet ex dictis in cenſura primæ ſententiæ, videntur generare aſſenſum de commiſſione delicti excepti occulti, & aliter non probabilis, moraliter certum in ordine ad effectum merè ciuilem, ad iudicium ſcilicet de competentia iuriſdictionis pro Iudice ſeculari in reum confugam.

197 Quidquid cenſeat Ciarlin. *citat. c. 12 num.* 43. ad priuationem immunitatis non ſufficere vnum indicium indubitatum, quod reſultet ex coniunctione plurium dubitatorum, bene tamen ſi cum illo coniungatur vnum indubitatum per ſe, vt contigit in caſu, de quo Ciarlin. *in eo cap.* 12.

Neque enim allegat Ciarlinus rationem, cur admittat indubitata per ſe, non autem indubitata ex coniunctione plurium dubitatorum, cum tamen ex vtriſque ſequatur in iudicante aſſenſus moraliter certus, ſufficiens ad iudicandum, iuxta dicenda *infra n.* 229. *&* 230.

Indicia indubitata ſufficere ad intentum Gregorij XIV.

198 Dico tertio, quòd ſi hæc tertia ſententia loquatur de indiciis indubitatis, exiſtimo cum citat. Ciarl. *cap.* 10. *n.* 89. *cap.* 12. *num.* 11. *& ſeq. cap.* 14. *num.* 3. & *cap.* 151 *num.* 12. Diana *cit. parte 6. tract.* 1. *reſol.* 31. *ad finem*, ſufficere eadem indicia ad intentum Gregorij XIV. in ordine ad excluſionem immunitatis pro delictis exceptis.

Sicuti qualitas proditoria dicitur ſatis probata per indicia indubitata ad excludendum ab indulto. Maſtrill. *comment. ad indultum generalem*, *c.* 29. *ſed per typi errorem* 31. *in meo libro, pag.* 135. *num.* 21.

199 Parificantur enim indicia indubitata, & violentæ præſumptiones, vt innuit Ciarlin. *citat. cap.* 12. *num.* 6. *& n.* 10. *§. ideo in noſtro caſu*, & expreſsè aſſerit Salelles *de materiis Tribunalium ſanctæ Inquiſitionis lib.* 2. *cap.* 3. *regula* 182. *num.* 174.

Quæ immo ego exiſtimo cum Monticell. *in praxi crimin. regula* 11. *n.* 6. eſſe omnino idem, ſi ſumantur formaliter, prout ſunt actus intellectus, quamuis videantur accipi interdum præſumptio quidem formaliter, vt actus, indicium autem, vt motiuum ad actum, ac proinde obiectiuè.

Quando autem habemus violentas præſumptiones, ſeu indicia indubitata, quæ tamen probentur, dicitur, verè conſtare de delicto, quia talia indicia, & præſumptiones dicuntur liquidiſſimæ iuris probationes. Ciarlin. *citat. cap.* 12. *num.* 11. & pro veris probationibus ſunt habenda. Simanca *tit.* 50. *n.* 5. cum ius nihil temerè præſumat, ſed ducatur ad præſumendum ex aliqua cauſa rationabili, & iuſta. Bardi *de conſcient. diſcept.* 5. *cap.* 5. *num.* 5. & ex iis non minus reus conuincitur, quàm teſtibus, & ſcripturis. Ciarlin. *cit. num.* 11. & per ea ponitur veritas ante oculos Iudicis. Ciarlin. *citat. cap.* 12. *num.* 16. adeo vt conuictus per indicia indubitata, non appellet, ſicut quando eſt per teſtes conuictus. Carer. *in practic. crimin. folio mihi* 2. *num.* 12. & condemnari poſſit. Silueſter *in verb. probatio, num.* 7. remiſſiuè ad *quæſt.* 1. vbi allegat *cap. ſi quis Dominus*, 32. *quæſt.* 1. vbi Gloſſ. *in verb. ſuſpicio.* 200

Et ad rem hanc facit pulcherrimus textus relatus per Boerium *parte* 1. *deciſ.* 164. *num.* 4 *folio* 421. *col.* 1. *ad finem.* ex *l. non omnes*, *§. à Barbaris.* ibi: *quod enim liquidò probari non poteſt, argumentis probatur, ff. de re milit.* quem refert, & ſequitur Alberic. *in ſuo dictionario in verb. argumenta*: id eſt indicia. 201

Vnde Paſqualig. *deciſ.* 158. *num.* 7. dicit, quòd indicia indubitata in criminibus occultis, & difficilis probationis faciunt plenam probationem, & allegat *l. fin. C. de probat.* & aliquos Doctores, additque *alios communiter.*

Si autem vnum indicium indubitatum ſufficit ad criminaliter condemnandum. Farinacius *quæſt.* 86. *numer.* 63. multò magis debet vnum indubitatum ſufficere ad ciuiliter adiudicandum ſeculari curiæ reum confugam in cauſa immunitatis.

Indicia

Indicia indubitata non exigere, vt res non poſſit aliter ſe habere.

102 Quænam ſint indubitata indicia, non ita facile explicatu eſt.

Quidam, inter quos Vermigliol. *conſil. criminal.* 381. *num.* 6. *&* *conſ.* 396. *n.* 4. dicunt, *indicia indubitata eſſe, quando poſſibile non eſt, rem ſe aliter habere.*

Quæ doctrina eſt optima, ſi non ſtet taxatiuè, ac proinde ad rationem *indubitati* non exigat impoſſibilitatem aliter ſe habendi, ſed permittat, eamdem rationem ſubſiſtere cum aliqua poſſibilitate ſe aliter habendi modo iamiam explicando.

103 Conſonat autem eadem doctrina cum traditis per Didacum à Cantera *qq. criminal. pag. mihi* 338. *colum.* 1. vbi loquitur de præſumptione vehementiſſima, quæ poſſet appellari indicium indubitatiſſimum, & eſt, *quæ hominem inducit ad credendum illud, quòd præſumitur, taliter quòd non poteſt adduci ad aliud, nec ad alios actus.* Ita Cantera, qui exemplum ſtatuit, ſi quis intra cubiculum vnius oſtij vociferetur, ſe pugione vulnerari, & duo, aut tres omni exceptione maiores audiant, & confeſtim allapſi, inueniant in vnico illo cubiculi oſtio, per quod nullus alius fugit hominem cum pugione ſanguinolento egredientem, videantque intra cubiculum cadauer pugione vulneratum; certè enim, ſi hoc probetur per illos tres teſtes, illa præſumptio erit vehementiſſima contra illum hominem, cum in hoc caſu non poſſit animus Iuducis induci ad aliud, niſi ad credendum, quòd homo ille vulnera illa intulit.

104 Simile vehementiſſimæ præſumptionis exemplum ponit Sarmientus *ſelectar. interpretat. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 9. ſi quis videat Titium viuum, Semproniumque nudato enſe domum ingreſſum, eum perſequentem, occiſumque Titium ſtatim inuenerit, adeo enim credet à Sempronio occiſum, ac ſi eum propriis oculis occidi vidiſſet.

Et de hoc indiciorum indubitatorum genere accipiendum eſt id, quod Ciarlin. *controuerſ. forenſ. cap.* 151. *num.* 12. Merlin. Pignatell. *citat. cap.* 64. *num.* 16. ſupponunt, dari ſcilicet indicia omnino indubitata, quæ æquipolleant veræ & certæ probationi.

Itemque quod ſupponunt Boër. *deciſ.* 164. *num.* 3. Ægid. Boſſ. *tit. de conuictis, num.* 26. *folio* 90. & habetur *in l. ſciant cuncti. C. de probat.* dari indicia indubitata luce clariora: & Franciſcus Brunus *tract. de indic. & tort. q.* 5. *primæ partis, n.* 5. dari euidentia.

In his autem caſibus deberi ex pro- 105
bata præſumptione vehementiſſima, ſeu indicio pœnam delicti ordinariam, docet expreſsè Cantera *loc. cit. & rurſum pag.* 348. *colum.* 2. *verſ. ſed certè ſaluo meliori.* Garonus *variar. reſol. cap.* 11. *in verb. indicia, num.* 28. & alij relati, & reiecti per Giurbam *conſ.* 43. *n.* 23.

Quam tamen pœnam, etiam in caſu præſumptionum violentiſſimarum, & vrgentiſſimarum, adeo vt in mente iudicis nihil aliud reſtet, quod credere in contrarium debeat, temperandam eſſe docent meritò Monticell. *in praxi crimin. reg.* 11. *num.* 20. *iuncto* 22. Farinac. *quæſt.* 86. *num.* 33. *&* 34. Moron. *tractat. de fide, treuga, & pace, parte* 2. *q.* 54. *num.* 1. Ægidius Boſſius *tit. de conuictis, n.* 35. *folio* 91. Bordon. *tomo* 3. *controuerſiarum moral.* 39 *numer.* 8. *§. Hoc autem.* Magon. *deciſ. Lucenſ.* 39. *num.* 13. Boer. *deciſ.* 164. *num.* 6. & in caſus contingentia obtinuit Paulus de Caſtro relatus, & approbatus per Tiraquell. *de pœn. temper. cauſa* 27. *n.* 2. & per Ioſephum Maſcardum *concluſ.* 1237. *n.* 58.

Etiamſi pœnam non eſſe diuiden- 106
dam ob defectum probationis, quæ ſolùm præſumptiua ſit, ſed ſolùm ob defectum culpæ vel alterius ſimilis rei,

vt ſi minor, ſi iuſto dolore motus ſi iratus quis deliquerit, ac proinde in caſu probationis præſumptiuæ reum eſſe omnino abſoluendum, ſuſtineat, Sarmient. *toto cap.* 1. *citat.* digniſſimus qui legatur, ſed mei inſtituti non eſt hæc diſcutere exactè.

207 Quòd ſi doctrina illa Vermiglioli ſtet taxatiuè.

Contra efficaciter eſt, quia cócubitus nudi cum nuda facit indicium indubitatum, ſeu violentam præſumptionem adulterij. Bordon. *cit. num.* 8. & alij omnes, teſte Thoma Sanchez *de matrim. lib.* 10. *diſputat.* 12. *num.* 43. Petrus Sutor *de poteſtate Eccleſiæ in occultis, cap.* 26. *folio* 172. *à tergo.*

208 Quòd quamuis verè, directè, & concludenter probari non poſſit, id eſt cum certitudine metaphyſica. Maſcardus *concluſ.* 57. *num.* 3. Thomas Sanchez *de matrim. citat. lib.* 10. *diſput.* 12. *num.* 40. *&* 41. Didacus à Cantera *qq. criminal. pag.* 496. *numer.* 52. Monticell. *in praxi crimin. reg.* 11. *num.* 3. Martinus Perez *de matrim. diſputat.* 56. *ſect.* 5. *num.* 2. Iuliuus Chartar. *deciſ. crimin.* 49. *num.* 93. Vigellius *in dialect. iuris pag. mihi* 528. etiámſi vir proſtratam mulierem premat. Bertazzol. *conſ.* 20. *numer.* 11. *iuncto num.* 9. *lib.* 1.

Moraliter nihilominus, & ſufficienter per dictam præſumptionem, & indubitatum indicium probatur. Michael. Milliar. *inter conſ. matrimon. per Zilettum collecta, conſ.* 18. *num.* 4. Bellett. *inquiſit. clerical. parte* 1. *tit. de fauore clericorum reali*, §. 4. *n.* 75. vbi quòd parificatur commiſiſſe adulterium, & cum muliere iacuiſſe. Seraphin. *deciſ.* 226. *num.* 2. *ex cap.* 1. *& cap. ſignificaſti de adulter.* Bertazzol. *conſ.* 273. *num.* 5. *lib.* 2. Ricc. *parte* 2. *dec.* 39. *num.* 2. Iuliuus Chartar. *deciſ. crimin.* 49. *num.* 45. Blanc. *tractat. de indiciis, num.* 69. Genuenſ. *in practicabilibus Eccleſ. q.* 139. *num.* 4. Ripa *tractat. de nocturno tempore, cap.* 36. *num.* 4. & quidem probatur plenè. Idem Ripa *citat. cap.* 36. *num.* 21. in ordine ad ferendam propter illud ſententiam diuortij. Thomas Sanchez *citat. num.* 40. Perez *citat. lect.* 5. *num.* 3. vterque *ex cap. literis, de præſumpt.* Ripa *citat. c.* 36. *num.* 27. & ad dotis amiſſionem. Bertazzol. *conſ.* 20. *num.* 8. *lib.* 1. Ripa *eodem n.* 27. cum ibi per eum allegatis Grato, Maſcardo, nec ſolùm ad diuortij ſententiam, ſed etiam ad impediendum matrimonium, immo & ad pœnam imponendam pro crimine. Riccius *part.* 2. *deciſ.* 39. *num.* 3. *ex Lapo allegat.* 53. Carer. *in practic. crimin. folio mihi* 171. *num.* 36. Monticell. *citat. reg.* 11. *num.* 3. Cantera *loco citato.* Ripa *citat. cap.* 36. *n.* 22. Nicol. Vigell. *citat. pag.* 528. vbi quòd ſi crimina occulta ſint, quæ de ſui natura plenè probari non poſſint veluti *adulterium*, conſpiratio, veneficium, falſa moneta, & ſimilia, in his coniecturæ, & præſumptiones loco plenæ probationis ſufficiunt ad condemnandum; ex coniecturis enim dicitur quid manifeſtè conſtare. Genuenſ. *citat. num.* 4.

Et tamen in hoc caſu indicij indubitati de adulterio (nota, mi Lector) res aliter ſe habere poteſt circa adulterij conſummationem requiſitam ad prædictos effectus. 209

Quamuis enim quiſpiam nudus ſupra nudam fœminam in ipſo actu reperiatur, fieri tamen poteſt, vt fœmina ſit arctá, vel vir impotens, aut non ſeminet intra vas, vt obſeruant citat. Sanchez *numer.* 40. Perez *citat. ſection.* 5. *num.* 2.

Vnde qui ſic vidit virum ſuper mulierem, non poteſt iurare, quod vidit eos in ipſo actu adulterij. Cantera *cit. num.* 52. quod intellige quò ad conſummationem.

Non eſt ergo de intrinſeca ratione indicij indubitati, quòd res aliter ſe habere non poſſit.

In

In quo conſiſtat indubitatio indiciorum.

210 Iuliuus Chartar. *deciſ.*94. *numer.* 97. Farinac. *de indic. & tort. quæſt.* 36. *num.*36. Carena *de offic. ſanctæ Inquiſitionis parte* 2. *tit.* 12. *num.*160. *& parte* 3. *tit.* 10. *num.* 5. Merlin. Pignatel. *controu. forenſ. centur.* 1. *cap.*64. *num.* 17. Ciarlinus *cap.* 12. *num.* 10. Sperell. *deciſ.* 101. *num.*41. Garon. *variar. reſol. c.* 11 *in verb. indicia, num.* 29. Sebaſt. Guazzin. *defenſ.*33. *cap.* 15. *num.* 1. & alij deſcribunt indicium indubitatum, vt ſit, *quod mouet animum Iudicis ad neceſſariò credendum, reum tale delictum commiſiſſe, ita vt ex illo animus Iudicis violentetur, ac neceſſitetur ad ita credendum, nec poſſit ad aliud trahi.*

Vel: *Plena rei demonſtratio per ſigna ſufficientia, per quæ animus in aliquo, tanquam exiſtenti vero, quieſcit, & plus inueſtigare non curat.* Baldus, & alij, quos allegat Maſcardus *concluſ.* 1391. *num.*22. Farinacius *citat. quæſt.*36. *num.*37. Menochius *de præſumpt. quæſt.*7. *num.* 16. Iuliuus Chartar. *deciſ.* 94. *num.* 98. doctiſſimus D. meus Comes Andreolus *parte* 2. *controuerſ.* 172. *num.*2. Petrus Sutor *de poteſtate Eccleſiæ in occultis cap.*26. *fol.*174. Sperell. *cit. n.*41.

211 Sed ego hanc violentiam, & neceſſitatem, itemque hanc demonſtrationem intelligo ſecundùm id, quod accidit *moraliter*, & communiter.

Nonnunquam enim, licet rariſſimè, contingit, vt id, de quo conſtabat per indicium *moraliter*, & humano, communique modo certum & indubitatum, ad condemnationem in aliqua pœna ſufficiens, nedùm ad torturam.

212 Quale cenſetur, ſi quis viſus ſit exire pallidus de domo aliqua vnum tantùm exitum habente, cum gladio euaginato, aut ſanguinolento, & in ea domo reperiatur aliquis mortuus, quod eſt exemplum communiter traditum pro indubitato indiciò in materia homicidij à Doctoribus apud Ciarlinum *cit. cap.* 12. *num* 6. Monticell. *in cit. reg.* 11. *num.* 15. Bordon. *citat. controu.* 39. *num.*8. Carerium *folio* 37. *col.*4. *num.*3. Leſſium *de iuſtit. lib* 2. *cap.*29. *num.* 169. Ioannem Baptiſtam Corradum *reſponſ. parte* 2. *quæſt.*269. Laurentium de Portel. *in dub. Regular. verb. correctio Fratrum, n.*25. Baldell. *tomo* 1. *lib.*4. *diſp.* 15. *num.*10. Guazzin. *cit. def.*33. *c.*15. *n.*2. Clarum §. *fin. q.* 21. *num.*29. *iuncta additione Giacharij, littera M.* Andreolum *vbi ſupra num.* 5. Ambertum de Antramonia *tractat. de quæſt. & tort. num.* 22. Thomam Sanchez *conſilior. moral. lib.*3. *cap. vnic. dub.* 12. *n.* 14. qui vocat hoc indicium *præſumptionem violentiſſimam*, & apud alios.

Omnino tamen ſe aliter habeat à parte rei, de qua difformitate plures caſus habentur apud Doctores, ſed ille præſertim apud Franciſcum Caſonium *in ſuo libello de indiciis, tractat.* 11. *num.* 5. qui *num.* 4. dicit, quòd indicia per Scriptores appellata *indubitata*, non ſunt adeo indubitata, quin aduerſùs ea poſſit probari, ſicut probatum fuit in prædicto caſu ipſius Caſonij, in quo quidam occidit enſe alium, & relicto enſe, fugit. Superuenit autem amicus interfecti, & dum apprehenſo enſe cruento, ſequeretur homicidam, captus eſt, & liberatus, quia in contrarium probauit.

Potuiſſet etiam ipſe feciſſe quidem homicidium, ſed cauſa defenſionis. Leſſius *lib.* 3. *de iuſtit. cap.* 29. *num.* 169. Sanchez *citat. num.* 14. Baldell *citat. n.*10. vel alio modo inculpabili. Sanchez *ibidem.* vel alius occidiſſe ſe ipſum, & hic abſtuliſſe gladium, ſicuti fecit Vliſſes, qui abſtulit enſem ab Aiace inuento occiſo in ſilua, miniſterio ſuimet, & accuſatus à Teucro huius homicidij, vt notat Menoch. *de arbitr. Iudic. caſu* 270. *num.* 19.

Et Ægid. Broſſ. *tit. de conuictis, n.*45. 213
dicit, quòd indicia nunquam ſunt adeo

indubitata, quin quamdam ſollicitam dubitationem recipiant, quod idem dicit Thomas Sanchez *conſilior. moral. cit. lib. 3. cap. vnic. dub. 12. n. 12.*

214 Et Bordon. *citat. controuerſ.* 39. *num.* 8. dicit, indicium *grauiſſimum*, ſeu *vrgentiſſimum*, (nota efficaciam horum terminorum) & indubitatum eſſe illud, ex quo ferè ſemper multùm veriſimilitudinaliter deducitur perpetratum crimen, & quaſi plenam facere probationem; quia *frequentiſſime*, & facillimè ſolet adeſſe, & coniungi cum delicto, tanquam cauſa cum ſuo effectu, vnde & ad condemnandum ſufficit.

Et *numer.* 9. idem Auctor reddit rationem, cur dixerit, indicium indubitatum *quaſi plenè* probare, & non ſimpliciter veritatem, *quia cum indicium, quodcunque illud ſit, faciat ſolum coniecturam, & præſumptionem, non poteſt inferre veritatem, ſcientiam, & certitudinem* (*intellige metaphyſicam*) *delicti; quia coniectura, & præſumptio ſunt quid minus veritate, & ſcientia; nam illis ſubeſſe poteſt falſitas, non iſtis: plena verò probatio fundatur in veritate delicti cogniti teſtibus legitimis, integris, & omni exceptione maioribus, aut in euidentia facti.* Ita Bordonus, & optimè.

215 Et Simanca *Cathol. inſtit. tit.* 50. *n.* 26. loquens in materia hæreſis, dicit, quòd violenta ſuſpicio, quæ idem eſt cum violenta præſumptione, atque indubitato indicio, *eſt illa, quæ prouenit ex ſignis exterioribus operum, aut verborum, ex quibus concludi ſolet efficaciter, & ferè ſemper, quod talia dicens, aut faciens eſt hæreticus: vt ſi quis propoſitiones hæreticas publicè aſſerat, aut adoret ſepulcrum Mahumetis; nam etſi poſſibile ſit, quod iſta ſine intellectus errore, aut ſine pertinacia dicantur, aut fiant, Eccleſia tamen, quæ iudicat exteriora, præſumit violenter, eiuſmodi homines hæreticos eſſe, niſi forte, &c.* Ita Simanca ad rem meam *opportuniſſime.*

216 Et Didacus à Cantera à me citatus *ſupra num.* 181. dicit, quòd *præſumptio violenta*, quæ vt dixi, eſt idem cum indubitato indicio, *eſt, quæ adducit animum Iudicis ad credendum illud, quod præſumitur, taliter quod violenter credat, illud eſſe verum; quia à communiter accidentibus ſemper illud ſit.*

Et Paſqualig. *deciſ.* 158. *num.* 7. quòd illa ſunt indicia indubitata, *quæ faciunt Iudicem non dubitare, licet credat aliter potuiſſe contingere; quia hæc credulitas eſt dubitatio, non practica, ſed ſpeculatiua.*

Ex quibus omnibus ſapientiſſimè enunciatis ego colligo, quod *indubitatio indicij* ad rem moralem deſumi non debet ex neceſſitate obiecti ad ſic ſe habendum, prout apprehenditur, ſed ex neceſſitate intellectus ita debentis apprehendere, quia *regulariter*, & *communiter* inter homines ſic ſe habet ipſum obiectum, cum quo tamen ſtat, vt aliquando, quamuis rariſſimè, aliter ſe habeat. 217

Et ex hac poſſibilitate rariſſimæ difformitatis obiecti ab eo, quod apprehenditur prudenter, & communiter, non reſultat, vt indicium indubitatum, & violenta præſumptio demereantur titulum *indubitati*, & *liquidiſſimæ iuris probationis*; quia ſecundùm moralem, & prudentem æſtimationem cenſentur talia. 218

Et cum dubium, quod remanet ex indiciis grauiſſimis, ſit leue, ac tenue, pro nihilo reputatur, ac proinde ſimilia indicia vocātur *indubitata*, & quaſi veritas ipſa, & certitudo in ipſis contingit. Ita Bordon. *citat. controuerſ.* 39. *n.* 13. cuius dicto robur affert generalis doctrina Caramuelis *in Theol. fundam. n.* 2. & *n.* 1901. quòd in regimine morum rationes leues ita ſe habent, ac ſi verè eſſent nullæ qua ratione vtitur hic magus Doctor ad probandum, dubium poſitiuum, quod ſecundùm ipſum, tunc eſt quando ratione aliqua leui præpedior, eſſe virtualiter negatiuum. 219

Et

Digitized by Google

Et meritò dicit Bordonus contingere, *quaſi veritatem, & certitudinem* in indiciis indubitatis, etiamſi non repugnet ſubeſſe falſum rariſſimè.

Certitudo moralis quæ?

220 Nam eſt hic ſermo de certitudine morali, quæ ex Iulio Mercoro *in Baſi totius moralis Theologiæ, parte 1. artic. 8. pag. 18. eſt, quando, attentis particularibus, & propriis rationibus obiecti, impoſſibile eſt aliter ſe habere, licet ſecundùm quaſdam rationes communes non repugnet aliter eſſe, & de facto aliquando, ſed rarò, aliter ſe habet: & dicitur certitudo moralis, quia attenditur penes mores hominum, vſus, conſuetudines, & ea quæ vt plurimum eueniunt.*

221 *Exempli gratia. Atteſtatio in ſcriptis proprij Parochi facit certam fidem, quòd aliquis ſit baptizatus. Hæc certitudo eſt ſolùm moralis; quia etſi attenta ratione particulari atteſtantis, ſcilicet in quantum Parochus curam habens animarum, quia præſumitur verax, ideo etiam eius atteſtatio præſumitur non poſſe aliter eſſe; tamen ſecundùm quandam rationem communem, ſcilicet conſiderando Parochum, in quantum eſt homo, non repugnat, eius atteſtationem eſſe falſam, iuxta illud Prophetæ: omnis homo mendax.*

222 *Ex hoc tamen non ſequitur, certitudinem moralem aliquid dubietatis admittere; quamuis enim obiectum, attenta ratione communi, poſſit aliter ſe habere, quia hoc eſt per accidens cum de raro eueniat, nullo modo præiudicat certitudini morali, vt non dicatur ſimpliciter, & vera certitudo, de cuius eſſentia eſt, vt nullum dubium admittat.* Ita ad verbum egregiè Iulius Mercorus, qui *eadem prima parte, articulo decimoquinto, pagina quadrageſima ſexta, columna prima ad initium,* Rurſum iuxta prædicta dicit.

Certum certitudine morali eſt, quod, 223
attentis circumſtantiis, & communiter accidentibus, & propriis rationibus obiecti, non poteſt aliter ſe habere, & ideo vt in pluribus verificatur, vt in dato exemplo de ſcriptura Notarij. Nota (*vt in pluribus.*)

Pagina autem 45. columna 2. ad finem. 224
Ponit illud Notarij exemplum his verbis: *Scriptura Notarij facit fidem; quia Notarius eſt perſona publica, & iurata, nec præſumitur mentiri, cum tamen poſſit eſſe, quod, attenta humanitate, etiam poſſit mentiri.*

Et pagina vigeſima tertia, articulo no- 225
no primæ partis ad finem. Idem Mercorus dicit, defectibilitatem, quæ deriuatur ex aliqua ratione communi, & remota, non facere obiectum opinabile, ſed certum *moraliter.*

Quibus conſonat dictum Hippolyti Maiæ *obſeruatione decima tertia, numero quinquageſimoquinto*, quòd veritas à *communiter accidentibus* inducitur.

Et in terminis quòd iudicium fun- 226
datum in coniecturis, quæ idem ſunt cum indiciis denominetur *moraliter* certum, inueni apud Silueſtrum *in verb. probabile*, vbi quòd *certitudo moralis non contingit ex euidentia demonſtrationis, ſed ex coniecturis probabilibus, groſſis, & figuralibus. Vnde dicitur in 1. libro Ethicorum: indiſciplinati eſt in vnaquaque re certitudines quærere iuxta exigentiam materiæ; æquè enim vitioſum eſt perſuadentem quærere mathematicum, & moralem demonſtrantem.* Ita doctiſſimus Silueſter.

Cui conſentit Thomas Sanchez *de matrimon. lib. 10. diſp. 12. num. 42.* vbi quòd adulterium, quamuis non plenè, & indubitata certitudine cognitũ; ea enim eſt impoſſibilis, eſt tamen cognitum *certitudine morali*, & ex vrgenti præſumptione, id quod etiam dicit Martin. Perez *de matrim. diſp. 56. ſect. 5 num. 2.* Ioan. Baptiſta Corradus *reſponſor. parte 2. quæſt. 269.* vbi etiam dicit, quòd ſi

quis euaginato gladio, & ſanguine aſperſo, deprehendatur iuxta occiſum, maxime inimicum ſuum, ſignum eſt *certum.*

227 Et quòd Iudex poſſit habere certitudinem *moralem* ex indiciis violentis, ſufficientem ad reum damnandum ad pœnam arbitrariam, docent in terminis Mercorus *citat.1.parte, art.9.ad finem pag.* 23. *colum.* 1. Leſſius *de iuſtit. lib.* 2. *cap.*29.*num.*169. §. *quod probari poteſt.*

Et quòd ex coniecturis, & indiciis præcipuis habeatur euidens probatio, dicunt Rodriguez *qq.regul.tom.*4.*tit.*11. *cap.6.num.*3.*&* 6.colligens *conſtanter*, inquit, *& dilucidè*. Panormitan. *in cap.cum contingat.de reſcrip.n.*3. Pellizzar. *in man. Regular. tom.*2. *tractat.*9. *cap.*4. *num.*164. Venturin. *conſ.*1 *num.*267. *& conſ.*44.*n.*3. vbi quòd probatio per coniecturas dicitur legalis, & euidentiſsima. Carena, & Petrus de Barbobus à me citati *ſupra n.*178. Vericell. *qq.moral. & legal.tract.*8. *quæſt.*44.*num.*9.*ſect.*2. & alij paſsim, quibus accedit Bertazzol. *conſ.*105.*num.*10. *lib.* 1. vbi quòd ex pluribus indiciis fit vera probatio: quod vtique Doctorum dictum venit intelligendum de *euidentia morali.*

228 Quibus animaduerſis, ego approbare non poſſum id, quod dicunt Giurba *conſ.*71.*num.*3. Iacobus Butrigar. relatus, & non improbatus per Farinacium *quæſt.*36.*num.*36. & rurſum *quæſt.*86.*n.*67. Iuliuus Chartar. *deciſ.crimin.*41.*num.*19. ſi poſſibile ſit, rem aliter ſe habere, indicium tunc non dici indubitatum.

229 Immeritò enim hi Doctores ab indiciis communiter appellatis *indubitatis*, quæ ſcilicet non habent quidem logicam, ſeu metaphyſicam certitudinem.

Quæ nimirum eſt, quando penſatis omnibus rationibus tam communibus, quàm particularibus obiecti, impoſſibile eſt, aliter rem ſe habere: exempli gratia: *Deus eſt colendus: adulterium eſt peccatum.* Iulius Mercorus *in citat. baſi, parte* 1. *artic.*8. *pagina* 18. *colum.* 1.

Sed tamen habent certitudinem moralem, cui non repugnat aliqua formido. Mercorus *cit.part.*1.*art.*15.*pag.*47. Verricell. *citat. tractat.*8. *quæſt.*44.*ſect.*2. *num.* 10. quod intellige de formidine ſpeculatiua:

Immeritò inquam ſeiungunt rationem *indubitati* ab his indiciis, cum hæc ratio ſubſiſtat optimè in ſola morali certitudine, quæ iure naturæ ſufficit Iudici ad legitimè iudicandum. Leſsius *cit.§.quod probari poteſt,num.*169.

Satis enim Iudici eſt, vt ferat prudentiale iudicium, ad quod ſufficit certitudo moralis. Mercor. *cit.pag.*18.*col.*1.*art.*8. *parte* 1. Vericell. *cit.tractat.*8.*q.*44.*num.*2. quam haberi poſſe, immo & debere, ſuppoſuit Tullius in Verrem dicens: *Iudex bonus eſſe non poteſt, qui ſuſpicione certa non moueatur.* 230

Sed vt res hæc tanti momenti diſtinctius percipiatur, ſciendum eſt, quòd *certitudo moralis* habet tres gradus, nempe ſummum, medium, & infimum. 231

Summa moralis certitudo eſt, quæ omnem oppoſiti formidinem excludit, vt cum dicimus, Romam eſſe.

Media, quæ minimam aliquam formidinem admittit.

Infima, quæ maiorem formidinē habet.

Itaque iudicialis probatio, ſi plena ſit, rariſſimè cauſat ſummam certitudinem moralem, ſimilem illi, qua dicimus, Romam eſſe cauſat autem moralem certitudinē mediam, & hæc media moralis certitudo ſufficit, vt imponatur pœna ordinaria delicti.

Quando autē iudicialis probatio eſt quaſi plena, ſeu pluſquàm ſemiplena, aut conſtans ex duabus ſemiplenis probationibus, tunc ea probatio non relinquit delictum dubium, ſed moraliter certum, certitudine tamen morali non ſumma, neque media, ſed infima.

Quare infima certitudo moralis ſufficit, vt leuiori, ſeu extraordinaria pœna puniatur delictum. Hæc de gradibus moralis certitudinis tradit Vericell. *citat. tractat.* 8. *quæſt.*44 *ſectione* 2.*num.*10. *&*

tractat.

tractat. 2. *q.* 13. *num.* 2. vtrobique ex Alexandro Peſantio 1. 2. *q.* 92. *art.* 5. *diſp.* 2. *in fine.*

232 Poſſunt ergo prædicta indicia dici *indubitata*, *clara*, *euidentia*, *certa*, indubitatione, claritate, euidentia, & certitudine morali, quamuis infimi gradus, ad differentiam aliorum *indubitatorum* indubitatione, clariiate, euidentia, & certitudine quaſi metaphyſica, de quibus locutus ſum in præſenti, §. *n.* 203. & 204.

Sed hoc diſcrimen in gradu indubitationis, claritatis, euidentiæ, & certitudinis non facit, quin æquè conueniat ratio, & appellatio *indubitati, clari, euidentis, & certi*, tam his ſecundis indiciis, quàm illis primis, in ordine ad regulandum iudicium humanum, & morale, non autem ſuperlunare, & Angelicum tum Iudicum Eccleſiaſticorum, & laicorum ad condemnandum; vt euidentiſſimè patet in allato caſu adulterij, quod immo à fortiori volunt Thomas Triuiſanus *libro* 2. *deciſ.* 12. *num.* 5. & alij apud Thomam Sanchez *de matrimon. lib.* 10. *diſputat.* 12. *num* 46. probari per ſolos actus veneris præparatorios, nedum per inſpectionem nudi, cum nuda; tum Iudicis immunitatis, de qua procedit mea diſceptatio.

233 Dixi *quaſi metaphyſica*; nam in illis etiam caſibus, in quibus apprehenditur ſummus, & exceſſiuus gradus indubitationis, qui demum ſiſtit intra latitudinem certitudinis moralis infimæ, ſed in plus, poteſt, ſi res attentè perpendatur, inueniri aliquod principium dubitandi, an res aliter ſe habuerit.

Verbi gratia. In caſu Cantetæ relato per me, *num.* 203. poteſt dubitari, quòd fortaſſe ille vociferans eſſet delirus, & falsò diceret, ſe ab altero vulnerari, & tamen ipſemet ex furore ſeipſum vulneraſſet arrepto pugione proprio illius hominis, qui poſtea conſpiceretur exire de cubiculo cum recuperato pugione ſuo cruento.

Quæ quamuis parum veriſimilia ſint, non ſunt tamen apertiſſimè falſa, nec improbabilia.

Vnde vlterius infero, quòd Giurba, Chartarius, & alij volentes, non eſſe indubitatum indicium, ſi poſſibile ſit, rem aliter ſe habere, tollunt de mundo *indubitata indicia*, cum nullum ſit, in quod apud ſubtiles cadere non poſſit ſaltem tenuiſſima dubitatio, fundata in aliquali non repugnantia aliter ſe habendi, vt paulò ante dixi. 234

Et alioqui ſequeretur, quòd inter certitudinem reſultantem ex vera probatione, & reſultantem ex indiciis indubitatis nullum prorſus eſſet diſcrimen, quod quamuis admiſſuri facilè ſint aliqui, ego tamen admittere non poſſum, cum vera probatio habeatur per inſpectionem ocularem teſtium, probatio autem indicialis habeatur per diſcurſum intellectualem obnoxium fallaciis multò magis, quàm ſit ſenſus, regulariter loquendo, vt propterea meritò dixerit Cantera *queſtion. criminal. pagina* 257. *colum.* 1. quòd indicia, quantumcunque ſint indubitata, ſunt tantùm præſumptiones.

Sed adhuc vrgeo remouentes rationem *indubitati* ab indiciis, ex eo quòd poſſibile ſit, rem aliter ſe habere, & ab ipſis quæro, an quando Iudex virtute depoſitionis legitimorum teſtium ocularium omni exceptione maiorum ſuper aliquo delicto, fert iudicium, & ſententiam, motiuum iudicandi, quòd innititur auctoritate deponentium, ſit indubitatum, necnè. 235

Si dicant, eſſe indubitatum, vti dicere debent, cum non poſſit aſſignari inter homines ratio fortior ad iudicandum de veritate facti, quàm hæc vſquequaque plena, & irrefragabilis probatio, quæ in iure appellatur *clarior luce meridiana.*

Contra eſt.

Nam

Nam etiam in hoc caſu poſſibile eſt, rem aliter ſe habere, & deponi falſò vel ex malitia clandeſtina teſtium, vel ex eorumdem innocenti deceptione circa veritatem ipſius rei, quod idem dico de ipſomet reo confitente ſe reum, in quo voluntariè mentiri poteſt ad effugienda tormenta.

Ergo *indubitatio* ſaluatur cum poſſibilitate aliter ſe habendi, itemque *certitudo moralis*, cum ſit oraculum ſancti Thomæ 2.2.*quæſt*.70.*art*.2.*in corpore*. ex Philoſopho *in* 1. *Ethicor*. quòd certitudo non eſt ſimiliter quærenda in omni materia.

236 *In actibus enim humanis, ſuper quibus conſtituuntur iudicia, & exiguntur teſtimonia, non poteſt haberi certitudo demonſtratiua, eo quòd ſunt contingentia, & variabilia: & ideo, ſufficit probabilis certitudo, quæ vt in pluribus veritatem attingat, & ſic in paucioribus à veritate deficiat.* Ita S.Doctor.

Ex cuius doctrina ſatis conficitur, quòd etiam *indubitatio* legitimi indicij poteſt in paucioribus à veritate deficere, & contenta eſt, vt veritatem attingat in pluribus.

Quæro enim ab aduerſariis maiorẽ rationem, propter quam poſſibilitas habendi ſe aliter non deſtruat rationem *indubitati* in iudicio ex depoſitionibus legitimis idoneorum teſtium lato, & deſtruat eamdem rationem in iis indiciis, quæ communiter *indubitata* appellamus?

At cum non poſſit aſſignari maior hæc ratio, neceſſe eſt conſequenter, vt vel vtrobique negetur *indubitatio*, vel vtrobique concedatur: non poteſt fieri primum: ergo fiat ſecundum.

Non nego tamen, facilius poſſe contingere, vt aliter veritas ſe habeat in caſu indiciorum indubitatorum, quàm in caſu probationum legitimarum per teſtes oculares.

Sed inde conficitur ſolùm quòd certitudo in primo caſu ſit in gradu inferiori, quàm in ſecundo: vtrobique tamen eſt *certitudo moralis*, cui ego contendo, poſſibilitatem aliter ſe habendi non repugnare ex parte obiecti.

Quarta Sententia.

Aliqui demum ſentiunt, illas dici veras in terminis huius Conſtitutionis Gregorianæ probationes, quas lex habet pro veris, & ſecundùm ſubiectam materiam. 237

Ac proinde vbi caſus fuerit difficilis probationis, probationes illæ tunc erunt veræ, quæ de iure reputantur ſufficientes ad probandum illud delictum. Ita Antonius de Ballis *variorum tract. lib*.5.*de pragmat. regni, pragmat. vnic. tit*.42.*n*.8.

Qui Auctor ad illam obiectionem, quòd in *Bulla Gregorij XIV. ſuper immunitate Eccleſiarum*, verba ſunt conditionalia *cognito prius*, quæ debent plenè verificari, reſpondet, debere intelligi de plena illa probatione, quæ de iure habetur pro plena. 238

Vel dicendum, quod lex Lucius, vbi Doctor. intelligitur de conditione hominis, non legis: & ſic illæ doctrinæ non verificantur in iſta Conſtitutione. 239

Et iſta interpretatio videtur ſatis æqua, & conformis cum dicta Conſtitutione, quæ vtitur his verbis alibi: prædicta delicta, eorumque aliquod iudicio ſuo commiſiſſe videbuntur: Et ſic probatio remittitur arbitrio Epiſcopi: & ſi ſtaret prima interpretatio, cenſeretur Pontifex, ſe correxiſſe in ipſa Conſtitutione circa modum probandi, quod dicendum non eſt. 240

Et hæc ſententia magis clarè probatur per reſcriptum Clementis VIII. &c. Huc vſque ad verbum Antonius de Ballis.

Fortaſſe autem eſt huius ſententiæ D. Paſſer. quatenus *in ſuo tract. de pollut. Eccleſiarum, diſputat*. 5. *cap*. 43. *numer*. 5. dicit, priuilegium immunitatis nemini denegandum eſſe, niſi quatenus,

nus, & provt de exceptione legitima *legitimè conſtiterit.*

Cenſura huius quartæ. Sententiæ.

241 Hæc ſententia videtur coincidere cum tertia, & differre ſecundùm explicitum, & implicitum.

Tertia enim explicitè admittit coniecturas, præſumptiones, & indicia: hæc verò idem videtur velle implicitè, quatenus admittit pro veris illas probationes, quas pro talibus lex reputat in caſibus difficilis probationis.

242 Tales autem ſunt, quæ fundantur in indiciis, coniecturis, & præſumptionibus modo in ſupra recenſita præcedentis ſententiæ cenſura explicato.

Dico igitur, videri mihi ſatis æquam, & veroſimiliter conformem intentioni Pontificis Legiſlatoris in præcitata Conſtitutione hanc, ſicut & tertiam ſententiam, priuatiuè ad alias duas:

243 Ac proinde reſumendo totam materiam, concludo, nec requiri claram, & plenam probationum delicti excepti, quæ fit per teſtes, vel per facti euidentiam. Maſcardus *de probat. in prælud. quæſt.* 4. *num.* 5. Carena *tract. de Offic. ſanctæ Inquiſitionis, titulo* 13. §. 7. *numero* 29. *parte* 2.

Nec ſufficere probationem merè conſcientialem, quæ formetur quaſi clandeſtinè, ſine citatione, ſine aliquo proceſſu, ſine ſcriptis, ſine publicatione proceſſus, ſine conceſſione dilationum, omnino ſeorſum, & quaſi in arcano ſinu Epiſcopi, ſeu ab eo deputati.

Sed ſufficere notitiam acquiſitam per probationes poſſibiles in facto difficilis probationis, citando tamen partes, formando proceſſum, publicando eumdem, concedendo dilationes, adhibendo teſtes, & quidem iuratos, vt ob religionis vinculum à ſe magis arceant ſatis familiarem libidinem deponēdæ falſitatis in cauſis huiuſmodi.

Et præcipuè ad caſum meæ diſceptationis, quæ tota collimat in cauſam *proditorij*, in ordine ad immunitatem, aſſero, in homicidio proditorio. ſufficere probationem per coniecturas, & præſumptiones ſumptas modo in cenſura præcedentis ſententiæ explicato. 244

Id quod in caſu venenationis, quam in §. 19. tum ex ratione, tum ex auctoritate Doctorum ſupra centum oſtendi eſſe *proditoriam*, ſuſtinet ad effectum criminalem expreſsè Laurentius de Portel *tomo* 2. *reſponſor. moral. caſu* 28. *num.* 1. & 8. vbi quòd ad probanda crimina, quæ ſunt difficilis probationis, & quæ de ordinario fiunt in occulto, vt ſodomia, adulterium, *veneni propinatio*, quam etiam inter crimina occulta probatuque difficilia numerat Farinacius *quæſt.* 86. *num.* 35. Alba *conſil.* 72. *num.* 2. *lib.* 1. Simon de Prætis *de interpr. vltimar. volunt. lib.* 1. *ſolut.* 11. *num.* 6. Seraphinus Maſſinus *de confiſcatione, q.* 31. *num.* 53. Caball. *de omni genere homicid. num.* 631. Muta *deciſ. Sicil.* 1. *num.* 16. Sebaſtianus Guazzin. *defenſ.* 3. *cap.* 5. *num.* 1. *tomo* 1. & ſimilia, non requiritur tam clara probatio per teſtes oculatos, aliàs nunquam probarentur, cum tales delinquentes ſoleant effugere oculos aliorum, ac proinde crimina atrociſſima remanerent impunita: ſufficit ergo ad probanda crimina difficilis probationis violenta præſumptio. Ita Portel. 245

Idem in caſu venenationis item ad eumdem effectum criminalem tradunt Muſcatell. *in pract. criminali, titulo de homicidio ſimplici, num.* 46. & 47. *fol. mihi* 17. *col.* 3. *ad medium* Thomas Grammaticus *voto* 3. *num.* 3. Nicolaus Vigellius *in dialectica iuris, pag. mihi* 528. Guazzin. *citat. cap.* 5. *num.* 1. Farinac. *quæſt.* 122. *num.* 54. Simon de Prætis *citat. num.* 6. Seraphinus Maſſinus *citato numero* 53. Muta

*citat.decis.*1.*num.*16.Hondedeus *conſ.*88. *num.*2.*lib.*2.Baiard. ad clarum *quæſt.* 68. *num.*128. volentes, hanc præſumptionem, & coniecturalem probationem, ob occultam naturam *veneficij*;ſic enim appellatur homicidium per venenum. Muſcatell. *vbi ſupra num.* 43. ſufficere loco plenæ probationis ad condemnandum, quod tamen intelligo cum Farinac. *ibid. n.*55. non quo ad pœnam mortis,ſed quo ad extraordinariam.

Et in eadem caſu procedendum eſſe atrociter ad eruendam veritatem, & leuiores probationes admittendas, & leuiora indicia, etiamſi non per omnia ſeruetur ordo iuris, docet Alba *citat. conſ.*72.*num.*1.& ſufficere in delicto veneni leuiora indicia, tradit Anton. de Ballis *varior.tractatuum, lib.*1. *q.*4.*n.*18. quod etiam aſſerit Decian. *tract.crimin. lib.*9.*cap.*24 *n.*20. tum ratione atrocitatis,tum ratione clandeſtinitatis.

246 Quòd ſi hic *proditorij homicidij*, *ex veneno caſus* probatur ſufficienter per præſumptiones, & coniecturas ob naturalem ſuam clandeſtinitatem, cur non etiam alij caſus homicidij proditorij,quamuis eueniant aliis à venenaria propinatione diſtinctis modis.

Vtrobique ſiquidem apparet eadem ratio, clandeſtinitas nempe naturalis ipſorum caſuum,qualicunque demum inſidiandi modo veſtiantur; quia modus ſemper clandeſtinus eſt ſimpliciter,etſi differre poſſit ſecundũ magis,& minus,vel rariusnõ fieri occultè in caſu veneni,minus rarò in aliis caſibus,vnde tamẽ non tollitur,quin *communiter,moraliter,vt plurimum,regulariter,*& ſecundùm obiecti naturalem conditionem *proditiones* ſint occultæ,& tales cẽſeantur in communi conceptu hominum.

Quare meritò numerauit *proditiones* indiſtinctè inter crimina ſecreta,& difficile probabilia Ioan.Maria Monticel. *in praxi crimin.regula* 10.*n.*33.

Et confirmatur ex generali concluſione ſancita per Farinac. *q.*86. *n.*35. *ad med.*quòd ea dicũtur delicta occulta,& difficilis probationis, quorum probatio à communiter accidentibus,Iudicis arbitrio non facile haberi poteſt.

Sunt verò planè huiuſmodi omnes proditiones, vt paulò ante dixi, & nemo ſapiens inficiabitur.

Certè oſtendatur mihi à cõtradictoribus neceſſe eſt,ex quo capite *proditorium per venenum* ſufficienter probetur ex præſumptionibus,alia verò proditoria requirant aliquid amplius, cum tamen omnia ſint eiuſdẽ ſpeciei atomæ, iuxta à me dicta § 26 *ſect.*1.atque in tenebris perpetrentur vt plurimum.

Illud etiã perpendo,quòd in venenatione, & in aliquibus aliis proditoriis interueniunt *dolus, fraus, ſimulatio*, qui ſunt vnũ,& idem,& ſolo differunt nomine ſecundùm Scacc.*de iudic.lib.*2.*c.*9. *n.*332. & concurrunt ad proditorium, conſtituendo inſidias,ſine quibus tanquam cauſis neceſſariis ipſum proditorium poni in eſſe non poteſt. 247

Dolus autẽ,fraus,& ſimulatio(inter quæ tamẽ adæquatè ſumpta,eſt aliquale diſcrimen videndum apud S.Thom. 2.2.*q.*55.*art.*4. vbi de dolo, & *art.*5.vbi de fraude,& rurſum *q.*118.*art.*8. *in corpore*,vbi de vtroque,& *q.*111.*art.*1.vbi de ſimulatione, & apud Petr. de Ognate *tom.*3.*de contract.oneroſis,diſput.*66.*ſect.*1. *n.*5.) ſi ſumantur ſecundùm quòd cõſiſtũt in interno actu,quo modo illa ſumit Scacc.*n.*310.& propriè dicũt *excogitationẽ viarum non verarum,ſed ſimulatarum, & apparentiũ ad proſequendũ malum finem,& propriè pertinet ad aſtutiã* de qua idem S.Thom. *cit.q.*55. *art.*4.*in corpore.*

Sũt difficilis probationis,vt nominatim de dolo aduertit.Scac.*vbi ſup.n.*312. &ex omnium affirmatione Celſ. Barg. *tract.de dolo,l.*4.*c.*8.*n.*31.ideoque probari nõ poſſunt de directo,ſed ſolùm per indicia,quæ proueniũt ex actibus interioribus, vt de dolo dicit idem Scaccia *n.*313.& prius *n.*309. Nauarr.in manuali *c.*17.*n.*177.Cabal.*de omni genere homic.*

num.

*num.*187. Seraphin. Maſſin. *de confiſcat. quæſt.*21.*num.*19. Venturin.*conſ.*39.*n.*80. Celſus Bargalius *citato cap.* 8. *num.* 18. *iuncto num.*29. §.*quæſt.*4.*Cum autem.* vbi quòd conſuetudo legis eſt in his, quæ non poſſunt ſui natura directam probationem recipere, præſumptiuas, & coniecturales probationes, pro directis, & concludentibus accipere: & de fraude Scaccia *num.*319. Venturin.*loc. cit.* Ioan.Boniſac.*lib.de furtis*, §.4.*Fraudulosa*, *num.* 4. & latiſſimè Maſcardus *concluſ.* 815. Gratianus *diſceptat. forenſ. tomo* 2.*cap.*255.*num.*4. Maſſin.*loc.citat.*& de ſimulatione idem Scaccia *num.* 324. Rota *deciſ.*120.*num.* 5. *poſt tractatum de cenſibus Duardi.*Bertazzol.*conſ.*269.*n.*14. *lib.* 2. Marcus Mantua *conſ.*221. *num.* 2. *lib.* 2. vbi quòd coniecturæ ſunt loco directarum probationum: quam doctrinam puto à nemine poſſe negari, cum non appareat, quo modo aliter probari queant hæc merè interna.

248 Quòd ſi hæc venenationis præſumptiua probatio ſufficit ad condemnandum criminaliter ad aliquam pœnam per Iudicem ſecularem, cur non ſufficiat ad ciuiliter adiudicandum foro ſeculari reum per Iudicem immunitatis, cum teſte Magonio *deciſ. Lucenſ.* 58. *num.*12.*in ſummario.*argumentum à criminali ad ciuilem cauſam procedat? Immo à fortiori, cum cauſa criminalis ſit maior, & grauior, quàm ciuilis. De Tonduti Sanleger *quæſt. & reſol. beneficial.lib.*1.*c.* 117.*n.*1.*vol.*1.

249 Sufficere autem præſumptiuam probationem pro quovis proditorio, magis confirmo ex generali doctrina Benintendi *deciſ.Rotæ Bononien. concluſ.*43. *num.*3.& 4. quòd in his, quæ ita difficilia ſunt in probando, iura non requirunt præciſam, & concludentem probationem, ſed ſatis eſt probare per aliqua media, per quæ ſit veriſimilitudo vrgens, rem ita eſſe, provt videmus in adulterio, quod eſt quidam actus ſecretus ſui natura, adeo vt eſſet difficile vnquam probare, niſi per quædam externa arguentia veriſimiliter ipſam copulam, puta quando teſtes dicunt, vidiſſe amaſium cum amaſia ſolos in loco ſecreto, vel nudum cum nuda in lecto, vt *in cap.tertio loco, & in c.literis, de præſumpt.*

Pariter etiam in probandis his, quæ fiunt in domo, quæ non poſſunt de facili probari per extraneos, ideo iura tolerant probationem per domeſticas perſonas, immo & per ſuos, vbi aliàs non admitterentur, vt habentur *in l. fin.C.de repud.& in l.*11.*C.quando, & quibus* 4.*parte,lib.*11. Ita ad verbum Benintendus.

Conſonant alij Doctores, qui communiter aſſerunt, in delictis occultis, & quæ ſunt difficilis probationis, præſumptiuam, & coniecturatam probationem haberi pro plena, & concludenti probatione, & ſunt præter citatos & approbatos à Farinacio *quæſt.* 2. *num.* 12. Honded. *conſ.*88. *num.*1.*lib.*2. Anton.Leoncil.*deciſ.*84.*num.*7.Laurentius de Portel *reſponſor.moral. tomo* 2.*caſu* 109. §. *quia verò*,*pag.*839. Magonius *deciſ.Florent.* 123. *num.* 6. Spathatius *in aurea methodo corrigendi Regulares, tract.* 8. *num* 7. Ripa *tract. de nocturno tempore, cap.*16.*num.*16. Royas *ſingulari* 112.*n.*9. & *ſingulari* 164. *num.* 7. meritò dicens eſſe regulam iuris. Viuius *commun. opinionum* 439. *num.* 26. ex conſilio Alexandri Trentacinquij. Oſaſc. *deciſ.* 72. *numer.* 1. Thomas Triulſanus *deciſ.* 46. *n.*2.*lib.*2. Pellizz.*in manuali Regul.tom.*2. *tractat.* 9. *cap.* 4. *num.* 164. Maſcardus *concluſ.*1152.*num.*3. Celſus Bargal.*tract. de dolo, lib.*4. *cap.* 8. *num.* 34. Bertazzol. *conſil.*82. *num.*28.*lib.*1. & *conſ.*105 *num.*9. vbi quòd quando agitur de probando eo, quod eſt difficilis probationis, ſufficit etiam probatio per coniecturas, & *conſilio* 273. *numero ſeptimo*, & *octauo*, *libro ſecundo*, vbi quod reſpectu ſæuitiarum, quæ à communiter acciden- 250

Fff 2 tibus

tibus in occulto fiunt, & vt plurimum in domo, non eſt dubium, quod ſunt difficilis probationis, & admittuntur etiam probationes non plenæ & teſtes etiam ſingulares Ioannes Bonifacius *libro de furtis*, §. 2. *Eſt num.* 18. *&* §. 11. *inuito domino, num.* 22. vbi quòd in delictis nocturnis, propter defectum probationis, cõiecturæ ſufficiunt. Venturin. *conſ.* 44 *n.* 1. vbi quod in iure certum eſt. *& n.* 2. Muta *deciſ. Sicil.* 1. *n.* 18. Vmbertus Locatus *in iudiciali Inquiſitor. verb. probatio, num.* 3. Giurba *conſ.* 43. *n.* 22. Albertus Corteſius conciuis meus *conſ. matrimon.* 26. *num.* 17. Petrus de Barbob. *conſ. matrimon.* 24. *num.* 5. *&* *conſ.* 25. *n.* 5. Nicolaus Moronus *tractat. de fide, treuga, & pace, parte* 2. *quæſt.* 54. *num.* 6. Hieronym. à Laurent. *deciſ. Auenion.* 20. *num.* 16. Vulpell. *reſponſ.* 39. *num.* 3. Andreas Gail. *practicarum obſeruat. lib.* 2. *obſeruat.* 149. *num.* 9. vbi exemplificat in delictis, quæ obſcura nocte fiunt, & probabiliter ignorantur, vel quæ in multitudine perpetrantur. Ventriglia *in praxi annot.* 4. §. 3. *num.* 1. Martin Delrio *diſquiſit. magicar. lib.* 5. *ſect.* 3. *ad finem*, vbi quòd in crimine ſortilegij excepto, & occulto, difficiliſque probationis. admitteret, ſufficere ad extraordinariam pœnam, ſed pecuniariam, non corporalem, ſi concurrerent minæ, inimicitiæ, delictum, & conſuetudo exequendi. Excellentiſſ. D. meus Ducalis Conſilij Placẽtiæ Præſes, Comes Ioannes Franciſcus Andreolus *part.* 1. *controuerſiarum, controuerſia* 8. *num.* 3. *&* 4. vbi quòd in his, quæ ſunt difficilis probationis, recedimus à regulis iuris ordinariis, & rigoroſis, & accipiuntur probationes eo modo, quo fieri poſſunt, & debet Iudex eſſe contentus ea probatione, quæ illum trahat in vehementem opinionem, quod vltimum dictum roboratur per dictum Ancharani *conſil.* 24. *n.* 11. laudati per Verricellum *qq. moral. & legal. tract.* 1. *q.* 13. *n.* 2. *ſcire dicimur, quod vehementer opinamur.*

Quanquam loquitur Andreolus in ordine ad effectum ciuilem, ſed quia loquitur indiſtinctè, applicabilis eſt eius doctrina etiam ad effectum criminalem.

Quod idem dico de Petro Franciſ- 251
co de Tonduti Sanleger *volum.* 1. *quæſt. & reſol. ciuilium, lib.* 2. *cap.* 40. *num.* 23. & de egregia doctrina Hieronymi Preuidelli Regienſis *in tract. legali de peſte, ſub titulo de iudiciis, cap.* 13. vbi argumento ducto à traditis per Bartolum *in l. fin. de his, qui not. infam.* docentem, quòd iuſta probatio mortis eſt, quando aliquis intrauit bellum, & modò amplius non reperitur: & per Angelum *in eadem l.* aſſerentem, quòd ad quoddam prælium iuerunt Peruſini, & in conflictu plures mortui ſunt, & multorum cadauera non fuerunt reperta, & nihilominus habiti fuerunt pro mortuis, & eorum hæreditates deuolutæ fuerunt ad eos, quibus deuoluendæ veniebant per mortem.

Dicit, quod ad probandam mortem alicuius, ſufficiet probare, quod is profectus eſt ad locum maxima peſte infectum, & poſtmodùm non reperitur; nam in hoc prælio cœleſti plures occiduntur, quàm in bello terreno.

Et refellens Philippum Corneum *in conſ.* 10. *volum.* 1. volentem, quòd mors infecti non poſsit probari per coniecturas, ſed debeat plenè probari, ex eo quod licet tempore peſtis non ſoleant infirmi viſitari, & homines intereſſe funeri, tamen ſolent deputari Medici, & alij, qui curam habeant infirmorum, & ſepeliendi cadauera mortuorum, per quos probari poſſunt mors, & tempus mortis obeuntium ex peſte.

Dicit Præuidellus, hoc Cornei placitum non eſſe verum, & ex prædictis manifeſtè confundi, cum ad probandam mortem alicuius, ſufficiat probare, quod peſtis domum eius inuaſit, & quod poſtmodùm nunquam apparuit, & iſtam præſumptionem, videlicet

infir

Digitized by Google

infirmum eſſe ex peſte, & poſtea amplius nunquam viſum fuiſſe, ita eſſe violentam, vt excludat illud, quod dicebatur de Medicis, & aliis deputatis ad curam infectorum. Ita Præuidellus.

Et probantur hæc ex Ariſtotelis doctrina 1. *moral. Nicomach.* laudata per Celſum Bargalium *tractat. de dolo, lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 30. vbi quòd multa ſunt, quæ ex natura ſua non poſſunt demonſtratione probari, vt quæ pertinent ad Oratorem, & in his, quæ ſpectant ad moralem philoſophum.

Neque enim ſemper vti poteſt demonſtrationibus, in quibus cum præcipuè verſetur Iuriſconſ. non mirum, ſi ſæpè coniecturis, & præſumptionibus contentus, perinde habeat, ac ſi pleniores eſſent probationes; plurima namque tranſirent ſine prouiſione Legiſlatoris, quod eſſet pernicioſum ciuitati, ſi ad exactam probationem eſſent redigenda.

Perſpicuum eſt, quia nunquam conſtante matrimonio, liceret fœminis dotem repetere, ſi neceſſaria probatione eſſet docendum, maritum vergere ad inopiam. Itidem nunquam reuocaretur donatio tanquam facta in fraudem fiſci, ſi fraudulentus animus eſſet neceſſariò probandus, quippe non valent hæc concludenter, directò probari. Ita doctiſsimus Bargalius.

Probant autem hæc omnia à viris ſapientiſsimis enunciata, ſufficere in occultis, & difficulter probabilibus probationem præſumptiuam.

Id quòd confirmat Portel. *caſu* 28. *num.* 8. ex eo quod *in c. Afferte gladium, de præſumpt.* ait Rubrica illius capituli: *Quòd ex præſumptione violenta fertur diffinitiua.* Iam verò, *inquit Portel,* Rubrica, quæ continet integram ſententiam (ſicut iſta continet) valet pro lege, vt omnes fatentur. Ita Portel.

252 Quid verò magis amat occultationem, & tenebras, quid eſt, probatu difficilius, quàm proditio, aſſaſsinium, hæreſis, & ſimiles ſordes ab imis fæcibus Acherontis emerſæ.

Et adeo habent iura rationem occultationis in huiuſmodi delictis, inter quæ numeratur hæreſis, tractatus proditionum contra Principem, tonſio, aut falſificatio monetæ, vt cenſuerit, concedi proceſſionem ad torturam etiam ex indiciis minus legitimis, doctiſſimus Camillus Campegius *in additionibus ad Zanchinum tractat. de hæreticis, cap.* 9. *in verbo, nunquid poterit torqueri, &c. pag.* 79. etſi contrarium teneant Farinac. *q.* 122. *n.* 59. Sebaſtianus Guazzin. *defenſ.* 30. *n.* 9. 253

Et ſufficere duas, etiam leues, coniecturas, quando tractatus eſt de his, quæ ſecreto ſolent fieri, tradit Decius allegatus, & non improbatus per Fabium Timeum *in additionibus ad Magonium, deciſion. Lucenſ.* 25. *litera A. ad finem.*

Cur ergo, poſitis præallegatis, dici non debeat, diſcretiſſimum Pontificem Gregorium XIV. intendiſſe, vt Iudex immunitatis Epiſcopus in occultiſsimis delictis exceptis, poſt habitas probationes poſsibiles ex grauibus cõiecturis, præſumptionibus, & indiciis, poſt ſeruatam debitam in cognoſcendo formam, procedat ciuiliter ad adiudicandum confugam reum ſeculari cenſuræ, ſi ea cognitio ſufficeret Iudici laico, ad adiudicandum criminaliter reum alicui pœnæ, quod eſt quid grauius, magiſque immediatè reum tangens? 254

Deteſtatus eſt ſanctiſsimus Pater eadem delicta peculiariter, ideoque efficaciter ex zelo vindicatiuæ iuſtitiæ excluſos voluit à gaudio immunitatis auctores eorumdem delictorum. 255

Ergo cenſendus idem ſanctus Pater, non alligaſſe iudicandi formam ad eas plus metaphyſicas, quàm morales probationes, quæ voluntatem ſuam calentem Apoſtolica energia, redderent in-

efficacem prorſus de centum vicibus nonaginta quinque, exoſiſque à ſanctitate ſua delictis turpiſſimis impunitatem relinquerent, vt alibi aduerti, nec voluiſſe plus in cauſa merè ciuili, quàm vniuerſus ſapientum conſenſus velit in cauſa rigidè criminali.

256 Quòd ſi obiicias vulgarum proloquium Iuriſtarum *de neceſſitate habendi probationes luce meridiana clariores ad condemnandum.*

Dico, ad ſummum procedere id in criminalibus, ac proindè non ſequi quidquam hinc contra me, qui loquor in cauſa ciuili.

Addo amplius, quòd etiam in criminibus probatio debet eſſe clara modo prædicto, ſi crimina ſunt facilis, & ordinariæ probationis.

Secus verò de iis, quæ ſunt difficilis probationis, & ordinariè fiunt in occulto; alioqui multa crimina grauia remanerent impunita cum claro, & gno præiudicio Reipublicæ. Laurent. de Portel. *reſponſ. moral. tomo 1. caſu* 28. *n* 8. *&* *caſu* 109. *ad finem.*

Quæ doctrina mirificè elucet in caſu adulterij, quod punibile eſt, & punitur, & tamen abſolutè non eſt probabile euidenter quoad ſuam conſummationem, vt dixi *num.* 209. & ferè ſemper probari ſolùm poteſt per præſumptiones quo ad ipſum concubitum exteriorem viri cum fœmina.

257 Addo inſuper, quòd quando etiam iura requirunt dilucidas probationes, & ſic videntur excludere coniecturas, quia coniectura non eſt dilucida probatio, cum *dilucida probatio* propriè dicatur, quando teſtes ſunt omni exceptione maiores.

Reſponderi poteſt, quòd id non procedit, quando ſubiecta materia aliud ſuadet; quia ſubiecta materia multum operatur, & facit, vt verba improprientur. Ita doctiſſimus Hannibal de Canonicis *in repetitione ſuper l. poſt contractum, ff. de donat. n.* 90. 91. 95. *&* 96. Vnde ſi ſecundùm ſubiectam materiam plena probatio à communiter accidentibus fieri non poſſit, verbi gratia ſi lex, vel ſtatutum dicat, quòd mulier amittat dotem, *ſi plenè probatum fuerit adulterium*, tunc ſatis eſt, vt fiat probatio, provt fieri poteſt in materia adulterij, quod adulterium non poteſt plenè, ſpecificè probari, *cap. præterea, & ibi Doctor. extra. de teſtibus.* Anton. & alij *in cap. ſignificaſti extra. de adult.* ideoque ſatis eſt, quòd adulterium probetur per coniecturas, &c. Ita Hannibal *num.* 96. 97. *&* 98. cui conſonat Anton. de Ballis *varior. tractat. lib.* 3. *quæſt.* 3 *caſu* 1. *num.* 24. vbi quòd in delictis, quæ committuntur occultè, ſufficiunt leuiores probationes, & coniecturæ, cum probatio dicatur ſecundùm ſubiectam materiam, & Gratian. *diſceptat. forenſ. tomo* 2. *cap.* 255 *n.* 5.

Exigat ergo Gregorius XIV. plenam probationem caſuum exceptorum, vt volunt multi, id tamen intelligendum venit ſecundùm ſubiectam materiam, quæ quia à communiter accidentibus non eſt habilis ad plenam in rigore probationem, ideo ſatis habet, vt probetur, provt fieri poteſt, ac proinde coniecturaliter, & præſumptiuè.

Demum vt veritatem hanc, quæ mihi ex dictis ſufficienter ſuadetur, magis confirmem, in ordine maximè ad proditorium, de quo ago præcipuè. 258

Dico quòd vim nullam facit motiuum excitatum per Ciarlinum *citat. cap.* 10. *num.* 92. *controuerſ. forenſ.* quòd ſcilicet non reperitur cautum in iure, vt ad probandum proditorium (& idem dicito de aliis exceptis delictis occultis) ſufficiant probabilia argumenta.

Reſpondeo enim, neceſſariam non eſſe expreſſam iuris ſanctionem in omnibus.

Nam impoſſibile eſt, omnes caſus legibus eſſe comprehenſos, ideoque in iure plura ſimilia à Doctoribus deter

terminari conſueuerunt in vnaquaque materia, vt ad rem ſuam in materia peſtis tunc noua, & per Doctores diligenter tunc temporis non tractata, obſeruat Hieronym. Præuidellus Regienſis *in ſupra citato ſuo legali tractatu de peſte, titulo de indiciis, cap.14. ad initium*, & allegatis teſtibus probat Anton. Maria Coratius *tractat. de communi opinione in præfat. n.14.15.& 16.*

259 Quare cum vniuerſaliter Doctores eruant ex particularibus iuris diſpoſitionibus, verbi gratia circa adulterium, quòd ſtante naturali materiæ clandeſtinitate, & difficultate plenæ & concludentis probationis per ocularem inſpectionem, ſufficiat ſecundùm iuris intentum, probatio ſolùm præſumptiua, coniecturalis, ſeu indicialis in ipſis clandeſtinis.

Iam per bonam conſequentiam in particulari deduci poteſt, quòd ſit conforme intentioni iuris, vt & *proditorium*, & alia crimina occultæ executionis, & difficillimè probabilia, licèt de illis expreſsè in iure cautum non ſit, ſufficienter probentur per coniecturas.

Itemque ad hoc ſuſtinendum, ſufficiat, non reperiri expreſsè cautum in iure, quòd ad horum non expreſſorum probationem, requiratur aliquid amplius, quàm ad probationem aliorum de ſe occultorum, atque ægrè probabilium, de quibus ſanciatur expreſsè in iure, quòd probentur per coniecturas.

260 Neque exiſtimo, quòd quando Pontifex *in cap.1. de homicidio in 6.* ſanxit nullatenus aliam excommunicationis, vel depoſitionis, ſeu diffidationis ſententiam requiri contra facientem per aſſaſſinos, vel tantùm mandantem interfici aliquem, poſtquam *probabilibus conſtiterit argumentis*, eum ſcelus tam execrabile commiſiſſe, voluerit ſpecialiter ſancire, vt aſſaſſinium probari poſſit per probabilia tantùm argumenta.

Quia idem aſſaſſinium hanc facultatem habebat ex naturali ſua clandeſtinitate, cum pauci, vel nulli ſcelus hoc fabricent, id eſt ſuper pecuniæ mercede ad occidendum paciſcantur, & demum occidant coram teſtibus, & quidem maioribus omni exceptione, ac proinde non egebat ſpeciali Pontificia conceſſione.

Sed exiſtimo, quòd idem Pontifex 261
voluerit ſolùm ſancire, vt illæ pœnæ grauiſſimæ locum habeant etiam in caſu probationis tanti delicti per ſola probabilia argumenta, vt præcluderet viam reis eiuſdem delicti ad putandum ſe immunes ab iiſdem pœnis, quotieſcunque de ipſo delicto non conſtaret per plenas probationes.

Et in hoc cogor diſcedere à Claro *§ Aſſaſſinium, §. Præterea, num.5. in vna dictione, & num 6. in alia.* Maſcardo *concluſ.137. num.1.* Diaz *pract. crimin. canonic. cap.100. num.2.* & aliis aſſerentibus abſolutè, aſſaſſinium probari per argumenta probabilia propter eius immanitatem, & allegantibus *citat. cap.1. de homicid. in 6.* quaſi verò id ſancitum ſit in eo capitulo ſpecialiter, vt etiam vult Ciarlin. *citat. cap.10. num.75.* vbi quòd id valdè ſpecialiter eſt in aſſaſſinio tantùm.

Et ſequor Gambacurtam *lib.5. c.34.* 262
num.15. vbi cautiſſimè dicit: *Ad primum quo modo conſtare debeat de hoc delicto, id eſt aſſaſſinio, textus expreſſus in d. cap.1. de homic. lib.6. etiam quo ad grauiſſimas pœnas eo loco expreſſas, ſatis eſſe vult, ſi conſtiterit probabilibus argumentis propter tantam criminis acerbitatem.*

Non dicit autem abſolutè hic Doctor, velle hunc textum, vt ſatis ſit conſtare de aſſaſſinio probabilibus argumentis.

De hoc enim, tanquam conſurgente ex natura delicti per ſe occulti, non erat neceſſaria diſpoſitio, ſed addit *etiam quo ad grauiſſimas pœnas eo loco expreſſas*; ad has enim incurrendas extra caſum plenarum probationum

num

Digitized by Google

num neceſſaria erat Pontificia diſpoſitio, cum pœnæ ſint odioſæ, ac proindè per ſe reſtringendæ ad caſum plenarum probationum, niſi per Legiſlatorem fiat extenſio ad caſum probationum præſumptiuarum.

Stat ergo, quòd *proditorium*, & alia excepta crimina occulta probantur ſufficienter per præſumptiones, coniecturas, & indicia, propter naturalem ipſorum obſcuritatem, & incapacitatem plenioris probationis.

Quia ſi contra reos huiuſmodi criminum exigerentur plenæ in rigore probationes, nunquam, aut rarò conuincerentur de ipſis criminibus: qua ratione vtitur Abbas, quem allegat, & ſequitur Scaccia *de iudicijs, lib. 2. cap. 9. num.* 306. *& num.* 370. ad probandum, quòd vſura probari poteſt per argumenta, coniecturas, & præſumptiones. Idem Scaccia *num.* 305. vbi plures allegat.

Corollarium.

Qui teſtes ſufficiant in cauſa immunitatis.

263 Conſiderato autem iam defectu probationum ex parte obſcuritatis reſultantis ex natura delictorum, & ex parte incapacitatis materiæ, videndum eſt, an eædem probationes tolerare poſſint defectum ex parte teſtium.

Quæ quæſtio, licèt ſit valdè affinis præcedenti, eſt tamen diuerſa, cum dari poſſit caſus, vt delictum exceptum, verbi gratia *proditorium*, ſit patratum in obſcuro, id eſt non coram teſtibus omni exceptione maioribus, vt ſemper ſolet, ſed bene coram teſtibus patientibus exceptionem aliquam, & ideo ambigitur, an ſicuti ex parte materiæ toleratur defectus in ordine ad probationem, ita etiam toleretur ex parte atteſtantium minus idoneorum.

Iam verò infero ex dictis, falſam eſſe ſententiam Michaelis Feri Manrique *in quæſt. moralibus, & vicarialibus, parte* 1. *q.* 57. *per totam*, requirentis in cauſa immunitatis, quæ etiam per ipſum merè ciuilis eſt, teſtes omni exceptione maiores.

Id quod etiam colligi videtur ex generali doctrina Hortenſij Caualcani *in tractat. de teſtibus, parte* 1. *num.* 195. *folio* 48. aſſerentis, teſtes in omnibus cauſis arduis debere eſſe omni exceptione maiores.

Eſt autem ardua immunitatis cauſa. Alexand. Peregrin. *tractat. de immun. Eccleſiarum, cap.* 3. *num.* 25. Manrique *cit. q.* 57. *n.* 10.

Sed contra eſt. 264

Quia cum delictorum exceptorum natura plerumque amet latibula, & tenebras, oderitque conſpectum quorumcunque teſtium, nedum maiorum omni exceptione, iam ſi requirerentur ij teſtes maiores omni exceptione, qui haberi rariſſimè poſſunt, cum pauciſſimi, vel nulli coram honorificis perſonis proditionem, aſſaſſinium, hæreſim, & ſimilia ſpurciſſima committere, vel ad ea violentum indicium præbere audeant.

Rariſſimè, & ferè nunquam eſſet locus iuſtiſſimæ diſpoſitioni Gregorij XIV. contra eorum criminum reos ad Eccleſiam confugas, ac proinde eadem Conſtitutio recederet à naturali conditione legis, quæ debet eſſe exequibilis. Lancellot. Gallia *in conſuetud. Alexandr. in verb. ſolidos, q.* 2. *num.* 5. & adaptari ad caſus frequentes, & morales, non autem reſtringi ad infrequentiſſimos, & quaſi metaphyſicos, vt alibi dixi.

Vnde, ſicuti quando agitur de homicidio ciuiliter, verbi gratia ad effectum docendi de irregularitate alicuius, teſtes aliàs inhabiles, & criminoſi, immo & ſocij criminis admittuntur, qui, ſi criminaliter ageretur, non admit 265

mitterentur Monald. *tomo* 64. *num.* 46. *&* 47.

Cur dici non poſſit, teſtes aliàs inhabiles, concurrentibus aliis adminiculis, admitti debere in cauſa immunitatis, quando caſus eſt difficilis probationis ob naturalem ſuam clandeſtinitatem, cum in eadem cauſa agatur ciuiliter de homicidio, in ordine ſcilicet ad competentiam, vel incompetentiam iuriſdictionis pro Iudice ſeculari?

266 Certè Ciarlinus olim Vicarius generalis Epiſcopi Regienſis, & optimus Iuriſconſultus, *part.* 1 *controu. forenſ. c.* 12. *à n.* 25. contendit ad excludendam immunitatem, admittendum *in cauſa proditorij*, teſtimonium vnius pueri ætatis annorum vndecim, & *n.* 31. dicit, inhabilitatem huius pueri ſuppleri ex multis, quæ ſuperabundant defectum, & primò ex fide integerrima cõteſtis, qui erat vir religioſus, & bonæ vitæ, deinde *n.* 33. ex plurimis adminiculis, & veriſimilitudinibus, ex quibus coadiuuabatur eius depoſitio; bona ſcilicet fama, & vita dicti impuberis, eius ſagacitate & promptitudine, fama publica contra reos de proditorio delicto, quòd nolebant aperiri Conuentum, quòd fugam parabant, quod ſoli erant in Conuentu, qui arma haberent, ex quibus adeo validabatur dictum pueri, vt purgaretur omnis eius defectus, ſicuti conſiderat Farinac. *q.* 62. *n.* 336. *&c.* Ita Ciarlin. & optimè.

267 Cui conſonat Thomas Triuiſanus *deciſ.* 49. *n.* 3. *lib.* 2. docens, vnum teſtem ſupplere inhabilitatem alterius.

Nec longè abeſt Iuliuus Chartarius *deciſ. crimin.* 87. *n.* 30. docens defectum, & inhabilitatem teſtium ſuppleri ex adminiculis, coniecturis, præſumptionibus, & veriſimilitudinibus.

268 Quorum Doctorum placita ſi procedunt in materia criminali, quantò magis procedere debent in ciuili cuiuſmodi eſt immunitas, vt toties dixi?

269 Adde quòd in delictis exceptis admittuntur etiam teſtes inhabiles. Farinacius *q.* 62. *n.* 81. *&* 85. Merlin. Pignatel. *controuerſ. forenſ. c.* 98. *n.* 1. *centuria* 1. dicens, eſſe vulgatum in iure, & in puncto firmat Ciarlin. *cit. c.* 12. *n.* 31.

Et ratione difficilis probationis, minus idonea probatio habetur pro plena. Royas *ſingulari* 201. *n.* 3. Brunorus à Sole *quæſt.* 51. *n.* 7. 270

Vnde in talibus delictis admittuntur teſtes inhabiles. Chartar. *deciſ. crimin.* 87. *num.* 52. Giurba *conſ.* 43. *num.* 28. Criſpoltus *caſu militari* 14. *num.* 12. Magon. *deciſ. Lucenſ.* 30. *num.* 26. Brunor. à Sole *quæſt.* 51. *num.* 9. & quando veritas aliter haberi non poteſt. Iuliuus Chartar. *citat. deciſ. crimin.* 87. *n.* 55. Royas *ſingulari* 201. *n.* 2. vbi quòd domeſtici in cauſa adulterij admittuntur. Marius Antonin. *variar. reſol. lib.* 3. *reſol.* 10. *num.* 11. Ioannes Crotus *de teſtibus, part.* 1. *n.* 23. Muſcatel. *in pract. crimin. titulo de homicidio ſimplici, num.* 36. vbi quòd, cum aliter veritas haberi non poteſt, receditur à regulis iuris communis, id quod etiam dicit Mancin. *tract. de confeſſ. cap.* 3. *art.* 4. *n.* 17. & de admiſſione domeſticorum ad probationem actuũ occultorum Hippolytus Bonacoſſa *in tract. de ſeruis, vel famulis, quæſt.* 216. Viuius *lib.* 2. *deciſ.* 349. *num.* 3.

Et in ſubſidium admittuntur etiam fœminæ de iure canonico in cauſis criminalibus. Iuliuus Chartar. *deciſ. crim.* 12. *num.* 14. Crotus *parte* 1. *de teſtibus, num.* 26. *&* *parte* 3. *num.* 48. & in caſu veneni admiſſa fuit fœmina minor annis 18. apud Mutam. *deciſ. Sicil.* 1. *n.* 13. 271

Et admittuntur propter difficultatem probationis, & probant vſuras ij, qui deponunt, ſe illas ſoluiſſe, dummodò examinentur in fauorem tertij, quamuis videantur intereſſati, & participes delicti. Scaccia *de iudiciis, lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 337. qui tamen non aduertit, nullam in hoc caſu eſſe delicti participationem, cum in vſurarum ſolutione tota turpitudo ſe teneat ex parte

metuantis, nulla auté ex parte mutuarij, cum hic ex iuſta cauſa permittat peccatum alterius, & actum indifferentem faciat, ille autem recipiat auctarium ſupra ſortem ſine iuſto titulo, ac ideo peccet contra iuſtitiam.

Et admiſſi ſunt duo pueri in crimine vxoricidij ab Hippolyto de Marſiliis, qui *in l. infans, ff. ad l. Cornel. de ſicar. num. 37. verſic. & aliàs dum eſſem poteſtas:* refert, ſe condemnaſſe quemdam maritum, qui vxorem haurientem aquam præcipitaſſet in puteum, ex atteſtatione duorum puerorum, qui aliàs non fuiſſent idonei teſtes, quam doctrinam afferunt, & non improbant Decian. *tractat. crimin. lib. 9. cap. 14. num. 7.* Marius Giurba *conſil. 43. num. 28.* Muſcatell. *citat. titulo de homicid. ſimplici, num. 37.* Viuius *commun. opinion. 439. n. 30.* ex conſilio Alexandri Trentacinquij, ſed approbat Muta *deciſ. Sicil. 1. n. 14.* vbi quòd ille maritus fuit *proditor.* Criſpoltus *caſu militari 14. num. 24.*

Et quamuis de iure laicus non valeat in teſtem contra Clericum, & Monachum in cauſa criminali, neque in accuſatorem, niſi ſuam, aut ſuorum iniuriam perſequatur.

Tamen vbi alij teſtes non ſunt, aut eſſe non poſſunt, vt in populo, vbi vnus tantùm eſt Clericus, laici ſunt idonei teſtes, quoniam vt veritas habeatur, cum aliter haberi nequeat, concedendum eſt, quod aliàs non concederetur, vt videlicet recedatur à regulis communibus.

Nam dato oppoſito, fierent Clerici, ſoli habitantes, crimino ſiſſimi, atque etiam Religioſi, promiſſa ſibi impunitate. Ita Emanuel Rodriquez *tomo 2. qq. Regular. quæſt. 9. articulo 2.* cui conſonat Crotus *de teſtibus, parte 3. num. 56.* vbi quod laicus admittitur in teſtem contra Clericum. & *num. 66.* in delictis notoriis.

272 Et admittuntur fœminæ, & minores viginti annis in crimine hæreſis. Didacus à Cantera *qq. criminal. pagina mihi 340. colum. 2. quia,* inquit, & optimè, *à communiter accidentibus ex natura actus, alius teſtis nec actu, nec habitu haberi poteſt; nam delictum hæreſis communiter ſecretè, & occultè fit.* Ita Cantera.

Cuius ratio, ob identitatem applicabiles eſt ad delicta *proditionis*, aſſaſſinij, & ſimilia, quæ communiter in tetro Satanæ ſinu fabricantur.

Confirmantur hæc; quia ſi in delictis exceptis duo ſocij criminis faciunt 273 plenam probationem ad condemnandum. Merlinus Pignatell. *controverſ. forenſ. centur. 1. cap. 64. num. 23.* ex Antonio Gomez *variar. reſol. tomo 3. cap. 12. num. 16.* & Farinac. *quæſt. 43. num. 71. & ſequentibus.* & præcipuè *num. 76.* vbi vult indiſtinctè, hanc doctrinam procedere, quoties ad depoſitionem ſocij criminis accedunt adminicula, & plures aliæ præſumptiones vrgentes in in caſu difficilis probationis, & in crimine hæreſis id dicit Cantera *loco proximè citat.*

Iam multò magis dicendum erit in cauſa immunitatis, quæ ad condemnandum non tendit, ſufficere etiam ſocios criminis, concurrentibus adminiculis, præſumptionibus, & coniecturis.

Neque ergo impubertas teſtium, neque fœmineus ſexus, neque familiaritas, neque ſocietas criminis obeſt ipſis teſtibus, quominus admittantur ad probationem delictorum exceptorum, de ſe occultorum, vt diximus.

Quòd ſi alij teſtes omni exceptione maiores inueniri poſſent, tūc non probarent teſtes, qui non ſunt omni exceptione maiores, & quo modo ſciatur, an alij teſtes inueniri poſſint, nec nè debet Iudex coniicere ex natura delicti, vel indicij, quod ſolet fieri ſecretè, vel palam, & etiam an teſtes ſint admittendi, an non: & hoc eſt, quòd dicitur, admitti in ſubſidium teſtes inhabiles. Cantera *qq. criminal. pag. 201. columna 1.*

Quid

Quid de teſtibus ſingularibus?

274 At quæri poteſt, an obſtet ſingularitas.

Reſtringo me ad *proditorium*, de quo principaliter ago, & dico, quòd ſi agamus de ſingularitate obſtatiua, ſeu aduerſatiua, quæ nimirum eſt cum contrarietate, quia teſtes ſibi inuicem contrariantur, cum vnus affirmet, alter neget. Gomez *variar. reſol. lib.*3.*cap.*12. *num.*11. Rodriquez *qq. regular. tomo* 2. *quæſt.*9.*art.*4. Royas *ſingulari* 203.*num.*6. *& de hæreticis, parte* 2.*num.*122. vel certè repugnant ſibi inuicem ratione loci, vel temporis, circa eumdem actum vnicum indiuidualiter ſumptum, ſeu in ſpecie, vt loquitur Maſcardus *concl.*1152.*num.*5. vel non reiteratum, quamuis reiterabilem. Farinac.*quæſt.*64. *n.*87. de qua re celebre habemus exemplum in ſenibus non contra plura adulteria, ſed contra vnum indiuiduum adulterium Suſannæ deponentibus mendaciſſimè ſub prino, & ſub ſchino. Farinac. *quæſt.*64.*num.*5. Ioſeph. Ludouic.*deciſ. Peruſin.*9.*num.*11. Curtius ſenior. *tractat. de teſtibus, n.*92. Verricell. *qq. moral. & legal. tract.*8.*quæſt.*44.*ſect.*1. *num.*1. Carena *de Offic. ſanctæ Inquiſitionis, parte* 2.*tit.*6. §.7.*num.*50. Scaccia *de iudiciis, lib.*2.*cap.* 9.*num.* 542. vel circa actum inſtantaneum, & non ſucceſſiuum. Hortenſ. Caluacan. *tractat de teſtibus, ſecunda parte ſecundæ partis, num.*126. *fol. mihi* 121. Farinac. *quæſt.*64. *num.*88. vel circa eamdem determinatam partem actus ſucceſſiui.

275 Et quæ ſingularitas deſtruit probationem in ſententia omnium. Royas *citat. num.*6. Rodriq. *cit. art.*4. Scaccia *cit. cap.*9. *num.* 553. Verricell. *citat. num.*1. Ludouic. *citat. num.*11. Simanca *inſtitut. catholicar. titulo* 64.*num.*62. Carena *citat. n.*50. Cantera *qq. criminal. pag.*345.*col.*1.

Teſtes enim ſunt contrarij, & ſibi ipſis abrogant fidem, cum eorum dicta ſint ſe ſe refellentia, & inter ſe collidentia, vt dicit Simanca *loco citato*, immo ſunt falſi, & reprobantur. Scaccia *citat. num.*533. Ioſeph. Ludouic. *citat. deciſ.* 9. *num.* 11. & interdum puniendi veniunt vt tales. Simanca *loc. citato*, licèt velit Cantera *vbi ſupra*, quòd faciant aliquod indicium, quoad inquiſitionem, ſi inquam agatur de ſingularitate obſtatiua.

Hæc ſingularitas obeſt omnino probationi in caſu *proditorij*, vt ſi vnus dicat, occiſum eſſe Titium in vno loco, alius in alio, vnus hac determinata hora, alius alia hora, iuxta tradita per Farinacium *quæſt.*64. *num.*89. vnus dicat in initio horæ decimæ emptum, & ſubinde infuſum vino venenum à Sempronio, vel Sempronium totâ horâ decimâ fuiſſe in inſidiis, alter verò neget hæc omnia, & dicat ſe tunc ſemper fuiſſe cum Sempronio, ſed emptionem illam, & infuſionem factas fuiſſe aliâ horâ, ſicut & permanſionem in inſidiis, &c. 276

Secus verò dicendum eſt, ſi deponant de inſidioſa vulneratione impotentis ad ſe tuendum, & vnus dicat quòd punctim, alius quòd cæſim, vnus quòd in domo, alius quòd extra, vnus quòd horâ tertiarum, alius quòd horâ nonæ. 277

Poſſibiles enim ſunt iſtæ cum ſuo modo, loco, & tempore diuerſæ vulnerationes, & coniunguntur ad probandum homicidium. Caualcan. *vbi ſupra num.*130. quippe quod poteſt eſſe ſecutum poſt has vulnerationes, tanquam effectus totalis plurium cauſarum partialium diuerſimodè, & diuerſo tempore operatarum.

Quando enim ſingularitas inuenitur in rebus connexis, vel in eis, quæ ad eumdem finem tendunt, dictum vnius coadiuuat fidem alterius, veluti ſi vnus dicat, ſe vidiſſe Titium numerantem Petro centum aureos, & alter dicat, ſe audiuiſſe Petrum confitentem, ſe recepiſſe dictos centum. Royas 278

*cit.num.6.*Scaccia *citat.cap.9.num.363.&* *463.&* 540.

Quia non ſunt verè ſingulares, cum, licèt teſtentur de diuerſis actibus, tendant tamen adminiculatiuè, & ſubordinato quodam modo ad probandum aliquod vnum certum in indiuiduo, & hæc dicitur ſingularitas adminiculatiua, quæ poteſt coniungi. Scaccia *citat. num.463. & num.529. verſus finem.* ſed potius non eſt ſingularitas, & teſtes ſic deponentes, poſſunt dici conteſtes, & plenè probant, cum deponant circa actum qui eſt moraliter vnus. Verricel. *citat tractat.*8 *quæſt.*44. *ad finem citat.ſectionis primæ*, ſeu quod idem eſt, licet vnuſquiſque deponat ſuo ſenſu, & ex ſuo actu, & in hoc ſint ſingulares, tamen ſunt conteſtes reſpectu obiecti, ſuper quo deponunt. Cantera *qq. criminal.pag.* 347. *colum.* 1. *ad medium ex Bartolo.* & reſpectu finis concordant. Hieron. à Laurent. *deciſ. Auenionenſ.*74. *num.* 2. vbi quòd varietas actuum non diuerſificat illud, de quo ſubſtantialiter agitur.

279 Item ſingularitas adminiculatiua erit: ſi per diuerſa media idem indiuiduum delictum probetur, vt ſi vnus teſtis ſit de viſu, alius de fama, alius de Rei confeſſione. Vericell. *citat. ſect.* 1. *num.*1. Carena *citat. parte* 2. *tit.*6. *ſ.* 7. *numer.*50. Farinacius *quæſt.64.num.6.& num.*118. Rodriquez *citat.quæſt.9. art.4. ante* 1.*concluſionem.*

Hæc autem admniculatiua ſingularitas poteſt appellari etiam *diuerſificatiua*, quatenus vnius teſtis depoſitio terminatur immediatè ad aliquid, quod non eſt idem cum eo, ad quod immediatè terminatur depoſitio alterius teſtis, id quod vult Verricell. *vbi ſupra* §.*ſecundò.* Maſcard. *concluſ.* 1152.*n.*25.

At meretur nomen *adminiculatiuæ* per habitudinem ad vnum, & vltimum, ad quod probandum ambæ depoſitiones conſpirant, & ſibi inuiadminiculantur.

Id quod etiam contingit, quando 280
probandum eſt aliquod totum continuum per teſtes, iuxta deducta per Farinac.*cit.q.64.n.*90.

Teſtes enim deponunt vnus de vna parte, & alter de altera, & ſic aliquo modo ſunt diuerſi, ſed tamen adminiculantur ſibi inuicem ad probandum ipſum totum indiuiduum.

Vt verbi gratia, ſi ſit probanda celebratio miſſæ, ſatis eſt, quòd ſinguli teſtes de ſingulis partibus miſſæ teſtimonium perhibeant. Royas *citat. n.* 6. Verricell. *ad finem citatæ, ſect.* 1. *iunctis contentis in ſ. ſecundo, & rurſum ſect.*7. *num.*29. Simanca *citat.tit.*64. *numer.*65. Carena *de Offic.ſanctæ Inquiſitionis,par.*3. *tit.*6.*n.*31. §.5. Rodriquez *citat.quæſt.*9. *art.* 5. vbi de volente probare irregularitatem ſacerdotis ex celebratione poſt excommunicationem, & inducente vnum, qui audiuit *Gloria in excelſis*, alium qui *Agnus Dei*; hi enim omnes, aſſerendo partes diuerſas, conſentiunt in toto.

Et, ſi probandum ſit factum, vel 281
delictum, quod ex coniunctione temporis præſumatur vnus ſolus actus numero, tempore, & qualitate, verbi gratia adulterium indiuiduum, ſufficit, quòd duo, vel plures ſucceſſiuè videant per oſtij rimam. Gomez *cit.c.*12. *num.* 12.Rodriquez *cit.tomo* 2.*qq.regular. quæſt.9.art.*2.Maſcardus *concl.*59.*num.*17. Scaccia *de iudiciis, lib.*2. *cap.*9. *num.*496. Farinacius *quæſt.*64. *num.*91. Carena *cit. num.*31.Verricel.*citat ſect.*7.*num.*30 *omiſſo per typographi incuriam in meo libro*, vbi quòd ſi Petrus fuit tota nocte cum muliere in cubiculo, & primâ horâ noctis fuit viſus ab vno, ſexta hora noctis ab altero, iſti ſunt conteſtes ex Villalobos *parte* 2.*tractat.*17.*difficult.*3.*num.*3. quod idem dicit Rodriquez *citato artic.* 2.

Ordo enim, & viciſſitudo facti in primo illo caſu non permittit fieri viſionem ſimul Maſcardus *vbi ſup. n.*18.

&

& ideo dicuntur ſimul vidiſſe. Idem *num.*17. Rodriq. *cit. art.*2. intellige ſimultate morali, non mathematica, cum viderint eumdem actum, & incontinenti vnus poſt alium.

In ſecundo autem caſu non præſumitur pluralitas actuum, ſed continuitas. Rodriq. *cit. q.*9. *art.*2.

282 Sicut & conteſtes ſunt, & plenè probant, Petrum fuiſſe Romæ, ſi vnus eum vidit in vno loco, alter in altero illius Vrbis; mora enim in vrbe eſt aliquod ſucceſſiuum. Verricell. *vbi ſupra num.*31.

283 Itemque conteſtes ſunt, & plenè probant præſcriptionem decennij, ſi duo deponant de primo quinquennio, & alij duo de ſecundo quinquennio; quia hac depoſitione ſimul iuncta, reſultat plena probatio totius decennij continui. Gomez *citat. num.* 12. itemque probant conſuetudinem, & iuriſdictionem, ſi vnus probet de multiplici actu, & alius de aliis actibus. Cantera *qq. criminal. pag.*346. *col.*2. *n.*5. *verſ. tertio modo.*

284 Et conteſtes ſunt, dicunturque teſtificari de vno, & eodem delicto numero ij, è quibus vnus dicit, ſe inueniſſe furem cum re furtiua fugientem, & ſatellites eum ſequentes ante ſtudium ſapientiæ, & alius, ſe inueniſſe eum fugientem cum clamore gentium apud ipſum in medio plateæ Dohanæ, quamuis diſcrepent in loco, & conſequenter in hora, & momento temporis. Scacc. *cit. cap.*9. *n.*496.

285 Eodem etiam modo ſi probandum ſit aliquid in genere (melius autem diceretur in ſpecie, & quidem vltima, vt quòd Titius ſit furtorum reus) quod ſit reiterabile, ſatis eſt, quòd teſtes conueniant in eumdem rei finem. Caualcan. *vbi ſupra numer.* 126. & *num.*128. *verſic. Fallit ſecundò.* Surdus *conſil.*94. *num.*97. *lib.*2. Maſcardus *concluſione* 1152. *num.* 25. Gomez *vbi ſupra num.*12. Celſus Bargalius *tractat. de dolo, lib.*3. *cap.*13. *num* 45. Farinacius *quæſt.*64. *num.*150. *iuncto* 152. Bertazzol. *conſil.*20. *num.*16. *lib* 1. Laderchius *conſil.*140. *n.*2. *lib.*1. vbi quòd, licet actus ſint diuerſi, vt quia vnus de promiſſione, alter de numeratione deponat, adhuc fit coniunctio: quod intelligo in ordine ad pœnam extraordinariam, non ordinariam, vt infra.

Quòd ſi depoſitiones duorum caderent in diuerſa omnino, & penitus ſeparata, vt ſi vnus deponeret de adulterio, alter de furto, quæ conueniunt in genere mali moralis, ſed differunt ſpecie vnus de occiſione Petri, alius dè occiſione Pauli diuerſo tempore, qui ſunt actus irreiterabiles. 286

Tunc ſingularitas eſſet propriè diuerſificatiua, & teſtes non abrogarent quidem ſibi inuicem fidem, ſed quilibet eſſet ſingularis, & non haberet conteſtem, id eſt non ſe inuicem iuuarent, faceret tamen teſtis ſingularis indicium etiam quoad torturam. Cantera *qq. crimiual. pag.*345. *colum.*1. *verſic. ſecundo caſu.*

Et in hoc caſu verè diceretur, quòd tantum probant mille teſtes, quantum vnus. Royas *citat. num.*6. Ioſeph. Ludouicus *citat. deciſ.*9. *num.*12. & 13. Farinacius *citat. quæſt.*64. *num.*37. Simanca *citat. tit.*64. *num.*63. Carena *citat. parte* 3. *tit.*6. *num.*29.

Quia re vera ſinguli de ſingulis ſeorſim teſtarentur, & eſſent vni, cum ſingularitas ſit, idem, quod vnitas. Farinacius *ibid. n.*2.

Vnde meritò dixit Canteta *qq. criminal. pag.*170. *col.* 1. quòd illi dicuntur teſtes ſingulares, qui deponunt de diuerſitate factorum, vel rerum, & *pagina* 345. *colum.*2. quando ex diuerſitate factorum ſeparationem recipiunt: vel quando in vnum rei finem non concordant.

Et de hac ſingularitate locutus eſt S. Thom. 2.2. *quæſt.*70. *art.*2. *ad* 2. vbi quòd diſcordia teſtium in aliquibus 287

principalibus circumſtantiis, quæ variant ſubſtãtiam facti, puta vel in tempore, vel in loco, vel in perſonis, de quibus principaliter agitur, aufert efficaciam teſtimonij; quia ſi diſcordant in talibus, videntur ſingulares eſſe in ſuis teſtimoniis, & de diuerſis loqui, puta ſi vnus dicat, hoc factum eſſe tali tempore, vel loco, alio tempore, vel loco, non videntur de eodem facto loqui. Ita S. Thom.

288 Applicando autem prædicta de ſingularitate adminiculatiua ad proditorium per partes ad ipſum cõcurrentes.

Dico, quòd ſi vnus teſtis dicat, ſe vidiſſe Titium in inſidiis expectantem horâ decimâ, alter verò idem dicat de horâ duodecimâ, vnus, ſe vidiſſe in loco latentem cum ſclopo in meridie, alter in alio loco à prandio, iſti probant inſidias; quia probant eamdem numero permanſionem in inſidiis, quæ non eſt quid inſtantaneum, & indiuiſibile, ſed compoſitum ex partibus ſucceſſiuis, de quarum vna vnus, de altera alter deponunt, ſed conſentiunt in toto.

Vnde ſingularitas eſt adminiculatiua, ſeu cumulatiua fidei ad fidem in teſtibus, nihil obſtante diuerſitate temporis, vel loci, quæ non cadit in obiectum ſumptum ſecundùm eamdem partem, ſed ſecundùm diuerſas, ac proinde contrarietatem non inducit.

Et de hac ſingularitate puto loqui Seraphinum Maſſinum *de confiſcatione quæſt.* 12. *num.* 4. *&* 5. quatenus dicit, interceptionẽ pecuniæ publicæ, & fraudis in eius adminiſtratione commiſſæ partim remanere iuſtificatam ex confeſſione rei, & partim probatam per teſtes, quamuis eſſent ſingulares, qui non ſolùm aperiunt delictum in genere, ſed & in ſpecie; quia dum Iudex ad delicti credulitatem inducitur, poteſt illis fidem adhibere.

289 Item ſi vnus dicat, ſe vidiſſe Titium ementem venenum talis qualitatis; & portantem in culinam, alius verò immittentem illud in aliquod ferculum, iſti probant veneni præparationem; quia probant ſinguli partes ſubordinatas eiuſdem actus, & ſibi inuicem coadiuuant fidem adminiculatiuè, de qua re habes exemplum in terminis apud Laurentium de Portel *tomo* 2. *reſponſor. moral. caſu* 28. vbi contendit probatam fuiſſe attentationem venenationis cuiuſdam Prælati, ex eo quòd coquus dixit, ſe rogatum fuiſſe à propinatore veneni, vt oblatos pulueres iniiceret in ſcutellam Prælati, alius vidit papyrum puluerum in manu Rei, alij viderunt illum ſtantem iuxta poculum Prælati, alij viderunt pulueres in poculo, medicus dixit eſſe venenum, &c. & *num.* 1. teſtatur idem Portel, hunc propinatorem fuiſſe condemnatum ad vnum annum carceris cum aliquibus minoribus pœnitentiis.

Item ſi vnus dicat, ſe prægnantem 290 uidiſſe, quæ conabatur attollere molem enormis ponderis, alius eamdem, quæ in vterum impingebat pugno, iſti probant procurationem abortus, cum deponant de actibus cauſalibus ordinatis ad eumdem finem.

Item ſi vnus deponat de minis, & 291 alius item de minis eiuſdem qualitatis, licet diſcordent in loco, & tempore, probant tamen minas. Farin. *q.* 50. *n.* 41. *&* 42. Portus *in faſciculo rerum criminal. pag.* 727. Ventriglia *in praxi annotat.* 4. *§.* 3. *numer.* 5. Anton. de Ballis *variorum tractat. lib.* 1. *quæſt.* 12. *num.* 12. Martinus Delrio *diſputat. magicar. lib.* 5. *ſect.* 3. *verſus finem*, *verſ. ſeptimò*, quòd intellige cum ordine ad eamdem perſonam minas perpeſſam.

Ex quibus minis infertur ad præmeditati qualitatem requiſitam ad proditorium, vt dicam *infra §.* 33. *n.* 13.

Item ſi vnus deponat de colloquio 292 Titij habito heri cum Sempronio, alius de habito hodie, iſti probant amicitiam inter vtrumque, & affidationem, ſicut

ſicut & duo teſtes ſingulares probant ſimulationem. Seraphin. Maſſinus *de confiſcat.quæſt.*38.*num* 24. ex Farinacio, Gratiano, & Rota. itemque probant dolum.Farinac.*quæſt.*64.*num.*273. & ſic de reliquis, quæ deponi poſſunt per teſtes ad probandum ea, quæ componunt proditorium, per quoſcumque modos illud fabricatum fuerit, dummodo inter depoſita circa eumdem actum indiuiduum non ſit contrarietas, quamuis inter media conducentia ad eumdem actum, vel inter partes eiuſdem actus, ſi ſit compoſitus, vel inter partes eiuſdem durationis, ſi ſit ſucceſſiuus, ſit diuerſitas.

Quia ſemper ſaluatur, quòd ſingularitas non obſtat probationi, ſed adminiculatur, propter depoſitionum concordiã,& conſpirationem in vnum.

293 Et puto,prædicta omnia ſufficienter probari, quamuis varietur medium, vt ſi vnus teſtis ſit de viſu, alius de fama, alius de confeſſione extraiudiciali.

Si enim hæc probatio ſufficit ad pœnam extraordinariam, ac proinde criminaliter. Verricel. *citat.quæſt.*44.*ſect.*2. *num.* 6. multò magis ſufficiet in cauſa immunitatis, ideoque ciuiliter.

294 Et quamuis ego putem, in ordine ad pœnam ordinariam imponendam, verum eſſe id, quod docet Scaccia *de iudiciis, lib.*2. *cap.*9. *numer.* 476. *&* 477. quòd probatio in genere per teſtes ſingulares nõ admittitur in criminalibus, quia hæc requirunt probationes plenas, concludentes, & luce meridiana clariores, probatio autem in genere eſt probatio ſemiplena, quia fit per teſtes ſingulares circa diuerſa deponentes, & ita procedit opinio negatiua dicentiũ, *vſurarium, homicidam, adulterum, hæreticum*, & ſimiles non probari teſtibus ſingularibus, & expreſsè Cantera *qq. crimin. pag.*170. *col.*1.*&* 2. vbi quòd ratio,quare teſtes ſingulares nõ probant, eſt, quia omnes habentur loco vnius reſpectu diuerſorum actorũ,de quibus deponunt,& vni teſti etiam de iure diuino in nullo caſu eſt credendũ: itemque Emanuel. Rodriq. *cit.q.*9.*art* 4.*poſt concl.*2.*ſub* §. *At contra*, vbi in confirmationem iſtius doctrinæ allegat Archidiaconum dicentem, vbi tractatur de probãdo aliquos actus,ex quibus conſtat multiplicatio alicuius rei, nõ ſufficere,teſtes ſingulares:vnde ſi volo probare, talem religioſum feciſſe miraculum, & per vnum teſtem probo, quod ſanauit vnum claudum,&per alium teſtem, quòd illuminauit cæcum, iſti teſtes non probant. Ita Rodriq.cui conſonat Farinac.*q.*64.*n.*65.

Qui Rodriquez *ſub* §. *Sed non dubuit.* ſentit teſtes loco, & tempore diſcordes, quamuis de eodem delicto, vel delictis deponant, ſingulares eſſe, adeoque non plenè probare, neque ex talium dictis ad pœnam criminis ordinariam imponendam vllo modo eſſe accedendum, quam ſententiam pluribus lectu dignis confirmat.

Et in hoc ſenſu accipio dicta per Caiet.2.2.*q.*70.*art* 2. volentem damnari neminem per teſtes ſingulares,& per Simancam *cit.tit.*64.*num.*67. volentem non habendam fidem teſtibus, qui de ſingulis *ſpeciebus* teſtentur. 295

Sed vult hic Doctor, vt interpretari congruit,dicere de ſingulis alicuius delicti *indiuiduis* more Iuriſperitorum, qui indiuiduũ appellant *ſpeciem*,& ſpeciem *genus*,quod ſæpe fieri in iure,probat Fata *tract.de infante,c.*3,*n.*30.

Et *probare in genere*, eſt probare ſpeciem, probando plura indiuidua eiuſdem ſpeciei, verbi gratia plures negationes Trinitatis,plura furta.

Vt propterea non debuerit Royas *de hæreticis,parte* 2.*n.*144.arbitrari,ſomnium,& chimeram eſſe opinionem dicentium, per teſtes ſingulares probari aliquem eſſe *hæreticum in genere* præſertim quòd *probatio in genere* nullo modo inueniri poteſt, cum reſponderi poſſit,non eſſe laborandum in vocabulis, 296

ſed

ſed eſſe attendendam rem ipſam, & ſententiam ſic loquentium, quæ eſt, vt probando per vnum teſtem, quòd Titius heri fecerit vnum furtum, & negauerit Trinitatem, & per alium teſtem idem Titius hodie fecerit aliud furtum, & denuò negauerit Trinitatem, probetur Titius eſſe fur, & hæreticus non per genus, quod eſt quædam ratio metaphyſica, ſed per duos actus indiuiduales furti, & per duos actus indiuiduales hæreſis, & ſic ambo teſtes concurrant ad probandum idem ſpecie delictum in vno ſubiecto, & ſe inuicem in fide coadiuuent, quæ volui obiter dicta in defenſam Iuriſperitorum contra ſcommata prædicti Royas, & Simancæ *tit.64.n.71. & duobus ſeqq.* acriter inuehentis in terminum hunc *probare in genere hæreticum*:

297 Quamuis inquam putem prædicta, immo & ampliem, licet teſtes ſingulares eſſent nobiles, & egregiæ perſonæ, & quantumcunque dignæ, quia clarum eſt, quòd vnuſquiſque deponit de ſuo facto, & eſſet idem dicere, quòd vnus teſtis valdè dignus faceret plenam probationẽ, & quòd duo facta diuerſa per duos teſtes diuerſos probarentur, quod eſſet contra regulas iuris tum in ciuilibus, tum in criminalibus, vt optimè Inquiſitor Cãtera *qq. crimin. pag.346.col.1.* refellens doctrinam Paulo Caſtrenſi tributam ab Hippolyto de Marſil. *in practica crimin. §. Diligenter num.17. & in ſingulari 114.* teſtes ſcilicet ſingulares, qui ſint nobiles, & egregiæ perſonæ, & inducant Iudicem in indubitatam fidem, & credulitatem, coniungi ad faciendam plenam probationem, quam doctrinam affert idem Cantera. *pag.345.col.2.*

At cenſeo cum eodem Cantera *pag.171. col.1. ad initium.* & Verricell. *qq.moral. & legal.tractat.8.quæſt.44.n.17. ſect.5.* ex omnium ſententia, eamdem probationem admitti, & ſufficere ad pœnam extraordinariam.

Et in caſu adulterij ad amiſſionem dotis, ſicut & ad ſeparationem tori. Verricell. *vbi ſuprà n.21. & 22.*

Et conſequenter multò magis in cauſa immunitatis, quæ vt toties dixi, non eſt criminalis, cum non ordinetur de ſe, & immediatè ad vindictam, ſed ciuilis duntaxat. 298

Infero ſufficientiam eiuſdem probationis ſingularis in ordine ad plura indiuidua reiterabilia conducentia ad proditorium: ſicuti Bertazzol. *conſ.20. n.19. lib.1.* dicit admittendos teſtes ſingulares in cauſa adulterij, in qua agitur ciuiliter, quidquid ſit, ſi in eadem cauſa agatur criminaliter ad pœnam, in quo tamen etiam caſu idem auctor *num.18.* dicit, quòd adhæreret opinioni affirmanti ſufficere prædictos teſtes, contra opinionem multorum negantem: quam doctrinam repetit *conſ.273. n.6. & 7. lib.2.*

Quare ſi duo deponant de duabus numero differentibus comminationibus in vnam perſonam, vel de duabus numero differentibus iniurijs atrocibus in vnam item perſonam, quæ cenſentur cauſa inimicitiæ capitalis, vt alibi dicam, ſufficienter ſunt probatæ minæ, vt ſupra dixi, & probata inimicitia, Marcus Mantua *conſ.170.num.3.lib.2.* & mediantibus his, probata præſumptio appenſamenti requiſiti ad proditorium, & excluſio præſumptionis rixæ, & caſus ſubiti, de quibus infra. 299

Idem repeto, cum iam ſupra dixerim, de pluribus numero differentibus oſtenſionibus amicitiæ operantibus affidationem. 300

Idem de duabus promiſſionibus de non offendendo, quarum vnam audiuit vnus die Lunæ, alter alteram die martis: ſicut electio ſepulturæ probata dicitur per duos teſtes ſingulares. De Tonduti Sanleger. *quæſt. & reſol.benef. lib.1.c.114.n.11.parte 1.* 301

Idem pariter cenſeo de pluribus etiam inter ſe omnino diuerſis, ſed tamen 302

men

men aptis ad idem indicandum, vt ſi vnus deponat de dictione falſi ad affidandum Titium, quæ indicat appenſamentum, vt dicam *ſ.22.n.25.* alius deponat de proteſtata inimicitia in Titium inſcium, quæ item indicat appenſamentum, cenſeo probari ipſum appenſamentum;

Quamuis enim dictio falſi, & proteſtatio inimicitiæ ſint duo inter ſe planè diuerſa, quia tamen æqualiter procedunt ab animo præmeditato, conſiderantur ſecundùm hanc habitudinem, vt duo eiuſdem rationis, & perinde probant præmeditationem, ac facerent duæ falſi dictiones, vel duæ proteſtationes hoſtilitatis, quas duo teſtes audiſſent diuerſis omnino temporibus.

303 Et colligo dictum hoc ex Rodriguez *citat. quæſt.9. art.5. ad initium*, vbi quòd teſtes ſingulares faciunt fidem, quando teſtificantur de pluribus actibus habentibus vnam originem, & vnam cauſam; tunc enim illa origo probatur per teſtes ſingulares, quod etiam dicit Farinac. *q.64.n.159.*

In alijs grauiſſimis cauſis poſſe remitti aliquando rigorem iuridicum, permittique illum probationis modum, qui haberi poteſt.

304 Confirmo prædicta de non neceſſitate rigoroſarum probationum in materia immunitatis, quia non eſt incongruum in Eccleſia, quòd ſtante difficultate procedendi cum rigore iuridico, & obtinendi probationes omnino ſolemnes, & perfectas in aliquibus etiam grauiſſimis cauſis, permittatur is cognitionis modus, qui haberi poteſt.

305 Sic in ferenda diuortij ſententia, & in cauſis matrimonialibus, quæ tum ob rationem contractus, vt notat Gail. *practicar. obſeruationum lib.2. obſeruat.94. num.6.* tum ob ſacramenti fauorem, ſunt arduæ, & graues, & criminalibus æquiparantur. Idem Gail. *ibidem n.1.* ſatis probabile, & rationi conſentaneum videtur eſſe, vt Iudices Eccleſiaſtici cum Indorum neophitis ſeruare non teneantur figuram, ſtrepitumque iudicij, atque ita poſſint ſimpliciter, & de plano, abſque tabellione, & ſcriptura aliqua procedere, & abſque iuramento teſtium, quando hæc ob magnas expenſas, & Indorum paupertatem, locique diſtantiam, non poſſunt commodè adhiberi, modo tamen pro viribus, & poſſe, enitantur de veritate certiores fieri. Ita ad verbum Thomas Sanchez *de matrim. lib.10. diſput.19.n.1.* vbi allegat Veracruz *3. parte ſpeculi, art. 10. per totum*, & dicit, hanc concluſionem latè, & optimè probari ab eodem, quem ego videre non potui.

Quæ velim animaduerſa, non vt in 306
cauſa immunitatis Epiſcopus omittat proceſſum, tabellionem, ſcripturam, iuramentum teſtium, &c. Sed vt oſtendam, non repugnare caſum, in quo iuridicus rigor etiam in cauſis magni momenti, ex præſentium circumſtantiarum natura temperari rationabiliter permittatur, & inquiratur veritas eo modo, qui poſſibilis eſt.

Quòd ſi Gregorius XIV. voluiſſet 307
rigorem iuridicum in cauſa immunitatis Eccleſiarum quo ad omnia delicta excepta, etiamſi probatu difficillima ſint, ob eorum arcanam naturam, & nominatim voluiſſet indubitabilem probationem per teſtes omni exceptione maiores.

Cum ſupponi debeat, eum tanquam Epiſcopali munere Cremonæ functum, & doctiſſimum Iuriſperitum ſciuiſſe optimè, quæ dicuntur paſſim à Doctoribus in huiuſmodi caſibus circa admiſſionem teſtium capacium alicuius exceptionis, obſtitiſſet curſui harum communium doctrinarum, & voluntatem ſuam expreſſiſſet vtique in contrarium;

308 Quando enim lex vult aliquid, exprimit: cum autem non expreſſerit, dicendum eſt, quòd non voluerit. Lancellot. Gallia *in conſuetud. Alexandr. in verbo vxori quæſt.4.* & quod non eſt expreſſum, pro omiſſo habeatur. Marius Alterius *de cenſuris tomo 1. diſp.22. lib.5. cap.2.pag.782.col.2.*

Si autem non voluit, non debemus requirere plus, quàm requirat Legiſlator. Idem Lancellot. *in præfat.5. n.4.* iuxta dictum Iuriſperitorum allegatum per Fernandum Rebellum *de obligationibus iuſtitiæ lib.1. parte 1. quæſt.6. ſect.6.n.35. quod ſtatutum non dicit, nec nos dicere debemus, & ſtatuta tantum diſponunt, quantum loquuntur.*

Sicut etiam in teſtamentis valet conſequentia: *non dixit: ergo noluit.* Magon. *deciſ. Lucenſ.82.n.33.* Simon de Pretis *de interpret. vltimar. volunt. lib.2. ſolut.3.n.71. & num.129.* Ciriac. *controuerſ.142. n.5. & 6.* Gabriel. *conſ.7. n.13. vol.2.* Paulus Rubeus *reſolut. practicabilium circa teſtamenta c.75.n.192.*

---

§. XXX.

Quid agendum Epiſcopo in hoc ſententiarum conflictu circa materiam, & lubricam, & obſcuram?

SVMMARIVM.

In hoc ſententiarum conflictu, videndum Epiſcopo eſt, per qua principia procedat, diſcuſſo rationum põdere, & parui facto numero Auctorum, qui ſæpe de ſuo nomẽ merum contribuunt, & iuxta illa regulet conſcientiam ſuam. num.1.

Allatæ ſententiæ verſantur circa actum ipſum iudicij, tanquam humanæ actionis ab Epiſcopo exercendæ, ac proinde videtur liberum Epiſcopo eidem eligere ex iis ſententiis, quam maluerit, dummodò probabilem credat. num.2.

Nihilominus auctor hortatur Epiſcopum, vt in hac lubrica materia, ſi videatur illi probabilior, vel æquè probabilis prima ſententia, ac reliquæ, illam ſequatur, ob religionis fauorem. num.3.

Quòd ſi eadem prima, & ſecunda videatur illi minus probabilis, & reliquæ duæ probabiliores, poterit dimittere primam, ac ſecundam, & ſequi probabiliores. ibidem.

Expedit interdum vti ſententia probabili, ob magnum bonum promouendum, ſicuti ad aliquod malum impediendum vtimur interdum aliqua ſententia etiam parum probabili. num.4.

Monet Decianus, vt Eccleſiaſtici curent, ne nimium ſint zelatores priuilegiorum, & immunitatum; cum inde ſequi poſſint incommoda non leuis momenti. num.5.

Effulſit æquè Pontificum zelus in fauorem iuſtitiæ vindicatiuæ in excipiendis ab immunitate quibuſdã delictis atrocibus, & in fauorem religionis in ſancienda immunitate ipſa: quo fit, vt cautiſſime procedendum ſit, ne alterutri zelo temere, aut ſupine reluctemur. num.6.

Regula, quòd in dubijs ſemper fauendum ſit reo, intelligitur ſolùm in vere dubijs, non in opinionibus. num.7.

Refertur quædam Gambacurtæ doctrina, & impugnatur. num.8. & ſeqq.

In dubiis continentibus quæſtionem de iure, verſantem non circa actum iudicandi, ſed extra tale actum, verbi gratia, an talis locus, talis caſus, talis perſona gaudeat immunitate, ſequenda eſt ſemper opinio probabilior, ac proinde recipienda ſententia Iudicis iudicantis ſecundùm probabiliorem ſententiam, ſiue neget, ſiue aſſerat immunitatem. num.9.

In quæſtione facti ſequenda eſt melior probatio. ibidem.

Si caſus ſit arduus, & ſcandaloſus, & opinio probabilior, vel probatio melior ſtet pro immunitate, tunc ad vitanda incommoda recenſita per Gambacurtam, recurrendum

rendum eſt pro relaxatione legis immunitatis ad S. Pontificem num. 10.

Si repentinum periculum non permittat hunc recurſum, tunc ſicut in caſu dubij non eſt locus epicheiæ, & non permittente periculo recurſum ad ſuperiorem, lex ad literam ſeruanda eſt, nec ſubdito licet eam in tali caſu interpretari. num. 11. *Ita & in caſu, in quo pro lege immunitatis concurrit poſſeſsio, & probabilior opinio, aut melior probatio, & religionis fauor, qui obligat ad non ſequendam minus probabilem, aut etiam æque probabilem contra immunitatem, non eſt locus contrariæ interpretationi, ſed eſt ſeruanda lex ad vnguem.* num. 12.

Si quis ab Epiſcopo per probationes minores plenis in caſu occulto iudicatus reus criminis excepti, conſignetur Curiæ ſeculari, & neque confeſſus, neque conuictus, ſed expurgatis per toleratam torturam indicijs, dimittatur liber ſine pœna vlla etiam extraordinaria. n. 13. *cum indicia omnia purgentur per torturam, quæ eſt ſpecies probationis, & loco teſtium ſuccedit, & tortus reus præſumatur puram dixiſſe veritatem, & amplius condemnari non poſſit, ſed abſolui debeat ab obſeruatione iudicij, & relaxari, niſi ſuperueniant noua indicia euidentiora primis.* n. 14. *non ideo fiet bona argumentatio contra iudicata ab Epiſcopo.* num. 15. *cuius officium in hoc ſolum eſt, vt iudicium de commiſſione criminis excepti ferat ex probationibus ſuper caſu occulto poſſibilibus in ſuo foro, incapaci torquendi in cauſa immunitatis, quidquid poſtea euenturum ſit in laicali foro, quod per diuerſa omnino principia regulatur.* num. 16.

Cauſæ ciuiles alio modo regulantur, quam criminales, cum iudicia ciuilia, & criminalia ſint inter ſe diſtincta, & diuerſa. num. 17.

Inſtituitur noua quæſtio, an Eccleſiæ, & reo competat reſtitutio ad immunitatem, ſi reus ipſe traditus Curiæ ſeculari ab Epiſcopo ex probationibus in caſu occulto habitis pro legitimis circa commiſſionem delicti excepti, vel non potuerit plene conuinci apud Iudicem ſecularem. num. 18. *quia contra ipſum neque eſt probatum crimen, aut criminis qualitas, nec per indicia indubitata, nec per notorium, ac proinde in arbitrio Iudicis ſit omittere torturam, & ſubijcere pœnæ extraordinariæ.* num. 19. *vel etiam conuictus fuerit per indicia indubitata, quæ relinquunt hominem obnoxium pœnæ extraordinariæ, ſi Iudex velit, prout poteſt, omittere torturam.* num. 20. *vel etiam dicatur, non obſtante vſu torturæ cum delicti negatione toleratæ, remanere obnoxius alicui pœnæ extraordinariæ in caſu indiciorum indubitatorum.* num. 21.

Videtur prima facie reſpondendum affirmatiue, vt hoc pacto reus euadat omnem pœnam etiam extraordinariam, & quamlibet vexationem etiam carceris per modicum tempus continuandam apud Laicos. num. 22.

Affertur dicti ratio, & exaggeratur. n. 23. *quæ demum ſita eſt in hoc, quod non conſtito in foro ſeculari de commiſſione delicti excepti, iam ſecularis Iudex non habet vllum ius etiam ex minima parte in illud idem delictum, cum habeat contra ſe regulam, quòd omnibus delictis exceptis competit immunitas, ideſt totalis ſubtractio à laicali iuriſdictione, niſi excepta ſint, & plene apud Iudicem laicum probentur commiſſa.*

Replicatur efficaciter contra. num. 24. & 25. *& replicationis vis ſita eſt in hoc, quòd Pontifex excipit abſolutè, & ſubijcit ſecaluri Curiæ delicta eo ipſo, quòd per Epiſcopi ſententiam iudicantur vere commiſſa: vnde non conſtito plenè de his delictis in foro ſeculari poſt conſignationem ab Epiſcopo factam, poſſeſſio ſtat pro exceptione, non pro immunitate.* num. 24.

Auctor proteſtatur ſe merè circa propoſitam quæſtionem diſputare, ſed nihil determinare debere, cum neminem habeat ducem. num. 26.

1 INTERIM dum pendet definitio perplexæ huius materiæ tradenda auctoritatiuè per ſacroſanctum Romanum Tribunal, penes quod eſt vis, & norma rectè ſentiendi, & procedendi.

Videat Epiſcopus per quæ principia procedat, diſcuſſo rationum pondere, & paruifacto ſolo numero Auctorum, qui ſæpe de ſuo merum nomen ſine vllâ ſapientis examinis ſymbolâ contribuunt in ſympoſium moralis literaturæ, & iuxta illa regulet conſcientiam ſuam.

2 Et quamuis, quod magnopere obſeruandum eſt, allatæ à me ſententiæ verſentur circa ipſummet actum iudicij, tanquam humanæ actionis ab Epiſcopo exercendæ, ac proinde videatur liberum eidem Epiſcopo eligere ex iis ſententiis quam maluerit, dummodò eam probabilem credat, iuxta egregiè notata in genere de opinionibus ſpectātibus ad actū iudicij per Gabrielem Vaſq. 1.2 *tomo* 1. *quæſt.* 19. *diſp.* 64. *c.* 2. *in princip.* Thomam Sanch. *in Decal. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 43. Baldellum *tom.* 1. *lib.* 4. *diſp.* 15. *n.* 1. Card de Lugo *de iuſt. tom.* 2. *diſp* 37. *n.* 113. Ioannem Sanch. *in ſelect. diſp.* 54. *n.* 51. Sayrum *in claui regia lib.* 1. *c.* 11 *n.* 14. Ioan. Angelum Boſſium *varior. moral. tit.* 1. §. 27 *n.* 474.

3 Nihilominus tamen illi auctor ſum, vt in hac lubrica materia, ſi videatur illi probabilior prima ſententia, vel æque probabilis, ac reliquæ, illam ſequatur ob religionis fauorem proportionabiliter ad firmata per me. §. 8. *à num.* 58.

Difficile tamen eſt, ſi doctus ſit, & ſine paſſione veritatem inquirat, eam ſententiam videri illi probabiliorem, vel æquè probabilem, ac tertiam, & quartam.

Quòd ſi eadem prima, & ſecunda videatur illi minus probabilis, & probabiliores reliquæ duæ, poterit dimittere primam, ac ſecundam, & ſequi probabiliores item proportionabiliter ad firmata per me *in eodem* §. 8.

Obſeruo autem, expedire interdum vti ſententia probabili, ob magnum bonum promouendum, ſicuti ad aliquod malum impediendum vtimur interdum ſententia aliqua, etiam parum probabili, vt egregie notauit Leſſius *in prælectionibus poſthum. in Auctario verb. Horæ canonicæ. n.* 34. *pag.* 196. 4

Et quamquam à veris Eccleſiæ ſanctæ filijs tuenda eſt, quantum fieri poteſt, immunitas, monet tamen Decian. *tract. crimin. lib.* 6. *cap.* 29. *num.* 1. vt Eccleſiaſtici curent, ne nimium indulgeant, nimiumque ſint zelatores priuilegiorum, & immunitatum, vt dicunt etiam Panormitanus, & Ioannes de Viſchis per eumdem Decianum allegati, cum inde ſequi poſſint incommoda non leuis momenti, vt idem Doctor aduertit. 5

Præterquam quòd valdè perpendendum eſt, quòd antiquiorum Pontificum, & nouiſſimè Gregorij XIV. Apoſtolicus zelus tantumdem effulſit in fauorem iuſtitiæ vindicatiuæ in excipiendis ab immunitate quibuſdam atrocibus delictis, quantum in fauorem religionis effulſit eorumdem Pontificum zelus in ſanciendā, & confirmanda eadem immunitate. 6

Quo fit, vt cautiſſimè nobis procedendum ſit, ne alterutri zelo temerè, aut ſupinè reluctemur, dicendo, aut agendo vel contra immunitatem, vel contra exceptionem, vtramque ſacroſanctam, vtramque eiuſdem Sanctiſſimæ auctoritatis legitimam prolem, quando verè illis eſt locus.

Neque obſtat prædictis regula, quòd in dubijs ſemper ſit fauendum reo. 7

Nam

Nam illa intelligitur ſolùm in verè dubiis, non in opinionibus Ioan. Sanchez *in ſelect. diſput* 44. *num.* 52. *verſic. Nec obſtat.*

Reiicitur quædam Gambacurtæ doctrina.

8 Nullatenus autem ſubſcribo Gambacurtæ *lib.6.cap.*8 *num.*9. docenti, quòd in crimine dubio, an careat immunitate Eccleſiarum, quando caſus eſſet adeo arduus, & ſcandaloſus, vt appareret communis quædam populi offenſio, & adeo pernicioſus Reipublicæ putaretur reus, vt expediret, eum puniri, maleque acciperetur ab omnibus, ſi is per Eccleſiam liberaretur.

Tunc ſine dubio cenſendum eſſet fauore boni publici, in dubio recipiendam eſſe ſententiam Iudicis iudicantis contra reum, illumque ab immunitate excludentis.

In cæteris verò caſibus non adeo arduis, & ſcandaloſis recipiendam eſſe ſententiam, quæ fauet reo, eumque ad immunitatem recipit iuxta diſpoſitionem *cap. final. de ſentent. & re iudic.* niſi adeo frequens cerneretur reorum ad Eccleſiam concurſus, vt iudicaretur neceſſarium inualeſcentem peccandi libertatem reprimere.

9 Non ſubſcribo inquam huic abſolutæ aſſertioni Gambacurtæ.

Vel enim ſermo eſt de dubiis in quæſtione de iure, videlicet quando non agitur de ipſo met actu iudicandi, ſed de quæſtionibus extra talem actum, verbi gratia an talis locus, tale delictum, talis perſona gaudeat immunitate, necnè.

Vel eſt ſermo de dubiis in quæſtione de facto; quando nempe agitur de commiſſione, vel non commiſſione delicti excepti, quam diſtinctionem non facit, & facere debuiſſet Gambacurta.

Et reſolutiuè dico, tenendam ſemper in quæſtionibus iuris opinionem probabiliorem, ac proinde recipiendam ſententiam Iudicis iudicantis ſecundùm probabiliorem opinionẽ, ſiue illa ſit aſſertrix immunitatis, ſiue negatrix, iuxta firmata per me §.8. *à n.*54. itemque ſequendam meliorem probationem in quæſtione facti, iuxta item firmata per me, *§.*29. *n.*166.

Quòd ſi caſus ſit arduus, & ſcandaloſus, ſicuti deſcribitur à Gambacurta, & opinio probabilior, vel probatio melior ſtet pro immunitate, tunc ad vitanda incommoda recenſita per eumdem Doctorem. 10

Dico recurrendum eſſe ad ſummum Pontificem, vt Sanctitas ſua dignetur in talibus circumſtantiis relaxare legem immunitatis, pro qua ſtat poſſeſſio, & probabilior opinio, & potior probatio, & religionis fauor.

Quòd ſi repentinum periculum non permittat hunc recurſum. 11

Dico, quòd ſicut in caſu dubij, id eſt in neutrius partis aſſenſu, non eſt locus epicheiæ. Thomas Sanchez *de matrimon. lib.*2. *diſp.*41. *num.*37. Ioannes Sanchez *in ſelect. diſp.*43. *n.*8. Franciſcus Bardi *de conſcient. diſcept.*6. *cap.*3. *§.*3. *n.*3. *iuncto num.*2. ex ea optima ratione, quia lex poſſidet contra libertatem ſubditorum, quam ſtatim à puncto promulgationis ligat, ideoque ſeruanda ſunt eius verba, ſicuti ſonant.

Et non permittente periculo recurſum ad Superiorem, lex ad literam ſeruanda eſt, nec ſubdito licet eam in tali caſu interpretari. Sotus *de iuſtit. lib.* 1. *quæſt.* 6. *art.*8. *verſ. aut per aliud extremum*, dicens eſſe caſum S. Thom. 8. 2. *quæſt.*120. *art.*1. *in ſolut. ſecundi.* Franciſc. Suarez *tomo de legibus, lib.*6. *cap.*8. *n.*10. & 12. Gabriel Vaſquez 1. 2. *tomo* 2. *diſputat* 176. *cap.*3. *num.*21. Caſtro Palaus *par.*1. *diſp.*3. *punct.*8. *n.*2. *iunct. n.*4. Laym. *lib.*1. *tract.*4. *c.*19. *n.*4. Ioan. Angel. Boſſ. *varior moral. parte* 2. *tit.*1. *§.*39. *n.*1242. *iuncto num.*1244. & optimè.

Hhh 3 Quia

Quia in caſu non certo, quando aliàs de ſenſu verborum, & de poteſtate legis conſtat, lex non peccat, ac proinde non eſt locus epicheiæ, quæ legis quædam correctio eſt: poſſe verò Superiorem adiri, aut non poſſe, parum refert ad hoc, vt lex dicatur peccare. Vaſquez *cit. n.* 21.

12 Ita & in caſu, in quo pro lege immunitatis concurrit poſſeſſio, & probabilior opinio, aut melior probatio, & religionis fauor, qui obligat ad non ſequendam minus probabilem, aut etiam æquè probabilem contra immunitatem, non eſt locus contrariæ interpretationi, ſed eſt ſeruanda lex ad vnguem, & ſedandus populi tumultus per euulgationem rationum, quæ pro immunitate militant, & adigunt ad non tradendum Curiæ ſeculari reum ſine Pontificis beneplacito, quod ob impoſſibilitatem recurſus obtineri non poteſt.

Corollarium.

13 Infertur ex prædictis, quòd ſi contingat, vt aliquis ab Epiſcopo per probationes minores plenis, & concludentibus, quales in facto occultiſſimo haberi poterant ſolæ, iudicatus reus criminis cum qualitate excluſiua immunitatis, verbi gratia *proditorij aſſaſſinij, &c.* conſignetur Curiæ ſeculari, & neque confeſſus, neque conuictus, ſed expurgatis per toleratam torturam indiciis, dimittatur liber ſine pœna vlla extraordinaria.

14 Eſt enim perſpicui iuris, quòd indicia omnia purgata cenſentur per torturam, itavt reus puram veritatem dixiſſe præſumatur, & ita eneruentur probationes, vt reus tortus amplius condemnari non poſſit. Iuliuus Chartar. *deciſ. crimin.* 12. *num.* 35. *&* 36. Thomas Sanchez *conſiliorum moral. lib.* 3. *cap. vnic. dub.* 12. *num.* 7. tanquam probabilius: ſed abſolutè Magon. *deciſ. Lucenſ.* 89. *n.* 12. Martin Delrio *diſquiſit. magicar. lib.* 5. *ſect.* 9. *lit. B.* §. *Cæterum ſi reus, pag.* 323. *in mea editione Lugdunenſ.* & egregiè probat refutatis ſententiis contrariis Fachineus *controuerſiar. iuris, lib.* 1. *cap.* 33. ſed abſoluendus ſit ab obſeruatione iudicij. Chartar. *vbi ſupra num.* 37. & relaxandus, niſi ſuperueniant noua indicia euidentioria primis. Boer. *deciſ.* 163. *num.* 17. nihil iuuante illum clauſula: *ſine præiudicio probatorum*: tanquam contraria facto. Giurba *conſ.* 43. *num.* 9. vbi optimè quòd tortura eſt ſpecies probationis, ac loco teſtium ſuccedit.

Non propterea fiet rationabilis argumentatio: dimiſſus eſt à Iudice ſeculari reus ſine vlla pœna tanquam inuentus innocens: ergo Iudex Eccleſiaſticus, & eius conſultores perperam iudicarunt in cauſa eiuſdem rei in ordine ad immunitatem. 15

Nam Eccleſiaſtici Iudicis officium in hoc ſolummodò eſt, vt iudicium de commiſſione criminis excepti ferat ex probationibus ſuper caſu occulto poſſibilibus in ſuo foro, incapaci inferendæ torturæ in cauſa immunitatis. 16

Quidquid poſtea ſit euenturum in laicali foro, in quo iudicium de eodem crimine dependet à confeſſione, vel taciturnitate eiuſdem rei torquibilis: &, vno verbo, per diuerſa omnino principia regulatur.

Cauſæ enim ciuiles, cuiuſmodi eſt cauſa immutatis, alio modo regulantur, quàm criminales. Blanc. *de indiciis num.* 63. cum iudicia ciuilia, & criminalia ſint inter ſe diſtincta. Metlinus Pignatell. *controu. forenſ. centur.* 1. *c.* 19. *n.* 3. & diuerſa. Sperell. *deciſ.* 101. *num.* 58. 17

Incidens noua quæſtio.

Sed hîc opportunè quæritur, an Eccleſiæ, & reo competat reſtitutio ad immunitatem, ſi reus ipſe traditus Curiæ ſeculari ab Epiſcopo ex iis probaba 18

tionibus, quæ in caſu occulto pro legitimis habitæ fuerunt circa commiſſionem delicti excepti, verbi gratia *proditorij, aſſaſinij*, depopulationis agrorum, &c.

Primò vel non plenè conuinci potuerit apud Iudicem ſecularem de delicto, aut delicti qualitate.

19 Quia nimirum contra ipſum neque per teſtes probatum eſt crimen, aut criminis qualitas, nec per indicia indubitata, nec per notorium; his enim caſibus reus de crimine cenſetur conuictus. Giurba *conſ.71.n.1.*

Ac proinde in arbitrio ſit Iudicis omittere torturam, quæ vt dixi ſupra, purgat omnia indicia, & ſubijcere pœnæ extraordinariæ. Id quod volunt Menoch. *de præſumpt. libro 1. quæſt.92. num.3.* Carena *de S.Off. parte 3. titulo 8. num.17.* vbi quòd hoc melius eſt, ne fortè reus grauiter indiciatus de delicto atroci, ſuperet torturam, & ſic euadat pœnam. Scaccia *de iudiciis lib.2. cap.9. num.527.* Vericell. *qq. moral. & legal. tractat.8. quæſt.44. ſect.5. num.19.* & aliqui tacito nomine relati per Fachineum *controuerſiar. iuris lib.1. cap.39.* qui hunc aut torquendum, aut etiam liberandum ſentit, ſi conditio perſonæ, vel cauſæ torturam non patiatur, contra Thomam Sanchez *conſiliorum moral. lib.3. cap. vnico dub.12. n.4.* Dianam *parte 4. tract.6. reſolut.18.* & alios volentes reum omnino torquendum.

20 Secundò vel etiam conuictus fuerit per iudicia indubitata, & vehementiſſima, quæ ſi omittatur tortura, prout etiam in hoc caſu omitti poteſt arbitrio Iudicis, qui pro eo vt torqueat, poteſt reum ſubijcere pœnæ extraordinariæ. Delrio *vbi ſuprà*, dicens conſultius eſſe conuictum non ſubijcere quæſtioni. Clar. *§ fin. quæſt.21.num.29.* Catena *de S.Off. parte 2.titulo 12. n.264.* Leſſ.*lib.2. de iuſt.cap.29.num.169.* Baldell. *tomo 1.lib.4.diſp.15.num.11.* Ciarlin. *c.12. n.12. controuerſ. forenſ.* Farinac. *quæſt.86. num.58. & 64.* cum diſtinctione tamen adhibita *n.66.* quæ inquam relinquunt hominem obnoxium dictæ pœnæ, quæ ſolùm pecuniaria poteſt eſſe. Maſcard. *concluſ.1227.n.57.* Ægidius Boſſius *titulo de conuictis. n.35.* Viuius *commun. opinion.125 num.1.* non autem vera delicti pœna, ſed ad ſummum alia mitior, iudicantis arbitrio. Boet. *deciſ.164. num.6.* Thom. Grammat. *deciſ.96.n.6.*

21 Tertiò vel dicatur etiam, non obſtante vſu torturæ cum delicti negatione toleratæ, remanere obnoxius alicui pœnæ extraordinariæ in caſu indiciorum indubitatorum, vt volunt multi penes Giurbam *conſ.43.num.30.* & expreſsè etiam Riccius *parte 1. dec.73.n.8.* qui *num.9.* vult hanc pœnam eſſe poſſe corporalem, vt triremium.

22 Ad hanc quæſtionem, quam primus excitauit Gambacurta *lib.6.cap.27.* ſed non plenè deciſam reliquit, videtur prima facie, competere Eccleſiæ, & reo reſtitutionem ad immunitatem, vt hoc pacto reus euadat omnem pœnam extraordinariam, & quamlibet vexationē etiā carceris per modicum tempus cōtinuandam apud forum Laicale, cum carcer etiam temporalis ſit maximum tormentum. Royas *ſingulari 49.num.3.*

23 Ratio eſt, quia immunitas Eccleſiarum dicit ſubtractionem omnimodam delinquentis ad Eccleſiam confugæ à ſubiectione ad cenſuram Iudicis ſecularis.

Subtractio autem hæc à Pontifice Legiſlatore ſancita eſt pro quolibet delicto, quod per ipſum Legiſlatorem non fuerit exemptum, & extractum de corpore diſpoſitionis; eſt enim hæc virtus exceptionis, ſic eximere, & extrahere rem, aut caſum exceptum. Vermigliol. *conſ.crim.476.n.4.*

Non eſt verò exemptum, & extractum *proditorium, aſſaſſinium*, &c. de corpore Pontificiæ diſpoſitionis immunitatiuæ, & relictum animaduerſioni Curiæ ſecularis, niſi in quantum conſtat eidem Curiæ de tali delicto.

At in quæſtione propoſita ſupponitur

Digitized by Google

nitur, non conſtare in foro laicali de tali delicto.

Ergo prætenſus, & non probatus reus talis delicti, remanet particeps illius totalis ſubtractionis à foro ſeculari, quæ ſubtractio non reperitur diuiſibilis facta in aliqua lege, ita vt poſſit reus confuga, contra quem plene non conſtat de tali crimine excepto, puniri ex parte per pœnam extraordinariam, nec ex toto per ordinariam, quatenus hæc inferenda venit ob crimen, de quo plene conſtet.

Neque Epiſcopus per ſuam ſententiam conſignatiuā rei ad forum ſeculare, intercidit, neque intercidere potuit ius illud immunitatis, cum quo ſibi per ſanctionem Pontificiam imbibito trāſiuit in Curiam ſecularem delictū exceptum, iudicatum verè commiſſum ſecundùm deducta in foro Epiſcopali.

Vnde, non conſtito in foro ſeculari de cōmiſſione talis delicti, iam ſecularis Iudex, poſtquàm functus eſt munere ſuo circa cognitionem eiuſdem delicti, quod non reperit patratum, non habet vllum ius ad animaduertendum etiam ex minima parte in illud idem delictum.

Habet enim contra ſe regulam, quòd omnibus delictis cōpetit immunitas, id eſt totalis ſubtractio à laicali iuriſdictione, niſi excepta ſint, & plenè apud Iudicem ſecularem probentur cōmiſſa.

24 Sed contra prædicta replicari efficaciter poteſt, quòd Pontifex à regula immunitatis expreſsè excipit, atq; excludit *proditoriū, aſſaſſinium, depopulationem agrorum*, & alia delicta, atque illa facit ſubiecta Curiæ ſeculari eo ipſo, quòd per Epiſcopi ſententiam iudicantur verè commiſſa.

Quare poſtquàm Epiſcopus legitimè poſuit conditionē vnicè requiſitam à Pontifice pro ſegregatione dictorum delictorum ab immunitate, & pro ſubiectione ad iuriſdictionem laicalem.

Iam eadem delicta euadūt abſolutè excepta, exempta, & abſtracta à participatione immunitatis, cum in Bulla excipiente nō appareat quidquam de reſeruatione ipſorum delictorū intra immunitatem, & quaſi retrotractione ad illā in caſu non ſecutæ probationis plenæ ipſorum delictorum apud Iudicem ſecularem, ſed in eadem Bulla continean tur expreſsè ſolùm duo, nempe *exceptio* delictorum, & *cognitio* Epiſcopi circa ipſorum commiſſionem.

Quo fit, vt, non conſtito plenè de his delictis in foro ſeculari poſt factā conſignationem legitimam ab Epiſcopo, poſſeſſio ſtet pro exceptione, non pro immunitate ac proinde poſſit Iudex ſecularis exercere ſuam iuriſdictionem in materiam liberam, decernendo pœnam extraordinariā, prout poſtulat ius.

Atq; ex his patet, quod verum nō eſt, 25
trāſire delicta excepta in Curiam ſecularē cum iure imbibito per ſanctionem Pōtificiam, vt fiant participia immunitatis, ſi poſt Epiſcopi conſignatiuā ſententiam, plenè in foro ſeculari nō probentur patrata, cùm immo tranſeant vacua ab omni tali iure, & perinde ſint excepta, ac ſi lex immunitatis nullatenus emanaſſet.

Sed hæc dicta ſint à me ad meram 26
diſputationem.

Quamuis enim me valdè vrgeat ratio proximè facta, nihil tamen in hoc perdifficili articulo determinare debeo, cum neminē viderim qui de eodem articulo agat, præter Petrum Gambacurtam *cit. c.* 27. qui pro parte affirmatiua tali modo propoſuit argumentum, vt indicet, dicturum ſe eſſe aliquid etiam pro parte negatiua, quod tamen non dixit, cum reliqua illius capitis vigeſimi ſeptimi deſiderentur, ob immaturū huius Auctoris deceſſum ante editionē commentariorum eius in Bullam Gregorij XIV. quæ proinde completa, & ſufficienter recognita non fuerunt.

Satis ergo mihi eſt aperuiſſe viam ſapientioribus, vt difficultatem melius diſcutiant, atque in alterutram partem determinatè tranſeant.

§. XXXI.

Digitized by Google

§. XXXI.

Afferuntur, & ſoluuntur argumenta pro prima Sententia.

SVMMARIVM.

Affertur primum argumentum pro prima ſententia, num. 1.

Soluitur argumentum, num. 2. & ſequentibus.

Eo ipſo, quòd ambigitur, an quis commiſerit vnum ex delictis exceptis, neque Eccleſia, neque reus interim habet ſtabile, & certum ius ad tutamen contra Iudicem ſecularem reſpectu huius delicti, ſed dependent à ſententia ferenda per Epiſcopum, num. 3.

Non facit iniuriam Epiſcopus Eccleſiæ, aut reo, ſi in dubio non quidē exceptionis delicti, ſed commiſſionis ipſius delicti excepti, exequatur præſcriptum Pontificis & inquirat veritatem commiſſionis, vel omiſſionis ipſius delicti excepti, adhibitis probationibus, quæ in caſu occulto habeantur pro legitimis, & demum pronunciet pro non immunitate, ſi dictæ probationes ſuadeant commiſſum eſſe delictum, num. 4.

Tunc fieret iniuria Eccleſiæ, & reo, quando illum Epiſcopus excluderet ab immunitate, licèt per defectum probationum ſuaderetur ſibi, delictum exceptum, non fuiſſe commiſſum, num. 5.

Vtentes argumento primo, ſupponunt id, quod probare deberent, nimirum in dubio commiſſi delicti excepti competere Eccleſiæ, & reo certum, & ſtabile ius ad tutamen immunitatiuum, ita vt Epiſcopus non poſſit fungi munere per Pontificem ſibi iniuncto, & iudicare contra id tutamen, ſi probationes ſuper talis delicti commiſſione poſſibiles id permittant, num. 6.

Nulla circa delicta excepta eſt immunitatis poſſeſſio, & iuris fundamentum, niſi Epiſcopus, vt Pontificis inſtrumentum, deficientibus probationibus commiſſionis eorumdem delictorum, per ſententiam ſuam quaſi applicet hîc, & nunc efficaciter immunitatem, & fundet ius ſtabile ad illam pro Eccleſia, & reo, definiendo non apparere ſufficienter de commiſſione talis delicti, contra dictum quorumdam, num. 7.

Quamdiu Epiſcopus inquirit, an exceptum delictum ſit commiſſum, reus non habet ius actuale, ſtabile, certum, & proximum ad immunitatem, ſed potentiale, titubans, anceps, & remotum, à quo deiici poteſt ineuitabiliter, ſi eidem Epiſcopo vtenti probationibus præſumptiuis ad præſcriptum Pontificis, appareat de commiſſione talis delicti, numero 8.

Refellitur dictum quorumdam volentium captos in Eccleſia habere regulam immunitatis pro ſe, & affertur congrua diſtinctio, num. 9.

Refertur dictum Thomæ Sanchez volentis, delinquentem eſſe in poſſeſſione immunitatis, & reiicitur, cum nulla ſit immunitatis poſſeſſio contra facultatem Epiſcopi ad cognoſcendum de commiſſione delictorum exceptorum, num. 10.

Affertur ſecundum argumentum, num. 11.

Soluitur argumentum, num. 12. & ſequentibus.

Gregorius XIV. contentus eſt, vt de com- commiſſione delictorum exceptorum cognoſcatur verè *veritate morali, quæ habetur per præſumptiones tum iuris, tum hominis, dummodò non leues, & parum veriſimiles*, num. 12.

Immeritò dicitur, præſumptiuam cognitionem non eſſe abſolutè veram, ſed ſub dubio veram, num. 13.

Aduerſariis probandum remanet, quòd in hac cauſa inuoluente caſus difficiles probatu, exegerit Gregorius veritatem petitam ex euidentibus probationibus, ac proinde metaphyſicam, num. 14.

Non eſt vniuerſaliter verum, quòd, quoquotieſcunque lex probationem requirit, in

intelligi debeat de plena, & quando ſufficit præſumptiua probatio, id à Legiſlatore caueatur, num.15.

Non eſt ſemper neceſſe, vt Legiſlator expreſſis verbis dicat ſufficere probationem præſumptiuam, ſed ſatis eſt, ſi ex bonis motiuis id illatiuè intelligatur, num.16.

Etiam ſemiplena probatio venit appellatione probationis, *etiam à lege prolatæ, quando ſubiecta materia repugnat*, num.17.

Aſſertur argumentum tertium, num.18.

Soluitur, num.19.

Semper improbatum remanet id, quod eſt in quæſtione, an ſcilicet de facto Pontifex Legiſlator exigat in cauſa immunitatis circa delicta excepta, concludentem probationem quo ad eorum commiſſionem & qualitatem, num.20.

Aſſertur argumentum quartum, num.21.

Soluitur, num.22.

Aſſertur ſimile argumentum, & ſoluitur, num.23.

Non eſt præcisè probanda qualitas licèt ſit fundamentum actionis, ſi Legiſlator ſufficienter indicet, ſe contentum eſſe, vt præciſa probatione non vtatur actor, quod in noſtro caſu fecit Gregorius XIV. ibidem.

Aſſertur aliud argumentum, & ſoluitur, num.24. *Item aliud* num.25. *& ſolutu*, num.26.

Poteſt ſeruari ordo iudiciarius ad habendas probationes, quæ iuxta materiam ſubiectam haberi poſſunt, & pro legitimis reputantur, etiamſi plenæ non ſint, ibidem.

Aſſertur vltimum argumentum, & ſoluitur, num.27.

Falſum eſt, vbicumque eſt clauſula conſtito, *requiri plenas probationes*, num.28.

1 ESt autem primum argumentum, quo vtuntur Caſtro Pal. *part.2. tract.11. diſp. vnic. puncto* 13. *num.*8. Thomas del Bene *de immunit. & iuriſd. Eccleſ. parte 2. cap.16. dub.42. ſect.1. num.4.* Diana *parte 5. tract.1. reſol.9.* Paſqualig. *in additione ad quæſtionem 29. num.5. controuerſiarum inter Epiſcopos, & Regulares Laureti de Franchis, part.2. & alij*, huiuſmodi.

Eccleſia habet, ius tutandi reum in caſibus non exceptis, quod ius etiam aſſerit Paſſerinus, *tractat. de pollutione Eccleſiarum, diſputat. 5. cap.41. num.2.* & reus habet ius, ne in talibus caſibus ab Eccleſia per quemquam extrahatur, *cap. inter alia, de immunit. Eccleſ.* ex quo erutus textus meritò vocatur *capitalis* ab Antonio Gomez *variar. reſol. tomo 3. cap.10. n.1. & aliis iuribus.*

Ergo Epiſcopus, dum non cognoſcit concludenter, & plenè, quòd reus crimen exceptum commiſerit, iniuriam Eccleſiæ, & reo facit vtrumque priuando iure ſuo, ſi non tuteтur reum, ſed curiæ ſeculari ad puniendum conſignet, cum ius certum vinci non poſſit per probationes præſumptiuas, & leues præ concludentibus, & certis.

Ergo requiruntur certæ probationes; alioqui minus certæ præualuere non poterunt contra ius certum.

Reſpondeo concedendo antecedens, negando conſequentiam. 2

Argumentum enim continet æquiuocationem, cum in antecedenti ſit ſermo de caſibus non exceptis in iure, in quibus certiſſimum eſt, quòd Eccleſia, & reus habent ius tutaminis reſpectiuè actiui, & paſſiui contra Iudicem ſecularem, in conſequenti autem fiat gradus ad caſus exceptos quidem in iure, ſed de quibus dubitetur, an commiſſi fuerint de facto.

In his verò delictis exceptis euidens eſt, quòd, ſtante actuali diſpoſitione Gregorij XIV. eo ipſo, quòd ambigitur, an quis de facto commiſerit vnum ex ipſis, neque Eccleſia, neque reus habent interim ſtabile, & certum ius ad tutamen prædictum reſpectu huius delicti, ſed omninò dependent à ſen- 3

ſentia

tentia per Epiſcopum ferenda pro immunitate, vel non immunitate, provt vel deſunt, vel ſuppetunt ſufficientes probationes ſuper commiſſione ipſius delicti.

4 Non adeſt ergo vllum ius certum, quod dici poſſit inuincibile per probationes minores plenis, & concludentibus.

Ac proinde, cum ibi iniuria non ſit, vbi non eſt ius, quod lædatur, cum iniuria ſit *violatio iuris*, vt alibi dixi, non facit vllam iniuriam Epiſcopus Eccleſiæ, aut reo, ſi in dubio non quidem exceptionis delicti, ſed commiſſionis ipſius delicti excepti, quæ duo valdè differunt, exequatur præſcriptum Pontificis, & inquirat veritatem commiſſionis, vel omiſſionis ipſius delicti excepti, adhibitis probationibus, quæ in caſu occulto, & difficilis probationis habeantur pro legitimis, & demum ferat ſententiam pro excluſione ab immunitate, ſi dictæ probationes ſuadeant commiſſum eſſe delictum.

5 Tunc verò fieret iniuria Eccleſiæ, & reo, quando illum Epiſcopus excluderet ab immunitate, etiamſi per defectum probationum ſuaderetur ſibi, quòd exceptum delictum non fuiſſet commiſſum.

Quia re vera in hoc caſu Eccleſia, & reus haberent certum, & ſtabile ius ad tutamen, quo indebitè per Epiſcopum priuarentur, ſicur ius certum, & ſtabile habent quo ad non excepta delicta, à quibus ad excepta, in quantum circa ſuam commiſſionem ſunt dubia, incongruè fit illatio, vt patet.

6 Hinc apparet, vtentes eo argumento ſupponere id, quod probare deberent, nimirum in dubio commiſſi delicti excepti competere Eccleſiæ, & reo certum, & ſtabile ius ad tutamen immunitatiuum, ita vt Epiſcopus non poſſit fungi munere ſibi per Pontificem iniuncto, & iudicare contra illud tutamen, ſi probationes ſuper talis delicti commiſſione poſſibiles id permittant.

Apparet item inania eſſe, quæ dicunt Del Bene *cit. ſect. 1. num.* 5. Caſtro Pal. *cit. puncto* 13. *num.* 8. de inſufficientia coniecturarum ad vincendam præſumptionem ortam ex poſſeſſione immunitatis, & iure fundato. *l. fin. ff. quod metus cauſa.* vbi Iuriſtæ, & Abb. *in cap. Quia veriſimile. in* 2. *notabili. de præſumpt.* 7

Dico enim, nullam circa excepta delicta eſſe immunitatis poſſeſſionem, & iuris fundamentum, niſi Epiſcopus, tanquam ſummi Pontificis inſtrumentum, deficientibus probationibus commiſſionis eorumdem delictorum, per ſententiam ſuam quaſi applicet hîc, & nunc efficaciter immunitatem, ac fundet ius ſtabile ad illam pro Eccleſia, & reo, definiendo non apparere ſufficienter de commiſſione talis delicti.

Ex quibus collige, quòd quamdiu Epiſcopus Iudex inquirit, an exceptum delictum commiſſum fuerit, reus confuga ad Eccleſiam, non habet ius actuale, ſtabile, certum, & proximum ad immunitatem, ſed potentiale, titubans, anceps, & remotum, à quo deiici poteſt ineuitabiliter, ſi eidem Epiſcopo vtenti probationibus præſumptiuis ad præſcriptum Pontificis, appareat de commiſſione talis delicti. 8

Apparet item non eſſe verum, ſed gratis ſupponi id, quod dicunt Farinac. *conſ.* 76. *num.* 3. de quo conſilio per Merlinum Pignatellum *controuerſiarum forenſ. centur.* 1. *cap.* 64. *num.* 21. apertè dicitur non eſſe curandum. Ciarlinus *controuerſiarum forenſ. capite* 10. *num.* 68. Alexander Ambroſin. *tract. de immun. cap.* 11. *numero* 4. Alex. Peregrin. *de immun. cap.* 3. *num.* 5. Sperell. *deciſ.* 101. *n.* 18. captos in Eccleſia habere regulam immunitatis pro ſe, quia inquiunt, quilibet ad Eccleſiam confugiens eſt tutus: ideo dicens, caſum hunc, vel illum non comprehendi in regula, debet 9

ſuam aſſertionem euidenter probare, eo quòd habeat contra ſe iuris præſumptionem, quod eſt iuxta *regulam* 1. *præſumpt*.28. Alciati *tract. de præſumpt. num*.6. quoties regula eſt pro aliquo, onus probandi incumbere alleganti fallentiam.

Ego enim iuxta prædicta replico, captos in Eccleſia habere regulam immunitatis pro ſe, & quemlibet confugientem ad Eccleſiam eſſe tutum quo ad delicta non excepta in iure.

At quo ad excepta, quamdiu dubitatur, an commiſſa ſint, dico reſolutiuè, captos ſubordinari Epiſcopi ſententiæ, per quam ille definire poteſt non commiſſa fuiſſe eadem delicta, quo caſu quilibet iam tutus eſt ſtabiliter etiam quo ad hæc delicta à foro ſeculari prætenſa commiſſa per ipſum reum confugam, & habet regulam immunitatis irrefragabilem pro ſe.

Itemque definire poteſt fuiſſe commiſſa ex probationibus à ſe habitis, & ſufficientibus iuxta præſcriptum Pontificis, quo caſu nemo eſt tutus, nec habet regulam pro ſe, vt ex dictis patet.

10 Ex quibus venit refellendus Thom. Sanchez *conſilior. lib.6.cap.*1.*dub.*12.*n.*9. vbi quòd requiruntur plenæ probationes, quia melior eſt poſſidentis conditio: cum ergo hic delinquens ſit in poſſeſſione immunitatis, ea ſpoliari non debet in dubio. Ita Sanchez, ſed non bene, cum nulla ſit immunitatis poſſeſſio contra facultatem Epiſcopi ad cognoſcendum de commiſſione delictorum exceptorum.

Argumentum ſecundum.

11 Secundum argumentum eſt, quo vtuntur Caſtro Pal.*cit.puncto* 13.*num*.8. Thom. del Bene *citato cap*.16.*dub*.42. *ſect*.1. *num*.7. & 8. Ciarlin. *cap*.10.*n*.65. Sperell. *deciſ*.101. *num*.25. Beoleus, & alij duo *in conſ*.168. *apud Farinac. n*.10. Ambroſin. *citato cap*.11. *num*.4. Falcon. *apud Farinac. conſ*.76. *n*.21. Vermigliol. *conſ.crimin*.99.*num*.2. Bellett. *diſquiſ. Clerical.parte* 1. *titulo de fauore Clericor.reali. ſ*.4.*n*.50. Ricc. *in praxi aurea. reſol*.450. *num*.3. Bonac. *de legibus diſput*.3.*quæſt*.7. §.7.*n*.4. Diana *parte* 3.*tract*.1.*reſolut*.38. & alij.

Gregorius exigit in ſua Bulla, vt Epiſcopus, antequam conſignet reum ſeculari curiæ, *cognoſcat verè*, quòd is delictum exceptum commiſerit.

Ergo non ſufficit, vt *cognoſcat præſumptiuè ſolum*; quia præſumptiua cognitio non eſt vera cognitio, ſed ſolùm probabilis, & putatitia, quæ non eſt abſolutè vera, ſed ſub dubio vera: ſicut ficta confeſſio non eſt vera confeſſio, ac proinde vbi exigitur confeſſio vera, non ſufficit ficta. Sperell. *citato deciſ*.101.*n*.27.

Ergo requiruntur probationes concludentes, & plenæ, quæ ſolæ habent veritatem propriè dictam.

Reſpondeo, concludi ex argumentis pro prima ſententia, & pro tertia, & quarta, quòd Gregorius contentus eſt in hac ciuili cauſa probationibus non ita rigoroſis circa commiſſionem delictorum exceptorum de ſe occultiſſimorum, ac proinde vult, ab Epiſcopo cognoſci verè *veritate morali*, quæ habetur per præſumptiones tum iuris, tum hominis, dummodò non ſint leues, & parum veriſimiles, vti ſatis probaui *ſ*.29.*in cenſura* 3.*ſententia*. 12

Vt proinde immeritò dicatur, præſumptiuam cognitionem non eſſe abſolutè veram, ſed ſub dubio veram; 13

Neque enim locum ibi habet dubietas, vbi aſſenſus habet aliqualem certitudinem, etiamſi metaphyſica non ſit:

Habet autem aliqualem certitudinem cognitio fundata in grauibus præſumptionibus.

Quare aduerſarijs probandum remanet, quòd Gregorius in cauſa hac 14
inuol

Digitized by Google

inuoluente caſus difficillimè, & rariſsimè probabiles plenè, exegerit *veritatem cognitionis petitam ex euidentibus, & concludentibus probationibus*, ac proinde abſolutam, & metaphyſicam quæ exigentia non colligitur ex textu Gregorianæ Conſtitutionis.

15 Vnde etiam Caſtro Palao *cit.num.*8. Del Bene *cit.dub.*42.*ſect.*1.*num.*10.*&* 11. Farinacio *cit. conſ* 76. *num.* 5. Beoleo *cit. conſ.*168. *num.*8. Bonacinæ *citato num.*4. Peregrino *cit.cap.*3.*num.*4. Dianæ *citato reſolut.*38. Ambroſino *cit. cap.*11.*num.*4. Sperello *cit. deciſ.*101.*num.*22. Ciarlino *cit.cap.*10. *num.*61. Caſtilio *deciſ.*156. *n.*6. & alijs dicentibus, quotieſcunque lex probationem requirit, intelligi debere de plena, & concludenti, & quando ſufficit probatio præſumptiua, id à Legiſlatore caueri.

Reſpondeo, tum negando illud principium abſolutè, cum ſupra ex M[illegible] renda, & Carena oſtenderim, probationem præſumptiuam eſſe *veram*, & *legitimam* probationem ad intentum iuris etiam requirentis claras probationes.

Tum negando particulariter in noſtro caſu, in quo Gregorius, qui eſt ſupra omne ius Eccleſiaſticum, veroſimillimè creditur ex argumentis primæ ſententiæ, & tertiæ, & quartæ, non exigere tam rigoroſas probationes.

16 Neque ſemper neceſſe eſt, vt Legiſlator expreſsis verbis dicat, ſufficere præſumptiuam probationem, ſed ſatis eſt, ſi per efficacia motiua id à ſapientibus illatiuè intelligatur.

17 Confirmatur reſponſio ex hoc, quod item ſemiplena probatio venit appellatione *probationis*, etiam à lege prolatæ, quando ſubiecta materia repugnat. Mollign. *de appellatiua verborum vtriuſque iuris ſignificatione.n.*934.

Argumentum tertium.

18 Argumentum tertium, quo vtuntur Caſtro Pal. *cit. puncto* 12.*num.*8. Thom. del Bene *citato capite* 16. *dub.*42. *ſect.*1. *num.*12.*&* 13. Ciarlin. *cit.cap.*10. *num.*66. Farinac. *cit. conſ.*76. *num.*6. Beoleus, & alij duo *cit. conſ.*168. *num.*9. Ambroſin. *cit. cap.*11. *n.*4. Sperell. *cit. deciſ.*101.*n.*28. *&* 31. Peregrin. *cit.c.*3.*n.*5. Caſtil. *dec.*156. *num.*7. eſt hoc.

Probatio conditionis, & formæ ad actum requiſitæ debet eſſe plena, & concludens. *l. Lucius. ff. de condit. & demonſtr.*

Sed delictum eſſe exceptum, ſeu de exceptis, eſt conditio, & forma requiſita ad priuationem immunitatis, vt de ſe patet, & tradit Gregor. XIV. in dicta Conſtitutione ibi: *cognito prius per Epiſcopum*, &c.

Ergo probatio exceptionis delicti debet eſſe plena, & concludens.

Reſpondeo, diſtinguendo maiorem, 19 & dico, eam procedere, ſi nihil obſtet ex parte Legiſlatoris præſcribentis formam, & conditionem ad actum.

Non procedere autem, ſi Legiſlator apponat modum conditioni, & formæ, qui modus excludat apertè neceſſitatem plenæ, & concludentis probationis.

Ad minorem reſpondeo item diſtinguendo: delictum eſſe exceptum, ſeu de exceptis, eſt conditio, & forma requiſita ad priuationem immunitatis ſimpliciter, & abſolutè, nego: eſt conditio, & forma cum modificatione adhibita per Legiſlatorem, & in eo ſita, vt Epiſcopus Iudex cognoſcat per probationes in facto occultiſſimo poſſibiles, & à lege reputatas legitimas, an delictum ſit commiſſum, & quidem cum qualitate exceptiua ab immunitate, concedo:

Ergo probatio exceptionis delicti debet eſſe plena, & concludens: nego conſequentiam.

Et dico, improbatum ſemper remanere id, quod in quæſtione eſt, an ſcilicet de facto Pontifex Legiſlator exigat 20

in cauſa immunitatis circa delicta excepta, concludentem probationem quo ad eorum commiſſionem, & qualitatem, ad hoc vt Epiſcopus ferre ſententiam poſſit pro excluſione eiuſdem immunitatis.

Ad argumentum ſupra factum reſpondet etiam Antonius de Ballis, *vt in §. 29. præſentis ſectionis numero 236. & 237.*

Argumentum quartum.

21 Argumentum quartum, quo vtuntur Farinac. *cit. conſ. 76. n. 4.* Ambroſin. *cit. cap. 11. num 4.* Ciarlin. *cit. cap. 10. n. 62.* Spetell. *cit. deciſ. 101. n. 21.* Peregrin. *citato cap. 3. num. 5.* Caſtil. *cit. deciſ. 156. num. 5.* eſt hoc.

Qualitas tribuens iuriſdictionem debet probari plenè, & concludenter, non autem per indicia, & præſumptiones, etiamſi in negatiua conſiſtat: ſed admiſſum eſſe crimen exceptum in Bulla Gregoriana, eſt qualitas, quæ tribuit Iudici Laico iuriſdictionem in reum illius criminis: ergo ea qualitas probanda eſt plenè, & concludenter, non autem per ſola indicia, & præſumptiones.

22 Reſpondeo, diſtinguendo maiorem, & concedendo eam procedere, ſi nihil obſtet ex parte Legiſlatoris circa qualitatem, ex qua tribuitur iuriſdictio.

Negando autem eam procedere, ſi ex motiuis efficacibus colligatur Legiſlatorem contentum eſſe, vt de qualitate tributiua iuriſdictionis conſtet per probationes minores plenis, & concludentibus, id quod in caſu noſtro accidit, ac proinde conceſſa minori, nego conſequentiam.

23 Et iuxta hæc ſoluitur ſimile argumentum, quo vtitur Ciarlin. *cit. cap. 10. num. 63.* quòd ſcilicet qualitas eſt præcisè probanda, quando eſt fundamentum intentionis: ſed qualitas commiſſionis delicti excepti eſt fundamentum fiſci ad obtinendum, vt ſibi tradatur reus, ergo, &c.

Reſpondetur enim negando, qualitatem eſſe præcisè probandam, etiamſi ſit fundamentum intentionis, quando Legiſlator ſufficienter indicat ſe contentum eſſe, vt præciſa probatione non vtatur actor, quod in noſtro caſu fecit Gregorius XIV.

Item ſoluitur aliud argumentum, quo vtitur Ciarlin. *cit. cap. 10. num. 64.* quòd ſcilicet diſpoſitio loquens cum certa qualitate, vt facit Gregoriana, non habeat locum, niſi qualitas plenè probetur. 24

Reſpondetur enim, Gregorianam loqui cum certa qualitate quidem, commiſſione ſcilicet delicti excepti, ſed ita loqui, vt prudentiſſimæ interpretationi de non neceſſitate plenarum probationum relinquat aditum, quem aditum debuiſſent firmioribus rationibus obſtruere Doctores ſequaces primæ ſententiæ, & non fecerunt, ſed ſemper ſupponunt id, quod eſt in quæſtione, an ſcilicet Pontifex de facto in ſua diſpoſitione exigat euidentes, & plenas probationes.

Argumentum quintum.

Argumentum quintum, quo vtitur Ciarlin. *cit. cap. 10. n. 69.* eſt hoc. 25

Stantibus verbis Gregorianæ, *cognito prius per Epiſcopum*, requiritur in hac re cognitio cauſæ, tum quia agitur de præiudicio alterius, tum quia vbicumque lex iubet aliquid fieri cum auctoritate Iudicis, debet intelligi, quòd cognoſcat: Vbi autem requiritur cauſæ cognitio, ordo aliquis debet obſeruari, & non eſt ex abrupto procedendum: ergo requiritur in hac re ordo iudiciarius, & conſequenter plena probatio.

Reſpondeo, me admittere totum, excepta neceſſitate plenæ probationis, cum poſſit ſeruari ordo iudiciarius ad habendas probationes, quæ iuxta ſubjectam 26

jectam

jectam materiam haberi poſſunt, & pro legitimis reputantur, etiamſi plenæ non ſint.

Argumentum ſextum.

27 Argumentum ſextum, quo vtitur Ciarlin. *cit. capite* 10. *num.*71. eſt hoc.

Non ambigitur, clauſulam *conſtito prius*, eſſe ſimilem *cognito prius*: ſed vbicumque eſt illa prima clauſula, requiruntur plenæ probationes: ergo & vbicumque eſt ſecunda.

Reſpondeo, ſecundam non eſſe ſimilem primæ, ſi habeantur motiua ad prudenter cenſendum, quòd Legiſlator non exigat plenitudinem probationum, ſed aliqua mitiori certitudine contentus ſit, vt in caſu noſtro accidit.

28 Addo, quòd falſum eſt, vbicumque eſt clauſula *conſtito*, requiri plenas probationes, vt probaui ex *capite Michael. de filiis presbyter.* & *ex cap.* 1. *de homicid. in* 6. & ex Doctoribus allegatis. §.29.*n.*72.

§. XXXII.

Quid probandum in facto, & quibus medijs, vt probetur, homicidium fuiſſe proditorium in ordine ad immunitatem?

Probandum eſſe actum occiſionis, & appenſamentum, & qualitatem ſpecificam proditionis.

SVMMARIVM.

Inſtituitur difficilis quæſtio, & à Doctoribus non diſcuſſa, de probatione proditorij *in facto.* num.1.

In homicidio proditorio *eſt actus occiſionis hominis, & qualitas ipſa* proditionis, *quæ includit appenſamentum, & terminationem ipſius actus occiſionis ad impotentem ſe tueri ab aggreſſore.* ibid.

Oportet probare primò actum occiſionis, qui probari poteſt per plenam probationem, cum ſit externus: at ſi factus ſit clam, vt fere ſemper fit, probatur ſufficienter per coniecturas, & indicia vel indubitata in ſe, vel reddita indubitata ex coniunctione plurium dubitatorum. num.2.

Probato delicto non remanet probata qualitas, quæ conſtare debet, ſicuti factum. num.3.

Oportet probare ſecundo appenſamentum occiſionis. ibidem.

Appenſamentum eſt aliquid facti nec præſumitur, & probari debet: & eo non probato, homicidium præſumitur factum in rixa, vel accidentaliter, ſeu caſu. num.4.

Reiiciuntur, qui ſenſerunt, homicidium præſumi cogitatum, quando non apparet de pura rixa: quæ præſumptio habet locum in aliàs aſſuetis ad homicidia. num.5.

Oportet probare tertio qualitatem ipſam proditionis, *ideſt docere, occiſionem ipſam, ob adhibitas inſidias fuiſſe terminatam ad impotentem hîc, & nunc ſe tueri ab aggreſſore.* num.6.

Oportet probare vel per teſtes de viſu, vel ſi haberi non poſſint hi, per coniecturas, & indicia indubitata, quod tu occideris hominem, & ad occidendum ſecurè, vſus ſis inſidiis negatiuis. num.7.

Ex inſidiis negatiuis habetur coniectura appenſamenti: & afferuntur exempla. num. 8.

Ex vſu inſidiarum etiam habetur coniectura propoſiti, & induſtriæ, quæ ſicut & præmeditationes, promanant ex facultate conſultrice habente perſpicuum ſui vſum. ibidem.

Appenſamentum eſt de iis, quæ conſiſtunt in animo, ideoque non eſt ſimplici-

ter

ter probabile per teſtes, ſed ſolùm per coniecturas ex quibuſdam exterioribus, de quibus deponere debet teſtis, non autem expreſsè de animo deliberato, qui non per teſtem, ſed per Iudicem venit coniecturandus, ſeu per præſumptiones verbi, vel facti. num.9.

Ex his coniecturis, & præſumptionibus appenſamentum, ſicut & propoſitum, & induſtria connexa, cenſentur probata modo inter homines poſſibili. ibidem.

Hoc modo probationis in cauſa proditorij debent eſſe contenti etiam ij, qui ad cognitionem cauſæ immunitatis requirunt plenas probationes. num.10.

Appenſamenti probatio non poteſt cadere immediatè, niſi ſupra ſolas coniecturas, & mediate ſupra appenſamentum ipſum, ſicuti neque immediate ſupra quaſdam res externas, ſed mediantibus præſumpionibus, cuiuſmodi ſunt adulterium, & ſodomia. num.11.

Ex inſidiarum executione per terminationem occiſionis ad perſonam impotentem ad ſe tuendum, habetur ratio conſtitutiua proditorij. num.12.

Vſus inſidiarum eſt vnum quidem medium ad probandum appenſamentum, ſed non eſt vnicum, cum alia multa concurrere poſſint ad probandum illud. ibidem. num.13.

Agitur de probatione proditorij, ſub ſignis amicitiæ formalis, non autem de probatione proditorij contra perſonam, cum qua habeatur amicitia præſumptiua, id eſt communis illa amicitia, quæ regulariter præſumitur, & non arguit affidationem poſitiuam proditi de proditore, ſed meram indiffidationem de illo, & eſt amicitia negatiua, & reſoluitur in præſumptionem non amicitiæ, & ipſa quoque excludit præſumptionem animi deliberati. num.14.

Probandum eſt per teſtes, vel in horum defectum, per indicia modo prædicto, quòd tu occideris hominem affidatum prius per exhibtionem ſignorum amicitiæ, quæ exhibitio probari debet & ipſa. num.15.

Ad probationem proditorij, ſub ſignis amicitiæ, non ſufficit probatio exhibitionis horum ſignorum, & formalis amicitiæ ſecutæ in prodito erga proditorem reputatum amicum verum. num.16.

Cum per hoc non probetur appenſamentum, & qualitas proditoria, quin potius eiuſdem appenſamenti præſumptio excludatur, & præſumatur præceſſiſſe rixam inter occiſorem, & occiſum, vel alioqui ſubitum caſum. n.17.

Non eſt veroſimile, quòd intercedente amicitiâ inter me, & te exteriùs tibi declarata, atque à te creditâ verâ ex parte mea, ego te ſedato animo inuaſerim affidatum à me, & imprecauentem de me: at veroſimile eſt, quòd id euenerit ex accidenti. num.18.

Probationi amicitiæ à me oſtenſæ in te, neceſſe eſt adiicere probationem non ſecutæ rixæ inter nos tempore occiſionis. num.19.

Ille debet probare, qui dicit non adfuiſſe rixam, ſicut & qui aſſeuerat eſſe factum ſedato animo, itemque qui dicit non præceſſiſſe ſubitum caſum. ibid.

Hæc negatiua bene per teſtes probari poteſt, ſicut & per confeſſionem partis: immo & debet. num.20.

Differunt negatiua indeterminata, & coarctata, quod illa regulariter probari non poteſt, & hoc ipſo ſatis dicitur probata quo ad ſubleuandum negantem: at coarctata debet omnino à negante probari. ibidem.

Qui fundat intentionem ſuam in non facto, debet & ipſe non factum probare. ibidem.

Probatis ſignis amicitiæ, & non rixâ, & non caſu ſubito, habetur probatio proditorij: num.21.

Appenſamentum præſumitur ex non rixa, & non caſu ſubito. ibidem.

Cum difficile ſit adijcere probationi amicitiæ

proba

probationem per teſtes non ſecutæ rixæ, aut ſubiti caſus, debet probari extitiſſe animus præmeditatus in occidente. numero 22.

Quia huius animi probatio eſt probatio non quidem vera, ſed præſumptiua non ſecutæ rixæ, & non ſecuti ſubiti caſus, cum præmeditatus animus præſumptionem rixæ, & ſubiti caſus natam conſurgere ex amicitia, directè præripiat, quatenus nullam præſupponit inſtantem prouocationem, & rixam. num. 23.

Appenſamentum non compatitur ſe ſe cum rixa, niſi ſit affectata, ſicuti nec rixa cum appenſamento, cum rixa ex improuiſo procedat, & ſine conſilio, & non ex propoſito. ibidem.

Sicuti probatio appenſamenti excludit præſumptionem rixæ, ita & probatio rixæ excludit omnes alias præſumptiones appenſamenti. ibidem.

Sufficit præſumptiua probatio non ſecutæ rixæ in cauſa proditorij, *cum hæc qualitas ſit difficilis probationis.* ibid.

Habetur huius animi deliberati coniectura ex inſidiis, quatenus conſiſtunt in propinatione veneni, item in dictione falſi, vnde ſcilicet affidatus ſit de aggreſſore aggreſſus. n. 24. & 25.

Oſtenſio amicitiæ per falſa verba, vel facta, concurrit ſecundum diuerſos reſpectus ad conſtituendum proditorium. num. 26.

Si probetur, quod ego, qui profeſſus ſum erga te amicitiam per blanda verba, vel propitium factum, fuerim mendax, & ſimulatus in facto, quia in tui abſentia proteſtatus ſum, me tibi illuſiſſe, iam probabitur totum, quod requiritur ad proditorium. n. 27.

Habetur animi deliberati coniectura ex hoc, quòd fortè exciderint mihi in abſentia tua hæc verba: non diligo Petrum: *& te poſtea occiderim, quæ verba indicant tum inimicitiam in te meam, tum fictionem oſtenſæ tibi amicitiæ.* n. 28.

Si occiderim te, cui me oſtenderam amicum, probeturque amicitia, quæ inducit affidationem, itemque probentur illa verba dicta in tua abſentia, per quæ excluditur præſumptio rixæ, & ſubiti caſus, habetur totum id, quod requiritur ad proditorium. num. 29.

Certificatio non præſumitur. ibidem.

Generaliter conſiſtentia in animo probantur confeſſione extraiudiciali: inimicitia autem, & amicitia ſunt paſſiones mentales, quæ retinentur in animo: & nominatim inimicitia probatur ex iis verbis extraiudicialiter dictis: non diligo Petrum. num. 30.

Dolus, fraus, & ſimulatio, quando concurrunt ad proditorium *ſub colore amicitiæ, ſi probari non poſſint per verba ab amico mendaci emanata in proteſtationem falſitatis, probantur per alias præſumptiones.* ibidem.

Habetur coniectura animi deliberati ex illatione multorum vulnerum. n. 31.

Exemplum prædictæ coniecturæ ex Giurba. num. 32.

Quando aliunde probatur appenſamentum, neceſſe non eſt probare expreſsè non rixam. ibidem. *quæ doctrina confirmatur ex facto Pauli V.* num. 33.

De aliis coniecturis animi deliberati remiſſiue, aduertendo tamen, eas ſolùm facere ad probationem proditorij, *quæ ſ. cum non trahunt diffidationem perſonæ occiſæ.* n. 34.

Affertur doctrina Gonzali Suarez de Paz volentis, quando inuicem erant amici, mortem occiſi præſumi ſemper ſecuram, & impugnatur. n. 35.

Ex amicitia non præſumitur factum fuiſſe homicidium ſine rixa, nec reiicitur in reum onus probãdi fuiſſe factum in rixa, vt ſe releuet à proditorio, *ſed potius ex amicitia præſumitur factum fuiſſe in rixa, & reiicitur in actorem onus probandi fuiſſe factum ſine rixa, vt conuincat* proditorium. ibidem.

Agitur de probatione proditorij, *inter connexos.* n. 36. & ſeqq.

Debet probari vel per teſtes, vel per indi-

cia, quod tu occideris hominem peculiariter tibi connexum, cuius connexitatis probari debet titulus. n. 36.

Non ſufficit probatio ſola huius tituli, qui potius tollit præſumptionem appenſamẽti ad proditotium *requiſiti, & facit in coniunctis præſumptionem caſus: debet verò adijci probatio vel non rixæ, vel non alterius ſubiti caſus, vel aliàs appenſamenti.* n. 37.

Aſſertur doctrina cuiuſdam viri docti, & impugnatur. n. 38.

Aſſertur optima doctrina Nouarij volentis, quod quoties inſidioſè, & incautè *homicidium patratum fuit, hoc caſu ſufficiat probari ſocietatem, paternitatem, vel filiationem: addentiſque, quod ex ſola qualitate filiationis, paternitatis, vel ſocietatis, immunitas non amittatur.* ibidem.

Agitur de probatione proditorij, *ſub promiſſione de non lædendo, & ſub pace.* n. 39. & ſeqq.

Aſſertur doctrina quorumdam volentium pacem præſumi fractam ex antiqua cauſa, non conſtito de ſuperueniente noua cauſa. n. 39. & 40.

Impugnatur efficaciter eadem doctrina. n. 41. & ſeqq.

Cum per pacem, in qua includitur promiſſio de non lædendo, extincta cenſeatur omnino antiqua inimicitia, & remiſſæ cauſæ antiquæ, & ſtabilita noua amicitia, pax operatur, vt quis præſumatur offenſus ex noua, noua, non ex antiqua cauſa. n. 41.

Neceſſe eſt, vt probato prius vel verè, vel ſaltẽ præſumptiuè homicidio, probetur nõ ſolùm promiſſio de offendendo, ſeu pax, ſed etiam non rixa, vel aliàs appenſamentum ex nouis coniecturis, cum videatur homicidium factum fuiſſe in rixa, quæ ex præſuppoſitione veræ amicitiæ præſumitur. ibidem.

Hoc appenſamentum, præter reliqua argumenta, poteſt probari in hoc caſu, probando promiſſionem fuiſſe fictam ab initio, ſi fuit ficta, vel ſi fuit ab initio vera, probando fuiſſe retractatam per pænitentiam declaratam à promiſſore coram aliquibus in abſentia promiſſarij, & cum ignoratione eiuſdem. n. 42.

Auctor non poteſt adhærere Farinac. n. 43.

Neque eiuſdem Farinacij duas doctrinas ſcit conciliare. n. 44.

DIFFICILIS eſt nodus 1
hic, quem ſæpe miratus ſum extricatum nõ fuiſſe, immo ne tactum quidem à Doctoribus, præſertim à Ioſepho Maſcardo, in ſuo pleniſſimo, & egregio opere de probationibus.

Sed ego dico primò quòd in homicidio proditorio eſt actus occiſionis hominis, & qualitas ipſa *proditionis*, quæ includit duo, appenſamentum ſcilicet, & terminationem ipſius actus occiſionis ad impotentẽ ſe tueri ab aggreſſore.

Oportet ergo probare primò, actum 2
ipſum occiſionis fuiſſe à te cõmiſſum, & cum hic actus ſit omnino externus, & de ſe cognoſcibilis, probari poteſt per veram probationẽ, ideſt per depoſitionẽ teſtium actum ipſum intuitorũ.

Quòd ſi occiſio facta ſit clanculùm, & remoris arbitris, vt ferè ſemper fit, tunc ſufficiet, vt probetur per cõiecturas, præſumptiones, & indicia vel indubitata in ſe, vel reddita indubitata ex coniunctione plurium dubitatorũ, vel etiam, ſecundùm vnam ſententiã ſufficientia ad torturam, iuxta firmata per me *in præſenti ſectione* §. 29.

Quia verò, probato delicto, non re- 3
manet probata qualitas. Ciarlin. *controuerſiarum forenſ. parte* 2. *cap.* 151. *num.* 18. & qualitas facti conſtare debet, ſicuti factum. Ægid. Boſſius *titulo de delicto. num.* 4.

Oportet probare ſecundò appenſamentum prædictæ occiſionis. Ciarlin *controuerſ forenſ. parte* 1. *cap.* 10. *n* 110. *verſ. Debuit. & n.* 138. *verſ. & ideo nunc ſatis non erit.*

Cum

Cum enim hæc qualitas ſit aliquid facti, & quæ ſunt facti non præſumantur, ſed per illum ſint deducenda, & probanda, qui in illis ſe fundat. Cephal. *conſ.206.num.*10.13.*&*14. quia præſumptio eſt pro negante. Nicol. Vigellius *in dialectica iuris. regula*1. *pag.*514. Fulvius Pacianus conciuis meus *lib.*1. *de probat.cap.*46. *n.*48. & omnes negationes ſunt liquidæ iuris probationes, cum ſint probatæ eo ipſo, quòd contrarium non probatur. Idem Pacian. *cit.c.46.num.49.*

Eadem qualitas non præſumitur. Caſon. *tract. de indiciis in præmiſſ. cap.*5. *num.*1.*&* 5. Vulpell.*reſponſo* 127.*num.*1. Alba *lib.*1.*conſ.*46.*num.*2. dicens eſſe regulam iuris. Caball. *tract.de omni genere homicid.num.*385. Blanc.tract. *de indiciis. num* 54. Farinac.*quæſt.*126.*n.*106. Iuliuus Chartar. *deciſ. criminal.*95. *num.*21. Vermigliol. *conſ. crimin.*26. *num.*13. Philip. Paſchalis *tract. de viribus patriæ poteſt. parte* 3.*cap.*6.*num.*17. & plures, quos citat, & ſequitur Anton. de Ballis *varior. tractat. libro* 3. *quæſt.*2. *caſus* 1. *num.*10.& conſequenter probari debet Giurba. *conſ.*10.*num.*23 *&* 24. & ea non probata, homicidium præſumitur factum in rixa. Ægid. Boſſ. *tit.de homicid. num.* 51. Farinac.*conſ.*138.*num.*17.*lib.*2.dicens eſſe concluſionem communem. Giurba *cit. conſ. crimin.*10. *num.*24. *ad finem. & conſ.*63.*num.*4. Ciarlin.*citat.cap.* 10. *n* 111. Ricc. *parte* 4. *deciſ.*24. *num.*18. Horatius Perſius *conſ.criminal.*2. *num.*18. vel præſumitur factum potius accidentaliter, quàm datâ operâ, & præcedente tractatu. Marius Antonin. *variar. reſolut. lib.*3. *reſolut.*10. *num* 5. ſeu factum caſu. Giurba *conſ.*51.*n.*2. Anton. de Ballis *cit. quæſt.*2.*n.*33.

5 Vnde audiendi non ſunt quidam tacito nomine relati à Caſonio *cit. n.*5. & ab Antonio de Ballis *cit. num.*10. *& num.*9. qui ſenſerunt, præſumi præcogitatum, quando non apparet de pura rixa, quia lex malè præſumit de homicidis.

Sed tu dicitò, præſumptionem hanc legis habere locum in latronibus, aut in aliàs aſſuetis ad homicidia. Caſon. *citato num.*5. *&* 6. Alba *conſ.*46. *num.*2. *lib.*1. Carpan.*in comment. ad cap. Homicida nouar.conſtitut.n.*1116.

Alioqui enim ſemper præſumendum eſt minus delictum. Farinac.*citat. quæſt.*126.*num.*106. & in dubio fieri debet interpretatio, vt excludatur, quantum fieri poteſt, delictum. Alba. *citatò conſ.*46.*n.*14.

Quibus autem mediis probetur appenſamentum, dicam paulò poſt commodius, quàm hîc.

Oportet probare tertiò qualitatem ipſam ſpecificam *proditionis*, & docere de actibus proditoriis. Ciarlin. *cit.n.*138. 6
ideſt occiſionem ipſam fuiſſe terminatam ad perſonam impotentem hîc, & nunc ad ſe tuendum ab aggreſſore, ac proinde occiſionem fuiſſe ſecuram omnino, ob adhibitas ad ſic ſecurè occidendum inſidias.

Sed quia inſidiæ, ſub quibus fit homicidium, & ex quibus reſultat in ipſum homicidium denominatio, & qualitas *proditorij*, non ſunt ſemper eædem, ſed diuerſæ, propterea vt diſtinctius procedam, & clarius demonſtrem quid, & quibus modis probandum ſit, vt probetur proditorium in diuerſis inſidiarum formis, ideo.

De probatione homicidij, proditorij per inſidias negatiuas.

Dico ſecundò, ſi agamus de homicidio proditorio per inſidias negatiuas, 7
de quibus §.6. *ſect.*1. probandum eſſe vel per teſtes de viſu, vel ſi haberi non poſſint hi, per præſumptiones, coniecturas, & indicia indubitata modo ſupra dicto, vel ſufficientia ad torturam ſecundùm vnam ſententiam, quòd tu

Digitized by Google

occideris hominem, & ad occidendum vſus ſis inſidiis negatiuis, verbi gratia, te poſueris poſt ſepem, vel à tergo, vel in feneſtra eminùs cum ſclopo, & quòd exploſeris ſclopum in incautè gradientem per viam ſine vlla diffidatione, vnde ille ſecura internecione interierit. Colligitur ex Ciarlino *cit. part.* 1. *c.* 12. *n.* 5. *§. In propoſito.*

8 Primò enim ex vſu inſidiatum negatiuarum habetur coniectura appenſamenti, nimirum ex eo, quòd tu te poſueris in inſidiis, vt hominem interficeres. Farinac. *quæſt.* 126. *num.* 171. in abſcondito ſcilicet expectans illum, quem occidiſti. Blanc. *de indiciis numero* 188. vbi appoſitè allegat *cap.* 1. *de homicid.* Caball. *tractatu de omni genere homic. num.* 392. Iacob. Nouell. *in pract. & theor. cauſ. criminal. num.* 25. *fol. mihi* 11. Hottenſ. Caualcan. *tractatu de teſtibus parte* 2. *numero* 263. *fol. mihi* 90. Menoch. *de arbitr. Iudic. caſu* 361. *n.* 27. Maſcard. *concluſ.* 98. *numero* 18. vel in deſerto, & inſueto, vel etiam inſigni loco, vt in prætorio, vel in templo. Porrus *in faſciculo rer. criminal. pag.* 129. Nouell. *citato numero* 25. Maſcard. *citato concluſ.* 98. *num.* 13. quod dictum accipi debet cum moderatione adhibita per citatum Menoch. *numero* 38. vel ex eo, quòd è feneſtra ſclopum exploſeris. Ciarlin. *parte* 2. *cap.* 151. *numero* 1. vel ex eo, quòd tacitè, & nullo dicto verbo, à tergo percuſſeris. Menoch. *cit. numero* 27. Vulpell. *reſponſo* 127. *numero* 8. Maſcard. *citato numero* 18. Caball. *citato tractatu, numero* 393. Nouell. *numero* 39. *folio* 12. quod intelligo, niſi aliunde conſtet, te in rixa, vel ſtatim poſt rixam reuerſum, intuliſſe alteri tacitè à tergo vulnus: vel ex eo, quòd ſis aggreſſus cum habitus mutatione, vel cum aliquo figmento pertranſeuntem inconſideratè. Menoch. *ſupra numero* 28. & 29. Caball. *ſupra numere* 392. Iuliuus Chartar. *deciſ. criminal.* 4. *numero* 22. vbi de ſolito incedete in habitu clericali, & præter morem induente veſtes ruſticanas: & nominatim ſi laruatus, baculo, vel ſacculo lapidibus pleno percuſſeris. Carpan. *commentar. ad cap. Homicidæ. nouar. Conſtitut. numero* 1111. Egid. Boſſius *titulo de homicid. num.* 45. vel ex eo quòd venenaueris. Nouell. *ſupra numero* 39. *folio* 12. Ægidius Boſſius. *citato titulo de homicid. numero* 14. Graffis. *de caſibus reſeruat. libro* 1. *cap.* 14. *num.* 30. Baiard. ad Clarum *quæſt.* 68. *in verbo venenum malum, numero* 123. quæ venenatio poteſt fieri ſine admixtione officij amicitiæ, vt dixi. *§.* 19. *num.* 8. vel ex eo, quòd occideris infantem, immo & amentem, & ebrium, & dormientem, qui tamen ſint quieti, & non aggreſſores; nam hi omnes ſunt incapaces rixæ, diffidationiſque, & ex ipſomet ſtatu probantur tales: vel cæcum, & omnino ſurdum, qui & ipſe videtur incapax rixæ, & diffidationis.

Habetur inquam ex vſu inſidiarum negatiuarum coniectura appenſamenti, & conſequenter etiam propoſiti, atque induſtriæ.

Inſidiæ ſiquidem important machinationem ſiue manifeſtam, ſiue clandeſtinam. Blanc. *tract. de indic num.* 188. ac proinde inuoluunt induſtriam, & præſupponunt propoſitum, atque appenſamentum, cum inſidiatores regulariter procedant ſedato animo, & *à ſangue freddo*, ac proinde cum libero, & perſpicuo vſu facultatis conſultricis, ex qua promanant actuum deliberationes, & præmeditationes, propoſita, & induſtriæ.

Quia verò appenſamentum eſt de 9
tis, quæ cōſiſtunt in animo, & ſoli Deo nota ſunt, ideoq; probatu valdè difficile eſt, immo ſimpliciter nō probabile per teſtes. Blanc. *in pract. crimin. n.* 66. *fol. mihi* 37. Vermigliol. *conſ. crimin.* 25. *n.* 15. Pegueta *deciſ.* 14. *num.* 18. Royas *de hæreticis parte* 1. *num.* 326.

Ideo

Ideo quando exterius non fuit manifeſtatum, teſtibusue de ea manifeſtatione non conſtat, aut quando homicida ipſe illud non confitetur, non poteſt aliter probari, & perſuaderi, quam per recurſum ad vrgentia indicia, quæ illud omnino perſuadeant. Molina *de iuſt. tractat.* 3. *diſput.* 23. *numero* 2. ſeu quod idem eſt, per recurſum ad coniecturas. Blanc. *cit. fol.* 37. *num.* 71. Miliſ. *in repertorio, folio* 8. *numero* 25. Marſil. *libro* 1. *conſ.* 4. *num.* 26. *& rurſus conſ.* 7. *num.* 43. Giurba *conſ.* 2. *num.* 37. *& conſ.* 63. *num.* 20. Farinac. *conſ.* 138. *numero* 1. Anton. de Ballis *citato quæſt.* 2. *caſus* 1. *numero* 16. Royas *ſupra numero* 331. Iulius Chartar. *deciſ. crimin.* 95. *num.* 42. *& deciſ.* 4. *numero* 14. Facundez *in* 5. *Decalogi præceptum, libro* 5. *cap.* 1. *num.* 16. Philip. Paſchalis *de viribus patriæ poteſt. cap.* 6. *numero* 17. ex quibuſdam exterioribus. Clarus §. *Homicidium n.* 8. *verſ. ex propoſito.* Caualcan. *cit. parte* 2. *de teſtibus n.* 258. *& duobus ſeqq.*

De quibus proinde exterioribus, videlicet comprehenſibilibus per aliquem ex quinque corporeis ſenſibus, deponere debet teſtis, non autem expreſsè de ipſo animo deliberato, qui per ipſos ſenſus imperceptibilis eſt, & non per ipſum teſtem venit coniecturandus, ſed per Iudicem, ad cuius officium hoc attinet. Alba *conſ.* 472. *n.* 4. *&* 5. *lib.* 3.

Seu, quod idem eſt, per recurſum ad præſumptiones. Royas. *ſupra. n.* 331. *ſol.* 40. verbi, vel facti. Blanc. *tractat. de indic. n.* 58.

Habitiſque his indiciis, & coniecturis, ſeu præſumptionibus, appenſamentum cenſetur probatum eo modo, quo probari poteſt inter homines, & conſequenter etiam propoſitum, & induſtria, quæ connectuntur, & immediatè non ſunt ſcrutabilia ab hominibus.

10 Et hoc modo probationis in cauſa *proditorij*, debent eſſe contenti etiam illi, qui ad cognitionem cauſæ immunitatis requirunt plenas, & concludentes probationes non ſolùm criminis excepti, ſed expreſsè qualitatum ipſius criminis, vt loquuntur Bellett. Ciarlin. Thom. Sanch. & alij, à me citati §. 29. *in prima ſententia.*

Neque enim appenſamenti probatio poteſt cadere immediatè, niſi ſupra ſolas coniecturas, indicia, & præſumptiones, & mediatè ſupra appenſamentum ipſum, vt patet, & rurſum demonſtrabo opportunè in ſequenti ſectione, vbi plura efficaciter in hanc rem, & præſertim quòd probatio non poteſt cadere immediatè ſupra res aliquas etiam externas, quæ tamen concluduntur per probationes petitas ex præſumptionibus, ideſt cadentes immediatè ſupra præſumptiones, & mediatè ſupra ipſas res, cuiuſmodi eſt adulterium, vt probaui §. 29. *num.* 208. & ſodomia. Ricc. *parte* 2. *deciſ.* 39. *n.* 8. 11

Secundò autem ex inſidiarum executione per terminationẽ occiſionis ad perſonam incautã ſine diffidatione, aut aliàs impotentẽ ad ſe tuendum, habetur formalis ratio *proditorij*, ſeu proditorij conſtitutiua, vt patet ex dictis latius in prima ſectione. 12

Probatis autẽ his tribus, actu ſcil. occiſionis, appenſamẽto, & terminatione occiſionis ad impotentẽ tueri ſe ab aggreſſore, probatum manet proditorium, ad quod nihil vltra requiritur.

Aduerte tamẽ, vſum inſidiarũ eſſe vnũ quidem mediũ ad probandum appẽſamentũ, ſed nõ eſſe vnicũ, cum alia multa cõcurrere poſſint ad probandum illud idem, de quibus loquor infra in hac, & rurſum in ſequenti ſectione. 13

Habet autẽ hoc peculiare præ cæteris prædictus vſus, vt nõ ſolum indicet appenſamentũ, ſed etiam impotentiã ad ſe tuendum in aggreſſo, cum inſidiæ, iuxta firmata per me §. 5. conſtituantur in ſuo eſſe per habitudinem ad hanc impotentiam, in qua formalis ratio *proditorij* radicatur.

Digitized by Google

14 Si verò agatur de homicidio proditorio per inſidias poſitiuas, ego ad vitandam confuſionem, loquar ſeorſim de probatione homicidij ſub ſignis amicitiæ, & inter perſonas connexas, & poſtmodùm de probaiione homicidij ſub promiſſione de non lædĕdo.

De probatione proditorij ſub ſignis amicitiæ.

Dixi *ſub ſignis amicitiæ*, vt oſtendam, me loqui de proditorio contra perſonam affidatam per exhibita illi ſigna amicitiæ formalis, non autem de proditorio contra perſonam, qua cum habeatur amicitia præſumptiua; id eſt illa communis amicitia, quæ regulariter præſumitur. Maſcard. *concl.* 85. *num.* 4. Hondedeus *conſ.* 87. *n.* 44. *lib.* 2. Hadrian Neguſant. *q.* 47. *num.* 17. Giurba *conſ.* 20. *n.* 10. Ricc. *parte* 1. *deciſ.* 80. *n.* 4. præſertim inter Chriſtianos. Anonymus *in allegatione apud Campanil. in diuerſorio iuris canonici. Rubrica* 11. *c.* 31. *num.* 9. *pag.* 447. *col.* 1. *ad initium.* ac proinde etiam inter proditorem, & proditum, niſi de alio conſtet.

Hæc enim præſumptiua amicitia non arguit affidationem poſitiuam proditi de proditore, ſed meram indiffidationem de illo.

Quia re vera hæc præſumpta amicitia eſt amicitia negatiua, id eſt *non inimicitia* cum amicitia non poſſit eſſe erga ignotum. Giurba *conſ.* 20. *num.* 15.

Ac proinde præſumptio hæc amicitiæ reſoluitur in præſumptionem *non inimicitiæ*, quæ non inimicitia arguit meram indiffidationem inter amicos præſumptos, ſeu potius inter *non inimicos*, & ipſa quoque excludit præſumptionem animi deliberati. Iulius Chartar. *deciſ. criminal.* 95. *num.* 34.

15 Dico ergo tertiò, probandum eſſe vel per teſtes, qui viderint, vel in horum defectum, per indicia modo prædicto, quòd tu occideris hominem, quem prius affidaueras per exhibitionem ſignorum amicitiæ, quæ proinde exhibitio probari debet & ipſa, tanquam prima origo operatæ affidationis in prodito, qui exinde non præcauerit, impotenſque fuerit ad ſe tuendum ab aggreſſore, & probari poteſt per teſtes ſingulares ſingularitate adminiculatiua, vt oſtendi. *§.* 29. *n.* 292. *&* 293.

16 Ad probationem autem *proditorij ſub ſignis amicitiæ*, non ſufficit probatio exhibitionis horum ſignorum, & formalis amicitiæ ſecutæ in prodito erga proditorem reputatum amicum verum, & exterius nõn apparentem diuerſum, quidquid ſit de interna eius diſpoſitione.

17 Neque enim per hoc probatur appenſamentum, & qualitas proditoria, ſi de illis aliunde non conſtet. Ciarlinus. *citat. part.* 1. *c.* 10. *num.* 111. *ad finem, & num.* 114.

Nam tantum abeſt, vt amicitia oſtenſa inter duos probet appenſamentum ad proditionem requiſitum, vt potius eiuſdem appenſamenti præſumptionem excludat. Farin. *conſ.* 142. *num.* 3. *lib.* 2. *& quæſt.* 126. *n.* 182. Ciarlin. *citat. cap.* 10. *num.* 112. & faciat præſumi præceſſiſſe rixam inter occiſorem, & occiſum. Farinac. *citat. conſ.* 142. *num.* 5. Ciarlin. *citat. cap.* 10. *num.* 113. *ad finem.* vel alioqui ſubitũ caſum. Vermigliol. *conſ. crim.* 89. *n.* 3. Maſcard. *concl.* 864. *n.* 14. Anton. de Ballis *varior. tract. lib.* 3. *q.* 2. *caſus* 1. *n.* 45. Bertazzol. *conſ.* 208. *n.* 16. *lib.* 1. Cabal. *de omni genere homicid. n.* 155. Blanc. *in practic. criminal. fol.* 125. *n.* 19. *&* 20. Carpanus *commentar. ad cap. Homicida, nouar. Conſtitut. n.* 329. ex qua rixa, vel caſu deuentum ſit ad homicidium ſine præmeditatione inter amicos, niſi fortè appareat, amicitiam fuiſſe falſam ex parte aggreſſoris, vt iamiam dicam.

18 Neque enim veroſimile eſt in ordine

ad

ad hominum iudicium, quòd intercedente amicitia inter me, & te exterius tibi declarata, atque à te credita vera ex parte mea, & de cuius falſitate nihil appareat, ego te ſedato animo, & *à ſangue freddo* inuaſerim affidatum de me, & imprecauentem à me: quam inuerisimilitudinem voluntatis de offendendo eo, cui offenſor probetur fuiſſe amicus, ponderat Bertazz. *conſ.* 105. *num.* 9. *lib.* 1.

Eſt autem veroſimile, quòd id acciderit ex ſuborto accidenti fortuito altercationis, quæ me impulerit ad te percutiendum, vel ex alia impulſione improuiſa, vti vſuuenit inter homines.

19 Probationi ergo amicitiæ à me oſtẽſæ in te, quæ generat fauorabilem præſumptionem conuincentem, quòd ego non egerim doloſè, iuxta doctrinam Pactani *de probat. lib.* 1. *cap.* 46. *num.* 56. qui *num.* 54. optimè notat, quòd qui haber præſumptionem iuris in fauorem, dicitur probare ſuam intentionem eo ipſo, quòd contrarium non probatur: & *num.* 55. quod hoc eſt id, quod à nonnullis traditum eſt, ipſam quoque negatiuam præſumptionibus, & coniecturis probari.

Neceſſe eſt adiicere probationem *non ſecutæ rixæ* inter nos tempore occiſionis. Vermigliol. *conſ.* 89. *num.* 1. *verſic. ſed quando conſtat.* de quo habes exemplum apud Vulpell. *reſponſo* 128. *n.* 9.

Ille enim debet probare, qui dicit, non adfuiſſe rixam. Ciarlin. *cit. cap.* 10. *num.* 114. ſicut & qui aſſeuerat, eſſe factum ſedato animo, & deliberaro. Carpan. *comment. ad cap. Homicida. nouar. Conſtit. n.* 1116. Menoch. *citat. caſu* 361. *n.* 23. itemque qui dicit, non præceſſiſſe ſubitum caſum, qui caſum, qui cauſam dederit impulſioni.

Et hanc neceſſitatem probationis de non ſecuta rixa innuunt Barr. *in l. reſpiciendum, §. delinquunt, ff. de pæn.* & ſequaces, dum deſcribentes occiſionem proditoriam, dicunt me eſſe prodirorem, ſi veniens tecum tanquam ſocius itineris, *nulla interueniente rixa*, te percutio: quaſi neceſſe ſit, probari non ſolùm me exhibuiſſe tibi ſigna amicitiæ, per quæ fueris de me affidatus, ſed non habuiſſe tecum rixam, & ſic te manentem affidatum à me, ex propoſito, & appenſatè occiſum fuiſſe.

Quæ negatiua bene per teſtes probari poteſt. Gutierr. *conſ.* 39. *n.* 9. quia cum ſit coarctata loco, & tempore, æquipollet affirmatiuæ. Carſon *cit. tract. de indic. in præmiſſ. c.* 6. *n.* 6. Fulu. Pacian. *de probat. lib.* 1. *c.* 40 *n.* 35. æquè enim cadit in ſenſum, ac affirmatiua. Hercul. *de negatiu. n* 260. ac proinde, ſi teſtes adſint, probari poteſt per ipſos: ſicut & per confeſſionem partis. Tonduti *q. & reſol. beneficial. volum.* 1. *lib.* 1. *parte* 2. *cap.* 4. §. 1. *num.* 20. 20

Probari inquam poteſt, & omnino debet, cum hoc ſit diſcrimen inter negatiuam indeterminatam, ſeu infinitam, & inter coarctatam, quod illa regulariter probari non poteſt, & hoc ipſo ſatis dicitur probata quo ad ſubleuandum negantem: at negatiua coarctata debet omnino à negante probari. Pacian. *cit. lib.* 1. *c.* 46. *n.* 50.

Vnde optimè dixit Callet. *in addit. ad eumdem Pacian. cit. c.* 46. *lit. A*, quod qui fundat intentionem ſuam in *non facto*, debet & ipſe *non factum* probare: ſeu, quod idem eſt, quando *negatiua* eſt fundamentum intentionis actoris, debet illam probare concludenter. Petr. Franciſc. de Tonduti Sanleger *quæſt. & reſol. benefic. volum.* 2. *parte* 3. *cap.* 83. *num.* 8. Marcus Mantua. *conſ.* 149. *num.* 4. *lib.* 2.

Vnde ſi quis impetret beneficium ex capite non factæ profeſſionis, quæ requiritur ad obtinendum beneficium regulare, tenetur probare negatiuam illam non factæ profeſſionis, cum negatiua illa ſit fundamentum intentionis ipſius, etiamſi probatu ſit difficilis. Idem *Sanleger citat. parte* 3. *cap.* 196. *num.* 17.

Bene autẽ probata fuit negatiua coarctata

ctata in caſu recenſito per Gulielm. Benedictum *poſt repet. in cap. Raynut. de teſtam. in quæſt. de homicid. folio* 37. *col.* 3. & 4. & quem caſum fuiſſe proditorium, conſtat ex dictis per eumdem Doctorem. *num.* 36. *fol.* 40. *col.* 4. *verſ. Item & quod.*

21 Probatis ergo dictis ſignis, & probata per teſtes *non rixa*, & probato *non caſu ſubito*, habetur probatio proditorij, quia habetur appenſamentum, quod ex *non rixa*, & *non caſu ſubitaneo* præſumitur, vt tradit Vulpell. *reſponſo* 127. *n.* 8. & ſupponit Antonius Columbus *in compendiaria forma procedendi extraordinariè in controuerſiis criminalibus in volumine tractatuum criminalium per Zilettum collectorum. art.* 128. *n.* 128. *fol. mihi* 467. vbi quòd ille, qui occidit tranſeuntem per vicum, abſque aliqua rixa, non gaudebit immunitate.

Itemque habetur terminatio occiſionis ad hominem manentem affidatum de aggreſſore.

22 Sed quia difficile eſt in praxi adijcere probationi amicitiæ inter te, & me, probationem per teſtes non ſecutæ rixæ inter nos homicidij tempore, aut probationem non ſecuti ſubiti caſus, propterea quòd occiſiones proditoriæ admodum raro, & ferè nunquam fiant coram iis, qui de illis occiſionibus, earumq; circumſtãtiis deponere poſſint.

Propterea alio medio vtendum eſt ad probandum proditorium ſub ſignis amicitiæ.

Probatis enim ſignis illis, proditi affidatiuis, debet probari extitiſſe animus præmeditatus in occidente. Vermigliol. *citato conſ.* 89. *num.* 1. *verſ. vel aliàs.*

23 Probatio enim huius præmeditati animi, ſeu appenſamenti, eſt probatio non quidem formalis, & vera, ſed coniecturalis, & præſumptiua, non ſecutæ rixæ, & non ſecuti ſubitanei caſus, & conſequenter non deſtructæ in prodito affidationis.

Quia præmeditatus animus, ſeu appenſamentum directè præſumptionem ſicut ſubiti caſus, ita & rixæ natam conſurgere ex amicitia præripit, quatenus nullam præſupponit inſtantem prouocationem, aut rixam, vt optimè notauit Decian. *tract. criminal. libro* 6. *cap.* 28. *num.* 15. *folio* 56. *col.* 3. *ſub initium*, & nullatenus cum rixa, niſi ſit affectata [nam in affectata interuenit animus deliberatus. Farinacius *quæſt.* 126. *n.* 213. Ægid Boſſius *tit. de homic. n.* 56.] ſeſe compatitur.

Sicuti neque è conuerſo rixa ſeſe compatitur cum ipſo. Magonius *deciſ. Lucenſ.* 30. *num.* 27. *verſ. in rixa.* Iuliuus Chartar. *deciſ. crimin.* 66. *n.* 24.

Nam rixa ex improuiſo procedit. Peguera *deciſ. criminalium cap.* 14. *n.* 15. Scaglion. *ſuper pragmat. apud Rouitum fol. mihi* 100. *col.* 1. *num.* 31. & ſine conſilio, neque ex propoſito procedit. Peguera *cit. num.* 15. & deliberatio animi ceſſat, interueniente rixa. Ægid. Boſſius *titulo de homicidio num.* 51. Gutierez *practicar. quæſtionum libro* 1. *quæſt.* 2. *num.* 23. Giurba *conſ.* 81. *num.* 10. & rixæ inconſultus calor facit abeſſe omnem dolum. Farinac. *conſ.* 67. *num.* 2. & *latè in additio. ad idem conſ. lit.* A. §. & *in ſpecie.* Et appenſamentum, & præmeditatio in rixa non poſſunt conſiderari, vbi durat furor, ira, & metus inſtantis periculi, quæ tollunt deliberandi conſilium. Anton. de Ballis *varior. tractat. libro* 3. *quæſt.* 2. *caſus* 1. *num.* 4. & propriè dicitur rixa, vbi non adfuit tractatus. Idem de Ballis *eadem quæſt.* 2. *caſus* 1. *n.* 53.

Vnde ſicuti probatio appenſamenti excludit præſumptionem rixæ, ita & probatio rixæ excludit omnes alias præſumptiones animi deliberati, ſi quæ in contrarium adſint. Giurba. *conſ.* 63. *n.* 9. Farinac. *cit. q.* 126. *n.* 211.

Verbi gratia ſi percuſſiones factæ eſſent in capite, & inter rixãtes præcederet inimicitia, & homicidium eſſet commiſſum in loco publico, v. g. Eccleſia,

Digitized by Google

cleſia, vel prætorio, & occiſus quis eſſet pluribus vulneribus, & de nocte, & exporratis per occiſorem prius bonis, & homicida viſus fuiſſet frequentare locum commiſſi homicidij. Ita Farinac. *cit. n.* 211. *&* 212.

Sufficit verò hæc præſumptiua probatio non ſecutæ rixæ in cauſa *proditorij*, cum hæc qualitas ſit difficilis probationis iuxta per me latè dicta *in* §. 29.

24 Habetur autem huius animi deliberati coniectura ad rem noſtram ex multis, & in ſpecie.

Primò ex inſidiis poſitiuis, quatenus conſiſtunt in propinatione veneni. Iacobus Nouellus *in practic. & theorica cauſ. crimin. cit. num* 39. *fol.* 12. Ægidius Boſſius *tit. de homicid. num.* 14. Graff. *de caſibus reſeruat. lib.* 1. *cap.* 14. *n.* 30. Baiard. ad Clarum *quæſt.* 68. *in verbo. venenum malum. num.* 123. Iodocus Damhouderius *in Enchiridio rerum crimin. cap.* 68. *num.* 1. Gabr. de Bellis *in ſuo poſthumo tract.* 3. *de ſicar. & veneſ. cap.* 3. *§.* 3. *num.* 8. Decian. *tract. crimin. lib.* 9. *cap.* 22. *num.* 4. quæ propinatio fiat, vt fieri regulariter ſolet, per officium, & ſpeciem amicitiæ inter vina, & epulas hilates.

25 Item quatenus conſiſtunt in dictione falſi, vnde ſcilicet affidatus ſit de aggreſſore aggreſſus. Caball. *cit. tractat. de omni genere homicid. num.* 392. Menoch. *citato caſu* 361. *num.* 29. *verſ. Ex his itaque iuncto n.* 28. *verſ. Primo falſum.*

Et conſonat Blancus *de indiciis*, *num.* 188. quatenus dicit, oriri præcogitationis indicium ex hoc, quòd cum tibi eſſem amicus, ideſt ſimulatè, vel ſaltem inter te, & me nullus erat rancor, percuſſi te de retro.

26 Vnde in hoc caſu oſtenſio amicitiæ per falſa verba, vel facta, concurrit ſecundùm varios reſpectus ad conſtituendum proditorium.

Quatenus enim exterius apparet vera, operatur in aggreſſo affidationem, & impræcautionem de aggreſſore,

Quatenus vero eſt falſa, & ſimulata, operatur præſumptionem appenſamenti exiſtentis in ipſomet aggreſſore, ac proinde non ſecutæ rixæ, & non ſecuti ſubiti caſus.

Neque enim vtimur his deceptoriis mediis, niſi prius, ſedato animo, fuerint nobiſcum præconcepta, & compoſita ad fallendum.

Si ergo probetur, quòd ego, qui compellaui te blandis verbis, & profeſſus ſum amicitiam per hæc verba, vel per aliquod propitium factum, fuerim mendax in verbis, & ſimulatus in facto, quia ſcilicet in tui abſentia proteſtatus ſum coram aliquibus, me tibi illuſiſſe, iam probabitur totum, quod requiritur ad proditorium, affidatio ſcilicet aggreſſi de aggreſſore, ex eo quòd ſigna amoris, quæ ſibi exhibebantur ab ipſo aggreſſore, ipſe aggreſſus credebat vera, & per ea ſe affidabat de illo, & impræcauens reddebatur: appenſamentum verò ex parte aggreſſoris ex eo, quòd concinnauit inſidias, exhibendo ſigna falſa. 27

Sed quia non ita facilè fiunt iſtæ illuſionis proteſtationes à volente occidere alium proditoriè ſub ſignis amicitiæ, affero aliud medium ad probandum animum deliberatum, & 28

Dico, quòd ſecundò habetur animi deliberati coniectura ex hoc, quòd fortè exciderint mihi ab ore in abſentia tua hæc verba: *Non diligo Petrum*: & te poſtea interfecerim. Caſon. *de indicijs tract.* 7. *n.* 3. *fol.* 41.

Nam ex illis verbis præſumitur inimicitia, & ex inimicitia præcogitatio inducitur. Blanc. *citato tract. de indiciis, num.* 107.

Præterquam quòd eadem verba probant, oſtenſionem amicitiæ à me tibi factam, non proceſſiſſe ab animo vero, ſed ficto, ac proinde appenſato, quod appenſamentum in hoc caſu colligitur ex duplici argumento, inimicitia ſcilicet, & fictione.

29 Vnde ſi interfecerim te, cui me oſtenderam amicum, & probetur amicitia, quæ inducit affidationem occiſi de occiſore; itemque probetur, me dixiſſe in tua abſentia verba illa, per quæ excluditur præſumptio rixæ, & ſubiti caſus.

Iam habetur id totum, quod requiritur ad proditorium, me ſcilicet commiſiſſe appenſatè homicidium, & occiſionem fuiſſe terminatam ad te affidatum per ſigna amicitiæ, & non diffidatum per verba illa odij conteſtatiua, quæ dicta ſunt in tui abſentia, & de quibus non præſumeris certificatus, cum certificatio non præſumatur. Maſcard. *concluſ.* 283. *numero* 1. ac proinde ad impræcauentem, impotentemque ad tuendum ſe.

30 Neque obſtat, quòd confeſſio *non dilectionis* fuerit extraiudicialis.

Nam generaliter ea, quæ in animo conſiſtunt, confeſſione extraiudiciali probantur. Farinac. *quæſt.* 126. *num.* 159. *concluſ.* 27. inimicitia autem, & amicitia, dicuntur paſſiones mentales, quæ in animo retinentur. Blanc. *cit. tract. de indic. n.* 136. *&* 137. Hadrian. Neguſant. *quæſt.* 47. *n.* 2.

Et nominatim inimicitia probatur ex iis verbis. *Non diligo talem* extraiudicialiter dictis. Farinac. *cit. q.* 126. *n.* 178. *ex cit. Caſonio.*

Exactius autem in ſequenti ſectione oſtendam, qualiter inimicitia fundet coniecturam appenſamenti per doctrinas ad caſum particularem opportunas.

Addo, quòd dolus, fraus, & ſimulatio, quæ ſunt vnum, & idem, & ſolo nomine differunt, vt dixi *§.* 29. *numero* 246. ex Scaccia *de indiciis lib.* 2. *cap... num.* 332. quando concurrunt ad proditorium ſub colore amicitiæ, ſi probari non poſſint per verba ab amico mendaci emanata in proteſtationem falſitatis commiſſæ ſiue per blandas voces, ſiue per obſequioſas actiones erga perſonam prodendam, probantur per alias præſumptiones, vt dixi ex eodem Scaccia *cit. cap.* 9. *n.* 309. 319. *&* 324.

Tertiò habetur coniectura animi 31 deliberati ex hoc, quòd occideris inferendo multa vulnera. Caſon. *de indic. tractatu* 4. *cap.* 5. *numero* 4. *folio* 37. Ricc. *parte* 4. *deciſ.* 24. *numero* 6. Porrus *in faſciculo rerum criminal. pag.* 133. Carpan. *commentar. ad cap. Homicida. nouar. Conſtitut. numero* 1110. Ægidius Boſſius *titulo de homicid. num.* 64. Blanc. *de indiciis. num.* 195. vbi quòd pluries vidit, & repertum eſt per torturam, quemdam, qui dederat nouem vulnera cuidam ſuo propinquo, habuiſſe animum interficiendi, & præmediatè proceſſiſſe ad vulneta.

Vnde apud Giutbam *conſ.* 57. *num.* 13. 32 ſupponitur, conſtare quemdam Octauium fuiſſe à quodam Charibdio proditoriè occiſum, conſtare inquam per hoc, quòd Octauius ab alio, Charibdij nomine vocatus, vt cum ipſo comedere de nocte vellet, quod eſt amicitiæ argumentum, cum cuiuſdam Sobrini domum, in qua, vt ego ſuppono, quamuis Giutba non explicet, habendum erat conuiuium, viſus fuiſſet ingredi Octauius, non fuit tamen inde viſus amplius viuus, ſed eius cadauer exhumatum, pluribus confoſſum vulnetibus repertum fuit.

Non allegatur autem à Giurba aliud argumentũ ad probandam proditionẽ, niſi vocatio ad conuiuium, & multiplicitas vulnerum, quaſi hoc ſufficiat ad probandum intentum.

Quidquid cõtradicat quo ad vulnerũ multiplicitatem Vermigl. *conſ. crim.* 89. *n.* 4. Farin. *q.* 126. *n.* 188. & Iuliuus Chart. *deciſ. crimin.* 95. *n.* 38. videndus tamen *deciſ.* 4. *n.* 23. *&* 24.

Neque dicitur quidquam de probatione non rixæ; quia quando aliunde probatur appenſamentum, neceſſe non eſt probare expreſsè non rixam,

cum

cum rixæ præſumptio per appenſamentum elidatur, vt dixi.

33 Sic Paulus V. mandauit tradi Curiæ ſeculari duos, qui damnati fuerant in foro ſeculari de quinque graſſarionibus, derobatione, & occiſione ſocrus, & amitæ ſub ſpecie amicitiæ, & affinitatis, per confeſſionem de iis in lecto proprio ſuffocatis, & fractis carceribus, ad Eccleſiam confugerant, prætendenre poſtea fiſco ſeculari, illos eſſe remittendos abſque vlteriori proceſſu, & dicente Eccleſiaſtico nouas informationes eſſe dandas, & confeſſiones reorum fuiſſe vi tormentorum extortas.

Mandauit inquam, dummodò Epiſcopus non haberet aliquas circumſtantias in contrarium, & confeſſiones, & ratificationes redigerentur in actis Curiæ Eccleſiaſticæ, vel ſaltem ſummariè, & extraiudicialiter ipſe ſe informaret, quantum ad animum ſuum mouendum ſufficeret. Ita teſtatur Ciarlin. *cit. part.* 1. *c.* 10. *n.* 52. vbi vides, nihil dici de probatione non rixæ, quia de appenſamento conſtabat.

34 De alijs coniecturis animi deliberari videri poteſt Blancus *cit. tract. de indiciis, à num.* 188. *vſque ad* 201. Maſcard. *concluſ.* 98. Farinac. *quaſt.* 126. *à num.* 164. Menoch. *toto caſu* 361. *de arbitrar. Iudic.* Giurba. *conſ.* 2. Molina *tract.* 3. *de iuſt. diſput.* 32. *n.* 2. Hortenſ. Caualcan. *tractatu de teſtibus parte* 2. *folio* 89. *à numero* 261. aduertendo tamen, eas ſolùm facere ad probationem homicidij proditorij, quæ ſecum non trahunt diffidationem perſonæ occiſæ.

35 Ex dictis eſt mihi difficillima Gonzali Suarez de Paz doctrina *in praxi quinta parte tomi* 1. *cap.* 3. §. 3. *num.* 119. volentis, quando inuicem erant amici, mortem occiſi præſumi ſemper ſecuram [ideſt non in prælio, bello, aut rixa, ſed à tergo, & non facie ad faciem, ita vt obſcurè occidat, vel offendat taliter, quòd offenſus non poſſit ſe defendere, quo modo idem Doctor explicat ly *ſecuram*: *num.* 118.] niſi probetur, quod in prælio, bello, vel rixa fuit.

Ego enim dico, ex amicitia non præſumi factum fuiſſe homicidium ſine rixa, vel prælio, & conſequenter non reiici in reum onus probandi fuiſſe factum in rixa, vt ſe releuet à prodirorio, ſed potius ex amicitia præſumi, homicidium fuiſſe factum in rixa, & conſequenter reiici in actorem onus probandi, fuiſſe factum ſine rixa, vt conuincat proditorium.

De probatione proditorij inter connexos.

36 Dico quartò, probandum eſſe vel per teſtes de viſu, vel per indicia modo prædicto, quòd tu occideris hominem, qui tibi erat peculiariter connexus, cuius connexitatis titulus probari debet & ipſe, v.g. *paternitas, filiatio, coniugium,* &c.

37 Sed non ſufficit probatio ſola huius tituli; quia titulus iſte, ſi ſolus ſit, tollit potius præſumptionem appenſamenti ad proditorium requiſiti, id quod de conſanguinitate, aut affinitate docet Gomez *variar. reſolut. tomo* 3. *cap.* 3. *titulo de homicid. poſt numerum* 17. *fol.* 358. *col.* 1. *verſus medium. verſ. vel ex qualitate perſonæ.* Et facit in coniunctis præſumptionem caſus. Caret. *in pract. crimin. folio mihi* 105. *col.* 1. *num.* 43. quod in homicidio facto per affinem docet Ægidius Boſſius *titul. de homicid. n.* 48. Carpanus *commentar. ad cap. Homicida. nouar. Conſtitut. num.* 329. Anton. de Ballis *varior. tract. lib.* 3. *q.* 2. *caſus* 1. *n.* 34. Giurba *conſ.* 63. *num.* 16. & de commiſſo per conſanguineum docet Maſcard. *concl.* 864. *num.* 14. Blanc. *in pract. crimin. fol.* 126. *n.* 21.

Vnde probationi huius tituli debet adiici etiam probatio vel *non rixæ*, vel

non alterius ſubiti caſus, vel aliàs *appenſamenti*, iuxta prædicta de probatione homicidij ſub ſignis amicitiæ, iuxta doctrinam ex Vermigliolo allegatam.

38 Et ex his mihi fuit improbabilis doctrina cuiuſdam viri alioqui docti aſſerentis, quando connexus occidit connexum, verbi gratia, ſocius ſocium, pater filium, filius patrem, &c. ſufficere probari ſocietatem, paternitatem, filiationem, &c. quæ ſimilis eſt doctrinæ præallegatæ ex Gonzalo de Paz;

Ego enim dico, exinde probari titulum affidationis, & impræcautionis præciſè, quæ probatio non ſufficit ad probandum adæquatè proditorium, cum vlterius requiratur excluſio præſumptionis rixæ per probationem *non rixæ*, vel per probationem *appenſamenti*.

Ideſt requiratur, vt probetur, non interueniſſe rixam, quæ ex connexitate præſumitur interueniſſe inter connexos, & ſuſtuliſſe affidationem, & impræcautionem ex parte aggreſſi, & deliberationem ex parte aggreſſoris, ſed probetur, totum fuiſſe commiſſum appenſatè, & ex propoſito ex parte eiuſdem aggreſſoris, & durante affidatione, & impræcautione ex parte eiuſdem aggreſſi.

Vnde meritò Nouarius 2. *parte ſummæ Bullar. titulo de immun. Eccleſiaſt. numero* 48. dixit, quoties *inſidioſe*, *&* *incaute* homicidium patratum fuiſſet, hoc caſu ſufficere probari ſocietatem, paternitatem, vel filiationem: vbi ad probationem ſocietatis, paternitatis, & filiationis, præſupponit *inſidias*, *&* *incautelam*: additque ſecus eſſe, ſi fuiſſet ſecutum in rixa, & ex ſola qualitate filiationis, paternitatis, vel ſocietatis, immunitatem non amitti.

De probatione proditorij, ſub promiſſione de non lædendo & ſub pace.

Farinac. *conſ.* 136. *num.* 9. & clarius 39 *in ſummario*, dicit, pacem præſumi fractam ex antiqua cauſa, non conſtito de ſuperueniente noua cauſa, quod etiam tradit Moron. *tract. de fide, treuga, & pace. part.* 2. *q.* 10. *n.* 7. Viuius *commun. opin.* 566. *n.* 3. §. *ſed Rota.*

Atque in textu addit Farinac quemdam fuiſſe declaratum per ſententiam à Iudice *proditorem*, *& fractorem pacis*, quia non conſtiterat de aliqua ſuperueniente noua cauſa, ex allegatis per ipſum in ſua praxi, cuius tamen allegatio mendoſa eſt in meo libro.

Quare videtur in ſententia Farinacij, ad probationem *proditorij in caſu promiſſionis de non lædendo*, *&* *initæ pacis*, ſufficere, vt probetur homicidium, & promiſſio ipſa, ſeu pax; eo enim ipſo probatur non rixa, & probatur appenſamentum per præſumptionem, quòd pax, & promiſſio fuerit fracta ex antiqua cauſa.

Conformiter ad hæc idem Farinac. 40 *in addition. ad conſ.* 168. *lit. D*, teſtatur, in caſu cuiuſdam fractoris pacis, & fidei datæ, cum in proceſſu, & facti ſerie deſcripta, appareret de pace ſecuta inter ipſum occiſorem, & occiſum, & de fide data de non offendendo, cuidam militi non ſolùm ex depoſitione dicti militis, qui pacem tractauerat, & fidem receperat, & ſic de facto proprio deponebat, ſed etiam ex alijs quibuſdam adminiculis, de quibus in eodem proceſſu, fuiſſe reſolutum, homicidam hunc non debere gaudere immunitate Eccleſiarum.

Vbi nihil video de probatione non ſecutæ rixæ inter promiſſorē, & promiſſarium, nihil de probatione appenſamenti per recurſum ad coniecturas, & præſumptiones diſtinctas ab illa, quæ

deſumi

deſumitur ex antiqua cauſa rancoris inter eoſdem.

41 His tamen non obſtantibus, cum per pacem, & reconciliationem, in qua includitur promiſſiò de non lædendo, extincta cenſeatur omnino antiqua inimicitia, vt firmaui §. 13. & remiſſæ cauſæ antiquæ. Herculan. *tractat. de cautione de non offendendo, cap. 9. num. 12. ex §. fin. Inſtit. de iniur.* & ſublata inimicitiæ indicia. Bertazzol. *conſ.* 157. *num.* 20. *lib.* 1. & ſtabilita noua inimicitia, cum non detur pax, niſi cum renouatione prioris amicitiæ. Sebaſt. Guazzin. *tract. de pace, parte* 1. *quæſt.* 80. *num.* 3.

Pax operatur, vt quis præſumatur offenſus ex noua, non ex antiqua cauſa. Herculan. *cit. cap.* 9. *num.* 12. Bertazz. *conſ.* 85. *num.* 26. *lib.* 1. vbi allegat Romanum, Marſilium, Ruinum, Pariſium, & Socinum. & rurſum *conſ.* 248. *num.* 9. *eodem lib.* 1. vbi addit præallegatis Alexandrum, & Felinum, & denuo *conſ.* 281. *num.* 18. *lib.* 2. Marcus Mantua *conſ.* 32. *num.* 2. *lib.* 2. vbi quòd fuit egregium dictum Baldi *in l. ſi prædium ad fi. C. de ædil. act.* & quòd exclamant quoque DD. *in l. ſemel mora, ff. de ſolut. matr.* & affert rationem Mantua, quia in dubio præſumendum eſt adhuc quod mitius. *l. ſi præſes, l. interpretatione, ff. de pœn.* ſed mitius eſt, quòd offenſa facta potius præſumatur ex cauſa ſuperuenienti, quàm ob offenſam antiquam: ergo aliàs præſumeretur maior dolus. Ita diſcurrit Mantua, & optimè.

Ac proinde videtur mihi, neceſſe eſſe; vt probato prius vel verè, vel ſaltem præſumptiuè, iuxta prædicta, homicidio, probetur non ſolùm promiſſio ipſa, ſeu pax, ſed etiam non rixa, vel aliàs appenſamentum ex nouis coniecturis, indiciis, & præſumptionibus, vt in duobus præcedentibus caſibus dixi, cum videatur homicidium fuiſſe factum in rixa, quæ ex præſuppoſitione veteræ amicitiæ præſumitur, iuxta antea dicta.

Hoc autem appenſamentum, præter reliqua argumenta, poteſt optimè probari in hoc caſu, probando, promiſſionem fuiſſe fictam ab initio, ſi fuit ficta, vel ſi fuit ab initio vera, probando fuiſſe retractatam per pœnitentiam declaratam à promiſſore coram aliquibus in abſentia promiſſarij, & cum ignoratione eiuſdem. 42

Secuto enim poſtea homicidio contra promiſſionem, haberetur coniectura appenſamenti ex violatione promiſſionis, ſtante illa fictione, aut retractatione.

In quo ſenſu intelligo doctrinam Menochij *cit. caſu* 361. *n.* 29. *verſ. Ex his itaque, iuncto n.* 28. *verſ. Primò falſum.* & Caballi *cit. tract. de omni genere homicid. num.* 392. dicentium parari inſidias, promiſſa non obſeruando, & ex his argui animum ſedatum, & præmeditatum.

Ad auctoritatem Farinacij, quam ego ſane plurimi facio, dico me contraria ratione conuictum, non poſſe hac vice ſequi eius doctrinam, cum præſertim didicerim ab eo *in conſ.* 147. *lib.* 2. *n.* 29. indubitati iuris eſſe, quòd nedum altercationes, ſed etiam atroces iniuriæ ſubſequenti pacto, ſeu transactione, immo etiam & nuda voluntate, præſertim cum interuentu pecuniæ, remiſſæ ſint, & in expreſſis terminis, quòd mala ſatisfactio, ſeu rancor per ſubſequentem reconciliationem cenſentur remiſſa. 43

Quonam autem modo conciliati poſſint hæ doctrinæ Farinacij inter ſe, ita vt ex reconciliatione ſequatur amicitia, quæ facit, poſtea ſubſecutum homicidium præſumi factum in rixa, & demum homicidium factum poſt reciliationem, & pacem, præſumatur factum ex antiqua cauſa, ac proinde ſine rixa, ego ingenuè fateor me non ſatis intelligere. 44

SECTIO TERTIA,

APPLICATIO DOCTRINÆ præcedentis ad caſum particularem Fulani Vxoricidæ.

§. XXXIII.

Exponitur factum vxoricidij à Fulano perpetrati, quod occaſionem præbuit auctori ad huius operis elucubrationem, numero 1.

Primum fundamentum excluſionis Fulani vxoricidæ ab immunitate, appenſata vxoris occiſio, num.2.

Prima coniectura huius appenſamenti ex inimicitia Fulani in vxorem, num.3.

Inimicitia operatur præſumptionem appenſamenti, ibidem.

Debet ad hunc effectum eſſe capitalis, niſi fortè delinquens eſſet ſolitus grauiter delinquere etiam ob minimam offenſam, num.4.

Capitalis eſt, quæ fundatur in facto inhoneſto, & in atrociſſima iniuria, & nominatim in adulterio, num.5.

Ad eumdem effectum debet non conſtare de aliqua rixa in inſtanti homicidij, vel paulò ante homicidium, num.6.

Debet probari inimicitia, cum ſit quid facti, & non præſumatur: & cùm ſit paſſio mentalis, probatur per coniecturas, & nominatim per probationem ſuæ cauſæ, num. 7. *De qua probatione afferuntur exempla*, num.8.

In caſu vxoricidij per Fulanum facti adfuit inimicitia capitalis, fundata in adulterio, & veneni propinatione non realibus in caſtiſſima vxore, ſed beſtialiter imaginariis in ipſo Fulano: & cum ſemel extitiſſet hæc inimicitia, præſumebatur durare, num.9.

Nec conſtabat de aliqua rixa in inſtanti homicidij, vel paulò ante homicidium, num.10.

Fulanus inueriſimiliter aſſerebat ſe verbis obſcenis incitatum fuiſſe ab vxore, quod delictum non præſumebatur, præſertim contra mortuam, ibidem.

Semper qui occidere intendit, rixam affectat, ibidem.

Conſtabat de inimicitia, quia conſtabat de cauſis inimicitiæ per depoſitionem tum teſtium, tum ipſius Fulani, numero 11.

Secunda coniectura appenſamenti ex minis, num.12.

Minæ præ ſe ferunt animum deliberatum, & ſunt ſigna præcogitationis, ſi is, cui factæ ſunt, reperiatur mortuus, & minans fateatur, ſe illum occidiſſe, etiamſi dicat, ſe occidiſſe in pura rixa, vel caſu, num.13.

Confeſſus fuerat Fulanus, ſe occidiſſe vxorem, etſi adderet, ſe feciſſe in rixa, vt per hanc qualitatem excluſiuam appenſamenti, & proditionis, *fieret capax immunitatis*, num.14.

Minarum Fulani tanquam æquiuocarum, non habebatur ratio, niſi quatenus concurrebant cum aliis inferentibus præmeditationem, num.15.

Tertia coniectura ex loco vulneris, id eſt gutture,

gutture, & ex grauitate eiuſdem, num. 16. & 17.

Percuſſio in loco periculoſo, in quo, leui etiam ictu, quis ſolet mori, præſumptionem facit non ſolùm animi occidendi, ſed deliberati: quam doctrinam admittit Farinacius quo ad caput, ſecus verò quo ad reliquas partes periculoſas: ſed non apparet diſcriminis ratio, num. 16.

Vulnus graue infert animum deliberatum, num. 17. *eſt autem tale vulnus gutturis*. ibidem.

Quarta coniectura ex obſeruatione oſtij ad ſcalam ante patratum vxoricidium in ſuperiori cubiculo, num. 18. *cuius coniecturæ alioqui de ſe remotæ, & inefficacis habebatur ratio per coniunctionem ad alia fortiora, à quibus conualidatur*, ibidem.

Quinta coniectura appenſamenti ex epiſtola per reum conſcripta ad Auditorem cauſarum criminalium, cuius argumentum affertur, num. 19.

Actus ſcribendi epiſtolam iuuabat argumentum deliberationis, cum ſoleamus ſcribere cum maiori deliberatione, quàm loqui, num. 20.

Iniuria prolata ſcripto eſt grauior: & cum quis in ſcriptis aliquid fatetur, deliberatè dixiſſe præſumitur, ibidem.

Proderat ad idem argumentum deliberationis tum miſſio famuli extra tabernam ad coemendam hoſtiam rubram, tum pacata epiſtolæ conſignatio cum aliis circumſtantiis, tum id, quod epiſtola continebat, numero 21. 22. & 23.

Ex tam ordinatè diſpoſitis potuit Iudex Epiſcopus elicere motiuum iudicandi, quòd in ipſo puncto ſcriptionis epiſtolæ, aderat appenſatum propoſitum patrandi vxoricidij, num. 24.

A Iudicis arbitrio pendet, an homicidium ſit animo præmeditato patratum. ibidem.

Propoſitum præſumitur, ſi inſultantis verba præcedant, quæ malum animum, vel iniuriam præcedentem indicent, vt contigit in caſu Fulani, numero 25.

Mentitus eſt Fulanus, cum dixit: è mi ero pentito di ammazarla, num. 26. *Sicut & cum addidit:* mà perche m'ingiuriò di nuouo, l'ammazzai poi, num. 27.

Mendacia Fulani generabant præſumptionem doli, cum dicens mendacium, præſumatur in dolo, num. 28.

Non obſtabat multorum axioma, quòd confeſſio debet acceptari cum ſuis qualitatibus, & non ſcindi, ac proinde confeſſio Fulani acceptari debebat cum qualitate nouarum iniuriarum, quæ probant rixam, & excludunt appenſamenti præſumptionem, num. 29.

Dicebatur enim, non eſſe locum axiomati, quando qualitates inuoluunt manifeſtum mendacium, vt in caſu Fulani, in quo confeſſio reperiebatur ſciſſa ex obiecti ſui natura, num. 30.

Confeſſio poteſt pro parte acceptari, & pro parte reſpui, quando contra confitentem eſt præſumptio doli, vt in caſu Fulani, num. 31. *ſeu quando contrà qualitatem adſunt præſumptiones, & indicia*, num. 32.

Axioma recenſitum, num. 29. *poteſt negari cum communi opinione apud Viuium*, num. 33.

Concludebatur, Epiſcopum manere ſatis informatum, vt ferre iudicium poſſet de delicto per Fulanum commiſſo cum qualitate excluſiua immunitatis, numero 34.

Oſtenditur, non poſſe appenſamenti probationem cadere immediatè ſupra ipſum appenſamentum, ſed tantùm ſupra præſumptiones appenſamenti, quarum fallibilitas non obſtat morali certitudini, quæ ſufficit in iudiciis humanis, num. 35.

Votum latum in cauſa Fulani procedebat ex rigidiori ſententia requirente plenas probationes in cauſa immunitatis, num. 36.

In caſu Fulani *militabat præſumptio violenta ex parte epiſtolæ ſcriptæ ad Iudicem:*

dicem: vel certè ex illa, & aliis ſimul iunctis conſtituebatur perfecta probatio ad præſumendum delictum, præſertim in materia difficilis probationis, num.37.

Secundum fundamentum excluſionis vxorricidæ ab immunitate, interemptio proditoria coniugis, num.38.

Qualitas proditoria concludebatur ex hoc, quòd Fulanus appenſatè interfeciſſet vxorem impotentem hic, & nunc ad ſe tuendum ab illo, & nominatim non potentem illi reſiſtere, num. 39.

Impotentia illa ſe tuendi fundabatur in hoc, quòd Fulanus affidaſſet vxorem per inſidias poſitiuas, num.40.

Et primò inſidiatus erat, & affidauerat per promiſſionem de non lædendo, n.41. & quidem apertè fictam, & cum retentione interni odij probati per probationem ſuæ cauſæ, ibidem.

Non obſtabat, quòd promiſſio fuiſſet facta non vxori, ſed eius patri, cum etiam ſit proditorius homicida, qui occidit contra fidem datam tertio, præſertim patri perſonæ proditæ, num 42.

Non obſtabat item, quòd promiſſio fuerat ſub conditione, cum in poteſtate vxoris eſſet adimplere conditionem, & facere eamdem promiſſionem tranſire in abſolutam, & remanere aptam natam ad affidandum, num.43.

Secundo inſidiatus erat Fulanus, & affidauerat vxorem per externam exhibitionem ſignorum amicitiæ, quorum primum fuit retentio eiuſdem vxoris in propria domo, num.44.

Retentio hæc non fuit ex neceſſitate, aut phyſica, aut morali, ſed ex mera electione, ac proinde bene per illam potuit affidari vxor de Fulano retinente, n. 45. & 46.

Secundum ſignum fuit concœnatio ad eamdem menſam, & eumdem igniculum, quæ concœnatio ſufficit, vt etiam in caſu adulterij cenſeatur reconciliatio facta, & condonatum adulterium, num.47.

Hæc concœnatio non fuit neceſſaria, ſed omnino libera Fulano non habenti occaſionem in ſolitaria domo vitandi ſcandalum aptum conſurgere ex recuſatione cœnandi cum vxore. numero 48. & 49.

Tertium ſignum fuit condormitio cum vxore in eodem lecto per totam noctem præcedentem homicidium. num. 50.

Hæc condormitio fuit omnino ſpontanea, & inductiua ſecuritatis, num. 51.

Quartum ſignum fuit actus ridendi cum vxore à prandio diei præcedentis necem, itemque actus colloquendi cum eadem eodē tempore, de quibus actibus deponebat teſtis, cuius dictum in concurſu aliarum depoſitionum circa alia ſigna amicabilia à Fulano vxori exhibita influebat in probationem affidationis, non obſtante eiuſdem teſtis ſingularitate, impubertate, & domeſticitate, num.52.

Quintum ſignum oſtenſio non repugnantiæ Fulani ad acceptanda vilia obſequia ſibi per vxorem debita, & præſtita, calefactionem ſcilicet aquæ ad lauandas manus, num. 53.

Non obſtabat, quòd ea ſigna non concurrerant contemporaneè cum vxoricidio, ſed immo per aliquod notabile tempus præceſſerant; durabant enim in vxoris affidatione, tanquam in ſuo effectu naturali, num. 54.

Extitiſſet locus præſumptioni rixæ inter Fulanum, & vxorem, ſi non manſiſſet probatum appenſamentum ex parte Fulani: qua ſtante probatione, elidebatur præſumptio rixæ, & ſubiti caſus, ſeu probabatur non rixa, & non caſus, & demonſtrabatur fictio ſignorum amicitiæ affidantium vxorem, num. 55.

Dato etiam, quod vera fuiſſent ea ſigna amicitiæ in Fulano, ſi tamen mutaſſet intra ſe propoſitum, & vxorem remanentem ex iis ſignis affidatam occidiſſet, appenſatus, fuiſſet proditor, n. 56.

Impotentia ſe tuendi fundabatur etiam ex parte vxoris in hoc, quod apprehendebat connexitatem coniugalem cum illo, &

Digitized by Google

& exinde affidabatur, num. 57.

Erat item vxor impotens ad reſiſtendum cum inuaderetur improuiſa, inermis, ſolitaria, gracilis corporis à viro, armato rabie plus, quàm cultro, num. 58.

Vxor, licèt ſciret ſuſpiciones Fulani, habuit tamen multa motiua ad non apprehendendum de facto capitaliſſimum eius odium contra ſe, & ad debendum non apprehendere, n. 59. & 60.

Vxor non apprehendit de facto odium Fulani; quia non ſubtrahendo ſe ab oſore tali, & tanto, peccaſſet peccato intimiditatis, & tentationis *Dei, quod præſumi non debet*, num. 61.

Potuit eſſe vxor conſcia zelotypiæ Fulani, & ſuſpicionis de propinato veneno, & nihilominus putare, quod vir hæc mala firmiter non crederet, & ad homicidium non pertraheretur, num. 62.

Non excuſatur maritus à cohabitatione cum vxore, quod timeat, ne continere poſſit ab ea necanda, ob conceptam de illa aliquantulam ſuſpicionem adulterij, num. 63.

Credibile videbatur, quod vxor præſumeret virum reſiſtere prauis contra illam ſuſpicionibus, & ſic non manſiſſe diffidatam, num. 64.

Fulanus non habuit inimicitiam illam, quæ ſufficit ad eximendum à nota proditoris, num. 65.

Vxor, dato etiam, quod fuiſſet certificata de minis Fulani dicentis di volerne far vna, *& crederet eas minas ad ſe fuiſſe directas, adhuc non debuiſſet petere ſecuritatis cautionem, quia minas non erat ſolitus exequi*, num. 66.

Prædicta in formam motiuorum redacta fuerunt, & propoſita Anonymo Fulani defenſori, num. 67.

Nec temerè, nec ſupinè tractata fuit Fulani cauſa: immo prudentiſſimè relaxatus fuit per Curiam Eccleſiaſticam ſeculari Curiæ Fulanus tanquam incontrouertibiliter proditorius *homicida*. ibidem.

FACTVM.

FVLANVS in ciuitate N. 1
conceptis immeritò de pudica vxore falſis ſuſpicionibus, iiſdemque non ſemel palam vulgatis, retentus per aliquot dies apud ſocerum cum ipſa vxore, amouendarum cauſa ſuſpicionum, & procurandæ toralis reconciliationis inter ipſos, demum poſt factam eidem ſocero verbalem promiſſionem de non lædenda eius filia, reduxit eam ad ædes ſuas, ibique illam aliquibus poſt diebus in ſuperiori cuculo ſolam, amidumque collaribus illinentem, poſtquàm præcedenti veſpere cum ea riſiſſet, iocatus eſſet, atque ad eumdem igniculum concœnaſſet, & tota nocte in eodem lectulo cōdormiſſet, ac mane ante cruēti ſceleris perperrationem, aqua per eam calefacta manus abluiſſet, obſerato prius ad infimum ſcalæ gradum oſtio, interemit impacto in iugulum cultro menſali, atque onuſtus pretioſioribus ex arca raptim congeſtis, in propinquam illico S. Franciſci Eccleſiā ad azylum ſe recepit.

Scripſerat autem paulò ante homicidium, in inferiori ſua apotheca literas ad Auditorem cauſarum criminalium, quibus eum faciebat certiorem de patrata coniugis nece, allegādo pro cauſa prauas eiuſdem actiones, tametſi nondum patraſſet, miſeratque pro literarū clauſura ad coemendam hoſtiam rubricatam, tradideratque clauſas puero famulo, vt deferret ad Officialem prædictum, vbi primùm de hac delatione exequenda per ipſum herum moneretur, & non prius,

Quæſitum fuit, an Fulanus Eccleſiarum immunitate gauderet.

Vt hic perdifficilis articulus maturè diſcuteretur, deputata fuit de mandato Domini mei Illuſtriſſimi Epiſcopi illius Ciuitatis Cōgregatio, cui cum RR. generali Vicario, & tribus Eccleſiæ cathe-

dralis Canonicis, Archipresbytero ſcilicet, Theologo, & Pœnitẽtiario, itemque duobus aliis Regularibus, viris ſex planè ſelectis, timoratis, atque Eccleſiaſticæ iuriſprudentiæ conſultiſſimis ego quoque omnium minimus intereſſe iuſſus ſum, collatiſque ſententiis, vniuerſi fuimus in voto, quòd Fulanus immunitate non gauderet.

At quia Fulani Defenſores petierunt enixè, vt ſibi traderentur motiua, per quorum ſperatam ſolutionem admittendus veniret idem Fulanus ad immunitatem, Reuerendiſſimus D. Vicarius annuit, iuſſitque formari, & proponi à me motiua, vt omnem viam relinqueret apertam defenſionibus.

Allatæ ſunt demum poſt bimeſtre reſponſiones ad motiua, doctæ quidem, & ſubtiles quippe ab egregio Iuriſperito, qui voluit eſſe Anonymus, elaboratæ, quibus exactè perpenſis, & denuò in Congregatione coram dicto Illuſtriſſ. Epiſcopo, & eius Vicario expoſitis, & ſigillatim collatis cum ſuis contra reſpõſionibus, ruſum in eodem voto fuimus, vno dẽpto Archipresbytero abſente, contra Fulanum vxoricidam, qui per eiuſdẽ D. Vicarij decretũ relaxatus fuit foro ſeculari, atque horrendum ſcelus in immerentem coniugem perpetratum, expiauit ſuſpendio.

Fundamentum primum excluſionis vxoricidæ ab immunitate.

2 Mouebamur primò ad excludendum Fulanum ab immunitate, quia vxorem occiderat appenſatè, ſeu præmeditatè.

At homicida præmeditatus, etiamſi proditor non exiſtat, excluditur ab immunitate, iuxta ſententiam firmatam à me *ſupra* §. 8.

Hoc autem appenſamentum, quippe quod ex iis eſt, quæ ſpectant ad animum ſoli Deo cognitum, ac proinde per teſtes non probabilem, bene autem probabilem per coniecturas, vt firmaui *ſupra* §. 32. *n.* 9. cenſebamus concludi ex pluribus, quæ ſimul iuncta faciebant indicium indubitatum ſufficiens in hac cauſa, iuxta ea, quæ dixi §. 29. *n.* 194. *&* 195. & quidem.

Coniectura prima appenſamenti ex inimicitia.

Primò ex inimicitia, ſeu quod idem 3 eſt, ex odio Fulani contra inſontem vxorem apprehenſam infidelem.

Quando enim adeſt inimicitia, hæc operatur præſumptionem, quòd homicida, habito ſecum tractatu, & appenſatè inimicum occiderit. Menoc. *de arbitr. Iudic. caſu* 361. *num.* 49. Honded. *conſ.* 87. *n.* 99. *lib.* 2. Burſat. *conſ.* 146. *n.* 1. Fagundez *in* 5. *Decalogi præcept. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 17. Hortenſ. Caualcan. *tract. de teſtib. n.* 262. *fol.* 90. Vulpell. *reſponſo* 127. *n.* 8. Farinac. *lib.* 2. *conſ.* 142. *n.* 2. *&* *q.* 126. *n.* 178. Ciarlin. *controuerſ. forenſ. part.* 1. *c.* 10. *n.* 113. Giurba *conſ.* 2. *n.* 21. *&* *conſ.* 13. *num.* 5. Iuliuus Chattar. *deciſ. crimin.* 4. *n.* 18. *& deciſ.* 66. *n.* 25. Molina *de iuſt. tract.* 3. *diſp.* 23. *n.* 2. vbi inimicitiam numerat inter indicia vrgentia, & alij, quos citat, & ſequitur Franciſcus Baron. *tract. de effectib. inimicitiæ* 19. *effectu, n.* 1. Ant. de Ballis *varior. tractat. lib.* 3. *q.* 2. *caſus* 1. *n.* 26. *&* 30.

Neceſſe tamen ad hoc eſt, vt inimi- 4 citia fuerit capitalis, cum ſola capitalis inferat ad præmeditationem ſecuti homicidij. Farinac. *conſ.* 138. *n.* 7. *&* 8. *&* 28. *lib.* 2. *& quæſt.* 126. *n.* 179. Vermigliol. *conſ. crimin.* 26. *n.* 14. Baron. *cit. effectu* 19. *n.* 7. Ricc. *parte* 4. *deciſ.* 24. *n.* 27.

Niſi fortè delinquens eſſet ſolitus delicta grauia facere etiam ad minimam muſcam, quæ intra nares illum tangeret. Caualcaneus *citat. numero* 162.

Eſt autem capitalis inimicitia, quæ 5 fundatur in facto inhoneſto. Gigas *tractat. de crimin. læſ. Maieſtatis, lib.* 2. *quo modo, & per quos, &c. q.* 2. *num.* 17. *folio mihi* 96. & in atrociſſima iniuria.

Blanc.

Blanc.*tract.de indic.num.96.* Marcus Salon de Pace *conſ.22. num.*10. Carena *de off. S. Inquiſ. parte* 3. *tit.*10.*n.*87. & nominatim in adulterio. Decian.*tract.crimin. lib.*3. *cap.*25. *num.*55. *ad finem.* ibi: *vel vxorem.* Farinac. *quæſt.*49. *num.*85. per quod iniuria viro, & domui ſuæ infertur grauiſſima. Thomas Sanchez *de matr.lib.*10.*diſput.*18.*num.*29. ob eamque rem maritus tantum dolorem haud dubiè concipit, quantum alius quilibet, vel ipſius vxoris pater, vſque adeo vt vir ferat moleſtius vxoris adulterium, quàm filij interitum. Tiraquell. *tract. de pœn. temperand. prima cauſa, n.*3.

Vnde ex Maſtrillo *ad indultum, c.*29. *ſub num.*6. *verſ. ſed quid.* obſeruat. Garon.*comment.in titul.de Senator.no.conſtit. ſtat. Mediol. lib.*1. *tit.*4. *art.*13. *num.*105. maritum versùs adulteram eſſe inimicum, quamuis idem Garon. malam fecerit illationem, quòd inde maritus non poteſt reputari *proditor.*

6 Itemque neceſſe eſt ad inferendam ex inimicitia, præmeditationem, vt non conſtet de aliqua rixa in inſtanti homicidij, vel paulò ante homicidium. Menoch.*de arbitrar.Iudic.caſu* 361.*n.*49. Baron.*cit.effectu* 19.*num.*1. cum rixa tollat præſumptionem appenſamenti, vt firmaui ſupra §. 32.*n.*23.

Licet enim extet vetus cauſa, tamen quando apparet de noua cauſa, ceſſat conſideratio veteris cauſæ, & attenditur noua, & ſic non poteſt conſiderari præmeditatio, durante calore nouæ cauſæ. Anton. de Ballis *varior. tractat.*
7 *lib.*3.*q.*2.*caſu* 1.*n.*57.

Neceſſe eſt domum, vt inimicitia probetur; cum enim in facto conſiſtat, non præſumitur, ſed probari debet in ſpecie. Hadrian. Neguſ. *quæſt.*237. *n.*5. Honded.*conſ.*87.*n.*45.*lib.*2.

Et cum ſit paſſio mentalis. Blanc. *de indic. num.*137. Neguſant. *quæſt.*47. *n.*2. probatur per coniecturas, quæ oriuntur ex affectione animi. Neguſant. *eadem quæſt.*47. *num.*1. Honded. *conſ.*87. *num.*48. *lib.*2.

Et nominatim probatur per probationem ſuæ cauſæ, ita vt conſtito de cauſa inimicitiæ, conſtet de inimicitia ipſa, eo ſcilicet modo, quo conſtare poteſt, nimirum præſumptiuè. Honded. *conſ.*93.*num.*16. *lib.*2. Ægid. Boſſius *tit.de mandat.ad homic.num.*38. *ſed clarius in ſummario.* Grammat. *deciſ.*33. *num.*7. Baiard. ad Clar. §. *fin. quæſt* 31. *num.* 115. Lælius de Zanchis *tractatu, inter militem ſacrum, & militem ſecularem, libro* 1. *cap.*27. *num.*29. Marcus Salon *de Pace conſ.*22. *num.*13. Giurba *conſ.*13. *num.*7. Ciarlin. *citat. parte* 1. *cap.*10. *numero* 117. De Ballis *varior.tractat.lib.*1. *de indiciis, quæſt.* 21. *num.*6. Tutius *allegatione* 45. *num.*18. quæ probatio cauſæ, & qualitatis particularis requiritur ad probationem odij, & inimicitiæ. Hippolytus Riminald. *conſ.*81. *num.*53. *inter matrimonialia per Zilettum collecta, folio mihi* 177. nec enim ſufficeret in genere, quòd teſtes dicant fuiſſe inimicos. De Ballis, *cit.num.*6.

Vnde probatum fuit odium, & inimicitia capitalis cuiuſdam mariti in vxorem per hoc, quòd ipſa reuelauerat matri, & alijs, quòd ipſe miſiſſet ad eam venenum, quo neptem ſuam necaret, vt eâ ſublatâ, hæreditatem quandam conſequeretur. Riminald. *citato, conſ.*81.*n.*42. *iuncto n.*1. 8

Et apud Ciarlin. *controuerſiar. forenſ. parte* 2. *cap.*116. *num.*36. *omiſſo per typographi incuriam in meo libro*, cenſetur probata inimicitia, quia probata fuit cauſa, id eſt vulneratio.

In noſtro autem caſu adfuit inimicitia, & quidem capitalis, quippe fundata in adulterio vxoris, itemque in propinatione veneni per eamdem vxorem ſibi facta, quæ propinatio dat ius ad faciendam tori ſeparationem. Dionyſ. de Franciſcis *conſ.*58. *num.*8. *inter matrimonialia per Zilettum collecta, fol.*116. quod intellige de adulterio, & propinatione 9

non tealibus in caſtiſſima vxore, ſed beſtialiter imaginariis in vxoricida.

Et cum ſemel extitiſſet hæc inimicitia, præſumebatur durare. Baron. *citato effectu* 19. *num.* 3.

10 Neque cõſtabat de aliqua vixa in inſtanti homicidij, vel paulò ante homicidium. Quod enim aſſerebat Vxoricida in proceſſu, de verbis obſcæniſſimis, quæ referre pudet, contra ſe à modeſtiſſima vxore iactatis, ex quibus orta fuiſſet rixa, & ipſe ad eam necandam compulſus fuiſſet, non videbatur veriſimile, & conſequenter imaginem falſitatis cõtinebat, iuxta vulgatum axioma, & cum eſſet delictum, & quidem enorme, non præſumebatur. Maſcard. *concluſ.* 495. *num.* 1. & præſertim contra mortuam. Lezana *conſult.* 49. *numero* 5. & probari debebat, & ab vxoricida intereſſe habente, & ſolo, probari non poterat.

Vnde non excuſabatur Fulanus, deducendo delictum fuiſſe commiſſum in rixa, & ſic deficere animum deliberatum, & tractatum, cum ſemper qui intendit occidere, rixam affectet. Baronius *de effectibus inimicitiæ*, 19. *effectu, num.* 2.

11 Conſtabat autem de ipſa inimicitia per hoc, quòd per depoſitionem tum teſtium, tum ipſius Fulani, conſtabat de cauſis ipſius inimicitiæ, nempe de apprehenſione adulterij, & propinationis veneni, etſi falſa in re.

Secunda coniectura appenſamenti ex minis.

12 Secundò ex minis ſub forma *di volerne far vna.*

Quæ verba per depoſitionem duorum teſtium probata, cum in communi conceptu ſignificent graue malum, ſeu propoſitum patrandi grauis mali, videbantur in noſtro indiuiduo caſu ſecundùm ſuas omnes circumſtantias cõſiderato, & præcipuè cum reſpectu ad id, quod re ipſa à Fulano commiſſum fuit, determinata fuiſſe ad ſignificandum animum committendi illud in ſpecie delictum, quod commiſit, ideſt *vxoricidium*, vt in ſimillimo caſu conſiderauit Porrus *in faſciculo rerum criminal. pag.* 727. *§. ſextò.*

Minæ ſiquidem, quæ tametſi non ſemper faciant indicium ad torturam, quia plerumque homines minus faciunt, qui magna minantur, faciunt tamen tale indicium, ſi cum odio, & delicto ſubſecuto incontinenti concurrant. Hieron. à Laurentijs *deciſ. Auenionenſ.* 36. *num.* 6. & plurimum habent ponderis contra minantem. Porrus, *vbi ſuprà, pag.* 727. 13

Præ ſe ferunt animum deliberatum. Molina *tract.* 3. *de iuſt. diſput.* 23. *num.* 2. §. *Quia verò animus.* Qui numerat minas inter vrgentia indicia. Anton. de Ballis, *varior. tract. lib.* 3. *quæſt.* 2. *caſus* 1. *num.* 41.

Et ſunt ſigna præcogitationis, & appenſamenti, ſi is, cui factæ ſunt, reperiatur mortuus, & minans fateatur, ſe illum occidiſſe. Maſcard. *concluſ.* 1061. *num.* 5. Farinac. *quæſt.* 50. *num.* 2. Menoch. *caſu* 361. *numero* 39. *de arbitrariis Iudic.* etiamſi minans dicat, ſe occidiſſe in pura rixa, vel caſu. Farinac. *cit. num.* 2.

Confeſſus autem fuerat Fulanus, ſe occidiſſe vxorem, quamuis adderet, *ſe feciſſe in rixa,* vt per hanc qualitatem excluſiuam appenſamenti, & proditionis fieret capax immunitatis; 14

Qualitates enim proditionis, & delicti excepti ſunt illæ, quæ immunitatis priuilegium tollunt. Ciarlin. *controuerſ. forenſ. parte* 1. *c.* 10. *n.* 129. *& parte* 2. *cap.* 151. *n.* 18.

Non faciebamus verò magnam vim in his minis, cum eſſent ſatis æquiuocæ, & poſſent intelligi per Fulanum directæ in alias perſonas ab vxore diſtinctas. 15

Nihilominus tamen cum minæ concurre-

Digitized by Google

currerent cum tot aliis animum præmeditatum inferentibus, etiam ratio aliqua illarum habenda fuit, ex quo vna præſumptio aliam conualidat. Hortenſ. Caualcan. *tractat. de teſtibus, part.2. num.*203. *fol. mihi* 81. *vbi de minis num.*202.

Tertia coniectura appenſamenti ex loco vulneris, & ex grauitate eiuſdem.

16 Tertiò tum ex loco vulneris;

Si quis enim percutiatur in loco periculoſo, in quo leui etiam ictu percuſſus ſolet mori, vt eſt in capite, tunc præſumitur in percutiente non ſolùm animus occidendi, ſed deliberatus. Giurba, *conſ.2.num.*40. plures allegans: quam doctrinam admittit quo ad caput Farinac. *quæſt.*126.*n.*197. ſecus verò quo ad alias partes corporis periculoſas, *num.*195. cuius differentiæ rationem non video, dummodò adſit periculum proximum in illis partibus, ſi feriantur.

Fuit autem locus vulneris, *guttur* in noſtro caſu, vt conſtitit ex viſitatione, & ex depoſitione iuridica ipſius Fulani vulneratoris, quod *guttur* eſt mnltò periculoſius, quàm *caput*, ſi tranſuerberetur:

17 Tum ex quantitate, ſeu grauitate vulneris;

Vulnus enim gutturis eſt nimis periculoſum. Ricc. *part.1.deciſ.*250.*n.*6. & mortale. Nouarius *in ſummarium Bullar. parte 2. tit. de immun. Eccleſ.n.*38. Plaza, epiſt. delictor. *cap.*13.*n.*4. Coſpus in Iudice criminaliſta *part.*3.*c.*7.*n.*11. Sebaſt. Guazzin. *tom.*1.*defenſ.*4.*c.*11.*n.*7. Muta, *deciſ.Sicil.*27.*n.*17.

Et vulnus graue infert animum deliberatum. Caſon. *tract. de indic. in præmiſſ.c.*2.*n.*3. Maſcard. *concl.*98.*n.*19. Farinac. *quæſt.*126.*n.*190.

Quarta coniectura appenſamenti ex obſeratione oſtij ad ſcalam ante homicidij perpetrationem in ſuperiori cubiculo.

Quartò ex obſeratione oſtij ad principium ſcalæ domeſticæ facta per Fulanum, quando aſcendit ſuperiorem contignationem domus ad necandam vxorem, de qua obſeratione depoſuerat in proceſſu ipſemet, eiuſque famulus puer; 18

Indicauerat enim per hoc, quòd noluerat patere cuiquam aditum liberum ad ponendum ſibi obicem, quo minus conceptum ſcelus exequeretur.

Quamquam huius etiam obſerationis habebamus duntaxat rationem, quatenus per plures alias fortiores præſumptiones conualidabatur aliquo modo, cum de per ſe parum efficax, & nimis remota foret.

Quinta, & principalis coniectura appenſamenti ex epiſtola ante necem ſcripta ad Iudicem cauſarum crimalium.

Quintò demum, & principaliter ex eo, quòd cum ex depoſitione ipſius Fulani haberetur, 19

Quòd ipſe eodem mane commiſſi homicidij exiſtens in ſua inferiori apotheca, ſeu taberna, & ſic omnino ſeorſim ab vxore commorante in ſuperiori contignatione domus, ſcripſit ad Auditorem cauſarum criminalium epiſtolam, in qua: *Scriueuo*, inquit, *al ſignor Auditore li mali trattamenti, & attioni catiue, che mi faceua mia moglie, e gli diceuo di hauerla ammazzata per tali cauſe, ſe bene non l'haueuo ammazzata, e mi ero pentito di ammazzarla; mà perche m'ingiurò di nuouo, l'ammazzai poi:*

Et quòd pro claudenda ea epiſtola,

ipſe Fulanus miſit famulum ad emendam hoſtiam rubram:

Et quòd eamdem epiſtolam iam ſcriptam famulo conſignauit ferendam ad dictum Auditorem, *dicendogli*, famulo ſcilicet, *cho la teneſſe, finche gli diceſſi, che gliela portaſſe.*

Et quòd idem Fulanus, poſt factam eam ſcripturam, & famulo traditam, aſcendit cubiculum, vbi vxor amidum collaribus illinebat, vt apparuit ex viſitatione, eamque, impacto in guttur menſali cultro, interemit:

Et cum prouocationem ſecutam ex parte vxoris per aſſerta turpiſſima verba per eamdem in ipſum prolata, probare nullo modo poſſet Fulanus.

Videbatur nobis quaſi violenter concludendum, quòd idem Fulanus ante aſcenſum illum, haberet appenſamentum, & obfirmatum voluntatis propoſitum de necanda vxore, ſicuti necauit de facto, & talis propoſiti executionem, quæ in eius animo iam conſummata erat, tanquam in reipſa iam factam, exprimeret Iudici ſeculari, cum allegatione cauſarum faciendi, vt ſe aliqualiter iuſtificaret coram ipſo Iudice ſuper delicto iam iam exequendo;

20 Ponderabamus enim tum actum ipſum ſcribendi, qui deliberationis argumentum iuuat; maiori enim cum deliberatione ſcribere ſolemus, quàm loqui. Homobon. *exam parte 2. tract.* 11. *cap. 7. ſuppoſ.* 1. *pag.* 365. *col.* 1. *ad finem.*

Quo fit, vt iniuria prolata ſcripto in epiſtola, ſit grauior. Iuliuus Chartat. *deciſ. crimin.* 68. *num.* 40. & cum quis in ſcriptis aliquid fatetur, deliberatè dixiſſe præſumatur. Menoch. *de præſumpt. libro* 2. *præſumpt.* 61. *numero* 1. *ex cap. Si quis iratus* 2. *q.* 3. *iuncta gloſſa in verbo tractandi.*

Tum miſſionem famuli extra tabernam ad coëmendam hoſtiam rubram, quæ diligentia ad arguendam præmeditationem & ipſa prodeſt.

22 Tum pacatam epiſtolæ conſignationem cum ſuſpenſione delationis, donec denuo iuberetur deferri, poſt executionem ſcilicet homicidij, quæ conſignatio cum talibus circumſtantijs item conducit ad illationem appenſamenti.

Tum demum, & principaliſſimè argumentum ſcripturæ, ideſt *gli mali trattamenti, & attioni cattiue*, quas ab vxore contra ſe fieri imaginabatur, vel fingebat. 23

Quæ malæ tractationes, & prauæ actiones non fiebant tunc, & in eo puncto, vt proinde non inciperent tunc ſubitò animum mouere, ſed mouiſſent iam antea, & locum animi ſedatum, & præmeditationi, ſanguiniſque frigori darent.

Et cum non videremus probatam vllam præſentem rixam, aut paulò ante præcedentem inter ipſum, & vxorem, concludebamus ex his, quæ ſine animi ſedatione, & ſanguinis frigore, in quibus præmeditatio exercetur, non potuiſſent tam ordinatè diſponi, Iudicem Epiſcopum, cum à Iudicis arbitrio pendeat, an homicidium animo deliberato, & præmeditato fuerit perpetratum. Carpan. *in comment. ad cap. Homicida, nouar. Conſtitut. num.* 1118. Iuliuus Chartat. *deciſ. crimin.* 4. *num.* 15. habere motiuum vſquequaque efficax iudicandi, quòd adfuiſſet propoſitum eo ipſo tempore, quo ſcribebatur epiſtola, & alia omnia fiebant, omnino deliberatum, præmeditatum, appenſatum de patranda nece vxoris. 24

Quid enim amplius ad declarandam humanitus eam præmeditationem, ſeu conſultricis potentiæ perſpicuitatem, & quietem, voluntatiſque propoſitum, de quibus egi *in* §. 3. *primæ ſectionis*, requirebatur?

Certè, quando etiã tot alia non cõcurrerẽt, propoſitũ præſumitur, ſi inſultantis verba præcedant, quæ malum animum, vel *iniuriam præcedentem* indicent. Vulpell. *reſponſo* 127. *num.* 8. 25

Verba

Digitized by Google

Verba autem Fulani, & quidem ſcripta, non ſolùm indicabant malum animum, & præcedenrem [imaginariam, non realem] iniuriam ab vxore illatam, ſed hanc diſettiſſimè repræſentabant tanquam motiuum deueniendi ad eius interfectionem.

26 Neque impediri credebamus hanc noſtram concluſionem, & illationem appenſamenti per id, quod addidit Fulanus: *e mi ero pentito di ammazzarla:* cum hoc eſſet apertiſſimum mendacium.

Si enim eum pœnituerat concepti propoſiti de illa occidenda, cur ſcribebat ad Auditorem, ſe illam occidiſſe?

Cur tam diligenter conquiſiuit hoſtiam, mittendo famulum puerum ad eam coemendam, pro clauſura epiſtolæ?

Cur epiſtolam tradidit famulo, cum mandato, vt eam vſque ad delationis iuſſionem retineret apud ſe, & non lacerauit potius?

Cur traditam non recupetauit?

Non ſunt enimuetò compoſſibilia hæc cum pœnitentia propoſiti de occidendo.

27 Neque item obſtare concluſioni, ſeu illationi per nos factæ cenſebamus illud alterum, quod adiectum fuerat per Fulanum: *mà perche m'ingiuriò di nuouo, l'ammazzai poi;*

Nam & hoc conuincitur affectati mendacij;

Cum enim ex prima parte confeſſionis reſpiciente ſcriptionem epiſtolæ cum tot circumſtantijs, maneret probatum ſi non euidenter, ſaltem per violentam præſumptionem, quòd applicatio ad committendum paulò poſt homicidium debebat in propoſitum deliberatum de occidendo conceptum antecedenter, refundi tanquam in ſuam veram, & efficacem cauſam,

Manebar item probatum pati modo, quòd ſubita applicatio ad necem vxori inferendam refundebatur mendacltet per Fulanum in verba iniurioſa per vxorem denuò prolata, tanquam in motiuum improuiſum occidendi.

Immo ex his mendacijs, & falſis aſſettionibus dolum, & malum animum Fulani præſumebamus ſemper magis, iuxta doctrinam Farinacij, *conſ.30.n.94. libro 1.* Antonij de Ballis *varior. tract. lib.1.q.16.n.6.* vbi quòd mendacium dicens præſumitur in dolo. 28

Confeſſionem qualificatam diuidi aliquando poſſe.

Obijcienti autem, quòd cum non conſtaret de tenote literatum à Fulano conſcriptatum, niſi per ipſiuſmet confeſſionem, quæ non debet ſcindi, ſed debet vel acceptari in totum cum omnibus ſuis qualitatibus, vel in totum reijci. Farinac. *quæſt.81. num.154.* Sebaſt. Guazzin. *defenſ.32. cap.35.n.2.* Royas *de hæreticis parte 1. à num.162. latiſſimè.* Ciarlin.*controuerſ.forenſ.part.2. cap.151. num.27.* Thomas Triuiſan. *deciſ.46.per totam lib.2.* Blanc. *in pract. crimin. fol.149. num.36.* Iacob. Leoniſſa, *conſ.47. n.35. inter matrimonialia per Zilettum collecta.* 29

Ac proinde cum diceter Fulanus: *e mi ero pentito di ammazzarla; mà perche m'ingiurio di nuouo, l'ammazzai poi:* videbatur neceſſariò acceptanda confeſſio cum ea qualitate nouarum iniuriatum, quæ probant rixam, & excludunt appenſamenti præſumptionem.

Reſpondebamus, non poſſe eſſe locum doctrinæ de neceſſitate acceptãdi confeſſionem cum qualitatibus, quãdo qualitates inuoluunt manifeſtum mendacium, & contradictionem, ſicuti accidebat in caſu noſtro, in quo confeſſio non ſcindebatut per nos, ſed teperiebatur ſciſſa ex obiecti ſui natura, quod obiectum erat diuiſum in tres partes. 30

Et

Et quidem primò in ſcriptionem epiſtolæ cum ſuo tenore quo ad malas actiones vxoris, & cum alijs recenſitis circumſtantijs.

Secundò in pœnitentiam concepti propoſiti de occidendo.

Tertiò in prolationem nouarum iniuriarum vxoris contra ipſum Fulanum maritum inde prouocatum ad interfectionem.

Quarum partium prima, tanquam euidenter declaratiua propoſiti de occidendo, deſtruebat reliquas duas, conuincendo illas ſplendidiſſimæ falſitatis.

31 Vnde efficaciter acceptabamus primam facientem pro nobis, reijciendo alias nocuas, iuxta tradita per Hieronymum Marilianum, *deciſ.* 82. *num.* 4. quòd ſcilicet confeſſio poteſt pro parte acceptari, & pro parte reſpui, quando contra confitentem eſt præſumptio doli.

In noſtro autem caſu erat non ſolùm præſumptio doli, ſed manifeſta probatio ex dictis per ipſum confitentem in proceſſu Eccleſiaſtico.

32 Addebamus conformiter ad modò dicta, quòd ſicuti quidam accenſus amore ancillæ, redargutus à communi domino, dormientem ipſum dominum in lecto pluribus vulneribus occidit, & confeſſus homicidium, adiecta qualitate prouocationis, fuit vltimo ſupplicio condemnatus, nec meruit puniri ſolùm extraordinaria pœna, ſed debuit ordinaria, quia aderant præſumptiones, & indicia aduersùs qualitatem, teſte Sanfelicio *tomo* 2. *deciſ.* 228. *num.* 9. iuxta doctrinam Vermiglioli, *conſ. crimin.* 282. *num.* 11. Iuliui Chartarij, *deciſ. crimin.* 94. *num.* 37. Horatij Perſij, *conſ. crimin.* 29. *num.* 7. vbi quòd confeſſio qualificata ſcinditur, & pro parte acceptatur, & pro parte impugnatur in prohibitis, & in his, quæ contra ſe habent præſumptionem, vt eſt homicidium, &c.

Ita non debebat admitti ad beneficium immunitatis Fulanus confeſſus vxoricidium cum qualitate prouocationis, eo quòd eſſent contra qualitatem hanc indicia, & præſumptiones nimis graues, quæ multum etiam ponderis accipiebant ex optima indole modeſtiſſimæ coniugis.

Addebamus item, quòd doctrina illa de neceſſitate acceptandi confeſſionem cum ſuis qualitatibus, non eſt articulus de fide, & poteſt negari, ſicuti negatur ſecundùm communem opinionem apud Viuium, *in ſilua commun. opinion. opinione* 363. vbi quòd homicidium confitens commiſiſſe ad ſui defenſionem, niſi probet defenſionem, habetur pro confeſſo homicidium, & capitaliter puniri debet. 33

Et concludit Viuius: *ideoque ob hæc noli diſcedere à præmiſſa Bartoli ſententia communi in actu practico*: quæ eſt etiam ſententia Iodoci Damhouderij, *in praxi rer. crimin. cap.* 34. *n.* 6. Horatij Perſij, *cit. conſ.* 29. *n.* 7.

Ex his ergo ſimul combinatis colligebamus, Epiſcopum, ſeu eius deputatum manere ſufficienter informatum, & ferre poſſe iudicium de delicto commiſſo per Fulanum cum qualitate excluſiua immunitatis, appenſamento ſcilicet, ſeu præmeditatione, quæ manebat probata per tot indicia, & graues præſumptiones plenè probatas ex confeſſione ipſius Fulani, & teſtium, ſicuti probandas eſſe dixi, *ſupra*, §. 29. *num.* 181. 34

Probationem appenſamenti non poſſe cadere immediatè ſupra appenſamentum.

Et addebamus, quòd etiam in ſententia requirentium in cauſa immunitatis probationes plenas, & concludentes, appenſamentum, & præmeditatio non poteſt probari, niſi per coniecturas, & præſumptiones, probatis nimirum 35

nimirũ ipſis cõiecturis, & præſũptionibus de ipſo appenſamẽto, & præmeditatione, vt dixi, §. 32. *n.* 10. *&* 11.

Nihil obſtante quòd præſumptio ſit alicuius facti dubia probatio, & coniectura ſit orta ex probabilibus, & nõ neceſſarijs adminiculis. Royas *ſingul.* 188. *num.* 13. ac proinde coniecturæ ipſæ ſint fallaces. Royas, *n.* 12.

Id enim nõ officit certitudini morali, quæ ſufficit in iudicijs humanis, vt dixi, *ſ.* 29. *num.* 229. *&* 230.

Et alioqui eſt impoſſibile, quòd probatio cadat immediatè ſupra ipſum appẽſamẽtũ, quod eſt res incognoſcibilis in ſe ipſa ab hominibus, ideoque ſufficit, quòd probatio cadat immediatè ſupra præſumptiones, & ijs mediantibus, ſupra appenſamentum, quod hoc modo bene probatur.

Sicuti bene probatur adulteriũ per depoſitionẽ eorũ, qui viderint cubationẽ in eodem lecto nudi cum nuda, etiamſi non viderint eos carnaliter commiſceri. Ricc. *parte* 2. *deciſ.* 39. *num.* 2.

Reſultat enim inde præſũptio adulterij ipſius, tametſi potuerit, data etiam commixtione ſeu copulatione carnali, non ſequi adulterium ipſum ob arctitudinem vaſis, vel ob improportionem viri, vel ob non ſeminationem intra ipſum vas penetratum, vt obſeruaui ſupra, *num.* 209. *ſ.* 29. ex Thoma Sanchez *de matrimonio*, *libro* 10. *diſp.* 12. *num* 40. Perez *de matr. diſput.* 56. *ſect.* 5. *n.* 3.

Quæ probatio operatur quo ad omnẽ effectum, ſcil. tam ad ſeparandum, & ad impediendum matrimonium, quàm ad pœnã imponendam pro crimine. Ricc. *citato*, *deciſ.* 39. *num.* 3. ex Lapo, vt dixi, *citato* §. 29. *num.* 208.

36 Procedebat ergo votum noſtrum ſecundùm rigidiorem ſententiam, quæ ſcilicet requirit plenas, & cõcludentes probationes in cauſa immunitatis, & fundabatur in coniecturis, indicijs, & præſumptionibus plenè, & cõcludẽter probatis per iudicialem confeſſionem ipſius rei, immo & teſtium.

Obiicienti autem, nõ ſufficere ad excluſionẽ immunitatis, quòd cõiecturæ qualeſcumq; de appenſamento probẽtur plenè, & concludenter, ſed requiri, vt hæ coniecturæ ſint ex ſe violentæ. 37

Reſpondebamus, quidquid eſſet de veritate neceſſitatis violentarum probationum, coniecturam appenſamenti deſumptam ex epiſtola illa in noſtro caſu ſcripta ad Auditorem, videri omnino violentam; vel certè ex illa, & alijs omnibus ſimul iunctis conſtitui plenam, & perfectam probationem, quæ ſufficit ad præſumendum delictum, cum præſertim ſimus in delictis difficilis probationis. Menoch. *de præſumptionib. libro* 1. *quæſt.* 40. *numero* 11. 12. *&* 13. cum alijs per me allegatis. §. 29. *num.* 249.

Sed quia intelligebamus, accidere poſſe, vt Epiſcopo videretur ſequẽdam eſſe opinionem cõcedentem gaudium immunitatis homicidæ appenſato citra inſidias, & proditionem, progrediebamur vlterius, &

Fundamentum ſecundum excluſionis Fulani ab immunitate.

Mouebamur ſecundò, quia Fulanus interemerat coniugem ſuam proditoriè. 38

At homicida proditorius, attento iure tum veteri, tum moderno Pontificio, non gaudet immunitate, iuxta firmata per me, §. 1. *n.* 1.

Hanc autem qualitatem *proditorij*, cenſemus concludi ex hoc, quòd Fulanus interfecerat appenſatè vxorem impotentem hic, & nunc ad ſe tuendum ab illo, quæ eſt formalis ratio *proditorij* iuxta firmata per me *ſect.* 1. paſſim, & nominatim non valentem illi reſiſtere, in quo etiam reperitur eadem ratio *proditorij*, iuxta firmata per me, *cit. ſect.* 1. §. 22. 39

Nnn Porro

40 Porro omiſſo appenſamento, de quo iam conſtat ex dictis, ea impotentia ad ſe defendendum fundabatur in duobus.

Primum erat, quòd Fulanus affidauerat per poſitiuas inſidias vxorē, & mediante hac affidatione, reddiderat incautam, ſecuram, non timentem tātum malum ab illo, & ſic impotentem hic, & nunc ad ſe tuendum, iuxta per me deducta, ſuprà, *in* §.4.*num.*7.

Primus modus inſidiarum ex promiſſione de non lædendo.

41 Et quidem primò affidauerat per promiſſionem de illa non lædenda, de qua promiſſione conſtabat per depoſitionem ipſius Fulani in proceſſu fabricato per Curiam Epiſcopalem.

Quare occidēdo ſub hac promiſſione affidatā, fuerat *proditorius homicida*, iuxta firmata per me, *ſect.*1.§.12. nec gaudere debebat immunitate, iuxta dicta *in eodem paragrapho.*

Et hoc eo magis, quòd promiſſio illa fuerat apertè ficta, & cū retentione inimicitiæ, odijq; interni contra vxorem, quod odium probatū fuerat per probationē ſuæ cauſæ ex cōfeſſione ipſius Fulani dicentis: *perchè dopo detto tempo*, permanſionis ſcil. in domo ſoceri, *viddi, che mia moglie parlaua con un tal Giacomino, e gli diede da bere, dubitai, che non ſi ſeruiſſe di lui per qualche rufianeſimo, e pero volſi tornar à caſa con lei, e vi tornai.*

Vbi apparebat, eum altè impreſſum habuiſſe prauum cōceptū de infidelitate vxoris, & ex vi iſtius cōceptus rediſſe domum, vt colligitur ex illa dictione *e pero*, quæ Latinè effertur, *& ideo*, & eſt cauſalis. Ludouiſ. *deciſ.2.n.3.*

Quo fit, vt Fulanus tulerit ſecum tum cauſam inimicitiæ, ſeu odij, lenocinium ſcil. acceptatum, vel potius quæſitum ab vxore [in ipſius nēpe Fulani beſtiali imaginatione, ſed non in re] tum inimicitiam ipſam, quæ probatur per probationem ſuæ cauſæ iuxta dicta, *in hac ſect.n.*7.

Et ſimulauerit verbotenus reconciliationem cum vxore factam in diſceſſione è ſoceri domo, & promiſſionem de illa non moleſtanda.

Vnde ex iſta fictione eruebamus nouum argumentum appenſamenti, iuxta dicta, *in ſect.*2.§.32.*n.*42.

Neque obſtabat, quòd ea promiſſio non fuiſſet facta vxori, ſed eius patri. 42

Nam eſt etiā proditorius homicida, qui occidit contra fidem datam tertio, iuxta dicta, *ſect.*1.§.12.*n.*25.

Et procedit hoc præſertim, ſi ille tertius ſit pater perſonæ proditæ, ſicut in caſu noſtro.

Nam hic pater cum cenſeretur vna perſona cum filia. Iaſon. *conſ.*249.*n.*11. *vol.*3. Vulpell. *tract.de pace, quæſt.*23.*n.*4. Bellon. *conſ.*26. *num.*30. Oſaſc. *deciſ.*31. *num.*13. Grammat. *deciſ.*48. *num.*15. & vna caro. Vulpell. *loco citato*, Nicol. Moron. *tractatu de fide, treuga, & pace parte* 2. *quæſt.*22. *num.*4. Oſaſc. *citato deciſ.*31.*n.*16. Blanc. *in pract.crimin.pag.*114. *n.*20. Simon de Prætis, *conſ.*64.*n.*17. *limitans num.*26.

Vnde ſecuritas patri data, cenſeretur data filiæ. Moron. *loco citato, num.*5. & præſumeretur diligere plus filiā, quàm ſeipſum. Brunorus, *à ſole quæſt.*50.*n.*16. Ricc. *parte* 2.*deciſ.*21.*num.*7. Simoncell. *tract.de decretis lib.*3.*titulo* 8.*num.*10. Carocc.*dec.*20.*num.*7. Menoch. *de præſumpt. lib.*4.*præſumpt.*37.*n.*12. Thom. Sanchez, *de matr.lib.*1.*diſp.*23.*n.*3. Bertazzol.*cōſ.*47. *n.*68.*lib.*2. Iacob. Leoniſſa, *inter cōſil. matrim. conſ.*49.*n.*27. ac proinde non velle eam decipere. Hadrianum Neguſant. *quæſt.*10. *num.*35. ſed immo rectè illi conſulere. Sanchez, *cit.n.*3. & pro eius honore, & ſalute ſemper vtiliora conſilia capere. Bonacoſſa *de præſumpt. in verb. Pater. fol.* 249. *col.*3. *ad medium*, & plus terreri in filia, quàm in ſeipſo. Vulpell. *reſponſo* 98. *num.*2. Alciat. de *præſumpt.*

Digitized by Google

præſumpt. regula 1. præſumpt. 1. n. 2. Menoch. *de præſumpt. libro 5. præſumpt.* 33. *num.* 8. Thom. Sanchez *de matrim. lib.* 10. *diſp.* 18. *n.* 21.

Non debebat credi, quòd idem pater fuiſſet paſſurus, vt eadem filia reuerteretur domum mariti, niſi certior facta de promiſſione, & remotione omnis periculi moleſtiæ, & exinde affidata.

43 Neq; obſtabat itē, quòd eadē promiſſio non fuerat abſoluta, ſed proceſſerat ſub conditione: *mentr' eſſa non mi haueſſe oltraggiato nell' honore, & haueſſe laſciato di dirmi quelle parole.*

Cum enim in poteſtate vxoris eſſet adimplere, & purificare conditionem, non inferendo ſcilicet marito dedecus, & non dicendo verba illa, potuit eadem vxor facere, vt illa promiſſio de conditionata tranſiret in abſolutam, & remaneret apta nata ad affidandum, ſicuti de facto affidauit, perinde ac ſi abſolutè facta fuiſſet.

Secundus inſidiarum modus per ſigna amicitiæ.

44 Secundò affidauerat Fulanus vxorem per exhibitionem externam ſignorum amicitiæ, & boni affectus, quæ ſigna fuerunt hæc.

Primò per retentionem in propria domo.

Primum ſignum, retentio eiuſdem vxoris in propria domo, vt notorium erat, & probatione non indigebat.

Retinere enim in propria domo aliquem, eſt ſignū animi cum eo reconciliati, vt dixi, *ſect.* 1. §. 14. *n.* 13. adeo vt cōiux innocens, ſpōte, & ſcienter retinens adulterū, cenſeatur illi parcere. Thom. Sanchez *de matr. lib.* 10. *diſp.* 14. *n.* 17. quod intellige, ſi retineat in conſortio maritali. Sanchez, *ibidem, verſ. Quartò*, quo etiam modo intelligendi ſunt Ventriglia, *in praxi, annot.* 10. §. 1. *n.* 13. & Bellet. *diſp. Clerical. parte* 1. *tit. de fauore Clericor. reali*, §. 4. *num.* 86.

Retentionem hanc fuiſſe voluntatis, non neceſſitatis.

Neque obſtabat, quòd à quopiam opponebatur, retentionem hanc fuiſſe neceſſitatis, & non voluntatis, ac proinde non poſſe per illam retentionem probari inſidias poſitiuas ex parte Fulani, quatenus retinendo vxorem, affidaſſet illam. 45

Reſpondebamus enim, quòd illa neceſſitas vel ſupponebatur eſſe phyſica, vel moralis.

Si phyſica, ideſt fundata in impotentia phyſica eijciendi à domo propria vxorem, ob defectum alterius domus, in quam illa mitteretur.

Dicebamus, hanc neceſſitatem non adfuiſſe, quia ſemper fuiſſet in promptu domus ſoceri, ad quam potuiſſet ſub honeſto prætextu tranſmitti vxor.

Ac proinde concludebamus, retentionem ex hoc capite fuiſſe omnino voluntariam, ſeu electiuam, non autem neceſſariam.

Si moralis, non videbamus in quo poſſet fundari hæc moralis neceſſitas, niſi fortè in præcepto obligante coniuges ad cohabitandum, de quo Thom. Sanchez *de matrim. lib.* 9. *diſp.* 4. *num.* 2. 46

At ad hoc reſpondebamus, hanc neceſſitatem, quæ verè aderat, non repugnaſſe vxoris affidationi, immo illam confirmaſſe, & confouiſſe.

Si enim vxor apprehendebat, maritū cognoſcere obligationem coniugalem de retinendo illam in domo ſua tanquam fidelem, & iuxta hanc obligationem retinere de facto.

Ergo etiam apprehendebat, maritum non credere ipsā infidelem, & adulterā; quia ſi hoc maritus crediidiſſet, iam ſe non teneri ad cohabitandum, ſibique

competere diuortij ius cognouiſſet, cum hoc ius contentum *in cap. ex literis de diuort. cap. plerumque de donat. inter virum, & vxorem*, & paſſim per Doctores explicatum, & nominatim per Riccium, *parte* 1. *deciſ.* 66. *num.* 1. & *parte* 3. *deciſ.* 5. *num.* 2. ſciatur etiam à rudioribus.

Ergo ex hac, quam in marito apprehendebat, cognitione obligationis de retinendo ipſammet in domo, manebat affidata, & non timida de marito, quantumuis cognito agitato à ſuſpicionibus, vt infra dicetur.

Ergo doctrina illa de *neceſſitate retentionis* non faciebat contra nos, ſed pro nobis, qui non inueniebamus vllum alium titulum afferræ neceſſitatis, qui poſſet affidationi vxoris præiudicare, cuiuſmodi fuiſſet, ſi per terrorem incuſſum ab aliquo potente, fuiſſet coactus maritus ad retinendam ſecum vxorē conſciam huius incuſſionis, v. g. à Iudice etiam iniuſtè præcipiente; tunc enim vidiſſet vxor retentionem non eſſe ex liberalitate. Thom. Sanchez *de matrim. lib.* 10. *diſp.* 14. *n.* 13.

Secundò per concœnationem ad eamdem menſam, & eumdem igniculum.

47 Secundum ſignum pridiana concœnatio ad eumdem igniculum, & ad eamdē menſam cum vxore, quæ cōcœnatio probabatur per cōfeſſionē ipſius Fulani, & ſufficiebat ad affidandam vxorem, & ad ipſum conſtituendum proditorium homicidium, iuxta per me dicta, *ſupra*, §. 14. *n.* 16. de necante ſocium menſæ.

Quando enim etiam credidiſſet alioqui vxor ſe abſolutè haberi vt adulteram à viro, potuiſſet ex hoc amoris ſigno putare eum reconciliatum, iuxta tradita per Thom. Sanch. *de matr. lib.* 10. *diſp.* 14. *n.* 18. vbi quòd cenſetur reconciliatio facta, & condonatum adulterium, ſi innocens ſponte, & ſcienter familiarem exhibeat ſe adultero, vt ſimul ludendo, comedendo, &c.

Concœnationem hanc fuiſſe liberam.

Nec poterat dici, ſicuti quiſpiam 48
opponebat, ea menſæ ſocietas fuiſſe neceſſitatis, non voluntatis.

Nam aſſignabile non erat vllum caput, in quo fundaretur hæc neceſſitas, præſertim in marito, qui eſt caput mulieris ex Apoſtolo *ad Corint.* 1. *cap.* 11. & princeps, & maior in domo. Grauat. *conſ. matrimoniali* 82. *num.* 4. habetque vxorem ſub ſuo imperio, adeo vt ipſam moderatè tamen, cædere verberibus poſſit. Grauat. *ibidem*, non paſſim, ex leuique cauſa, ſed ratò, & vrgenti cauſa poſtulante, non ad pœnam, ſed ad domeſticam correctionem. Thom. Sanchez *de matrim. libro* 10. *diſput.* 18. *num.* 16. nedum ſeorſim ab illa cibum capere, ſi libuerit.

Perpendebatur etiam, Fulanum, & 49
coniugem fuiſſe ſolos in domo, ac proinde non habuiſſe neceſſitatem vitandi ſcandalum, ſi ſeorſim, in ſignum iræ, comediſſent, quam neceſſitatem habent, ſi ambo inuitentur ad accumbendum eidem menſæ.

In quo caſu non cenſentur agere ſponte, ſed impellente honeſtatis neceſſitate, quia, ſalua honeſtate, id declinare non poſſent. Thom. Sanchez *de matr. lib.* 10. *diſp.* 14. *n.* 15.

At in caſu noſtro non militabat hoc, cum eſſent ſoli, vt dictum eſt.

Famulus enim puer interdiu ſolùm in apotheca inſeruiebat, diuendendo merces: famula verò, vt potè montana, & rudis, non cenſebatur ſcandali capax, etiamſi vidiſſet Fulanum non concœnantem vxori.

Quod ſcandalum ſi interueniſſet, & vir ad illud vitandum, cœnaſſet cum vxore, vtique illa concœnatio, quippe neceſſaria, non fuiſſet ſignum amoris.

amoris. Thom. Sanchez, *cit. diſput.* 14. *num.* 17.

Commanducauerat ergo Fulanus vxori, quia ipſe voluerat, & ſic ipſam vxorem etiam ex hoc capite affidauerat.

Tertiò per coudormitionem in eodem toro.

50 Tertium ſignum condormitio cum vxore in eodem lecto per totã noctem præcedentem homicidiũ, quæ condormitio habebatur ex confeſſione ipſius Fulani, & ſatis erat ad affidandam vxorem, & conſtituendũ ipſum proditoriũ homicidium, iuxta per me dicta, *ſuprà*, §. 14. *n.* 22. de occidente ſocium lecti.

Retinere enim coniugem in conſortio maritali, ideſt in eadem domo, colloqui, comedere ad eamdem menſam, & vti eodem lecto, eſt ſignũ amicitiæ coniugalis. Thom. Sanchez *de matrim. lib.* 10. *diſput.* 14. *num.* 17. *à verſ. Et Doctores omnes.* Vbi quòd ſi eſſent in eadem domo non ſe alloquentes, diuiſique à menſa, quaſi duo vicini extranei, non cenſeretur cõdonatum adulteriũ, quia retentio illa non eſt ſignum amicitiæ coniugalis, quin potius capitalis inimicitiæ: quòd ſi retineatur adulter in conſortio coniugali, quamuis occultus ſit, & breui tempore, reputabitur condonatum adulterium. Intelligo *in conſortio maritali*, quando innocens familiaritatis coniugalis ſigna adultero oſtenderet, nulla neceſſitate coactus. Ita Sanchez.

Condormitionem hanc fuiſſe omnino ſpontaneam.

51 Nulla verò neceſſitate Fulanus cogebatur ad illud maritale conſortium nominatim per condormitionem integræ noctis in eodem lecto.

Neque enim ex pecuniaria lecti, cum nihil facilius ſit, & vſitatius in caſibus vel diffidentiæ, vel morbi, vel æſtiui caloris inter coniuges, etiam pauperes, occurrentibus, quàm proſpicere de modo dormiendi ſeparatim, & per modum prouiſionis.

Neque ex Eccleſiæ præcepto, quod nullum erat.

Neque ex vllo alio capite, immo neque ex lege coniugali, quæ virum obligat ad copulam quidem cum vxore, ſed non ad cubandum in eodem lecto per integram noctem.

Erat ergo plene libera illa condormitio, & inductiua ſecuritatis, & affidationis, & oſtenſiua condonationis adulterij, ſicut amplexus, & oſcula ſpontanea. Thom. Sanchez, *cit. diſp.* 14. *n.* 19. aut conuerſatio cum affectu coniugali. Sanchez, *n.* 18. *ad finem ex Palacio* quem videre non potui.

Quartò per actum ridendi cum vxore.

Quartum ſignum actus ridendi ſimul cum vxore ad veſperam diei antecedentis homicidium, qui riſus, & lætitia denotat, metum abſuiſſe ab ipſa vxore. Petrus de Barbobus *conſilio matrimoniali* 24. *num.* 1. 52

Itemque actus colloquendi cum eadem à prandio diei prædictæ.

Qui actus ridendi, & colloquendi quamquam non probabantur niſi per dictum vnius teſtis, famuli ſcilicet domeſtici.

Concurrentibus tamẽ alijs depoſitionibus circa alia ſigna amicabilia per Fulanũ exhibita vxori, optimè influebant in probationẽ affidationis vxoris, cũ teſti neq; obeſſet ſingularitas, quia erat adminiculatiua, iuxta dicta per me, §. 29. *n.* 292. neq; impubertas, & domeſticitas, quia articuli veritas aliter haberi nõ poterat, iuxta dicta itẽ per me *eodem* §. 29. *à n.* 270. cum hi riſus, & iocularia colloquia inter coniuges ſoleant fieri ſolummodò intra priuatos parietes.

 Alio

Alioqui autem ex actibus ridendi ſimul, & colloquendi, & ludendi, & familiarem ſe exhibendi infertur amicitia inter coniuges, immo & reconciliatio, ipſiuſque adulterij condonatio ex parte innocentis ſcientis, & ſponte agentis. Thomas Sanchez *de matrim lib.*10.*diſp.*14.*n.*18.

Quam etiam reconciliationem in caſu inter non coniuges aſſerit Ricc. *parte* 2. *deciſ.*202. *num.*4. *&* 5. ſanctus Antoninus allegatus à Comitolo *lib.*4. *quæſt.*32. *n.*13. & ego *ſupra* §.14.*num.*18. ex Sanchez, Guazzino, & Garonio quibus addo Claudium Tutium *in allegation.* 45. *num.* 20. vbi quòd propter conuerſationem ſimul ad inuicem habitam, præſumitur reconciliata amicitia.

Quintò per non repugnantiam Fulani erga obſequia vilia per vxorem ſibi præſtita paulò ante vxoricidium.

53 Quintum demum ſignum oſtenſio non repugnantiæ ad acceptanda vilia obſequia, etiamſi forent ſibi per vxorem, quæ viri penè famula eſt. Lancellott. Gallia *in conſuetud Alexand. verb. viginti, quæſt.*7.*num.*102 per vxorem inquam nõ nobilem debita. Thomas Sanchez *de matrim.lib.*6.*diſputat.*6. *num.* 14. Lancellot. *vbi ſupra, in verb. vxori in principio ante quæſt.* 1. *num.*3. & per eamdem vxorem præſtita.

De qua non repugnantia conſtabat ex iuridica confeſſione ipſius Fulani, qui eodem mane commiſſi homicidij vſus fuerat aqua calefacta ad manuum lotionem, & ſciſcitãti Iudici Eccleſiaſtico, *che dica chi faceſſe ſcaldar la detta acqua*, reſponderat, *io non sò, ſe foſſe mia moglie, ò la ſerua, mà ſarà vna di loro.*

Si enim concedebat Fulanus, potuiſſe eſſe vxorem, ergo ipſe non repugnabat, vt hæc, quamuis aliàs ſibi deberentur, fierent ab vxore.

Ergo etiam ex aduertentia ad hanc non repugnantiam vxor aliquo modo affidabatur de marito.

Quando enim viri ſunt infenſi vxoribus, nihil acceptant ab iiſdem, etiamſi alioqui per eaſdem ipſis debeatur, vt hac ſeueritate mediante illas caſtigent.

Cum ergo videremus exhibita per Fulanum vxori tot ſigna ſecuritatis, & pacis, & hæc ſufficientiſſimè probabatentur in proceſſu Curiæ Epiſcopalis, ideoque conſtaret, eamdem vxorem exinde affidatam, impræcauentemque redditam, ac proinde impotentem hîc, & nunc ad ſe tuendum à Fulano aggreſſore, occiſam fuiſſe.

Et occiſionem hanc fuiſſe directè voluntariam, provt dixi requiri *ſupra* §.23.ad iacturam immunitatis.

Itemque fuiſſe commiſſam per actionem poſitiuam contra iuſtitiam, non autem indebitè permiſſam per meram omiſſionem, provt ratiocinatus ſum *ſupra* §. 24.

Concludebamus meritò, Fulanum debere tanquam *proditorium homicidam*, excludi ab immunitate, iuxta dicta per me *ſupra* §.14.

Non obſtare, quòd ea ſigna non concurrerant contemporaneè cum homicidio.

Neque obſtabat, quod ea ſigna non concurrerant contẽporaneè cum vxoricidio, ſed immo per aliquod notabile tempus præceſſerant. 54

Dicebamus enim, ſufficere, quòd eſſent præſentia in memoria vxoris, & durarent in eiuſdem vxoris affidatione, tanquam in relicto eorumdem effectu naturali, per actualem aliquam diffidationem non deſtructo, vnde oriebatur in vxore impræcautio à Fulano, & impotentia ſe tuendi ab illo, iuxta firmata per me *ſupra* §. 15. perinde

inde ac ſi fuiſſent in ipſo occiſionis inſtanti exhibita.

55 Neque item obſtabat,quòd tempore intermedio inter illa ſigna,& homicidium poterat ſecuta eſſe aliqua rixa inter virum, & vxorem, per quam rixam deſtrueretur formalitas *proditorij* requirentis propoſitum in aggreſſore, & perſeuerantiam affidationis in aggreſſo,quod propoſitum non eſt compatibile cum rixa, vt dixi *ſupra* §. 32. *num.*23.

Dicebamus enim, futurum fuiſſe locum præſumptioni rixæ,ſi non manſiſſet probatum appenſamentum ex parte Fulani vxoricidæ.

At quia appenſamentum,& cum eo coniunctum propoſitum, manebat plenè probatum ex prædictis, & præſertim ex illa epiſtola ſcripta per Fulanum ipſum ad Auditorem cauſarum criminalium immediatè ante vxoris necem.

Concludebamus tum elidi omnino præſumptionem rixæ, & ſubiti caſus; ſeu probari *non rixam* & *non caſum*, quam probationem *non rixæ*, & *non caſus* dixi, omnino requiri ad probationem proditorij ſub ſignis amicitiæ *ſupra* §.32.*num.*19.& eamdem probationem *non rixæ* reſultare præſumptiuam, & ſufficientem ex probatione appenſamenti, vt §.32, *num.*22. *&* 23. *ſecundæ ſectionis.*

Tum demonſtrari ficta fuiſſe ſigna illa amicitiæ affidantia vxorem, & relinqui patentem aditum qualitati *proditionis.*

56 Addebamus,quòd etiamſi vera fuiſſent illa ſigna amicitiæ, quatenus ſcilicet Fulanus verum affectum habuiſſet erga vxorem, quando adhibebantur, quod tamen nullo modo credebamus, eo tamen ipſo, quòd idem Fulanus, mutato poſtmodùm animo, inuaſiſſet appenſatus eamdem vxorem remanentem adhuc affidatam ſub eorum ſignorum authoramento, & ideo non præcauentem, atque impotentem hîc, & nunc ad ſe defendendam, fuiſſet *proditor.*

Quòd enim quis affidetur per ſigna amoris vera, vel falſa, dummodò affidetur,& incautus reddatur, nihil refert ad *proditorij*, rationem, iuxta dicta per me §.14.*num.*7.

Vxorem redditam fuiſſe impotentem ad defenſionem ſui: etiam per apprehenſionem connexitatis coniugalis.

Secundum autem, in quo fundabatur impotentia vxoris ad ſe defendendam à Fulano, erat conſcientia, ſeu apprehenſio cõnexitatis maritalis cum ipſo Fulano,quæ connexitas aptiſſima eſt ad affidandum, & conſtituendam proditionis qualitatem in vxoricidio iuxta dicta per me *ſupra* §.18.*num.*4. 57

Vxorem fuiſſe impotentem ad reſiſtendum.

Addebamus etiam impotentiam reſiſtendi, quæ ſufficit ad conſtituendum proditorium iuxta deducta per me *ſupra* §. 22, *num.* 5. *&* *ſequentibus.* 58

Et hanc conſiderabamus in coniuge ex hoc, quòd Fulanus validior ratione ſexus, & rabie plus, quàm cultro armatus inuaſit improuiſam, inermem, ſolitariamque mulierculam gracilis, vt aiunt, corporis, exiſtentem in ſuperiori cubiculo, à quo per fugam elabi non potuerat, nec per vocem implorare viciniæ adiutorium, ob ſubitò transfixum guttur, ac proinde vſquequaque impotentem ad ſubtrahendum ſe morti.

Vxo

Vxorem non apprehendiſſe de facto capitaliſſimum odium Fulani, etiamſi aliquo modo Zelotypiam.

59 Neque obſtabat omnibus antedictis, quòd cum vxor ſciret Fulani zelotypiam, ſuſpicioneſque veneni, de quibus in proceſſu, videbatur eſſe diffidata, & ſufficienter monita de præcauendo à marito oſore eiuſdem capitaliſſimo, & conſequenter debuiſſe ſibi præcauere, atque imputandam eſſe ipſimet vxori mortem inde ſecutam.

Ac proinde per hoc videbatur Fulanus eximi à qualitate *proditionis*, cum eſſet apertus vxoris inimicus, cui inimico ſe committere eſt omnium ſtolidiſſimum. Hippolytus Riminaldus *conſil. matrimoniali* 81. *num.* 3. qui Doctor *numero* 10. ex Crauetta dicit, quòd vbi odium eſt capitale, non tenetur, & non debet quis confidere fragilitati cautionis, & loquitur appoſitè ad caſum noſtrum, de vxore ſcilicet erga maritum.

60 Dicebamus enim odium Fulani in vxorem, quod ex poſtfacto apparuit fuiſſe grauiſſimum, non tamen fuiſſe apprehenſum vt tale ab ipſa vxore, immo nec prudenter debuiſſe apprehendi.

Quia nimirum eadem vxor in cohabitatione voluntaria Fulani ſecum, in ſpontanea concœnatione, in condormitione, in acceptatione obſequiorum à ſe illi præſtitorum, & in aliis ſignis amoris, in connexitate coniugali, & cum primis in teſtimonio certiſſimo conſcientiæ ſuæ de propria integritate, habebat motiuum efficax ad argumentandum, ſe à marito verè diligi, non autem haberi tanto odio, quod, præciſa diabolica ſimulatione, erat omnino incompoſſibile cum prædictis tam multiplicatis amoris ſignificationibus.

Et non fuiſſe de facto apprehenſum ab vxore odium mortale viri contra ipſam, ſuadebamus nobis efficaciter ex eo, quòd vxor non ſubtrahendo ſe opportunè à marito cognito oſore tali, & tanto, vt ab eo ſibi certum periculum, internecionis immineret, peccaſſet peccato mortali intimiditatis, & tentationis Dei, quod tamen præſumi non debet, iuxta dicta per me, *ſupra* §. 10. *num.* 53. 58. *&* *ſeqq.* *&* *n.* 74. 61

Et feciſſet eadem vxor contra naturalem inclinationem de procuranda propria incolumitate, quod præſumi non debebat, *vt citat. num.* 74.

Quare concludendum erat, vxorem non fuiſſe diffidatam de marito, & ſic imputandam non eſſe illi impræcautionem, & necem, ſed marito inſidioſo, qui articulum impræcautionis doloſe, & per ſummam aſtutiam obſeruarat ad exequendum prauum ſuum propoſitum, iuxta notata per me *citat.* §. 10. *num.* 51. ac proinde corruere argumentum in contrarium.

Concedebamus autem, conſciam aliqualiter fuiſſe vxorem zelotypiæ Fulani, & ſuſpicionis de propinato veneno. 62

At conſiderabamus, potuiſſe ipſam credere, quòd vir agitaretur, & affligeretur huiuſmodi impropriiſſimis ſuſpicionibus, & tamen illarum obiecto non ita inhæreret per aſſenſum intellectualem, vt ad odium mortale deſcenderet, & quod plus eſt, ad ipſum actuale truculentiſſimum vxoris homicidium.

Nam bene poſſunt ſe ſe compati, ſimul, quòd tu vrgearis importuna ſuſpicione contra me, & nihilominus me exiſtimes probum, me ames, & nihil mali contra me moliaris.

Vnde opimè notauit Thom. Sanch. *de matr. lib.* 10. *diſp.* 18. *num.* 9. non excuſari maritum à cohabitatione cum 63

vxo

vxore, quòd timeat, ne contineret poſſit ab ea necanda, ob conceptam de illa aliquantulam ſuſpicionem adulterij, cum poſſit, & teneatur orare Deum, & huic tentationi reſiſtere.

Quam doctrinam refert, & approbat Nicolaus Rodriguez Fermoſinus *tomo quindecim tractatuum, tractat.* 11. *ad textum in cap. ex transmiſſa.* 8. *de reſtitut. ſpoliat. q.* 3. *n.* 17. *pag.* 484.

64 Credibile autem videbatur, quòd vxor in noſtro caſu, cum ſciret ſe innocentiſſimam, & virum eſſe propriè zelotypum, cum zelotypia propriè ſumpta, ſit defectus mariti proueniens ſine culpa vxoris. Ciriac. *controuerſ.* 172. *num.* 76. *fol.* 754.

Præſumpſerat hanc reſiſtentiam de ſuo viro ſuſpicante, & ſic non manſerat diffidata.

65 Negabamus autem conſtanter, inimicitiam viri eximere illum à nota proditoris, iuxta dicta ſupra §. 10. latiſſimè, & quaſi euidenter.

Et dicebamus, aliquem à prædicta nota eximi ſolùm per eam inimicitiam, quæ actualiter cognoſcatur ab inuaſo vt capitalis, & in ipſo actu inuaſionis ipſum inuaſum ex modo inuaſionis reddat diffidatum, cautumque, ac proinde ſimpliciter potentem conari ad ſe tuendum: ſecus verò, ſi ex modo inuaſionis inueniat indiffidatum, incautum, atque ideo impotentem hîc, & nunc ad ſui tutelam, iuxta dicta per me ſectione prima paſſim, ſed præcipuè §. 10. *corollario* 6. *num.* 94.

66 Neque obſtabat demum, quòd cum Fulanus minaretur *di volerne far vna*, & quidẽ in talibus circũſtantiis, vt vxor intelligere poſſet, dirigi hæc cõtra ipsã, videbatur vxor eadẽ debuiſſe cautionẽ ſecuritatis poſtulare, & viro nõ fidere, & per omiſſionẽ poſtulationis exemiſſe à nota proditoris maritũ, qui occiderat monitam, & diffidatam per minas.

Dicebamus enim', quòd vel vxor fuerat certificata de minis, & aſſerenti certificationem incumbit onus probandi. Maſcardus *concluſione* 283. *numero* 1.

Vel dato etiam, quòd fuiſſet certificata de his minis, adhuc minæ non fuerant ſatis ad petendam cautionem ſecuritatis, quia minans non erat ſolitus exequi. Thom. Sanchez *de matrim. lib.* 10. *diſp.* 18. *n.* 13.

Sunt autem propoſita pleraque ex prædictis, per modum motiuorum, ad quæ D. Defenſor Anonymus, vxoricidium per expreſſam proteſtationem execratus, ſed vicem Fulani, quem ex furore, non ex electione operatum credidit, oppidò miſeratus, & zelo immunitatis permotus, reſpondit diſertè, eruditè, atque accuratè. 67

Sed quia excreſceret in nimiam molem liber meus, ſi plenam illam D. Defenſoris reſponſionem infererem, placet propterea ſummarium illius quo ad præcipua, quæ ad caſum faciebãt, fideliter excerptum, atque in articulos diſtributum, referre, & quid noſtra Congregatio repoſuerit ad ſingula, repræſentare, vt penitus intelligant aliqui, nec temerè, vel ſupinè ex parte noſtra tractatam fuiſſe Fulani cauſam, nec ſtetiſſe ex parte ipſius ineluctabilia argumenta, & non niſi prudentiſſimè relaxatum fuiſſe per Curiam Eccleſiaſticam ſeculari Curiæ Fulanum intaminatæ coniugis iugulatorem incontrouertibiliter proditorium.

§. XXXIV.

Summarium reſponſionum D. defenſoris Anonymi ad motiua per nos contra Fulanum vxoricidam excitata.

SVMMARIVM.

Primus articulus defenſionis Fulani continebat allegationem dementiæ ipſius,

& pro huius probatione præcipua paſſionem zelotypiæ, num. 1.

Allegata in probationem dementiæ non elidebant præſumptionem ſanitatis mentis, deſcendentem ex hominis natura. num. 2.

Sicut difficile eſt probare quem eſſe ebrium, ita & eſſe amentem, quam amentiam multi fingunt, vt excuſentur. ibidem.

In dubio amentia non præſumitur. ibidem.

Exhorreſcentia poſt delictum habita à Fulano videtur ſupponere rationis vſum, ſicut idem vſus dignoſcitur in pueris ex eo, quòd eos malefacti pudet, num. 3.

Quandonam quis cenſeatur habere vſum rationis, ibidem.

Ex confugio ad Eccleſiam electo per Fulanum ad ſui ſecuritatem habetur argumentum vſus rationis: ſicut habetur ex eo, quòd quis ſciat ritè, & ordinatè componere ſcripturam teſtamenti, vel confiteatur Sacerdoti num. 4.

Non demonſtrabatur ab Anonymo defenſore, zelotypiam, quantumuis violentam ex natura ſua, exeruiſſe de facto vim ſuam in Fulano cum tanto exceſſu, vt ei plenum liberi arbitrij vſum circa homicidium ademiſſet, num. 5.

Secundus articulus continebat, delinquentes ex amore, aut zelotypia, non poſſe plecti ordinaria pœna ex Farinacio, & inferebatur Fulanum, qui ſic deliquiſſet, non priuandum immunitate ex Vermigliolo, num. 6.

Explicatur doctrina Farinacij, & oſtendi ditur non facere ad caſum, n. 7.

Malè parificantur proferens verba hæretica ex paſſione, & occidens ex zelotypia, ibidem.

Homicida furioſus non tenetur pœna ordinaria ſecundùm Gail, niſi in crimine atrociſſimo, pro quo etiam furioſus puniri poteſt propter exemplum: quæ doctrina vera non eſt, num. 8.

Abeſt à vero illud axioma, quòd ſit locus ſemper immunitati, quotieſcumque non agitur de pœna ordinaria, n. 9. remiſſiuè.

Tertius articulus continebat homicidium à Fulano non fuiſſe commiſſum appenſatè, & proditoriè, ſed in pura rixa, ex dicto vnius teſtis, itemque ex dicto vnius pueri, num. 10.

Excipiebatur primò contra illum teſtem, non quod eſſet vnicus, qui facit ſemiplenam probationem, cum ad defenſam hæc ſufficiat, & nominatim ſufficiat vnicus teſtis, numero 11. ſed quod eſſet conſanguineus Fulani, & eius dictum noceret non ſoli fiſco, quo caſu etiam frater admittitur ad defenſam fratris, ſed vxori, in præiudicium ſcilicet famæ illius, quæ fama eſt bonum, quod homo etiam poſt mortem cenſetur poſſidere, vbi plura, numero 12.

Excipiebatur ſecundo, quod idem teſtis inueriſimilia deponeret, ac proinde de falſo ſuſpectus eſſet, n. 13.

Excipiebatur tertio, quod eius depoſitione non probaretur rixa, ſed confirmaretur præſumptio odij, & appenſamenti, num. 14.

Dicebatur, ex conſuetudine rixandi inter coniuges inferri malè, quod inter Fulanum, & vxorem orta eſſet rixa talis, & tanta, quæ ad vxoricidium adigeret, n. 15.

Oſtendebatur allegatum Arioſti dictum eſſe hyperbolicum, vel certe non adaptari ad caſum, num. 16.

Demonſtrabatur ineptitudo teſtificationis pueri ex verborum ambiguitate, num. 17.

Debuiſſet dictus teſtis concludenter loqui, & habere bonæ famæ concomitantiam, & plene tunc probaſſet, numero 18.

Dicebatur non facere ad rem axioma, quòd homicidium in dubio non cenſetur præmeditatum, ſed commiſſum in rixa, cum in noſtro caſu præmeditatio eliceretur non dubie, ſed clare ex motiuis non ſolutis, n. 19.

Quar

Quartus articulus continebat, excludi proditionem *ex inimicitia Fulani in coniugem, & ex neceſſitate ſimulationis amicitiæ ad conſtituendam ipſam* proditionem, *quæ ſimulatio non adfuit in Fulano minante* di volerne far vna, *n*.20.

Dicebatur, non excludi proditionem, *per inimicitiam*, numero 21. remiſſiuè.

Retenta etiam ſententia docente excluſionem proditionis *per inimicitiam, addebatur inimicitiam hanc debere eſſe capitalem, & cognitam vt talem à perſona prodenda; alioqui enim ſi perfectè diſſimuletur, perinde eſt, ac ſi nullatenus exiſteret, loquendo in ordine ad perſonam prodendam, quæ non cognoſcendo inimicitiam, imprœcauens manet*, numero 22.

Non cognouit autem Fulani vxor inimicitiam mariti contra ſe vt capitalem, & grauiter diffidatiuam; præcauiſſet enim, ne rea intimiditatis, *&* tentationis *Dei foret, & vt naturali inſtinctui de conſeruanda vita obſecundaret*, num.23.

Debuiſſet Defenſor probare, vxorem fuiſſe certificatam de mariti capitali inimicitia, cum certificatio non præſumatur, num.24.

In ſententia auctoris, ad proditorij, *excluſionem neceſſe eſt, vt inimicitia, licèt fortè fuiſſet antea notificata perſonæ occidendæ, reducatur ad memoriam eiuſdem in articulo aggreſſionis per actum diffidatiuum, relinquendo locum defenſioni*, n.25.

Praxis inquiſitionis proditorij, quod nulla præceſſerit ante offenſam inimicitia, *fundatur in opinione omnino falſa: & praxis legitima debet continere, quòd offenſa fuerit in hominem impotentem hic, & nunc ad ſe tuendum*, n.26. remiſſiuè.

Rationem proditorij *alligatam eſſe ad ſolam ſimulationem amicitiæ, falſiſſimum eſt*, n.27. remiſſiuè.

Fulanus occultauit animum ſuum contra vxorem ſub ſpecie amicitiæ: & defenſor non probauit certiorem factam fuiſſe vxorem de minis mariti; quæ probatio neceſſaria erat ad intentum defenſoris, n.28.

Per minas iactatas à Fulano non fuit publicata inimicitia capitalis contrà vxorem in ſententia Defenſoris nihili eas æſtimantis, n.29.

Quintus articulus continebat, malè inferri proditionem, *dato etiam quod fuiſſet bene probatum appenſamentum, cum* proditioni *inſit quidem appenſamentum, non autem appenſamento* proditio, *n*.30.

Dicebatur, probatum fuiſſe appenſamentum tanquam vnum ex requiſitis ad proditionem: *allatis vero aliis motiuis pertinentibus ad inſidias poſitiuas, fuiſſe probatum implementum* proditionis, *n*.31.

Addebatur etiam, ſolùm appenſamentum attendi in ordine ad iacturam immunitatis, n.32. remiſſiuè.

Sextus articulus continebat, motiua probare appenſamentum per ſolas coniecturas non conuincentes rem non potuiſſe aliter ſe habere, ſed relinquentes locum poſſibilitati cohortæ rixæ inter Fulanum, & vxorem, & ineptas ad excludendam immunitatem, numero 33.

Dicebatur, omnes eſſe debere contentos probationibus appenſamenti de ſe ſoli Deo perſpecti coniecturalibus, & præſumptiuis dumtaxat, num.34.

Addebatur, quod ſi præſumptiuæ probationes ſufficiunt ad punitionem aliquorum delictorum externorum, ſed occultorum, & ægrè probabilium, multo magis ſufficere debent ad appenſamentum omnino mentale, in ordine ad ciuilem immunitatis cauſam, num.35.

Et ſicut contentus eſt Iudex, in caſu adulterij, probationibus plenis cadentibus non ſupra adulterium ipſum, ſed ſupra illius coniecturas, non obſtante

poſſibilitate non conſummationis, ita & debebat eſſe contentus Defenſor in caſu proditorij *probationibus cadentibus non ſuprà appenſamentum, ſed ſupra eiuſdem præſumptiones, non obſtante poſſibilitate rixæ, quæ poſſibilitas non tollit moralem certitudinem ſufficientem ad Iudicis regulandum iudicium.* numero 36.

Interpretatio congrua Doctorum requirentium plenas probationes qualitatum excludentium ab immunitate. num.37.

Septimus articulus continebat, probationes affidationis vxoris eſſe defectuoſas, quippe fundatas in coniecturis. num.38.

Dicebatur fuiſſe plenas, quippe fundatas in iuridica Fulani confeſſione, num.39.

Octauus articulus continebat, motiuum deſumptum ex inimicitia, non bene probare appenſamentum, cum aliunde probaretur rixa inter Fulanum, & vxorem, num. 40.

Dicebatur non probatam eſſe rixam per dictum vnius teſtis æquiuocum, & ideo manere ex inimicitia probatum appenſamentum, & eliſam præſumptionem rixæ, num.41.

Articulus nonus continebat, quòd calor iracundiæ dicitur durare per annos, nedum menſes ad euitationem pœnæ ordinariæ, maximè quando delictum proceſſit ex cauſa ſiue iuſtâ, ſiue iniuſtâ, putatâ tamen iuſtâ, honoris, & iniuriæ receptæ. num.42.

Dicebatur comprehenſa in artic. nono non conferre ad intentum Defenſoris, quippe nixa falſo principio, num.43. remiſſiuè.

Impugnatur doctrina articuli noni, n.44.

Eadem doctrina ex Vermigliolo, & Giurba, non quadrat ad caſum Fulani, num.45.

Quid ſit Zelotypia, & quid dicat ex parte intellectus & voluntatis, num.46.

Fulanus ex dicto teſtium pro ſe inductorum conuincitur imprudentiſſima Zelotypiæ. num.47.

Decimus articulus continebat, attendendas non eſſe Fulani minas, tum ob ſingularitatem teſtium de illis deponentium, tum propter incertitudinem ſubiecti, ad quod dirigebantur, num.48.

Dicebatur, minas probari per teſtes ſingulares ſingularitate adminiculatiua, & illarum tantùm haberi rationem in caſu Fulani, quatenus adiungebantur ad fortiora motiua, num.49.& 50.

Vndecimus articulus continebat, ex vſu cultri breuis, & parui inferendum eſſe in Fulano defectum etiam animi occidendi, nedum animi deliberati, qui duo animi diſcrepant, num. 51.

Dicebatur, in motiuo, non fuiſſe factum verbum de armorum qualitate, ſed ex magnitudine vulneris ſumptam fuiſſe coniecturam animi deliberati, num.52.

Diſcrepantia animi occidendi, & animi deliberati non allegabatur ad rem contra argumentantes non ſolum pro primo animo, ſed pro ſecundo, num.53.

Breuitas, & paruitas cultri non releuabat Fulanum à præſumptione appenſamenti fundata in loco percuſſo letaliter, gutture nempe, num.54.

Volens occidere vxorem ſecurè, non poterat vti inſtrumento aptiori, quàm cultro breui, neque aptiorem locum percutere, quam gulam, num.55.

Circumſpiciendum Iudicibus, ne homicida fraudulenter vtatur cultro ad panem incidendum deſtinato, ibidem.

Dato etiam, quòd ex vſu cultri breuis præſumeretur excluſio animi occidendi, nedum deliberati, hæc præſumptio elidebatur per contrarias validiores, n.56.

Fulanus fuit priuandus immunitate exemplo alterius, qui colluſorem occidit cultro paruo, penſatis inſidijs, n.57.

Duodecimus articulus continebat, detegi dementiam Fulani ex literis ſcriptis ad Iudicem, & acceptandam eſſe eiuſdem confeſſionem cum ſuis qualitatibus, per quas excludebatur appenſamentum, & proditio, n.58.

Dicebatur Fulanum ſanæ mentis conuictum ſcripſiſſe literas ſibi præiudiciales ex iudicio

Digitized by Google

dicio Dei vindicis, & omnia confeſſum eſſe, num. 59. *& hanc confeſſionem fuiſſe ſciſſam ex natura obiecti inuoluentis mendacia*, n. 60. remiſſiuè.

Tertius decimus articulus continebat promiſſionem de non lædenda vxore haberi per ſolam Fulani confeſſionem, quæ vt conditionata, veniebat vel in totum acceptanda, vel in totum reijcienda: in totum autem acceptata, remanebat nulla, cum conditio nihil ponat in eſſe, & non conſtaret de conditionis purificatione, num. 61.

Dicebatur promiſſionem Fulani *vel fuiſſe moralem, cum concepta eſſet per particulam* dummodò, *quæ regulariter importat modum*. num. 62. *vel fuiſſe conditionalem quidem, ſed non ideo remanſiſſe nullam, immo fuiſſe efficacem ad affidandam vxorem*, num. 63. *& conditionem fuiſſe purificatam ex parte vxoris*, num. 64.

Conditionem nihil ponere in eſſe in promiſſionibus, quid ſignificet, ibidem.

Conditionis natura eſt, vt actum ſuſpendat, & ortum obligationis impediat, ſicut & actionem, ibidem.

Addebatur de purificatione conditionis per Fulanum appoſitæ conſtare eo ipſo, quòd non conſtabat vxorem intuliſſe dedecus. num. 65.

Quartus decimus articulus continebat, non conſtare de actibus ſocialibus, per quos Fulanus affidaſſet vxorem, & Fulani famulum, famulamque teſtes pati exceptiones, & fuiſſe inualidè examinatos poſt confugium Fulani ad Eccleſiam, & inualidè repetitos in tribunali Eccleſiaſtico cum ſola relatione ad primum examen, num. 66.

Dicebatur conſtare de actibus ſocialibus per Fulani iuridicam confeſſionem non animaduerſam in proceſſu à vigili Defenſore, & huius confeſſionis habitam fuiſſe rationem principaliter, adminiculatiuè autem depoſitionis famulorum, ad probandam allocutionem, num. 67. *& repetitionem eorumdem fuiſſe ſuppoſitam legitimam ab habentibus argumenta fundata in iuridica Rei confeſſione*. num. 68.

Quintus decimus articulus continebat, actus ſociales non conferre ad argumentum proditionis, *eo quod præceſſiſſent per aliquot horas, & poſt eos potuiſſet ſequi rixa*, n. 69.

Dicebatur id non obſtare, num. 70. remiſſiuè.

Decimus ſextus articulus continebat, non poſſe ex actibus ſocialibus inferri remiſſionem iniuriæ, & proditionem, *quippe exercitis non ſponte, ſed ad vitandam indecentiam, ſicuti ex viſitatione moribundi non infertur remiſſio iniuriæ*, num. 71.

Dicebatur ex illis actibus inferri remiſſionem iniuriæ, & confici proditorium, *quatenus per eoſdem affidatur vxor*, num. 72. *& exercitos fuiſſe omnino ſponte à Fulano ergà vxorem in domo, in qua erant ſoli*, num. 73. *& allegari Farinacium in caſu omnino diſpari*, numero 74. & 75. *& doctrinam viſitantis infirmum ex neceſſitate morali non facere ad caſum Fulani ſine neceſſitate vlla ſe oſtendentis vxori beneuolum*, num. 76.

Articulus decimus ſeptimus continebat, non poſſe ex actibus ſocialibus dici initam pacem, ad effectum, vt Fulanus dici poſſet pacis fractor, & fidei datæ proditor, num. 77.

Articulus decimus octauus replicabat actus illos non ſpontè, ſed ex honeſtate fuiſſe exercitos, & poſt reuocatas ad animum iniurias, & ex illis, licèt induxiſſent remiſſionem, non tamen ſecutam eſſe pacem, nec elici poſſe proditionem, ibidem.

Dicebatur, eoſdem actus fuiſſe ſpontaneos, & quamuis daretur non eſſe ex illis ſecutam pacem, & proceſſiſſe poſt reuocatas ad animum iniurias, nihilominus operatos eſſe affidationem in vxore conſcia non illatarum viro iniuriarum, num. 78. *nec quadrare ad Fulani ca-*

ſum doctrinam ex Farinacij, conſ. 98. num. 12. *allegatam, & nullo pacto procedentem in materia* proditionis, numero 79. & 80.

Articulus vndeuigeſimus continebat, non poſſe Fulanum dici proditorium *homicidam, ex recepto axiomate: amicus* reconciliatus æquipollet inimico, num. 81.

Dicebatur, falſum eſſe illud axioma, n. 82. remiſſiuè, *& ad conſtituendum* proditorium *ſub ſpecie amicitiæ, ſufficere reconciliatam amicitiam*, ibid.

Articulus vigeſimus continebat, ſperari ſententiam fauorabilem immunitati ex inuincibili, & per omnes cananizata ratione, quòd qualitas proditorij *probari debet pl nè, & non per ſolas coniecturas*, num. 83

Dicebatur, optandam potius ſententiam commeritam à Fulano, ex cuius iuridica confeſſione habuiſſet Iudex Eccleſiaſticus plenam probationem requiſitorum ad qualitatem proditorij, n. 84.

Addebatur, quòd licèt daretur defectus aliquis circa plenitudinem probationum, aderant tamen tot, & tanta, vt ſufficerent ad prudentiſſimam, & moraliter certam ſententiam de commiſſo proditorio *vxoricidio*, n. 85.

ARTICVLVS I.

1 Statuebatur primò per D. Defenſorem tanquam fundamentum totius propugnationis Fulanicæ, & allegabatur eiuſdem Fulani dementia, & furor per depoſitionem teſtium prætenſus probatus.

Quatenus dicebant, *ch' egli diceua, ch' era ſtato guaſto, che non ſapeua di chi fidarſi, e che ne volea far vn giorno vna, che lo conoſceuano, ch' era vna beſtia, e mezo fuori di ſe, che haueua vna ramata di matto, che voleua ſparare un' archibugiata giu' dal fineſtrino di bottega, dicendo, ch'erano in bottega quelli, che faceuano male con la moglie, che era mezo matto, che non faceua altro, che parlar de Franceſi, &c.*

Et depoſuiſſe res pretioſas apud quemdam, & apud eumdem reliquiſſe ſchedam cautionis: & fugiſſe armatum ſclopo, & parmula poſt commiſſum homicidium.

Et pro ſummo ſtultitiæ indicio allegabatur, quòd ſe tali vxore priuaſſet.

Et demum pro vltimo argumento ad probandam dementiam, & furorem, afferebatur vehemens, & irremediabilis paſſio zelotypiæ contra vxorem, quam zelotypiam Arioſtus appellat *phreneſim*.

Prætendebatur verò duraſſe furor in ipſo actu homicidij ex eo, quòd prætenderetur incœptus ante homicidium.

Et ex eo, quòd ipſum homicidium prætenderetur factum in furore, definiebatur, non eſſe punibile, etiam in atrociſſimis, etiam in parricidio.

Et omnia hæc cum ſumma eruditione muniebantur Doctorum auctoritatibus.

Reſponſio.

Reſpondebatur, de articulo dementiæ in caſu propoſito nihil admodum fuiſſe dictum in motiuis, cum hic articulus à nobis ſupponeretur euidens pro parte negatiua ipſius dementiæ. 2

Quæcunque ſiquidem per D. Defenſorem allegabantur ex proceſſu in eiuſdem articuli probationem pro Fulano, non elidebant ſufficienter fortiſſimam præſumptionem ſanitatis mentis, deſcendentem ex hominis natura, cum quilibet præſumatur ſanæ mentis. Alba, *conſ.* 46. *num.* 4. Ioan. Angel. Boſſius *de contractu matrim. cap.* 3. *n.* 64. Ioſeph Ludouic. *deciſ. Peruſin.* 1. *num.* 10. Hippolytus Riminald. *conſ. matrim.* 81. *num.* 48. Farinac. *fragment. crimin part.* 1. *num.* 230.

*num.*130. Aluarez Guerrero, *in theſauro Chriſtianæ religionis cap.*68. *num.*12. Couaruuias, & Menochius, quos citat, & ſequitur Thomas Sanchez *de matrim. lib.*1. *diſp.*8. *n.*17. Mantica *de coniecturis vltim. volunt. lib.*2. *tit.*5. *n.*2.

Cum præſertim eo modo, quo difficile eſt probare, quem eſſe ebrium, & ideo non credatur teſti deponenti ſuper ebrietate, niſi aſſignet concludentem rationem, etiam non interrogatus, quia in cognoſcendo ebrietatem, plurimum laborat intellectus, & de facili decipi poteſt. Gutierez *canonic. qq lib.*2. *cap.*4. *n.*113.

Difficile ſit etiam probare, quem eſſe furioſum, vel dementem, vt notauit citatus Guerrero, *num.*11. *& num.*15. vbi optimè quòd multi furorem fingunt, vt excuſentur.

Vnde in dubio dementia non præſumitur. Rota diuerſorum, *deciſ.*233. *num.*13. D. Paſſerin. *de pollut. Eccleſiarum, diſput.*5. *cap.*15. *n.*5. Ioan. Angel. Boſſius *cit. n.*64. vbi quòd aſſerenti contrarium, incumbit onus probandi.

3 Immo ex ipſo proceſſu Eccleſiaſtico habebatur præter alia plurima, quòd poſt factum homicidium, Fulanus exhorruit, vel extimuit: *doppo detto fatto restai ſbigottito*: vtique ex deformitate ipſius facti truculenti, iniqui, horribilis.

Quæ exhorreſcentia, ſeu metus videtur omnino ſupponere rationis vſum, ſicut idem vſus dignoſcitur in pueris ex hoc, quòd eos pudet malefacti. Emanuel Sa, *in Aphoriſm. Confeſſ. in verb. Confeſſio, n.*3.

Et quòd agnito periculo capturæ imminente ſibi ex parte fori laicalis, ſi moratus fuiſſet in domo ſua profana, vel in alio profano item loco, & quòd concepta ſpe ſecuritatis ſibi competituræ ex confugio ad Eccleſiam, confugit confeſtim ad Eccleſiam S. Franciſci viciniorem cum pecunijs, & aliquibus pretioſioribus ex coniugis mundo muliebri.

Quæ omnia connotabant optimum rationis vſum, quem quis cenſetur habere, quando in tali ſtatu eſt, vt præſentato aliquo obiecto, circa quod contingit operari, poteſt potentia propinqua ſufficienter deliberare, & conſultare quid agendum, aut vitandum, vt concludit Victoria, *relect.*13. *pag. mihi* 498. §. *Ex omnibus dictis.*

Conſultauit autem, & deliberauit 4 Fulanus, quid hic, & nunc agendum ſibi, vitandumque foret, vt à periculo cenſuræ ſecularis fori ſe proriperet, elegitque tanquam idoneum medium, confugium ad ſacrum aſylum Eccleſiæ, & quidem vicinioris, & per hæc excluſit omne fundamentum, immo & ſuſpicionem dementiæ, & furoris, quam, & quem non eſſe in eo, qui ſciat quærere patrocinium Eccleſiæ, docet opportunè ad caſum noſtrum Gambacurta, in terminis expreſſis, *lib.*5. *cap.*23, *num.*12.

Sicut neque in eo eſſe, qui ſciat ritè, & ordinatè componere ſcripturam teſtamenti, dicit Rota diuerſor. *citato, deciſ.*233. *n.*15. ſicut nec in eo, qui confitetur ſacerdoti. Honded. *conſ.*78. *n.* 67. *lib.*2.

Vnde ſoluebatur etiam tanquam 5 inane, argumentum deſumptum ex Zelotypia.

Quidquid enim ſit de vi iſtius paſſionis in ſe, & ex natura ſua, non demonſtrabatur tamen, eamdem vim exertam de facto fuiſſe cum tanto exceſſu in Fulano, vt ei plenum liberi arbitrij vſum circa homicidium ademiſſet, quæ tamen demonſtratio ad intentum D. Defenſoris requirebatur.

ARTICVLVS II.

Dicebatur, delinquentes ex amore, aut Zelotypia, non poſſe plecti ordinaria pœna, ex doctrina Farinacij, *quæſt.*98. *n.*83.

Et inferebatur, Fulanum, qui ex Zelo

zelotypia vxorem interemerat, gaudere immunitate, cum ſemper ſit locus immunitati, quotieſcunque non agitur de pœna ordinaria, ex Vermigliolo, *conſ. crimin.99.n.12.*

Reſponſio.

7 Reſpondebatur primò, quòd ex doctrina illa Farinacij, qui eam fuit mutuatus à Simanca, *inſtitut. catholicarum, tit.17. de defenſ. reorum, num.*43.& eſt huiuſmodi: *ſi furore amoris aliquis perturbatus, offenſione ſcilicet, aut zelotypia, vel deſperatione, verba dixerit hæretica, defendi nonnunquam poterit, ne hæreticus eſſe credatur:* vbi annoto, quòd dicit Simanca *nonnunquam*, & non facit propoſitionem vniuerſalem:

Reſpondebatur inquam, quòd ex illa doctrina non congruè inferebatur excuſatio à pœna ordinaria in caſu homicidij ob zelotypiam commiſſi.

Cum enim lapſus in verba ſit multò facilior, quàm lapſus in factum, & cum hæreticalitas verborum non ita perſpicuè in nebula paſſionis aduertatur à loquente, ſicuti aduertitur deformitas homicidij ab operante illud, etiam rudi, atque indocto.

Conſequens eſt, vt credi nonnunquam poſſit, loquutum verba hæretica ex zelotypia, lapſum eſſe in illa incautè, & non habendo mentem hæreticam, ac proinde dignum eſſe, qui eximatur à pœna ordinaria hæreticorum, ſeu non damnetur tanquam hæreticus, id quod de proferente hæreticalia ex ira docet optimè Zanchinus *de hæreticis, cap.7.n.9.*

At hoc ſimiliter non procedit quo ad occidentem ex zelotypia.

Neque enim ita credibile eſt, zelotypum lapſum eſſe in homicidium, non agnoſcendo plenè deformitatem horribilem, & ſenſibiliſſimam illius agnitione præmeditatiua, deliberatiua, matura, &c.

Quo fit, vt non æquè dignus ſit occiſor zelotypus, qui eximatur à pœna ordinaria homicidarum, ſicuti zelotypus blaſphemus hæreticalis à pœna hæreticorum.

Poterat etiam reſponderi, quòd ſi ſecundùm Andream Gail. *lib.2. practicar. obſeruat.cap.*110.*num.*22. Regula per ipſum tradita, *num.*20. homicidam ſcilicet furioſum non teneri pœna ordinaria, fallit in crimine atrociſſinio, pro quo etiam furioſus puniri poteſt propter exemplum. 8

Multò magis obnoxius erat ordinariæ pœnæ homicidij proditorij, quod atrociſſimum eſt, vt dixi alibi, noſter reus, cum zelotypia, quæ ipſum mouit ad delinquendum, non fuerit furor, vt demonſtratum fuit in reſponſione præcedenti.

Non tamen placuit vllo modo inniti illi doctrinæ Gaili, quippe quæ vera non eſt, & meritò reprobatur à Molina *de iuſt. tract.*3.*diſput.*38.*n.*4. Vermigliolo, *conſ.*65.*n.*3.

Reſpondebatur ſecundò, multò aptius ad rem noſtram, & ad Epiſcopi officium, abeſſe à vero illud axioma, *quòd ſit locus ſemper immunitati, quotieſcumque non agitur de pœna ordinaria*, vt demonſtraui, *ſect.1. §.11. à num.8. vſque ad* 14. 9

Articvlvs III.

Suppoſito, quòd fundamentum fiſci eſſet ſitum in hoc, quòd vxoricidium eſſet proditorium, contendebat D. Defenſor, idem homicidium fuiſſe commiſſum non appenſatè, neque proditoriè, ſed in pura rixa ex eo, quòd vnus teſtis dicebat, vxorem ex impatientia aliquando dixiſſe Fulano, *che ſe non gli haueua fatto le corna, glie le voleua fare.* 10

Atque apparebat ex proceſſu, ipſos coniuges rixari ſolitos fuiſſe, ideoque credendum erat, eos etiam

in

in ipſo patrati homicidij actu rixatos fuiſſe, & illum in ipſa rixa furibundum effectum, occidiſſe vxorem cultro.

Et allegabatur Arioſtus appellans *ſtultam maritorum iram vxores occidentium.*

Et pro rixæ concluſione aſſerebatur teſtimonium vnius pueri famuli dicentis *hò ſentito*, tempore ſcilicet commiſſionis homicidij, *che egli*, idest Fulanus, *hà detto, ſe tacerà, & hauendogli eſſa riſpoſto che ſi, non hò poi ſentito altro.*

Et aſſerebatur, non cenſeri in dubio præmeditatum homicidium, ſed commiſſum in rixa, etiamſi non iuſtificaretur pura rixa. Vermigliol. *conſ.* 89. *n.* 2.

Reſponſio.

11 Reſpondebatur primò, contra teſtem hunc non facere quidem, quòd eſſet vnicus, qui facit ſemiplenam probationem. Bonacoſſa, *commun. opinion. verbis Teſtis, fol. mihi* 173. *à tergo, col.* 1. *ante medium.*

Cum ad defenſam ſufficiat etiam dubia, & ſemiplena tantùm. Farinac. *conſ.* 60. *num.* 56. Honded. *conſ.* 87. *n.* 33. *lib.* 2. Bertazzol. *conſ.* 105. *num.* 12. *iuncto, num.* 111. *lib.* 1. & nominatim ſufficiat vnicus teſtis. Farinac. *conſ.* 6. *n.* 42.

12 Sed facere primò, quòd eſſet conſanguineus Fulani, & ageretur non de ſola Fulani ipſius defenſione, ita vt dictum ipſius teſtis nemini alteri noceret, quàm fiſco, quo caſu conſanguineus, etiam frater, admittitur in teſtem ad defenſionem fratris. Farin. *quæſt.* 54. *n.* 37. *fol.* 9. *& n.* 121. *fol.* 14. Honded. *citat. conſ.* 87. *n.* 135. *lib.* 2.

Sed directè de offenſione, & nocumento vxoris, prætendendo, quòd minata fuiſſet Fulano violationem fidei coniugalis ſub ignominioſis *faciendorum cornuum* terminis, vnde Fulanus ipſe ſumpſiſſet occaſionem occidendi illam.

Quo caſu, cum ageretur de intereſſe vxoris, de grauiſſimo ſcilicet præiudicio famæ vxoris ipſius, quamuis defunctæ.

Quia fama eſt bonum, quod homo etiam poſt mortem cenſetur poſſidere, cum per hanc viuat quodammodo in memoria hominum: Leſſius *de iuſt. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 114. ſeu iam mortuus, propter nomen viuere dicatur. Hannibal de Canonicis, *in repetitione ſuper L. poſt contract. ff. de donat. num.* 434. & quo ad nomen poſſit plura pati. Idem Hannibal, *num.* 418. ideoque teneatur hæres defendere nomen teſtatoris. Idem Doctor *num.* 433. qui *num.* 418. dicit auferenda bona hæredi tanquam indigno, in caſu, quo non curat defendere nomen teſtatoris.

Vt proptetea optimè dixerit D. Paſſerin. *tract. de pollut. Eccleſiar. diſp.* 5. *c.* 1. *num.* 3. famam eſſe vitam hominis ſimilitudinariam, & metaphoricam, & inde detractionem dici *homicidium*, ſed impropriè, ac figuratè, quod genus homicidij nemo eſt, qui non videat, eſſe odioſiſſimum vnicuique, etiam mortuis.

Dicendum vtique erat, nec etiam ad Fulani defenſionem admitti conſanguineum in teſtem, vt colligitur ex traditis per eumdem Farinacium, *citatis numeris* 37. *&* 121. & ex doctrina Vulpelli *reſponſo* 30. *num.* 3. vbi quòd ſpeciale eſt in Papa, vt ei aſſerenti credatur, quando aſſertio continet tertij delictum.

Facere ſecundò, quòd idem teſtis 13 inuerisimilia deponeret de fœmina paſſim in proceſſu deprædicata à pluribus modeſtiſſima, ac proinde quòd eidem credi non deberet, & de falſo ſuſpectus eſſet. Farinac. *conſ.* 39. *num.* 13. Iulius Chartar. *deciſ. crimin.* 95. *n.* 60.

Quod enim veriſimile non eſt, habet imaginem falſitatis. Alciat. *de præ-*

ſumpt.folio, mihi 11. *col* 3. *num.*1. Scalla, *conſ. matrimoniali* 56. *num.*11. Grauat. *conſ. item matrimoniali* 82. *num* 48. Hieron. à Laurentiis, *deciſ. Auenionenſ.*64. *num.*1. Iuliuus Chartar. *deciſ. crimin.*95. *n.*31.& alij paſſim.

14 Facere tertiò, quòd diceret idem teſtis eam cornificationis comminationem fuiſſe factam multis diebus ante homicidium.

Vnde tantùm aberat, vt ex eo dicto, etiamſi ſuppoſitũ extitiſſet verum, probaretur rixa immediatè ſecuta ante homicidium, vt potius efficaciter confirmaretur contrariũ, aggregatas ſc. fuiſſe non in ipſo inſtãti homicidij, ſed longè ab ipſo homicidij tẽpore cauſas odij, & rancoris in Fulano contra vxorem, quibus ſemper melius probatis, maneret ſemper melius probatum odium, & fortior reſultaret præſumptio appenſamenti.

15 Reſpõdebatur ſecũdò, mirũ non eſse, quòd ex proceſsu appareret, hos duos cõiuges rixari ſolitos fuiſse, cũ rari ſint cõiuges, inter quos nõ aliquæ diſcordiæ oriãtur, vt optimè notauit Tho. Sanch. *de matrim.lib.*10.*diſp.*18.*num.*10.

At non exinde credendum eſse, ortã fuiſse ante inſtans homicidij talem, rãtamque rixam, quæ Fulanum adigeret ad iram nimis trucem, & tam horribilis flagitij inductiuam.

16 Reſpõdebatur tertiò, dictum Arioſti vel hyperbolicũ, vt non rarò ſunt poëtarum dicta, quorum tamẽ allegari poteſt auctoritas. Marilian. *deciſ.*71.*n.*7. vel etiam in aliquo caſu verũ, non adaptari ad caſum noſtrum, cum oporteret probare iram Fulani, & quidem tam enormem, vt in furorem degeneraſset; quæ tamen non præſumebantur, cum eſſent aliquid facti.

17 Reſpõdebatur quartò, dictũ pueri famuli non probare concludenter, rixam fuiſse ſecutam inter Fulanum, & coniugem circa homicidij tempus.

Quia verba illa *ſe tacerà*, non ſunt determinata ad ſignificandã prouocationem actiuam ex parte vxoris per verba iniurioſa in maritũ, cum potuerit accidere, vt ipſa videat eum ad ſe infeſto irruentẽ animo, voluerit vociferari, & ipſe ad eam coërcendã à vociferatione, dixerit mirabundus *ſe tacerà*, & ipſa ad eum placandum dixerit, *che ſi*.

Vnde verba illa omnino æquiuoca, & ambigua, referebãtur omnino gratis, & ſine fundamento per D. Defenſorẽ ad rixam ex parte vxoris, cum multò melius poſsent ſecũdùm maiorẽ veriſimilitudinẽ fundatam in modeſtia ſingulari vxoris, referri ad non rixã ex parte eiuſdem, ideóque non fauebant eiuſdẽ D. Defenſoris intento, cum de illis dicendum eſſet, quod dicitur de indicijs, nimirum quòd non debent eſſe dubia, vel æquiuoca, ſed certa, probabilia, veriſimilia, concludentia. Farinac. *conſ.*37. *num.*10. *ad finem.*

Debuiſſet dictus teſtis concludenter loqui, & habere famæ concomitantiam, & plenè tunc probaſſet, vt contigit in caſu Vermiglioli, *conſ. crimin.*94. *num.*3. *&* 4. 18

Reſpondebatur quintò, verum eſſe, quòd homicidium in dubio non cenſeatur præmeditatum, ſed in rixa commiſſum, etiamſi non iuſtificetur pura rixa. 19

Sed addebatur, nos minimè verſari in dubio præmeditationis, ſed in claris, claritate tamen præſumptiuâ, vt probabant motiua, quæ ſoluta non manebãt, vt infrà conſtabit, ſaltem de pluribus.

Articvlvs IV.

Prætendebatur, proditorij qualitatem excludi etiam ex eo, quòd inter Fulanum, & coniugem per multos menſes viguerant odia, & inimicitiæ; nam ex inimicitia antecedente delictum proditio excluditur. Vermigliol. *conſ.*93. *num.*8. & ideo inquiſitio proditionis debet continere, quòd 20

nulla

nulla præcedente inimicitia, facta fuerit offenſa. Decian. *tractat. crimin. lib.7. cap.30. numero* 10. nam proditorium homicidium illud ſolum dicitur, quod ſimulata amicitia in incautum committitur. Vermigliol. *conſ.93. n.5.*

Tantùm autem abeſt, inquiebat D. Defenſor, vt Fulanus animum ſuum ſub ſpecie amicitiæ ſimulauerit, quòd immo, vt in motiuis adnotatum fuit, publicè dicebat, *che ne voleua far vna.* Ita D. Defenſor.

Reſponſio.

21 Reſpondebatur primò, viguiſſe quidem odium in Fulano contra vxorem, ſed falſiſſimum eſſe, quòd ex inimicitia, ſeu odio antecedente delictum excludatur proditio, vt ego exiſtimo demonſtratum fuiſſe per me, *ſect.1. §.10. per totum.*

22 Reſpondebatur ſecundò, quòd retentâ etiam opinione docente excluſionem *proditorij* per occiſoris inimicitiam antecedentem delictum, intelligi id debet de inimicitia, quæ ſit capitalis, & vt talis cognita plenè fuerit à perſona occiſa, quæ perſona conſequenter fuerit per eam cognitam inimicitiam diffidata, & monita ad ſibi præcauendum ab inimico occiſore.

Si enim quis alteri ſit inimicus, & omnino diſſimulet inimicitiam cum illo, qui propterea maneat affidatus de inimico non cognito tali à ſe, & ideo non ſibi præcaueat, & ſub hac affidatione, atque incautela occidatur, homicidium eſt vtique proditorium iuxta optimam doctrinam Deciani, Bardelloni, Megalij, aliorumque per me allegatorum *ſect.1. §.17. in corollarijs, n.10. Proditoriè occidere aliquem quis dicitur, qui ſimulata amicitia, vel diſſimulata inimicitia illum incautum occidit.*

Cui doctrinæ ab omnibus neceſſariò ſubſcribendum eſt, ſi inimicitia perfectè diſſimuletur, ac proinde à prodenda perſona non cognoſcatur, cum perinde ſit, ac ſi inimicitia illa nullatenus exiſteret, loquendo in ordine ad ipſam perſonam prodendam, quæ non cognoſcat ipſam prodituri inimicitiã, & non cognoſcendo impræcauens maneat, & ideo impotens ad ſe tuendam.

Negamus autem odium, & inimicitiam Fulani, ſaltem quatenus capitalem, & grauiter diffidatiuam, neque aliquo tempore ante debitum, neque circa ipſum inſtans delicti fuiſſe cognitam ab vxore, quæ præcognouit quidem eum fuiſſe falſis ſuſpicionibus agitatum, & de odio tentatum. 23

Sed non præcognouit conſenſum eiuſdem in odium tam graue, vt ex illo euentura eſſet ſibimet tam atrox occiſio, immo habuit plura motiua perſuadendi ſibi diſſenſum circa odium, & perſeuerantiam amoris coniugalis expreſſi per eadem motiua, retentionem ſcilicet in domo ſpontaneam omnino, concœnationem, condormitionem &c. de quibus ſupra.

Alioqui enim, ſi coniux eadem præcognouiſſet immane Fulani odium, præcauiſſet vtique, ſicuti tenebatur ſub mortali peccato intimiditatis, & tentationis Dei, ob graue præceptum de cuſtodienda propria vita, vt dixi, *ſect.1. §.10. n.52. & ſeqq.* & vel non rediiſſet in coniugalem domum, ad quam à nemine protrudebatur, quando apud patrem fuit, vel ab eadem denuò diſceſſiſſet in domum paternam, vt ſic euitaret mortem; & obſecundaret naturali inſtinctui conſeruandi vitam, quando etiam de peccato non ageretur.

Addebamus verò, quod D. Defenſor ad obtinendum intentum à ſe finem, inhærendo prædictæ ſententiæ indicatæ in hac ſecunda reſponſione, debuiſſet afferre plenam probationem, quòd vxor fuiſſet ſaltem ſemel certificata de capitali odio Fulani contra ipſam, & conſequenter de moraliſſimo peri- 24

culo patiendæ mortis à Fulaniana crudelitate.

Ex vno enim capite ad *proditorij* excluſionem eſt neceſſaria hæc notitia, & certificatio, vt notauit Anonymus in toties à me citata allegatione apud Campanil. *in diuerſorio iuris canon. Rubrica* 11. *cap.* 31. *pag.* 647. *col.* 1. *verſ. ſecus verò.* cum per hanc notitiam inducatur diffidatio oppoſita indiffidationi, & affidationi.

Et ex alio capite certificatio non præſumitur, cum ſit aliquid facti, & ab aſſerente probari debeat. Maſcard. *concluſ.* 283. *n.* 1.

25 Dixi, *retenta etiam opinione*, &c.

Nam in mea ſententia, ad proditorij excluſionem neceſſe eſt, vt inimicitia, & odium, etiamſi fortè notificata fuiſſent ante delictum ipſi perſonæ occidendæ, reducatur ad memoriam eiuſdem in articulo aggreſſionis per actum diffidatiuum, relinquendo tamen locum opportunum defenſioni, vt dixi, *ſect.* 1. §. 10. *coroll.* 7. *n.* 103.

26 Reſpondebatur tertiò, praxim illam inquiſitionis *proditorij*, in qua dicitur, quòd nulla præceſſerit ante offenſam inimicitia, fundari in opinione omnino falſa, iuxta per me firmata latiſſime in *citato*, §. 10. & praxim legitimam debere continere, quòd offenſa facta fuerit in hominem impotentem hîc, & nunc ad ſe tuendum, vt dixi, *eodem*, §. 10. *n.* 102.

In hoc enim conſiſtit ratio formalis *proditorij*, vt dixi *eadem*, *ſect.* 1. admiſſo etiam, quòd occiſor eſſet inimicus occiſi.

27 Reſpondebatur quartò, falſiſſimum, & improbabile omnino eſſe, quòd *proditorij* ratio ſit alligata ad ſolam ſimulationem amicitiæ, ſub qua quis occidatur, cum excurrat etiam ad alios caſus, in quibus nulla prorſus intercedit amicitiæ ſimulatio, vt oſtendi latè, *ſect.* 1. §. 16. *per totum.*

28 Reſpondebatur quintò, Fulanum occultaſſe animum ſuum ſub ſpecie amicitiæ, retinendo vxorem voluntariè domi, colloquendo, concœnando, condormiendo, vt dictum eſt ſupra, & minas *di volerne far vna* non probari per D. Defenſorem fuiſſe notas vxori, quæ tamen probatio neceſſaria erat ad intentum eiuſdem Defenſoris.

Reſpondebatur ſextò ad hominem, 29
per minas iactatas à Fulano *di volerne far vna* non fuiſſe publicatam capitalem inimicitiam, contra vxorem in ſententia D. Defenſoris, qui in ſua allegatione infra nihili eaſdem minas æſtimauit ex eo, quòd Fulanus non eſſet ſolitus exequi, & diceret per iactantiam.

ARTICVLVS V.

Deſcendebatur ad ſolutionem 30
motiuorum per nos excitatorum contra Fulanum.

Et primo loco dicebatur, quòd quamuis de iure ſubſiſterent allegata in motiuis circa appenſamenti qualitatem, & probaretur ex eis appenſamentum, nihilominus ex eis non inſurgeret proditio.

Quia proditioni ineſt quidem dolus, & animus deliberatus, non autem è conuerſo ineſt homicidio deliberato proditio Vermigliol. *conſ.* 94. *numero* 2. & proinde ſolum appenſamentum non attenditur ad excludendam immunitatem, cum requiratur proditio, quæ eſt quid magis vltra appenſamentum. Peregrin. *de immun. cap.* 7. *n.* 15.

Reſponſio.

Reſpondebatur primò, quòd per 31
motiua allata ad probandum appenſamentum intendebamus probare primum ex requiſitis ad proditionem, iuxta firmata per me, *ſect.* 1. §. 11. *num.* 20. ſecundùm communem ſententiam, & ſubindè

Digitized by Google

ſubindè allatis nouis motiuis pertinentibus ad inſidias poſitiuas, intendebamus probare implementum proditionis.

Quare videbatur nobis otioſa huiuſce paragraphi doctrina, cum nihil faceret contra nos.

32 Reſpondebatur ſecundò, negando ſolum appenſamentum non attendi ad excludendam immunitatem, & ad hoc requiri proditionem, cum etiam homicida ſolùm induſtrioſus, & non inſidioſus priuetur immunitate, iuxta firmata per me, *ſect. 1. §. 8. per totum*, contra indebitè opinantes correctum fuiſſe in hac parte ius commune, *cap. 1. extra de homicid.*

ARTICVLVS VI.

33 Animaduertebatur, deducta in motiuis ad probandum appenſamẽtum, non eſſe probationes demonſtratiuas, & concludentes, ſed eſſe duntaxat præſumptiones, & indicia, quibus non obſtantibus, poteſt eſſe, rem aliter ſe habere, ideſt vxoricidam ex coorta rixa occidiſſe vxorem: & ideo concludebatur, ex ijs non probari appenſamentum ad excluſionem immunitatis.

Quoniam cum tractetur tunc immediatè de præiudicio Eccleſiæ, qualitates excludentes debent plenè, & concludenter probari, non autem per ſolas præſumptiones, & coniecturas. Ciarlin. *controuerſ. forenſ. libro 1. cap. 10. à num. 60.* Vermigliol. *conſ. crimin. 97. num. 2. & conſ. 99. à n. 2. & conſ. 104. num. 4. conſ. 105. num. 1. & conſ. 159. n. 43.*

Reſponſio.

34 Reſpondebatur primò, quòd cum in communi ſententia requiratur appenſamentum, tanquam vnum ex ſubſtantialibus homicidij proditorij, debent omnes, etiam illi, qui in cauſa immunitatis exigunt probationes concludentes, & plenas, contenti eſſe illis probationibus appenſamenti, quæ inter homines haberi poſſunt de ipſo appenſamento pertinente ad animum ſoli Deo perſpectum, & ſunt illæ, quæ reſultant ex coniecturis, & præſumptionibus, vt dixi, *ſect. 2. §. 32. num. 9. 10. & 11.*

Et addebatur, quòd ſi præſumptiuæ probationes ſufficiunt in delictis occultis, & quæ difficilis ſunt probationis, ad ordinariam etiam pœnam ſecundùm aliquos, vt v. g. ſi agatur de pœna homicidio inferenda, & conſtet commiſſum eſſe homicidium, ſufficit, tractatum, qui eſt qualitas homicidium aggrauans, probari præſumptiuè, vt ordinaria homicidij exequatur pœna ſecundùm Giurbam, *conſ. 2. num. 61.* vel ſaltem ad extraordinariam ſecundùm alios. 35

Si inquam præſumptiuæ probationes ſufficiunt ad puniendа delicta occulta, dummodò ſint difficilis probationis, etiamſi externa ſint, & de ſe cognoſcibilia, multò magis ſufficient ad appenſamentum omnino mentale, & incognoſcibile de ſe, in ordine ad ciuilem immunitatis cauſam.

Alioqui enim ſi D. Defenſor, in ordine ad excluſionem immunitatis, vellet, vt probationes plenæ, & concludentes caderent immediatè ſupra appenſamentum, nimis volebat, & volebat impoſſibile.

Quia, cum, vt diximus, & de ſe patet, appenſamentum ſit ſoli Deo cognitum, non poteſt probari in ſe ipſo per teſtes, ſed tantùm in coniecturis, & præſumptionibus, ſicut in iiſdem probatur adulterium iuxta per me dicta, *ſect. 2. §. 29. n. 208.*

Quare ſicuti contentus eſt Iudex, in caſu adulterij, probationibus plenis, & concludentibus, quæ immediatè cadant non ſupra adulterium ipſum con- 36

ſummatum in vaſe, cum conſummatio ipſa ſit hominibus incognoſcibilis etiam intuentibus ipſum concubitum nudi cum nuda, ſed ſupra coniecturas, & præſumptiones adulterij, & reputat ex illis concluſum adulterium, iuxta per me deducta, *cit. n.* 208.

Ita etiam dicebamus, debere eſſe contentum D. Defenſorem in caſu *proditorij*, probationibus plenis, & concludentibus, quæ immediatè caderent non ſupra appenſamentum ipſum, ſed ſupra coniecturas appenſamenti, & reputare ex illis concluſum appenſamentum, non obſtante, quòd poſſet eſſe, rem aliter ſe habere, ideſt Fulanum ex coorta rixa occidiſſe vxorem, cum poſſit etiam aliter ſe habere res in adulterio, ideſt adulterum non penetraſſe vas, vel intra illud non ſeminaſſe, ac proinde non conſummaſſe adulterium, vt dixi, ſuprà, *§.* 29. *n.* 209.

Quæ poſſibilitas habendi ſe aliter non tollit moralem certitudinem, quæ ſufficit ad iudicium Iudicis regulandum, vt *cit. §.* 19. *n.* 228. *&* 229.

Deducta verò in motiuis, dicebatur fuiſſe plenè probata, & concluſa vel per depoſitiones teſtium, vel per iuridicam confeſſionem Fulani.

37 Doctrinam autem Ciarlini, & aliorum, de quibus in hoc §. *num.* 33. quatenus reſpicit appenſamentum, dicebatur intelligendam de probatione cadente immediatè ſupra ipſas coniecturas, mediatè verò ſupra appenſamentum, vt paulò ante diſcurrebatur; alioqui enim ſi illi Doctores aliquid amplius vellent, aberrarent à vero, quod de tantis viris credendum non eſt.

Articulus VII.

38 Aſſerebatur, vt in præcedenti paragrapho, probationes affidationis vxoris factas à fiſco, eſſe defectuoſas, cùm in ſolis præſumptionibus, & coniecturis fundarentur.

Reſponſio.

Reſpondebamus probationes affidationis factas in proceſſu Eccleſiaſtico, fuiſſe plerunque plenas, cum in iuridica Fulani confeſſione fundarentur, id quod certum erat de promiſſione non læſionis, de concœnatione, condormitione, obſeratione oſtij ad ſcalæ principium, oſtenſione non repugnantiæ ad obſequia acceptanda ab vxore, vel eſſe notorias, vt retentio in domo. 39

Articulus VIII.

Aſſerebatur, quòd inimicitia allegata in motiuis, non ſufficeret ad inducendum appenſamentum, & allegabatur ad hanc inſufficientiam firmandam depoſitio pueri domeſtici de verbis inter coniuges alteratis, & rixam inferentibus, de qua ſupra in hoc §. *num.* 10. & addebatur, inimicitiam non eſſe inſpiciendam, ſi conſtet homicidium ex improuiſa rixa eſſe factum. Giurba, *conſ.* 17. *num.* 23. *&* *conſ.* 84. *num.* 20. & fiebat magna vis in illis verbis *ſe tacerà*, & ipſa replicauit *che ſi*: & adijciebatur, quòd cum conſtaret ſufficienter de cauſa homicidij, ceſſabat proditio, quæ non procedit in homicidio quacunque de cauſa commiſſo, & offenſio magis ex noua cauſa, quàm ex antiqua inimicitia præſumitur, quando conſtat de aliquo dicto, vel facto, ex quo offendens moueri potuerit. Vermigliol. *conſ.* 94. *num.* 4. *&* 5. & homicidium præmeditatum non dicitur, quod proceſſit calore iracundiæ. Vermigliol. *conſ.* 37. *n.* 9. 40

Reſponſio.

Reſpondebatur, motiuum primum pro inducendo appenſamento, fundatum 41

tum in inimicitia Fulani contra vxorem, manere in ſuo robore, & per illud elidi præſumptionem rixæ, iuxta dicta per me, §.33.*n.*55.

Et ad probationem rixæ dicebatur, nihil conducere dictum illius pueri, quippe conſiſtens in ſolis illis verbis *ſe tacerà*, quæ ſupra fuerunt demonſtrata æquiuoca, ac proinde inefficacia ad probandam altercationem, & rixam inter duos illos coniuges: quo fiebat, vt non foret locus optimis illis doctrinis ex Vermigliolo allegatis.

ARTICVLVS IX.

42 Aſſerebatur, quòd calor iracundiæ dicitur durare etiam ex interuallo plurium annorum, nedum menſium, ad euitationem pœnæ ordinariæ, maximè quando delictum proceſſit cauſa honoris, & iniuriæ receptæ. Vermigliol. *conſ.*37. *n.*10. *&* 11. Grammat. *deciſ.*23. ſiue cauſa honoris fuerit iuſta, ſiue iniuſta, quam tamen delinquens putauit iuſtam; in hoc enim caſu excuſatur à pœna mortis naturalis. Giurb. *conſ.*86. *n.*8. Caball. *tractat.* de omni genere homicid. *num.*142.

Reſponſio.

43 Reſpondebatur primò, comprehenſa in hoc nono articulo nihil conferre ad intentum D. Defenſoris, quippe qui in ea erat ſententia, vt non exiſtente loco pœnæ ordinariæ, ſit ſemper locus immunitati: id quod nos abſolutè negabamus, iuxta firmata per me, §.11. *num.*8. *&* *ſeqq.*

44 Reſpondebatur ſecundò, diſputationis gratia, doctrinam illam de duratione iræ in ordine ad euitationem pœnæ ordinariæ, videri ſatis difficilem in ſe, cum ex illa ſequatur, quòd ſi quis grauiter læſus in honore, prouocet poſt menſes, & annos ad duellum inhonoratorem ſuum, & in duello occidat, non erit plectendus in foro ſeculari pœnâ duellorum ordinariâ, ideſt tanquam homicida. Trident. *ſeſſ.*25. *cap.*19. Riccius, *in praxi aurea reſol.*170. *num.*1. quod tamen videtur durum.

Reſpondebatur tertiò, doctrinam illam Vermiglioli, & Grammatici, ſicut & illam Giurbæ, qui agit de fratre; qui occidit ſtupratorem ſororis non in actu veneris, ſed poſt longum temporis interuallum, procedere ſecundùm illos Doctores, quo ad veras læſiones honoris, & receptiones iniuriæ, & ideo non quadrare ad caſum noſtrum, in quo Fulanus vxorem occiderat non ex cauſa honoris læſi ab vxore, & iniuriæ ab eadem ſibi illatæ, ſed vel ex prætextu Zelotypiæ, vel etiam ex vera, ſed omnino beſtiali, & imprudentiſſima Zelotypia. 45

Zelotypia quid?

Eſt autem Zelotypia in communi ſecundùm Chryſippum, quem citat, & ſequitur Celſus Bargalius, *tract. de dolo, lib.*1. *cap.*2. *num.*14. ægritudo animi ex eo proueniens, quòd timeas, ne adſit alteri, quòd cum nemine velis habere commune. 46

Sed in particulari definitur *Zelus de forma*: & ex parte intellectus mariti, dicit apprehenſionem, quòd vxor ſit parata præbere ſe, vel de facto ſe præbeat alteri fruendam: & ex parte voluntatis dicit zelum, ſeu diſplicentiam, & triſtitiam, aut metum de iſta ſuſpicata fruitione: atque, vt optimè notauit. Azor, *inſtit. moral. parte* 1. *lib.*3. *cap.*13. *quæſt.*3. §. *Zelotypia*, gignit ſuſpiciones innumeras, & aliquando etiam tranſit in odium, & rabiem.

Quàm autem indebitè, imprudenter, ac proinde culpabiliter proceſſerit in iſta apprehenſione, & zelo contra vxorem Fulanus, conuincebant omnes teſtes, etiam ij, qui ad eius defen- 47

ſam

ſam fuerant inducti, clamantes contra ipſum tanquam iniuſtiſſimum occiſorem, & condecorantes vnanimiter vxorem mactatam honotifica appellatione *di honeſtiſsima, ſauiſſima, caſtiſſima, modeſtiſsima, che mai miraua ghi huomini in faccia*, &c. vt paſſim in proceſſu.

Non poterat ergo ſuſtineri ex allata doctrina, quòd Fulanus occidens ex beſtiali, imprudentiſſima, & culpabili imaginatione læſi honoris, & iniuriæ receptæ vxorem integerrimam, deberet excuſari à pœna ordinaria; data enim hac excuſatione, væ vxoribus etiam ſanctis.

ARTICVLVS X.

48 Aſſerebatur minas non eſſe attendendas, quia de illis non conſtabat, niſi per teſtes ſingulares, qui non probant, cum debeant eſſe conteſtes. Vermigliol. *conſ.* 13. *num.* 16. *&* *conſ.* 83. *n.* 6.

Et vlterius dicebatur, quòd hæ minæ non magis reſpiciebant vxorem, quàm alias perſonas, & erant nimis generales, & æquiuocæ, & ideo non faciebant indicium. Vermigliol. *conſ.* 331. *num.* 13. & nominatim contra Fulanum, quem non conſtabat fuiſſe ſolitum exequi minas, ſed ſolùm eas iactantiæ cauſa proferre. Vermigliol. *conſ.* 15. *n.* 48. *conſ.* 83. *n.* 8. *&* *conſ.* 331. *n.* 11.

Reſponſio.

49 Reſpondebamus opponi poſſe Vermigliolo doctrinam Farinacij, Porri, Ventrigliæ, Antonij de Ballis, & Martini Delrio à me citatorum, §. 29. *n.* 291. & aſſerentium deponentes de minis eiuſdem qualitatis, licet diſcordent in loco, & tempore, probare tamen minas, cum ſint teſtes ſingulares ſingularitate adminiculatiua, ſeu cumulatiua, quæ coniunctioni probationis non nocet.

Sed quidquid eſſet de hoc, non faciebamus vim in motiuo ex minis petito; niſi quatenus per coniunctionem ad fortiora motiua poterat iuuare Epiſcopum ad ferendam ſententiam circa qualitatem delicti excepti, iuxta dicta, *§.* 29. *num.* 194. 50

ARTICVLVS XI.

Impugnabatur tertium motiuum pro appenſamento petitum ex grauitate vulneris, & dicebatur ex armorum qualitate, & modo percutiendi deſumi quidem animum occidendi, ſed non concludi præmeditationem. Vermigliol. *conſ.* 67. *num.* 4. 51

Omnibus autem, inquiebat D. Defenſor, notum eſt, quantum diſcrepent inter ſe animus occidendi, & animus deliberatus occidendi. Vermigliol. *conſ.* 28. *n.* 9. *&* *conſ.* 37. *n.* 3. *&* *conſ.* 67. *n.* 2.

Quin immo ſi animus delinquentis dignoſcendus ſit ex qualitate vulneris, vel armorum, dicendum erit Fulanum, nec etiam habuiſſe animum occidendi vxorem, quia percuſſit gladio breui, & paruo. Giurba, *conſ.* 17. *n.* 21. *in fine.*

Reſponſio.

Reſpondebamus, nos in motiuo non feciſſe verbum de armorum qualitate, & modo percutiendi, ſed de grauitate, & magnitudine vulneris, ex qua grauitate non inferebamus ſolum animum occidendi, ſed animum deliberatum occidendi, iuxta allegatos à me, in §. 33. *n.* 17. 52

Addebamus verò diſcrepantiam illam inter animum occidendi, & animum deliberatum occidendi, de qua optimè Farinac. *quæſt.* 126. *numero* 10. 53

Franciſc.

Franciſc. Baron. *de effectibus inimic.* 19. *effectu*, *num.* 6. non attinere ad nos, qui argumentabamur non ſolùm pro animo occidendi, ſed vlterius pro animo deliberato, & non videbamus ſolutum argumentum, quod attuleramus ex doctrina Caſonij, Maſcardi, Farinacij, &c.

54 Quòd verò Fulanus percuſſiſſet gladio breui, & paruo, non releuabat ipſum à præſumptione appenſamenti, quia percuſſerat in gutture, & quidem percuſſione tali, vt ſtatim vxori moriendum fuerit.

Ex loco autem vulneris inducente periculum mortis deſumi præſumptionem animi præmeditati, dixi ex Giurba, *conſ.* 2. *num.* 40. ſicut & ex magnitudine vulneris, in §. 33. *numero* 16. & 17.

55 Ponderabamus etiam volentem occidere ſecurè ſuam vxorem, non relicto loco implorãdæ opis, nõ potuiſſe adhibere inſtrumẽtum aptius, quàm cultrũ breuem, & paruum, neque in aptiorem locum, quàm in iugulum, impingere ferrum.

Vnde credebamus eſſe maximè locum circumſpectioni, quam requirunt in Iudicibus Doctores allegati per Farinacium, *quæſt.* 126. *num.* 124. circa talem cultrum paruum ad panis inciſionem idoneum, ne ſcilicet homicida vtatur illo fraudulenter.

56 Et dato, quòd ex paruitate, & breuitate cultri præcisè ſumptis reſultaret præſumptio excluſiua animi occidendi, nedum animi deliberati, dicebamus hanc præſumptionem elidi per alias contrarias plures, & fortiores, quæ ſuaderent & animum occidendi, & qualitatem animi deliberati, ac proinde eſſe locum doctrinæ Farinacij, *qu.* 126. *num.* 99. & 100. quòd ſcilicet in concurſu contrariarum præſumptionum debiliores, & pauciores vincuntur à fortioribus, & pluribus.

57 Et demum concludebamus, quòd ſicuti fuit priuatus immunitate quidam, qui paruo cultro penſatis inſidijs occidit in ludo alium, ex deciſione Curiæ Parlamenti Pariſienſis, teſte, & executore Ioanne Millæo, *in praxi criminis perſequendi*, §. *Hoc exacto*, *n.* 19. *fol. mihi* 41.

Ita debebat immunitate priuari Fulanus, qui paruo cultro penſatis inſidijs occiderat vxorem.

Articvlvs XII.

Impugnabatur quintum motiuum pro appenſamento petitum ex literis per Fulanum ſcriptis ad Auditorem cauſarum criminalium, de quibus ſuprà, in §. 33. *n.* 19. 58

Et dicebatur primò, detegi ex illis clarè dementiam Fulani & in fatendo, nullis contra eum legitimis præcedentibus indicijs, tenorem illarum literarum, de quibus non conſtabat, & in præmonendo Iudicem de delicto patrando.

Dicebatur ſecundò, quòd cum non conſtaret de tenore literarum, niſi ex confeſſione Fulani, non poterat hæc ſcindi, provt ſciſſa fuerat in motiuis per nos propoſitis, ſed neceſſe erat vel in totum acceptare, vel in totum reijcere, & ſic erat conſideranda cum omnibus ſuis qualitatibus. Farinac. *quæſt.* 81. *num.* 154. Sebaſt. Guallin. *defenſ.* 32. *c.* 35. *n.* 2.

Quare ſi acceptaretur, provt iacebat, excludebatur per eam appenſamentum, & proditio.

Verba Fulani erant: *ſcriueuo al S' Auditore, &c.* vt retuli, *in* §. 33. *num.* 19.

Reſponſio.

Reſpondebamus primò, cum alioqui conſtaret Fulanum fuiſſe plenè rationis compotem, vt probaui, *hoc* §. 34. *num.* 2. non debere illa, quæ ipſe contra 59

ſe ſcripſiſſe aſſetebat, referri in eius dementiam, ſed potius in admirabile iudicium Dei ordinantis fieri eam ſcripturam in punitionem homicidij iam patrati in ptauo interno propoſito ipſius homicidæ, antequàm reipſa patraretur, & adiungi poſtmodùm iuridicam confeſſionem totius facti.

60 Reſpondebamus ſecundò, ſciſſam non fuiſſe per nos confeſſionem Fulani, ſed ſciſſuram hanc oriri ex natura obiecti inuoluentis apetta mendacia, circa quæ verſabatur ipſa confeſſio, iuxta dicta à me, in §. 33. *num.* 29. *&* 30.

ARTICVLVS XIII.

61 Aſſerebatur non conſtare de fide data de non lædenda vxore, niſi per ſolam Fulani confeſſionem, quæ non erat ſimplex, & pura, vt ſupponebatur in motiuis, ſed qualificata, & conditionalis: *le promiſi di non moleſtarla, mentr' eſſa non mi haueſſe oltraggiato nell' honore, & haueſſe laſciato di dirmi quelle parole*: & ideo vel in totum acceptanda, vel in totum reijcienda. Royas *de heret. parte* 1. *num.* 154

Si autem, provt iacebat acceptaretur, cum conditio nihil ponat in eſſe, & non conſtaret de purificatione conditionis, remanebat adeo nulla, & inefficax hæc promiſſio, & affidatio, vt pro facta non haberetur.

Reſponſio.

62 Reſpondebamus primò, dici poſſe illam promiſſionem non fuiſſe conditionalem, ſed modalem, id eſt cum modo, & grauamine non dedecorandi virum, &c.

Illa enim dictio *mentre*, qua vſus 63 eſt in promittendo Fulanus, & latinè redditur *dummodo*, non facit conditionem, ſed modum, regulariter loquendo. Thomas Sanchez *de matrim. libro* 3. *diſput.* 33. *numero* 2. §. *Tandem.* Lucas de Penna, *ad lib.* 10. *Cod. tit.* 49. *de numerarijs, lib.* 5. *n.* 3.

Quo fiebat, vt eadem promiſſio, & affidatio non remaneret nulla, & inefficax ex hoc capite, & non haberetur pro infecta.

Reſpondebatur ſecundò, placere etiam nobis, quòd eſſet conditionata, & qualificata, iuxta illud optimum dictum, quòd in ſecuritate conceſſa, ſubintelligitur conditio: *niſi aſſecuratus aſſecurantem offenderit, vel niſi ipſe offenſionis cauſam præbuerit.* Vital. Camban. *tractatu, clauſularum*, §. *Nihil nouari ſecuritate pendente, num.* 9. *pag.* 76. *verſ. contrarium tamen.*

Et ideo, tanquam conditionata, veniret vel acceptanda in totum, vel in totum reijcienda.

Negabatur verò, quòd ſi acceptaretur, provt iacebat, remaneret adeò nulla, & inefficax, vt pro non facta haberetur.

Cum enim ſic iaceret: *le promiſi di non moleſtarla, mentr' eſſa non mi haueſſe oltraggiato*, &c. retinebat ſuum vigorem, & efficaciam ad affidandam vxotem; quia nimirum vxor intelligebat obligari ſibi fidem matiti, ſi ipſamet illum non dedecoraſſet, &c. & videbat eſſe in ſua poteſtate non dedecorare, &c. ac proinde efficere, vt obligatio datæ fidei confirmaretur, & ex ea ſequeretur, tanquam naturalis effectus, affidatio ipſius vxoris.

Quòd autem dicebatur, conditionem nihil ponere in eſſe, non fauebat intento D. Defenſoris, neque noſtro obſtabat. 64

Condi

Conditionem enim nihil ponere in eſſe in promiſſionibus ſignificat conditionem tenere ſuſpenſum actum, vt non obliget, donec ipſa conditio purificetur.

Eſt ſiquidem hæc natura conditionis, vt actum ſuſpendat. Graſſ. *tract. de exceptionibus exceptione* 33. *num.*14. & ea pendente, omnis obligatio ceſſet. Idem Graſſ. *ibid. num.*9. ſeu nata non ſit. Sebaſt. Guazzin, *tract. de pace*, *parte* 2. *§.* 3. *quæſt.* 3. *numero* 10. & non detur actio. Idem Graſſ. *num.*10. Guazzin. *loco cit.*

In noſtro autem caſu conditio erat, vt vxor non dedecoraret maritum: At quamdiu eadem vxor non dedecorabat, purificabatur conditio, & ſic obligatio mariti ad eam non lædendam confirmabatur, prout ſub dicta conditione maritus ipſe promiſerat, & vxor manebat affidata per promiſſionem perinde ac ſi promiſſio abſolutè facta fuiſſet.

65 Ad id verò, quod aſſerebat D. Defenſor, non conſtare de purificatione conditionis, reſpondebatur conſtare per hoc, quòd non conſtabat de dedecoratione mariti facta per vxorem, & non præſumebatur illa dedecoratio, quæ erat delictum, quod non præſumebatur.

Itaque penſatis omnibus, illa promiſſio Fulani de non lædenda vxore, generauerat affidationem in ipſa vxore, & ſic impræcautionem, ac proinde impotentiam ad ſe tuendum ab ipſo Fulano, ideoque tribuebat vxoricidio qualitatem, *proditorij*.

ARTICVLVS XIV.

66 Orabat D. Defenſor, vt non contenderetur ſuper actibus ſocialibus, de quibus in noſtris motiuis, ſcilicet Fulanum affidaſſe vxorem ſi non verbis, ſaltem factis, vt ex retentione in eadem domo, conuerſatione, collocutione, ſumptione cibi de eadem menſa, & condormitione in eodem lecto.

Et dicebat de his actibus non conſtare, opponebatque multa contra famulum, & famulam de eis deponentes, & contendebat hos eſſe inualidè examinatos poſt Fulani cõfugium ad Eccleſiam. Ambroſin. *tract. de immun. Eccleſiar. cap.* 11. *num.* 3. *verſ. tanto magis*: & clarius Farinac. *in Appendice de Immunit. Eccleſ. cap.* 22. *num.* 375. vbi quòd quando proceſſus eſt fabricatus à Iudice ſeculari, poſtquàm delinquens ad Eccleſiam confugit, tunc nulla fides ei dari debet.

Et concludebat D. Defenſor, eoſdem famulum, & famulam fuiſſe inualidè repetitos cum ſola relatione ad primum examen, quod tenebantur per extenſum deponere. Guazzin. *defenſ.* 1. *cap.* 5. *n.* 5. Hieron. à Laurentijs, *deciſ. Auenion.* 91 *num.* 5.

Reſponſio.

Reſpondebamus, de actibus ſocialibus conſtare per confeſſionem ipſius Fulani, vt dicebatur in motiuis cum aſſignatione foliorum proceſſus, nempe de concœnatione, *fol.* 63. & de condormitione, *eodem fol.* 63. *à tergo*: de retentione autem in eadem domo per notorietatem facti, quod probatione non indiget. 67

Et proinde mirum nobis videretur, quòd D. Defenſor alioqui oculatiſſimus, diceret non conſtare de his actibus, & tam multa congereret contra dicta famuli, & famulæ, perinde ac ſi nos motiua fundaremus in ſola depoſitione duorum illorum, quos vix nominaueramus in ipſis motiuis ſemel, ad maius adminiculum pro probanda allocutione, de cuius probatione nihil demum curabamus, cum tot alia

ſuppeterent ad probandam affidationem.

68 Circa repetitionem teſtium, omiſimus diſceptare, & ſuppoſuimus eam ritè factam in tribunali Eccleſiaſtico, & præcipuè deſumpſimus argumenta ex ijs, quæ iuridicè in eodem tribunali confeſſus eſt Fulanus vxoricida, teijciendo in aliam occaſionem, & tempus, diſcuſſionem doctrinæ Guazzini, & deciſionis Auenionenſis.

Articvlvs XV.

69 Dicebatur, quòd quatenus conſtaret de illis actibus ſocialibus, conſtaret etiam eos eueniſſe ſaltem per aliquot horas ante delictum.

At quando ex actibus ſimulatæ amicitiæ arguitur proditio, neceſſe eſt ipſos actus interuenire in ipſo actu proditionis, nec ſufficit præcedens amicitiæ ſimulatio. Farinac. *conſ.168.n.70.* Vermigliol. *conſ.93. n.9. & conſ.97.n.5.*

Quando enim ſigna amicitiæ, ex quibus infertur ad proditionem, non percutiunt tempus immediatè præcedens homicidium, non probant proditionem; quia poſt eos potuit ſequi rixa.

Reſponſio.

70 Reſpondebatur iuxta per me firmata, *in* §.15.*&* §.33.*n.*54 *&* 55.

Articvlvs XVI.

71 Aſſerebatur, quòd quatenus conſtaret de illis actibus, non poterat inferri ex ijs remiſſio iniuriæ, aut fractio pacis, & conſequenter proditio, cum ex illis non inſurgat remiſſio, quando fiunt non ſponte, & motu proprio, ſed honeſtatis gratia, & quia aliter facere indecens erat.

Fundabat autem D. Defenſor dictum ſuum in hoc, quòd viſitans infirmum moribundum, non dicitur ei remittere iniuriam ex eadem ratione, quia potius eſt actus honeſtatis, quàm liberæ voluntatis. Farinac. *conſ.98. num.4. & 5.* vbi quòd iniuria nunquam cenſetur remiſſa, niſi remittendi animus ex verbis, aut ſignis non generalibus, ſed ſpecialibus, non dubijs, & æquiuocis, ſed veris, neceſſarijs, & concludentibus deprehendatur.

Reſponſio.

Reſpondebatur, quòd ex prædictis actibus ſocialibus à marito capite domus exhibitis vxori ſubditæ poteſt bene inferri remiſſio iniuriæ, & indignationis, & conſequenter ijdem actus concurrunt ad conſtituendum proditorium; per eos enim affidatur vxor, cui exhibentur, quatenus putat exhibitorem beneuolo eſſe animo in illam, & ideo non præcauet ſibi, & affidatur tanto magis, quanto eſt certior ſe nullam intuliſſe iniuriam, vt certa erat vxor in caſu noſtro. 72

Negabatur autem eos actus ſociales non fieri ſponte omnino, ſed ex honeſtate, ſeu potius ex intentione vitandæ indecentiæ à marito erga vxorem in domo, in qua ipſi erant ſoli, & addebatur non poſſe demonſtrari radicem iſtius honeſtatis auferentis rationem *ſpontanei* ab iiſdem actibus, cum præſertim quilibet actus præſumatur ſpontaneus. Vital. Camban. *tract. clauſular. ſub rubrica quibus iuribus renunciari poſſit, n.16. pag.336.* niſi forte affectetur vinculum maritale. 73

At ex hoc potius confirmabatur affidatio vxoris, quæ videbat maritum agere ſecum iuxta decentiam ſtatus, tanquam cum fideli, ac proinde manebat de illo affidata, & non timida, vt dixi, *in* §.33.*n.*45.48.*&* 51.

Allegatum verò Farinacium dicebatur 74

batur non quadrate ad noſtrum caſum; nam eo *conſ.98.num.4.* ille Doctor loquitur de duobus inter ſe indignatis, quorum vnus à patre ſuo ductus ad alium coram amicis, & propter reuerentialem metum quaſi compulſus, dixit: *buona ſera*: vnde alter è contra non ſponte, nec motu proprio reſalutauit: *buona ſera, e buon anno*: ſed honeſtatis gratia, cum indecens ſibi putaret non reſalutare ſalutantem ductum à patre, in præſentia aliorum amicorum.

Vnde ex illa conſalutatione facta non ſponte, & honeſtatis cauſa, & quia in illis circumſtantijs indecens fuiſſet omittere illam ſalutationem, infert optimè Farinacius non poſſe dici, quòd inter illos duos remiſſa eſſet iniuria, & indignatio.

75 Quæ ſanè ratio non militabat in caſu Fulani, qui erat caput mulieris, & ſolitarius in domo ſua, ac proinde etiamſi ſupponeretur indignatus, non poterat timere indecentiam, ſi non concœnaſſet, ſi non condormiſſet cum vxore.

Cœnando autem ſimul, & condormiendo agebat ex libera voluntate, non autem ex decentia imponente neceſſitatem moralem, niſi fortè foret decentia ex ſtatu maritali, quam diximus non repugnare affidationi, ſed fauere.

76 Ad doctrinam viſitantis inimicum dicebatur, quòd viſitans eatenus non dicitur remittere illi iniuriam, ſed exercere actum honeſtatis, non voluntaris, quatenus ſupponitur adeſſe aliquid extrinſecum, quod reddat indecoram omiſſionem viſitationis infirmi, quod extrinſecum non apparebat in caſu Fulani, qui proinde exercebat actus illos ſociales non ex honeſtate neceſſitante, vt ita dicam, ſed ex vera voluntate, vel ex honeſtate coniugali, pereoſque vxorem affidabat, & incautam reddebat.

ARTICVLVS XVII.

Aſſerebatur non poſſe dici ex iis actibus initam pacem, ad effectum vt Fulanus dici poſſet pacis fractor, fideique datæ proditor; non enim datur pax ſine pacto: in quam rem plura allegabantur. 77

ARTICVLVS XVIII.

Dicebatur, quòd etiamſi in propoſito noſtro eſſent probati illi actus, quia tamen non fuerant ſpontanei, ſed honeſtatis cauſa, & quia poſt reuocatas ad animum iniurias, ipſi nihil operabantur: & quia denique quatenus ex ipſis induceretur aliqualis remiſſio iniuriæ, non tamen ſecuta eſſet pax, non poterat ex eis elici proditio. Farinac. *conſ.98.n.12.*

Reſponſio ad vtrumque articulum.

Replicabatur id, quod dictum eſt ſupra, eos actus fuiſſe ſpontaneos, & non cauſa honeſtatis neceſſitantis, & quamuis facti eſſent poſt reuocatas ad animum iniurias, & non poſſit dici ex illis ſecuta pax [quamquam ſequi ex illis, & bene probari reconciliationem aſſerit, Vulpell. *tract. de pace, quaeſt.66. num. 1. & ſeqq.*] fuiſſe nihilominùs operatos in vxore credulitatem amoris maritalis erga ipſam, ac proinde cauſaſſe in ipſa affidationem, & impræcautionem, cum ipſa non cognoſceret dictam reuocationem, immo nec cognoſcere poſſet, cum ſciret certò ſe non intuliſſe marito iniurias, ac proinde non diffidaretur ex hoc capite. 78

Nec quadrabat vllo prorſus modo ad caſum Fulani, qui proditionis erat, doctrina Farinacij, *cit. conſ.98.n.12.* neque enim loquitur ibi Farinacius in ordine ad proditionem, quæ poteſt eſſe multis modis ſine fractione pacis iuxta firmata per me, in prima ſectio- 79

ne paſſim : ſed loquitur in ordine ad videndum, an ex actibus ſocialibus, & tacita iniuriarum remiſſione cenſeatur inducta pax ad effectum, vt ex ſubſecuta offenſione locus ſit pœnæ impoſitæ à conſtitutione, & bannimentis contra fractores pacis, vt videre eſt ex rubrica illius conſilij.

80 Quo fiebat, vt non bene ex eo, quòd à Farinacio dicitur, *cit.num.* 12. dato caſu, quòd cenſeatur remiſſa iniuria per actus ſociales, non proinde dici initam aliquam pacem, quæ frangi potuerit, quæ doctrina optima eſt, non bene inquam ex hoc inferret dictus Defenſor, quòd non poſſet ex iis actibus elici proditio, quaſi verò proditio eſſe non poſſit ſine fractione pacis, cum tamen optimè poſſit eſſe ſine illa, ſi nempe per actus ſociales, etiam præciſo omni pacto de non lædendo, affidetur quis, & per hanc affidationem reddatur incautus, & impotens hîc, & nunc ad ſe defendendum, vt iam toties in hac diſputatione decantauimus.

ARTICVLVS XIX.

81 Dicebatur, quòd licet concederetur fuiſſe per eos actus inductam pacem inter coniuges, non propterea Fulanus reconciliatæ coniugis occiſor poterat dici proditor, ex quo amicus reconciliatus æquipollet inimico : & allegabantur. Riccius *deciſ.* 168. *num.* 2. Vermigliol. *conſ.* 93. *per totum.* Diana, *parte* 1. *tract.* 1. *reſol.* 35. dicentes occiſorem in his terminis non dici proditorem, ſed gaudere debere immunitate.

Reſponſio.

82 Reſpondebatur inane eſſe illud proloquium de æquipollentia illa, vt ego firmaui, §. 13. *per totum*, & conſequenter negabatur non fuiſſe proditorium homicidium in caſu noſtro, cum ex his non dubitare deberet occiſa, & non prætcaueret. Giurba, *conſ.* 60. *num.* 25. & factum fuiſſet homicidium ſub ſpecie amicitiæ, cuius nomine ad conſtituendum proditorium venit etiam *reconciliata amicitia*. Giurba, *citato, conſ.* 60. *num.* 31.

ARTICVLVS XX.

Demum concludebatur ſperari ſententiam fauorabilem immunitati ex illa inuincibili ratione, his temporicus ab omnibus canonizata, quòd nimirum non ſufficiat fiſco ſeculari probare qualitatem proditorij per indicia, & coniecturas ſed oporteat de illa plenè, concludenter, & demonſtratiuè docere. 83

Reſponſio.

Concludebamus verò nos, debere potius optari ſententiam commeritam à Fulano intaminatæ coniugis iugulatore truculento, vt exemplo eius cæteri pudicitiam, & honeſtatem mulierum venerando, ab huiuſmodi flagitioſiſſimis, & execrandis ſceleribus abſtineant, vt in caſu ſui vxoricidæ proditorij auguratus eſt Portus *in faſciculo rerum criminalium, pag.* 737. commeritam inquam à Fulano, cum per eius confeſſionem iuridicam, qua nulla eſt maior probatio, ac proinde plenè concludenter, & demonſtratiuè doctus eſſet Eccleſiaſticus Iudex de qualitatibus requiſitis ad proditorium. 84

De appenſamento ſcilicet, & excluſione rixæ tum per odium contra vxorem, ex beſtialiter imaginarijs adulterijs, & ſtultiſſima opinione propinati veneni, tum per mortiferum vulnus illatum in gulam vxoris, tum per minas, oſtijque obſerationem, tum maximè pet epiſtolam de patrato homicidio, antequam patraretur, conſcriptam cum tot circumſtantijs

tijs ad Auditorem, cauſarum criminalium.

De inſidijs verò poſitiuis, tum per promiſſionem de non lædendo purificatam ex innocentia, & fidelitate vxoris, tum per colorem amicitiæ conſiſtentem tum in pridiana concœnatione ad eamdem menſam, & ignem, tum in condormitione in eodem lecto cum vxore ante homicidium, tum per non repugnantiam ad acceptanda obſequia familiaria per vxorem præſtita, præter retentionem eiuſdem vxoris in eadem domo, itemque connexitatem maritalem, de quibus duobus notoriè conſtabat.

85 Addebamus etiam, quòd ſi quid deeſſet rigori plenæ, & concludentis probationis, quem tamen defectum negabamus, aderant tamen nihilominus tot, & tanta motiua ex indicijs, coniecturis, & præſumptionibus, vt ex illis poſſet Epiſcopus, ſeu ab eo deputatus ferre prudentiſſimam, & moraliter certam ſententiam de commiſſo appenſatè, & inſidiosè, ac proinde proditoriè vxoricidio de ſe occulto, & difficillimè probabili, & relaxare vxoricidam foro ſeculari examinandum, & iudicandum ſecundùm ſtrictam normam iuris, iuxta firmata per me in cenſura tertiæ, & quartæ ſententiæ, §.29. vbi adduxi & rationes, & Doctores contra oppoſitæ doctrinæ aſſertam à D. Defenſore omnium canonizationem, & ſuperaui, vt puto, rationem illam, quam idem Defenſor appellat inuincibilem pro eadem oppoſita doctrina, ſub cenſura tamen Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, vt in præmonitione ad lectorem ſum proteſtatus, & rurſum ſincerè, humiliter, catholicè proteſtor.

FINIS.

Digitized by Google

LECTOR.

VT lumine vberiori contueri poſſis obſcuras difficultates, quibus mei libri argumentum eſt implexum, ſubijcio breuiarium doctrinæ, quam tradidi prolixius in primâ ſectione, & mutatâ methodo incipio à primis principijs, ac deinceps per facilem Analyſim ad vltima corollaria deuenio.

AD NECIS
PRODITORIÆ
ANATOMEN
SYNOPSIS ANALYTICA.

1 *HOMINI competit primò*, ius
a, § 28. n. 20. ad fruendum vitâ a, *ideſt*
facultas ad permanendum in
coniunctione animæ, & corporis, & hoc
b, § 28. n. 34. *ius* b, *eſt fundamentum omnium aliorum*
iurium eidem homini competentium.

2. *Si occidatur iniuſtè homo, hæc occiſio,*
quæ eſt formaliter homicidium, aduerſatur
iuſtitiæ commutatiuæ, eſtque iniurioſa,
quippe quæ eſt violatiua prædicti iuris,
c, § 28. *quod homo habet ad fruendum vitâ* c.

n. 40. 3. *Itaque homicidium vt ſic, ſortitur*
ſuam ſpecificam malitiam per habitudinem
ad prædictum ius, quod violatur.

4. *Competit ſecundò homini aliud ius à*
d. § 28. n. 29. *prædicto iure omninò diſtinctum* d, *immò*
e, § 28. n. 2. *& formaliter* e, *ideſt* ius ad defenden-
f, § 28. n. 23. dum vitam f, *facultas nempe moralis*
ad ſe de facto conſeruandum in fruitio-
ne vitæ, ſeu in permanſione animæ, ac cor-
poris.

5. *Vnde fit, vt poſſit idem homo vti*
medijs cõducibilibus ad auertẽdum id om-
ne, quod poteſt interturbare prædictam
fruitionem, ſeu permanſionem, ſiue illud
interturbatiuum ſit agens naturale, ſiue ſit
liberum g, *quod omninò indebitè aggre-* g, § 28. n. 23.
diatur hominem ſic fruentem vitâ, & ſiue
cum culpa Theologicâ, ſiue ſine illâ h, *pa-* h, § 28. n. 24.
ret præiudicare fruitioni illi.

6. *Fit etiam vlteriùs, vt idem homo*
non poſſit reddi impotens ad ſe defenden-
dum, ſeu ad auertendum prædicta intertur-
batiua ſiue naturalia, ſiue libera i, *inde-* i, § 28. n. 36.
bitè aggredientia, quæ defenſio, & auerſio
fit vel fugiendo, vel implorando ſufficien-
tem opem, vel opponendo conatum cona-
tui k. k, § 4. n. 2.

7. *Fit pariter, vt idem homo, ſi fortè ſit*
aliunde impotens ad eiuſmodi defenſio-
nem l, *non poſſit inuadi in ſtatu huius* l, § 28. n. 36.
impotentiæ reddentis illi impoſſibile exer-
citium tam nobilis iuris, defendendi ſci-
licet fruitionem vitæ ab agentibus turba-
toribus.

8. *Eſt autem aliquis impotens ad di-*
ctam defenſionem vel ſimpliciter m, *quia* m, § 4. n. 4.
nimirum nec poteſt fugere, neque implorare
opem, neque obluctari contrà aggreſſorem,
vt eſt infans in vtero matris.

9. *Vel impotens eſt ex ſuppoſitione* n, n, § 4.
quia quamuis alioqui poſſet ſe defendere n. 5. & ſeqq.

ob

ob expeditos pedes, vocem, & manum ad fugiendum, ad petendam opem, ad obluctandum, tamen non poteſt vti his mediis ex ſuppoſitione quòd non aduertit ad aggreſſionem contrà ſe irruentem, quæ non aduertentia naſcitur vel ex impedimento potentiæ intellectiuæ per amentiam, per ſomnum, per ebrietatem, vel ex diſtractione eiuſdem potentiæ, vel ex non applicatione eiuſdem ad motiua aduertendi, & præcauendi ab aggreſſione, vel ex perſuaſione, quòd aggreſſio ſit impoſſibilis ob adhibitam à ſe omnem poſſibilem humanitùs circumſpectionem ad præcauendum, vel quòd nihil ſit timendum ab aggreſſore, qui vel promiſit non lædere, vel eſt connexus cum ipſo non timente, per parentelam, ſocietatem, coniugium, &c. vel apprehenditur omninò amicus ob ſigna beneuolentiæ, quæ exhibet.

10. *Si homo iniuſtè occiditur impotens ad ſe defendendum ab aggreſſore, ſumendo impotentiam, prout eſt* in puncto ipſius aggreſſionis *a*, *non autem prout non fuit in puncto aggreſſionis, quia ſcilicet in eo puncto diffidatio fuit facta, & relicta homini potentia ad ſe defendendum, ſed euenit poſteà* in decurſu conflictus, *vel per decuſſionem enſis de manu, vel per lapſum in terram, vel per quid ſimile.*

a §. 9. n. 45.

11. *Si inquam homo iniuſtè occiditur impotens ad ſe defendendum ab aggreſſore, homicidium hoc habet duplicem ſpecie diſtinctam b malitiam contrà iuſtitiam commutatiuam.*

b §. 28. n. 9. & ſeqq. vſque ad 44.

Primam pir habitudinem ad ius fruendi vitâ, *quod violatur.*

12. *Secundam per habitudinem ad* ius defendendi vitam, *& ne inuadatur impotens ad exercitium illius defenſionis, quod ius item læditur.*

Prima illa malitia dicitur merè homicidialis, *vt dixi.*

Secunda dicitur propriè proditoria, *& conſtituitur talis per terminationem ad* impotētiam ſe tuendi *ab iniuſto aggreſſore* c, *quæ impotentia eſt terminus formalis, & ſpecificatiuus malitia proditoriæ quatenus talis* d.

c §. 9. n. 39.

d §. 9. n. 52.

13. *Denominatio autem* proditorij *deſumitur ex triplici capite.*

Et quidem primò per comparationem ad fidem e, *in omni enim actione proditoria* proditur, *id eſt* abiicitur fides, *quam vnus alteri debet ſaltem tacitè* f. *Vnde illa fidei abiectio dicitur* proditio.

e §. 9. n. 30. & 54.
f §. 9. n. 54.

14. *Secundò per comparationem ad* inſidias, *quæ ſunt via, & cauſa inſtrumentaria ad necem proditoriam* g; *quatenus enim inſidiæ, quæ debebant ſemper latere, id eſt non exerceri de facto, produntur, ſeu propalantur per effectiuam executionem, aggrediendo ſcilicet affectatè inuentum impotentem ad ſe tuendum ab aggreſſore iuxtà machinationem præconceptam, reſolutam, & ordinatam ab ipſo aggreſſore, iam illa aggreſſio accipit denominationem* proditoriæ *h.*

g §. 9. n. 41.
h §. 9. n. 37.

15. *Tertiò per comparationem* ad impotentiam ſe tuendi *inuaſam affectatè, vel potius ad inuaſionem ipſam vltro terminatam ad impotentem hîc, & nunc ad ſe tuendum ab iniuſto aggreſſore; cum enim hæc inuaſio inuoluat proditionem, ſeu practicam propalationem inſidiarum per executionem ipſius inuaſionis, ſortitur inde & ipſa eamdem denominationem occaſionaliter iuxtà proloquium Logicorum*: aliud eſt, vnde nomen ſumptum eſt: aliud, ad quod ſignificandum impoſitum eſt; ſæpè enim vniuerſalius eſt ſignificatum, quàm ratio, ſeu ethymologia nominis *i.*

i §. 9. n. 52.

16. Inſidiæ, *vt dicebamus, ſunt via ad proditorium, & cauſa inſtrumentaria, non autem ſunt formaliter* k *proditio ipſa ſumpta ſecundùm ſuam vltimam rationem, ſed ad illam ſe habent omnino præſuppoſitiuè, atque extrinſecè, ſicuti qualibet cauſa ſe habet ad ſuum effectum, pertinentque ad præparationem, ac principium, proditio autem ad executionem, & finem.*

k §. 9. n. 38. vſq. ad 42.

17. *Hæ inſidiæ in materia proditorij ſumuntur primo* ſecundùm ordinem intentionis *l, & ſunt formaliter* ordinatio, ſeu diſpoſitio iniuſtæ aggreſſionis ſub

l §. 5. n. 6.

modis, mediis, & circumſtantiis aptis ad terminandam ipſam aggreſſionem ad impotentem ad ſe tuendum ab ag-
a §. 5. n.5. greſſore *a*.

18. *Hæc autem ordinatio dicit de formali duos actus intellectus, & vnum vo-*
b §.5.n. 6. *luntatis* b.

19. *Primus actus intellectus eſt* conſilium de mediis, *ſeu examinatio de aptitudine mediorum ad efficiendum, vt iniuſta aggreſſio terminetur ad impotentem*
c §. 5. n.6. *ad ſe tuendum ab aggreſſore* c.

20. *Secundus actus intellectus eſt* iudicium de medio eligendo, *tanquam inter alia opportuno ad obtinendum inten-*
d §. 5. n.6. *tum occidendi impotentem, &c.* d

21. *Actus voluntatis eſt* electio medij *præconſultati, & indicati opportuni præ aliis ad eam impotentis occiſio-*
e §. 5. n.6. *nem* e.

22 *Primi duo actus intellectiui con-*
f §. 3. n.10.& §.5.n.6 *ſtituunt formaliter* induſtriam f, *quæ nimirum eſt cognitio practica prælucens actioni aggreſſionis proditoriæ, & dicitur cau-*
g § 5. n.6 *ta obſeruatio* g, *& ingenioſa diligen-*
h § 3. n.10. *tia* h.

23. *Ad tres prædictos actus præſupponuntur duo alij actus, vnus intellectiuus, qui dicitur* cognitio finis, *& eſt propriè cogitatio de fine, appellaturque* appenſa-
i §. 3. n.7. mentum *i*, præmeditatio, deliberatio, *quæ vt actio ſit proditoria, debet fieri pacato animo, & à* ſangue freddo, *ſecun-*
k §.11. n.20.& 21. *dùm communem æſtimationem* k.

24. *Alter voluntatis, qui dicitur* intentio finis, *& eſt propriè* propoſitum,
l §. 3. num.8. *ſeu reſolutio de patrando proditorio* l.

25. *Ex horum duorum actuum vi homo deuenit ad* induſtriam *circà me-*
m §. 3. n.10. *dium* m, *& ad* electionem *medij, in quibus diximus conſiſtere inſidias ſecundùm ordinem intentionis.*

26. *Secundo inſidiæ ſumuntur* ſecundùm ordinem executionis, *& ſunt formaliter ipſa* executio practica eorum, quæ ſunt præconſultata, iudi-
n §.5. num.7. cata, atque electa in ordine intentionis *n*.

27. *Inſidiæ ſecundùm ordinem executionis inuoluunt duos actus.*

Primus eſt imperium, *quo voluntas imperat potentiæ executrici, vt exequatur*
præconſultata, indicata, electa, &c. o o §. 5. num.7.

Secundus actus eſt vſus paſſiuus, *id eſt ipſa effectiua applicatio potentiæ exe-*
cutricis ad actuandum præconſultata, &c. p p §. 5. num.7.

28. *Prout aggreſſio fit cum habitudine ad modos, media, & circumſtantias, ſecundùm quod illos, illa, illas ſecum præconſultauit, atque inter cætera omnia prælegit ad intentum ſuum iniuſtus aggreſſor, dicitur fieri* ex inſidiis.

Prout vero terminatur actu, atque in reipſa ad impotentem ad ſe hîc, & nunc tuendum ab aggreſſore iniuſto, dicitur fieri
proditoriè *q*. q §. 5. num. 8.

29. *Inſidiæ ſunt aliæ* negatiuæ, *aliæ*
poſitiuæ *r*. r §. 6. num.1.

Appello negatiuas *illas, quæ reſpiciunt hominem merè* indiffidatum, *ac proinde non habent pro termino aliquid poſitiuum, ſed negatiuum* non diffidationem *ſcili-*
cet hominis aggrediendi s. s §. 6. num. 1.

Verbi gratiâ expecto te poſt ſepem, & quando video in via te, qui nihil ſcis de mea expectatione poſt ſepem, ac proinde incedis indiffidatus de me, & non aduertens ad aggreſſionem, explodo ſclopum contrà te, ſum aggreſſor ex inſidiis negatiuis.

Eſt autem diffidatio *idem, quod* excluſio à non diffidentia, vel etiam à confidentia, *per intimationem animi hoſtilis. Id eſt tu de me non diffidebas actualiter, vel etiam de me confidebas, ego autem vel verbo, vel facto indico tibi, me habere animum hoſtilem contrà te, iam per hoc ego te exuo indiffidentiâ, & confidentiâ, & conſtituo te diffidentem de me, vn-*
de dicor te diffidare *t*. t §. 7. per totum.

30. *In his inſidiis negatiuis ſubſiſtit propriiſſimè ratio* proditorij v; *quia ſuppoſitâ indiffidatione ex inaduertentiâ meæ expectationis poſt ſepem, vel à tergo, &c. tu occideris à me impotens omnino ad te*
tuendum, in qua impotentiâ radicatur de- v §. 9. per totum.
formitas proditoria v, *ſumendo tamen im-*

poten

potentiam, provt accidit in puncto *aggreſſionis,nō provt ſuccedit* in conflictu *a.*

a §. 9. n.45.

31. *Idem dico, ſi ex improuiſo inuadam te facie ad faciem ita celeriter, vt præcauere non poſſis* b,*cum ſit eadem ratio.*

b §. 9. n.8.

32. *Appello* poſitiuas *illas, quæ reſpiciunt hominem non ſolùm indiffidatum de aggreſſore, ſed etiam* affidatum *de eodem, ſeu poſitiue confidentem, idcoque non præcauentem ab illo, ac proinde habent pro termino aliquid poſitiuum,* affidationem *ſcilicet hominis aggrediendi* c.

c §. 6. n.7.

33. *Hæc autem* affidatio, *vel poteſt* poni *per ipſas inſidias, vel poteſt* præſupponi *ab iiſdem* d.

d §. 6. n.10.& 11.

Ponitur *quidem,ſi verbi gratia promittas homini te nihil mali facturum illi; inde enim de te ille affidatur, & non præcauet.*

Item ſi fingas te amicum homini, illique blande loquaris, & humaniter cum eo tractes.

34. Præſupponitur *autem,ſi verbi gratia ſis pater, frater, maritus, ſocius alterius, & videas illum ex apprehenſione iſtius connexitatis tecum intercedentis eſſe affidatum de te,ſeu tibi confidere,& nihil mali ſuſpicari de te contra ſe.*

35. *Occiſio iniuſta hominis poſitiue affidati per* promiſſionem *e, per* connexitatem *f, per* ſigna amicitiæ *g, eſt proditoria, cum terminetur ad impotentem hic, & nunc ad ſe tuendum ab iniuſto aggreſſore, ſicut & illa, quæ terminatur ad indiffidatum, de qua ſuprà.*

e §.12. per totum.
f §. 18. per totum.
g §. 14. per totum.

36. *Hinc fit,vt perperam omnino quidam alligent rationem proditorij ad occiſionem, quæ fit ſub* prætextu amicitiæ, *& velint ibi non eſſe proditionem, vbi non eſt* prætextus amicitiæ *h, nullo tamen allato ſuæ aſſertionis nimium exaggeratæ fundamento.*

h §. 16. per totū, vbi quòd nō ſtat pro ipſis Bartolus,n. 49. & ſeqq.

Patet enim, proditionem pendere quidem in aliquo caſu à prætextu amicitiæ, *tanquam ab vna ex cauſis inſtrumentariis iſtius delicti ſic qualificati, ſed non alligari taxatiue ad illum caſum, ſed vagari ad alios, in quibus concurrunt alij modi omnino diſtincti à* prætextu amicitiæ, *tanquam cauſæ habiles ad eundem effectum, ad quem habilis eſt* prætextus amicitiæ, *qui proinde eſt cauſa quidē proditionis, ſed non ſola ideoque, nec reſtringit ad ſe proditionē,ſed eam ſinit ad alios caſus excurrere.*

37. *Ratio* inimicitiæ *grauis exiſtentis in inſidioſo aggreſſore contra aggrediendum, & cognita vt talis ab eodem aggrediendo non tollit rationem proditorij* i.

i §. 10. per totum.

38. *Quia non tollit ab eodem aggrediendo* impotentiam ſe tuendi,*in qua radicatur ipſa ratio proditorij, vt dictum fuit.*

Non tollit autem impotentiam ſe tuendi.

Vel primo quia ille eſt abſolutè impotens *ad ſe tuendum, vt verbi gratia ſi aggreſſor ſit veneficus, & adiutore vtatur diabolo ad aggrediendum, in hoc enim caſu inſidiæ ſunt ineuitabiles puro homini, qui proinde remanet abſolute impotens ad ſe tuendum à cognito capitali inimico* k.

k §. 10. n.27.& 28.

39. *Vel ſecundo, quia ille eſt* moraliter impotens *ad ſe tuendum, vt verbi gratia ſi adhibuerit omnes homini prudenti poſſibiles diligentias ad ſe tuendum,& credat ſe lædi non poſſe,quia ſcilicet eſt clauſus in ſua domo,&c.aggreſſor tamen inueniat viā alteri inexcogitatam, verbi gratia corrumpat pecunia ſeruum eius, vel per caminum ſe demittat in cubiculum, &c.* l

l §. 10. nu. 30. 31. & 32.

40. *Vel tertiò, quia ille eſt* impotens ex ſuppoſitione, *quòd distractus naturaliter, vel ex ſtabilitate non reflectit ſemper ad inimicitiam grauem alterius,& ad periculū,quod ſibi imminet inde,& ad debitum de præcauendo,ne beſtialiter prodigat vitā, & aggreſſor affectate eligit articulum iſtius non reflexionis,& impotentiæ ad ſe tuendū conſurgentis ex illa,vt ſic impotentē occidat* ſecurè,*& ſine vllo proprio periculo* m:*in quo procedēdi modo relucēt ſordes proditionis.*n

m §.10. n.35.& ſeqq.

41. *Qui nouit inimicitiam grauem alterius contra ſe, habet ſane* fundamentū & debitū *præcauendi,ſi tamen poſſit,ſed aliquādo hoc debitū ſtat omnino* materialiter, & mortuo modo,*cum nō apprehendatur per actualem intellectionem ex innocenti diſtractione ad alia obiecta:quo fit,vt omiſſio præcautionis ab inimico non ſit imputabilis impræcauenti* o.

n §.19. n.51.
o §. 10. n.47.

42. *Eſt autem neceſſaria præſumptio, quòd apprehenſum non fuerit actu id fundamentum, & debitum, quando inimicus eſt inſidiosè aggreſſus; nam ſi alter, qui debebat præcauere, apprehendiſſet id debitum, & non præcauiſſet, peccaſſet peccato*
a §. 10. n.52.& ſeqq. *mortali* intimiditatis *a*, *quæ repugnat graui præcepto de cuſtodienda vita, & opponitur fortitudini per defectum timoris debiti, vel per exceſſum contemptionis periculi, &c.*

At hoc debitum nunquam præſumitur, cum non habeat de ſe illicitum vllum, ſed ſecum trahat horribilitatem eximiam, *&* deſperationem ſalutis æternæ, *ſi in puncto conſummationis iſtius delicti ſequatur mors ipſius hominis voluntariè, beſtialiter, & in ſe ipſum truculenter perpeſſi aggreſſionem inſidioſam, quam apprehendebat, poterat, & debebat præca-*
b §. 10. n.59. *uere* b.

43. *Adde quòd non præſumitur quiſquam ita parum amans vitæ ſuæ, vt præciſo etiam peccato, velit illam cum tam enormi prodigalitate non cuſtodire, ſi poſſit, ſed*
c §. 10. n.74. *omninò contemnere* c.

44. *Ex præmiſſis inferuntur multa, & quidem vniuerſaliter infertur, quòd ſi iniuſtè occidatur aliquis* impotens hîc, & nunc ad ſe tuendum ab aggreſſore, *ſiue impotentia ſit* abſoluta, & phyſica, *ſiue ſit* moralis, *ſiue ſit* ex ſuppoſitione *non aduertentiæ ad irruentem aggreſſionem, is occiditur propriiſſimè* proditoriè, *cum ibi ſit* proditio, *vbi eſt* iniuſta terminatio aggreſſionis ad impotentem ad ſe tuendum ab aggreſſore in puncto aggreſſionis.

d §. 19. per totum. 45. *Infertur præterea in particulari primò, quòd* occidens veneno, *occidit*
e §. 21. *proditoriè* d.
per totum. 46. *Secundò. Idem dic de procurante*
f §. 22. n.1. *cum effectu* abortum *fœtus animati anima rationali in vtero* e, *vel* infantis iam
g §. 22. n.3. nati *f*, *& de necante* amentes *g*, ebrios *h*,
h §. 22. n.5. dormientes *i*.
i §. 22. n.6. 47. *Tertiò. Idem de occidente per* diabolica veneficia, *cuiuſmodi ſunt ſagæ in* *pueros, & quandoque in adultos* k. k §. 20. n.41.

48. *Quarto. Idem de occidente redactum in eas anguſtias, vt in puncto iniuſtæ aggreſſionis non poſſit ſe tueri, vel fugiendo, vel implorando opem, vel obluctando* l, l §. 22. n.7.
ſeu reſiſtendo.

49. *Quinto proditoria omnia eſſe* eiuſdem ſpeciei atomæ, *cum conueniant in ea vltima ratione,* terminationis ſcilicet ad impotentem hîc & nunc ad ſe tuendum ab iniuſto aggreſſore *m*. m §. 26. per totum.

50. *Differre vero eadem proditoria inter ſe* accidentaliter, *&* extrinſecè, *id eſt penes modum inſidiandi, qui poteſt eſſe diuerſus, cum vnus occidatur impotens ad ſe tuendum, quia occiditur clanculum ex feneſtra per ictum archibuſij, alius vero aſſecuratus per promiſſionem de non lædendo, alius per ſimulationem boni amoris exiſtentis in aggredi volente erga ipſum aggrediendum, alius per apprehenſionem connexitatis, quam habet cum eodem aggredi volente.*

Vnde cum proditorio coniunguntur interdùm extraneæ malitiæ n, & proditorij n §. 26. & ſeqq.
non dantur ſpecies, *ſed modi o.* o §. 26. n.12.

51. *Sexto. Homicidium proditorium rectè deſcribi poſſe, vt ſit* iniuſta, appenſata, & ex propoſito, atque induſtriâ, itemque inſidioſa occiſio hominis affectatè inuenti impotentis in articulo aggreſſionis ad ſe defendendum *p*, *nec* p §. 25. n.1.
fuiſſe rectè deſcriptũ à Petro Caballo, vt ſit cædes hominis nihil tale ſuſpicantis *q*, q §. 25. n.9.
nec per alios r, *quorum doctrina continet* r §. 25. nu. 17. remiſſiuè.
ſæpe verum, non tamen in ſenſu formali, ſed cauſali duntaxat s. s §. 25. n.17.

Hæc eſt ſumma deductorum per me in mea prima ſectione.

Quia vero non nemini fortaſſe vel ob defectum librorum, vel ob omiſſionem lectionis videri poſſit & nouum, & durum illud principium, quod toties inculcaui, deformitatem ſcilicet proditoriam reſolui in impotentiam hîc, & nunc ſe tuendi ab appenſato iniuſto aggreſſore.

Cenſeo non eſſe abs re, ſi arcendi gratia notam nouitatis doctrinæ, & ſanciendi

ſoli

ſolidiùs illud idem principium, ſubiiciam formalia verba grauiſſimorum virorum, qui me docuerunt, & à me allegati ſunt §. 9. *num.* 12. *præter alios, quorum eadem eſt doctrina, quamuis termini non ſint expreſſi, quos item citaui eodem* §. 9. *num.* 13.

1. *D. Doctor Petrus Franciſcus Paſſerinus, ingenij perſpicaciſſimi, atque eximiæ literaturæ vir, publicus quondam lector moralis Theologiæ, & nunc item publicus primarius interpres veſpertinus ordinarius Cæſarei iuris in Parmenſi Vniuerſitate, atque in Collegium Illuſtriſſimorum Dominorum Iudicum Parmæ nouiſſime adſcitus, in ſua epiſtola, quam affero* §. 27. *n.* 5. *dicit:*

Homicidium proditorium, quatenus propriè tale eſt, propriè etiam lædit ius vnicuique competens ad ſuam *vitam tuendam.*

2. *Don Ludouicus de Pequera* deciſ. 54. num. 9.

Præmittere quoque debemus homicidam proditorium, ſeu per inſidias dici illum, qui nulla interueniente cauſa rixæ, & ita ſecurè occidit aliquem nihil tale præcauentem, *nec ſe defendere valentem*, amicitiæ, vel inimicitiæ cauſa minimè conſiderata.

3. *De Graſis* de caſib. reſeru. lib. 1. de homic. c. 14. n. 30.

Veneno perempti, cum proditoriè, & clam venenentur, non poſſunt aliquo modo *ſe defendi, (vult dicere defendere)* ſed qui gladio occiduntur, poſſunt reſiſtere, & aliqualiter ſe tueri.

4. *Layman* in Theolog. morali, lib. 3. tract. 3. parte 3. c. 4. n. 1. §. Præterea.

Aggrauatur homicidium ex modo occidendi, 1. ſi quis ex inſidiis (*& conſequenter proditorie*) hominem occidat, vt cauere ſibi non poſſit; *adimitur enim illi ius naturale ſui defendendi.*

5. *Thomas Grammaticus* deciſ. 33. num. 1.

Cum necans quem veneno, proditoriè agat, cũ venenatus *ſe tueri nequeat.* *Idem Grammat.* conſ. 36. n. 2.

Occidens veneno proditoriè, id agit, vt ille *ſe defendere non poſſit*, quod ſecus eſt in eo, qui gladio occiditur, cum ſe tueri poſſit, quod ideo Bald. in l. Nemo Clericus, C. de ſum. Trinit. & Fide Catholica dixit, quòd venenans aliquem, dicitur proditoriè occidere.

6. *Vincent. Tancredi* tomo de relig. tract. 1. lib. 4. diſp. 8. q. 5. n. 23. ad finem. pag. 139.

Id tamen puto omninò certum non gaudere immunitate vtpotè proditorios occiſores eos, qui pueros alliciunt munuſculis, & poſtea occidunt, vel ſi infantes aliorum occidant, cum hi nec inimicitiam potuerint habere, *nec ſe defendere queant.*

7 *Epiſcopus Tragurien. Paces Jordan.* elucubrat. diuerſar. lib. 11. titulo 3. de immun. Eccleſ. n. 343.

Sic etiam multò magis proditrices dici poterunt matres, quæ partum exponendo, filios interimunt infantes, quia grauius multo eſt occidere infantes, qui præcauere, ac *ſe tueri nullo modo poſſunt*, quàm adultos, vt contra Franciſc. Leon. in theſauro fori Eccleſ. parte 1. cap. 13. n. 25. & 26. docet Farinacius in append. cap. 9. num. 138. & ſeq.

8. *Petr. Paul. Guazzia.* tract. morali ad defenſam, lib. 2. defenſ. 1. cap. 13. numero 20.

Quoad tertium, quod eſt homicidium proditorium, aduertant, quod ſolum excipitur illud, quod factum eſt ab illo, qui pro inimico non habetur, & pro tali non cauetur, cum nulla eſſet præcauendi cauſa, & committitur per inſidioſam induſtriam taliter, *quod offenſus non poſſit ſe defendere, & præcauere.*

9. *Molina è Societate Ieſu* tractat. de iuſtit. 3. diſputat. 27. ad initium.

Quoniam in homicidio ex abortu, parricidium interuenire ſolet, præſer-

tim quando matres ipſæ, quæ conceperunt, abortum intendunt, vt ſuo honori, ac famæ conſulant, quin & interuenire ſolet proditoria mors, infantis comparatione, qui enecatur, quippè qui interfectorem non habet inimicum, & cui *nulla relinquitur defenſio, &c.*

10. *Ius Caſtellæ apud eumdem Molinam* cit.tract.3.diſp.23.n.5.

Quicunque interficit alium ex inſidiis, à tergo, aut quacunque alia ratione ſecurum, etiamſi ſubitò coram illo ſecuro dolosè compareat, illi locum *ad ſe defendendum* non relinquendo, dicitur proditoriè, ſeu aleuosè eum interficere, ſiue inimicitiæ inter vtrumque eſſent, ſiue non.

11. *Hieronym. Laurent.* in deciſ.Rotæ Auenionenſ.20.n.5.

Et proditor dicatur, qui ignorantem, & *defenſum* (*vult dicere indefenſum*) percutit, & iugulat.

12. *Ioan.Gutierrez* pract.qq. lib.3.q.7. num.14.

Aſſaſſinus, qui pecunia corruptus occidit alterum, dicitur committere delictum proditoriè, & cum aleuoſia, & tollit *naturalem defenſionem* offenſo.

13. *Illuſtriſſ.Epiſc.Sperellus* dec.23.n.9.

Verè enim proditus is dici poteſt, *cui naturalis tollitur defenſio* ex eo, quòd ſibi non poteſt præcauere.

14. *Petrus Caballus* tract. de omni genere homicidij,n.551.

Et ratio eſt, quia is, qui veneno extinguit, proditoriè, & per inſidias extinguere dicitur, & hominem incautum, & *indefenſum*, & non expectantem offendit.

15. *Cardinalis Tuſcus* lit.P. concl.869. n.3.*vbi agit de modis proditionis.*

Tertio modo, quando percutit in tergere incautum, & non admonitum, *nec ſe valentem defendere.*

16. *Marius Italia* de immun.Eccl.lib.1. c.1.§.4.n.3.*vbi loquitur de homicidio facto à tergo,quod dicit fieri* traditoreſcamētæ.

Sed quis negabit interempto *naturalem illam defenſionem*, de qua loquuntur noſtrates præcitatis in caſib. à Bart. relatis, adhuc in præſenti caſu ſublatā?

Idem Italia eodem §.4 n.8.

Sed vera eius eſt deciſio, quia mandantes interfici per aſſaſſinos, ſecurè occidebant: vnde interemptis non ſolùm *defenſio illa naturalis*, de qua ſupra locuti ſumus, verùm etiam ſpiritualis auferebatur, &c.

17. *Anton. Gomez* variar. reſol. tom.3. c.3.n.5.

Solùm ergo habet locum iſta qualitas proditionis, & aleuoſiæ, & aggrauatur pœna, quando erant inuicem amici, cuius ratio vera, & concludens eſt, quia tollitur offenſo illa *naturalis defenſio*, quæ de iure naturali ſibi competit, & permittitur, cum non poſſit ſibi præcauere, & *defendere.*

18. *Marius Giurba* conſ.60.n.6.

Potuit ſe *defendere*: ergo ceſſat proditio.

19. *Relati per Petr. Plazam* epit.delict. lib.1. c.21.n.2. *excludunt proditionem ab occiſione inimici incauti, & à tergo facta.*

Ea ratione naturali ducti, ſiquidem non tollitur offenſo illa *naturalis defenſio*, quæ de iure naturali ſibi competit, cum ſibi poſſit præcauere, & ſe *defendere.*

20 *Doctor Marta* compilationis totius iuris controuerſi, tomo.2.in verb. Homicidium.c.37.

Homicida proditorius, ſiue per inſidias, ille dicitur, qui nulla rixæ cauſa interueniente, ſecurè aliquem occidit, nihil tale præcauentem, aut ſe *defendere* valentem, nulla amicitiæ, vel inimicitiæ cauſa conſiderata.

Hos & alios habui duces, & auſpices ſententiæ meæ in ſtabilienda formali ratione necis proditoriæ, quos male ominata conſpiratione deliraſſe in tanto articulo, ac deliramentum per typos in ſecula tranſcripſiſſe nemo aſſerat, niſi delirus.

ANATO

Digitized by Google

INDEX ANATOMES NECIS PRODITORIÆ.

A

ABORTVM fœtus animati procurans efficaciter mater prægnans, eſt rea homicidij proditorij, §. 21. *num.* 1. 7. *&* 8. etiamſi procuret ante octauum menſem à conceptione: ſecus, ſi ante animæ infuſionem. *ibid. n.* 2. nec incurrit homicidij reſeruationem. *ibidem.* quando amittat immunitatem. *ibidem. num.* 10. 11. 12. *&* 13.

Abortus procurari non poteſt ad vitandum dedecus, & vltionem parentum, etiam à moniali, nobili, aut aliàs Deo ſacra, & ad vitandum ſcandalum, & fœtus non ſit animatus, §. 21. *n.* 2.

Abortum fœtus certò animati procurans efficaciter tertius, eſt proditorius homicida, & an gaudeat immunitate, §. 21. *num.* 28. 29. 30. 32. 34. *&* 35.

Abortus procuratio pet potionem matri à tertio propinatam, & venenatio continent diſparitatem in ordine ad immunitatem. §. 21. *n.* 32. paritatem verò in caſu, qui exprimitur. *n.* 34.

Abortum monſtri monſtruoſitate non indicante defectum animæ rationalis qui procurat, & obtinet, non gaudet immunitate. §. 21. *num.* 15.

Abortus ſi procuretur, & dubium ſit de animatione fœtus, non amittitur immunitas. §. 21. *n.* 16.

Abortum fœtus inanimati procurans cum præuiſione, quòd ignara mater mori poſſit ex abortione, ſi ſequatur hæc mors, gaudet immunitate. §. 23. *n.* 34.

Abortus procuratio an probetur per teſtes ſingulares. §. 29. *n.* 290.

Abſolutio à cenſura in foro conſcientiæ collata non tollit Iudici ius ad puniendum in foro externo. §. 23. *n.* 61. ſicut nec abſolutio ſacramentalis. *ibid. n.* 62. nec baptiſmus. *ibid. num.* 63.

Abſurdi ex ſequela valet argumentum. §. 29. *n.* 113.

Actibus vnum oſtendere, & aliud in mente gerere, in quo conſiſtit in præſenti materia color amicitiæ, non eſt formaliter *prodere*, cum

ſit

ſit formaliter *mentiri & ſimulare*. §. 16. à n. 19. ad 38. *latiſſimè*.

Actio negatiua dicitur quidem *factum*, ſed cum addito *morale*, *imputatione*, *interpretatione*. §. 24. *n*. 14.

Adulterium probari non poteſt cum certitudine metaphyſica, etiam per concubitum nudi cum nuda, licèt vir mulierem proſtratam præmat, §. 29 *num*. 207. moraliter tamen probatur, & quidem plenè, & in ordine ad ſententiam diuortij, ad dotis amiſſionem, ad impediendum matrimonium, & ad pœnam. *ibidem*, *n* 208. & 209.

Adulterij, & ſodomiæ probatio non cadit ſupra hos turpes actus, ſed ſupra coniecturas de illis. §. 32. *numero* 11.

Adulterium Bertæ, qui ſciens, aut fingens, reuelat marito cum intentione, vt maritus incautam occidat, gaudet immunitate, ſi ſequatur occiſio. §. 20. *n*. 32.

Aduocatus, qui clientem occidit, proditor eſt. §. 18. *n*. 9. intellige, vt *ibidem*, *num*. 12.

Æſtimatio prudentum eſt optima, & ſæpè ſola aſſignabilis in rebus moralibus regula, quamuis non ſemper poſſit allegari fundamentum iſtius æſtimationis. §. 11. *n*. 21.

Affidatio paſſiuè accepta ſignificat quid poſitiuum, & quos actus ponat in inuaſo. §. 6. *n*. 5.

Affidati nomine quid intelligatur in præſenti materia. §. 6. *n*. 2.

Affidare animalia quid ſit. §. 6. *n*. 2.

Aggreſſio provt fit cum habitudine ad modos, media, & circumſtantias, de quibus in deſcriptione inſidiarum, dicitur fieri *ex inſidiis*: provt verò terminatur in re ipſa ad impotentem ad ſe tuendum hîc, & nunc, dicitur fieri *proditoriè*. §. 5. *n*. 8.

Aialæ optima doctrina, ex qua deducitur regula ad aſſerendum aliquid eſſe de iure humano. §. 29. *n*. 22.

Amentem occidens eſt proditorius homicida, & immunitate caret. §. 22. *num*. 3.

Amentiam probare difficile eſt. §. 34. *num*. 2.

Amentia non præſumitur in dubio. *ibidem*.

Amens non eſt, qui azylum in Eccleſia poſt ſcelus ſcit quærere. §. 34. *n*. 4. & qui ritè componit ſcripturam teſtamenti. *ibid*.

Amicitia quid dicat de formali. §. 16. *num*. 40.

Amicitia præſumptiua quænam. §. 32. *n*. 14. reſoluitur in præſumptionem non inimicitiæ, & excludit præſumptionem animi deliberati. §. 32. *num*. 14. Reſoluitur in præſumptionem non inimicitiæ, & excludit præſumptionem animi deliberati. §. 32. *n*. 14.

Amicitia an probetur per teſtes ſingulares. §. 29. *n*. 292. & 300.

Amicitiæ qualitas cur non ſtet otioſè in ordine ad iacturam immunitatis ex homicidio proditorio ſub ſignis amicabilibus, attenta auctoris opinione quadam alibi firmata. §. 14. *n*. 36. & 37.

Amicitiæ ſub ſignis occidens, proditor eſt ſecundùm omnes. §. 14. *n*. 2.

Amicitiæ influxus in proditorium qualis ſit. §. 14. *num*. 3. *remiſſiuè ad* §. 16.

Ad amicitiam non eſſe alligatam rationem proditorij, demonſtratur. §. 16. *latiſſime per totum*.

Amicitia impertinenter ſe habet ad conceptum proditorij ſiue vt ſe tenet eadem ex parte occidentis, ſiue vt ex parte occidentis in quo fuit, & non eſt, cum non ſit aſſignabile, quo pacto amicitia ipſa in formalem proditorij rationem ingrediatur. §. 16. *n*. 42. Benè autem diſcurris, ſi dicas ſe habere cauſaliter ſolùm ad proditorium, quæ cauſalitas ſtat accidentaliter. *ibid*.

Ami

Amicitiæ oſtenſio per falſa verba, vel facta concurrit ſecundùm diuerſos reſpectus ad conſtituendum proditorium. §.32.*n.26*.

Amicitiæ inter qualitates vna eſt, vt perpetuò ſeruetur. §.14.*n.9*.

Amicus reconciliatus an æquipolleat inimico. §.13.*per totum*. pro parte affirmatiua, *num.* 1. 2. *&* 3. pro negatiua, *à num.4. ad finem totius paragraphi*.

Amicum reconciliatum, eſſe de præſenti verum amicum quæ ſuadeant. §.13.*n.*11.*&* 12.

Amicum ſi quis non ſalutauerit, inimicus habetur. §.14. *n.*30.

Amicus accurrens in oppreſſi amici auxilium, & oppreſſorem illicò periens homicida liber, ſed non ex propoſito. §.2.*n.*4.

Animalia affidare quid ſit. §.6.*num.*2.

Animalia diffidare quid ſit.§.6.*n.*2.

Animus occidendi, & animus deliberatus occidendi diſcrepant. §. 34. *num.* 55.

Animus deliberatus an eſſentialiter ſecum trahatur à proditione. §. 11.*per totum*.diſcurritur pro parte negatiua *à num.*3.*ad* 19.pro affirmatiua. *n.*20. *&* 21.

Antonius Gomez refundens labem proditionis in ſublationem naturalis defenſionis, tanquam in veram, & concludentem rationem, immeritò addit, eamdem labem ſolùm habere locum, quando inuicem erant amici, cum etiam habeat locum, quando quis occiditur ſine amicitia vlla per inſidias negatiuas. §. 16. *numer.* 14. debuitque extendere proditionem etiam ad caſum inſidiarum negatiuarum. *ibid.num.*15. *&* 16.

Appellare in cauſa immunitatis non poteſt actor contra ſententiam latam pro reo. § 29.*n.*149.

Appenſmaentum, & deliberatio ſunt idem. §. 3. *numero* 7.

Appenſamẽtum malè definitur ab aliquibus,vt ſit intentio,& malè à Bertazzolo in ordine ad proditorium. §.3. *n.*7.

Appenſamentum an interuenerit in homicidio, pendet à Iudicis arbitrio. §.33.*n.*24.

Appenſamenti præſumptio excluditur per amicitiam præſumptiuam. § 32. *num.*14.& per amicitiam formalem. *ibid.n.*16.*&* 17. & ex amicitia inducitur præſumptio rixæ,vel ſubiti caſus.*eod.n.*17 & 18. contra Gonzalum Suarez de Paz.*ibid.n.*35.

Appenſamenti præſumptio requiſita ad proditorium an probetur per teſtes ſingulares. §.29.*n.*299.

Appenſamenti probatio non poteſt cadere immediatè, niſi ſuprà ſolas coniecturas, & mediatè ſuprà appenſamentum ipſum. §.32.*n.*11.

Appenſamentum eſt aliquid facti, nec præſumitur,& probari debet: & eo non probato, homicidium præſumitur factum in rixa,ſeu caſu. §. 32. *n.*4.limita.*n.*5.non eſt probabile per teſtes, ſed ſolum per coniecturas verbi, vel facti.*ibid.n.*9.

Appenſamenti coniectura ex inſidiis negatiuis.§.32.*n.*8. exempla.*ibid.*ex propinatione veneni, aut dictione falſi, vnde affidatus ſit de aggreſſore aggreſſus.*ibid.num.*24.25.*&* 27.& ex verbis *non diligo Petrum* in abſentia Petri prolatis ab occiſore.*n.*28. quibus probatâ amicitiâ, habetur totum,id quod requiritur ad proditorium.*ibid.n.*29.

Appenſamentum probatur per coniecturas diſtinctas ab inſidiarum vſu, & quidem ex illatione multorũ vulnerũ.§.32.*n.*31.exemplum ex Giurba *n.*32.ex inimicitia.§.33.n.3. ex minis. §.33. *n.*13.ex loco, & grauitate vulneris.§.33.*n* 16.*&* 17.ex præceſſione verborum inſultantis, quæ malum animum, vel iniuriam præcedentem indicent.§.33.*numero* 25.

Appenſamentum non compatitur ſeſe cum rixa, niſi ſit affectata, ſicuti nec rixa cum appenſamento, quæ probata excludit omnes alias præſumptiones appenſamenti. §. 32. *n.*23.

Argumenta pro neceſſitate plenarum probationum in cauſa immunitatis circa delicta, & eorum ſolutiones. §.31.*per totum*.

Argumentum à ſuperfluitate leue eſt. §.8. *n.*38.

Argumentum licitè ſumitur à collocatione verborum. §.8. *n.*27.

Aſſaſſinium probari poſſe per probabilia tantùm argumenta non voluit ſpecialiter ſancire Papa *in cap.* 1. *de homicidio in ſexto*, ſed aliquid aliud. §. 29. *numero* 260. *&* 261. affertur doctrina Gambacurtæ ad hanc rem. *n.*262.

Aſſecurationis aliqua ſigna. §. 14. *numero* 29.

Auaritiæ filia proditio. §.17.*num.*5. potuiſſet etiam numerari inter filias iræ. *ibid. num.* 6.

B

BAlliſtarij, ſeu ſagittarij qui ſint. § 20.*n.*52.

Bannitus in quo ſenſu dicatur diffidari. §.7 *n.*15.*&* 16.

Banniti, vigore ſtatuti vtentis generalibus verbis, poſſunt impunè occidi, etiam proditoriè, & nominatim per venenum, & per aſſaſſinum pecunia corruptum, & per vſum armorum prohibitorum, ſine incurſione pœnæ delationis armorum. §.12.*n.*13. quæ lex ſeruari debet in foro conſcientiæ. *ibid. n.* 14. & qui ex zelo iuſtitiæ occidit bannitum, nec peccat, nec incurrit reſeruatum caſum, quamuis efficiatur infamis.*ibid. n.* 15.

Bannitos occidendi licentia expirat per capturam. §.12. *n.*16.

Bannitorum ſuſpendendorum venenatores affines ex affectu vitandæ ignominiæ, plectuntur pœna parricidij. §.12. *n.*16.

Banniti occiſor proditorius, ſecundùm aliquos non gaudet beneficio ſtatuti, & punitur in odium proditionis. §.12.*n.*17.

Bannitis non licet ſe defendere per vim contra miſſos à Principe ad eos necandos.§.28.*n.*30.

Bartolus, & alij definientes *prodere*, non poſſunt excuſari ab improprietate doctrinæ. §.16. *n.*34.

Bartoli opinionem circa proditorium eſſe de iure Cæſareo, non probatur vllo textu. §.16.*n.*35.

Bartoli, & Doctorum in deſcriptione proditorij obſcura locutio. §. 16. *num.*36.

Bartolus vel malè definiuit *prodere*, vel locutus eſt inconſequenter ad traditam à ſe definitionem. §. 16. *num.*56.

Bartolus immeritò ſit auctor ſententiæ alligantis proditorium ad colorem amicitiæ. §. 16.*à num.* 49.*ad* 56. *latiſſimè*.

Bartoli textus *in l. reſpiciendum*. §. *Delinquunt*, *ff. de pœn.* examinatur. §.16. *num.*49.

Bartoli mentem Doctores non perceperunt vel ob legendi celeritatem, vel ob non viſum in fonte Iuriſconſultum. §.16. *n.*55.

C

CAbala quid, & quotuplex. §.20.*à num.*83. *ad* 92.

Cabaliſtæ miracula Chriſti tribuerunt arti Cabaliſticæ. §. 20.*num.* 86. *&* 87.

Cæco tranſeunti pontem ſubtrahens tabulam, vnde ille corruens ſubmergatur, eſt homicida proditorius, fit irregularis, polluit Eccleſiam, ſi pons ſit in Eccleſia ad ædifican

ficandum,& amittit immunitatem. §.20.*n.*124.

Cain fuit auctor proditionis. §. 14. *num.*10.

Canonica diſpoſitio inductiua irregularitatis, eſt fauorabilis miniſterio ſacrificij, & ſacramentorum, ad quorum dignam tractationem inuecta eſt principaliter. §. 21. *numero* 21.

Caput 1.*extra de homicid.* nihil habet ſuperfluum. §.8. *n.*29.30. *& ſeqq. vſque ad* 38.

Caput 1. *extra de homicid.* accipiendum eſt de quibuſcunque inſidiis, nec reſtringendum ad ſolas negatiuas, aut poſitiuas. §.6.*n.*9.

Carceratus occidens ex inſidiis custodem, cui nec amicus, nec inimicus erat, eſt proditor. §. 17. *numero* 25.

Cauſa immunitatis eſt ciuilis. §. 8. *à num.*66.

Cauſa ſuſpenſionis ab officio confeſſarij fuit potius ciuilis, quàm criminalis. §.8.*n.*68.

Cauſæ ciuilitas, itemque criminalitas vnde ſumatur. §.8.*n.*67.

Cauſæ immunitatis cognitio non fit ad ſolam Ordinarij inſtructionem. §.29. *n.*127.

Cauſa tuæ necis vel phyſica, vel moralis, vel phyſico-moralis, ſeu mixta. §. 19. *à numero* 15. *ad vigeſimum*, de phyſica *eodem numero decimo quinto*, de morali, *numero* 16. de phyſico-morali. *numer.*17.18.19. *&* 20.

Cautio data iuſſu Iudicis potentis iuridicè punire defectorem, magis aſſecurat, quàm data cuilibet alteri. §.12.*n.*5.

Cautio ſecuritatis non exigitur à non ſolito exequi minas. §. 33. *numero* 66.

Cautionum iudiciariarum quid ſit proprium. §. 12. *numero* 35.

Cenſuta canonis. *ſi quis ſuadente*, exigit extenſionem latam. §. 21. *numero* 22.

Certitudini morali, quæ ſufficit in iudiciis humanis, non obſtat fallibilitas præſumptionum. §. 33. *numero* 35.

Certitudo moralis quænam ſit §. 29. *n.*220. quænam metaphyſica *n.* 229. moralis certitudinis tres gradus. *ibidem, n.*231.

Chirurgus per prægnanti adhibitam phlebotomiam procurans efficaciter abortum fœtus certò animati, an gaudeat immunitate. §. 21. *numero* 30.

Circumſtantiæ aggrauantes intra eamdem ſpeciem non ſunt neceſſariò confitendæ. §.28.*n* 8.

Citatio partium in cauſa delictorum exceptorum in ordine ad immunitatem an requiratur. §.29. *à n.* 104. *ad* 106.

Ciuilitas cauſæ, itemque criminalitas vnde ſumatur. §.8.*n.*67.

Ciuis, qui magiſtratum occidit, proditor eſt. §. 18, *num.* 5. intellige, *vt ibid.n.*12.

Clericum turpiter inuentum cum filia, aut vxore, & impotentem ad ſui tutelam occidens, quamuis mortaliter peccaret, non incurreret reſeruationem homicidij, nec excommunicationem, nec iacturam immunitatis, nec titulum proditorij, §.11.*n.*25.

Coactus qui agit, ipſe tamen agit, cum voluntariè agat, & ab intrinſeco: vnde niſi aliunde conceſſa fuerit facultas agendi id, ad quod cogitur, illegitimè agit. §. 19. *numero* 37.

Comedere cum aliquo eſt ſignum reconciliationis cum illo, & remiſſæ iniuriæ. §.14.*n.*17.

Conditionem nihil ponere in eſſe, quid ſignificet.§.34.*n.*64.

Confeſſio extraiudicialis, ſi ſit iurata, facit plenam probationem. §.29.

§. 29. *num.* 191. & concurrentibus aliquibus coniecturis, ſufficit ad condemnandum pro delicto. *ibidem.*

Confeſſio non debet acceptari cum ſuis qualitatibus, & poteſt ſcindi, ſi inuoluat manifeſtum mendacium. §. 33. *num.* 30. & quando contra confitentem eſt præſumptio doli. *numer.* 31. Viuij doctrina contra nolentes ſciſſionem confeſſionis. *num.* 33.

Confirmatio legum quid ſit, & quem effectum habeat. §. 9. *numer.* 72. *&* 73.

Confirmatio ſententiarum facta à Principe operatur, vt ſint maioris auctoritatis. §. 9. *n.* 73.

Connexum ſibi, & in hac connexitate ſecurum qui interimit, proditor eſt, §. 18. *per totum.*

Connexorum homicidium non eſt proditorium, ſi fiat in rixa. §. 18. *num.* 12.

Connexitatis titulus tollit præſumptionem, appenſamenti & facit in coniunctis præſumptionem caſus. §. 32. *num.* 37. vnde addi illi debet probatio vel non rixæ, vel non alterius ſubiti caſus, vel alias appenſamenti. *ibid.*

Conſanguineus accurrens in oppreſſi conſanguinei auxilium, & oppreſſorem illicò perimens, eſt homicida liber, ſed non ex propoſito. §. 2. *num.* 4.

Conſcientia, & iudicium ſunt idem. §. 29. *n.* 92.

Conſcientiæ aliquid quotieſcumque committitur, non requiritur probatio iudicialis. §. 29 *n.* 95. nec teſtes iurantes. *n.* 96.

Conſcientiæ ſoli Epiſcopi ſi remittatur cauſa delictorum exceptorum, inferuntur neceſſariò neceſſitate conſequentiæ aliqua intolerabilia. §. 29 *à n.* 93. *ad* 111.

Conſilium de mediis, & iudicium de medio eligendo, ſunt tertius, & quartus actus ex pertinentibus ad ordinem intentionis. §. 3. *n.* 10.

Conſtito, & *conſtiterit* non ſemper importat neceſſitatem probationis plenæ, & ſe compatitur cum præſumptiua. §. 29. *n.* 72.

Conſtitutio Gregoriana non habet vllum verbum, ex quo colligatur, quòd ipſa velit alligare proditorium ad aliquid diſtinctum ab eo, quod ſignificat textus iuris communis. *§.* 19. *numer.* 26. vbi impugnatur Dianæ dictum, ſicut & *numero* 27.

Cõſtitutio quando loquitur in materia iuris communis, & aliquos caſus excipit etiam per taxatiuam, nòn firmat regulam in non exceptis ibi caſibus, qui tamen excepti ſunt alio iure antiquo, ſed nihilominus manent, atque intelliguntur excepti ipſi omnes alij caſus, qui alio iure excepti erant antea, & ſuppletur ius illud nouum iure antiquo. *§.* 8. *numero* 114.

Cõſuetudo admittendi ad immunitatem homicidas ſine inſidiis induſtrioſos, fundata in opinione Iudicum tenentium id eſſe de iure, non reddit improbabilem oppoſitam ſententiam, neque illicitum eius vſum. §. 8. *à numero* 42. *vſque ad* 98.

Inter conſuetudinem iuris, & facti, quæ diſtinctio. *§.* 8. *num.* 43. & ad transferendam conſuetudinem facti in rationem legis, quid requiratur. *ibid.*

Conſuetudo recitandi matutinum ante Miſſam, dandi pauperibus rem inuentam Domini latentis, & reſpondendi cum periculo vitæ Iudici interroganti, fundata in opinionibus ad tria prædicta obligantibus, non reddit improbabiles contrarias opiniones, repertas probabiles à modernis. *§.* 8. *num.* 44. licèt

illæ opiniones eſſent communes. *ibid.num.*45.cuius dicti optimam rationem habes apud Caramuelem. *ibidem.*

Copia indiciotum debet dari reo.§.29. *n.* 110. non tamen nomina teſtium in cauſa hæreſis, ſiue agatur in tribunali ſancti Officij, ſiue in tribuli Epiſcopi in ordine ad immunitatem. *ibid.*

Correctum non manet, *cap.* 1. *extra. de homic.*per Gregorij XIV. Bullam §.8. *à n.*103. *ad* 126.

Correctum eſt aliquid de iure communi per Gregorianam XIV. §.8. *n.*110. quod ius alioqui fuit confirmatum, & auctum ab eodem Pontifice.*ibid.n.*109.

De non correctione, *cap.* 1. *de homicid.* ſumitur argumentum ex hoc, quòd poſt Gregorianam ſcripſerunt quidam, homicidam citra inſidias appenſatum excludi ab immunitate. §.8. *num.*124.

Correctione *cap.*1. *de homic.* etiam data, adhuc homicidium per inſidias immunitate priuaretur. §.9. *numer.*64. *&* 65.

Correctionem *cap.*1.*de homicid.* aſſerentes ex zelo immunitatis, mirum eſt nihil curare indemnitatem iuris communis habentem tantum, ſi non plus, momenti pro Eccleſiæ bono, quantum habet ampliatio immunitatis Eccleſiarum. §. 8. *numero* 123.

Pro correctionis opinione rationes ſoluuntur.§.8.*n.*119.120.*&* 121.

Correctio vnius Pontificiæ decretalis per Pontificiam Conſtitutionem videri debet dura, ſicut dura videtur Celſo Bargalio correctio vnius legis Codicis per aliam legem Codicis. § 8.*n.*123.

Correctionis in articulo recurrendū eſt ad mentem Legiſlatoris excipientis,& quid ſit concludendum circa eamdem mentem.§ 8.*n.*116.

Correctio iuris eſt vitanda,etiam cum receſſu à proprietate verborum,nec inuehenda, niſi neceſſitas cogat, nec intelligitur inuecta per repetitiones, ſubauditiones, aut tacitos intellectus, nec per argumentum à contrario ſenſu, nec per dictionem taxatiuam, nec per clauſulam *non obſtante alia lege*, nec per maioritatem rationis, aut identitatem § 8. *num.* 106. ſed ſolùm per expreſſam mentem diſponentis, & quidem in noua lege correctoria.*ibid.num.*107. adeò vt non detur ipſa correctio, niſi appareat expreſſè per legem ſcriptam.*ibid.n.*108.

Pro correctione reiicienda afferrut regula.§.8.*n* 127.128.*&* 129.

Criminalitas cauſæ, itemque ciuilitas vnde deſumatur. §.8. *n.*67.

Cultro ad incidendum panem deſtinato ne fraudulenter vtatur homicida, caueri debet à Iudicibus. §. 34. *num.*55.

Cultro breui vſus ad occidendum, penſatis inſidiis,priuatus eſt immunitate. §.34.*n.*57.

Curator, qui minorem occidit, proditor eſt. §.18.*num.* 9. intellige, *vt ibid. num.*12.

D

Dæmones cur maximè gaudeant non baptizatorum nece, & cur Deus eam permittat, ſicut & baptizatorum infantium. §. 20. *num.* 42. *&* 43.

Dæmon virtutis omnium rerum conſcius, vel fabricat ipſe venena, & mixturas, vel ad faciendum inſtruit ſortiarios. §. 20. *num.* 48. aduenit ad coniurationes, exeritque poteſtatem operandi ad extra, quæ per peccatum imminuta non fuit *ibid. numer.* 51. inuitatur ad maleficium per minas ſolas in aliquem, per increpationes, immò & per laudes. *ibid.*

ibid. num. 54. attendit aptitudines corporum ad effectus intentos. §. 20. *num.* 55. eſt ipſemet proditoriæ necis executor, & agit ex retenta libertate arbitrij, non ex neceſſitate naturæ, & creditur ab aliquibus exercere poſſe aliquem bonum actum moraliter, & dictus eſt à Chriſto *homicida ab initio*, & vocatur *proditor gentium* ab Eccleſia. *ibid. num.* 56. excogitauit doctrinam, vt artem magiæ ſuperſtitioſam, ſuadeat eſſe licitam. *ibidem, num.* 68. eius poteſtas naturalis à Deo impeditur in multis. *ibidem, num.* 73. eo tamen ſæpè vtitur Deus ad infligendas pœnas, in hac vita, immò & mortem hominibus. *ibidem, num.* 74. & permittit, vt immediatè eoſdem homines necet ad imprecationes ſagarum. *ibidem, num.* 75. qui immediatus influxus in necem humanam veroſimilitet colligitur à Doctoribus per depoſitiones earumdem ſagarum. *ibidem, num.* 76. contra aſſerta per Paulum Grillandum. *ibid. num.* 77. quæ impugnantur. *ibid. n.* 80. 81. & 82.

Decij Fauillæ falſum dictum. §. 10. *num.* 17. & ſimile aliorum duorum. *ibid. n.* 18.

Decipularum vſus quòd conferat ad homicidium proditorium. §. 20. *num.* 119. & 120. & quando ſit locus, vel non, immunitati quo ad vtentem iiſdem. *ibid. num.* 121. 122. & 126. & quid de cooperante per eum vſum. *ibid. n.* 123.

Declarationem ſanctæ Congregationis requirentem, quod plenè Epiſcopo conſtet de excepto delicto, allegatam à Sperello, optat auctor eſſe veram, & præſentari authentico modo. §. 29. *num.* 36. quo modo ſint authenticæ tales declarationes. *ibidem. num.* 37. & 38. cenſura Sperelli contra non acquieſcentes declarationibus Pontificiis. *ibid. n.* 39. cenſura huius cenſuræ. *num.* 40. aliud dictum, acre eiuſdem Doctoris. *ibid. num.* 41. deficere non creditur circa veritatem aſſertæ per ipſum declarationis, ac deficit circa legalitatem. *ibidem, num.* 43. putat auctor licere ſibi proloqui in hanc rem, donec Romani oraculi lux opiniones intercipiat. *ibid.*

Declaratio legis licèt inſit in manifeſtis, & ſic ex ſe ſine alia promulgatione obliget, ſecus tamen eſt in dubiis. §. 19. *n.* 42.

Deducens alium inſidioſè, vt ab alio improuiſus occidatur, gaudet immunitate, ſecuta oceiſione. §. 20. *num.* 27.

Defendere ſe quid ſit. §. 4. *n.* 2.

Defenſio eſt actus virtutis vindicationis. §. 4. *n.* 2.

Ad defendendum ſe impotentia, in quibus fundetur. §. 4. *à num.* 3. *vſque ad finem.*

Defendendi ſe ius competit homini. §. 28. *num.* 22. definitur hoc ius. *ibid. num.* 23. conſequentiæ ex illo. *ibid. num.* 23. 24. & 25. eſt ius neceſſitatis. *ibidem, num.* 28. diſtinguitur à iure fruendi vita. *ibidem. num.* 29. & diſtinguitur formaliter *ibidem. num.* 32. & *ſequentibus*. vnde ſpecificentur hæc iura. *ibidem. num.* 33. 34. 35. & 36.

Defendere ſe potuit: ergo ceſſat proditio: eſt bona conſequentia. §. 9. *num.* 15.

Defenſio nemini neganda, quippe omni iure permiſſa, & per nullum Principem tolli poteſt. §. 1. *num.* 5. 6. & 7.

Defenſor Fulani quid reſponderit ad motiua. §. 34. *per totum*. & quid illi fuerit reſponſum. *ibid.*

Deliberatio quid ſit, & cur dicatur *quoddam interuallum*. §. 3. *num.* 1. & an ad illam, & in ordine ad quid requiratur interuallum. *ibidem, num.* 5. & 6.

Deliberatio eſt actus intellectus, &
di

dicitur appenſamentum, & eſt propriè cognitio finis, & primus ex quinque actibus pertinentibus ad ordinem intentionis. §.3.*n*.7.

Deliberatio procedit tempore animi pacati. §.3.*n*.1.

Delictum non præſumitur: & in concurſu contrariarum præſumptionum, amplectenda eſt illa, quæ delictum excludit: & impropriãda ſunt verba, vt euitetur delictum: & præſertim contra mortuos, qui audiri non poſſunt. §.10.*n*.58. & potiſſimùm non præſumitur delictum intimiditatis. *ibid. n*.59.

Deputatus ab Epiſcopo, eſt eius generalis Vicarius. §.29.*num*.45.

Deſperatio de nemine præſumitur. §.10.*n*.64.

Deus inter confugam ad Eccleſiam, & Iudicem laicum, à quo fugit, ſe quaſi interponit: vnde qui ad Eccleſias confugiunt, quaſi ſacroſancti effecti, nec extrahi, nec capi, nec ligari, nec plecti poſſunt. §.21. *num*.48.

Dictio *præſertim* exprimit caſum minus dubitabilem, & implicat magis dubitabilem, denotatque idem iuris eſſe in caſu contrario. §. 18. *num*.15.

Dictio *dummodò* regulariter importat modum. §.34.*n*.62.

Diffidatio quid ſignificet. §.7.*num*.1.2. & 3.

Diffidatio vno verbo eſt denuntiatio, vt alter præuideat vim, & damnum ſibi inferendum, & de indiffidenti, aut confidenti fiat diffidens. §.7. *num*.4.

Diffidationis effectus quinam ſit. §. 7. *num*.5.

Diffidatio cadit ſolùm in hominem rationis compotem. §.7. *n*.6.

Diffidatio poteſt etiam dici *diffida*, id eſt ſeparatio à communi fide hominum. §.7. *n*.7.

Diffidatio fit vel voce, vel geſtu, vel alio modo apto ad monendum alium de animo infeſto diffidantis. §.7.*n*.8.

Diffidatio, vt excludat inſidias, debet fieri in actu aggreſſionis ita opportunè, vt aggreſſo relinquatur locus ad ſe tuendum. §. 7. *n*.10. nec ſufficit diffidare ſemel per incœptionem inimicitiæ exterius intimatæ. *ibidem*.

Diffidare ad bellum eſt licentiare ad offendendum, & diffidatio, ſeu admonitio nihil aliud eſt, quàm indicere bellum §.7. *n*.12.

Diffidatio, & præmonitio in definitione proditorij parificantur. §.7. *n*.13. at in rigore præmonitio eſt cauſa inſtrumentaria diffidationis. *ibidem, num*.14.

Diffidari in quo ſenſu dicatur bannitus. §.7. *n*.15. & 16.

Non diffidatio paſſiuè accepta ſignificat quòd negatiuum, & tollit ex parte inuaſi, omnem actum intellectus, & voluntatis. §.6.*n*.5.

Diffidatio non aufert labem proditoriam ab aggreſſione, ſi diffidatus non ſit habilis ad ſe defendendum. §.10.*n*.100.

Diffidare animalia quid ſit. §. 6. *numero* 2.

Dilationes an concedendæ reo in cauſa immunitatis. §. 29. *numero* 111. & 112.

Dilectionis noſtræ conſeruationis graue præceptum. §.10.*numero* 56. non obligat pro ſemper. *ibidem*. eius tranſgreſſio eſt virtualis occiſio ſui. *ibid*.

Diſcipulus, qui magiſtrum occidit, proditor eſt. §.18.*num*.5. intellige, vt *ibid.n*.12.

Diſpoſitio bis directa in idem obiectum ſub diuerſis reſpectibus conſideratum, & ad maiorem energiam, non eſt ſuperflua. §. 8. *numero* 37.

Diſſimulamus, quod eſt: ſimulamus

quod non eſt. §. 17. *numero* 10.

Dominij Dei in vitam hominis non habetur ratio, quando occiſio hominis dicitur iniuſta, ſed ſolius iuris hominis occiſi. §. 28. *n*. 41.

Dominus, qui ſeruum occidit, proditor eſt. §. 18. *num*. 6. intellige, vt *ibid. n*. 12.

Domus ſua cuique eſt tutiſſimum refugium. §. 10. *n*. 31.

Dormientem occidens proditorius homicida eſt, & immunitate caret. §. 22. *num*. 6.

Dubium dubietate poſitiua quodnam ſit. §. 29. *n*. 137. ſuſtineri poteſt contrarium dictis in hoc numero. *ibid. à n*. 150. *ad* 159.

In dubio, an fœtus animatus fuerit poſſeſſio ſtat pro embrione, & fœtus præſumitur inanimatus, nec polluitur Eccleſia, in qua abortus fiat, nec amittitur immunitas, vbicumque abortus idem accidat §. 21. *numero* 16.

In dubio circa ſextum, fœtus cenſetur fœmineus. §. 21. *numer*. 18. aliqui in hoc dubio præſumunt marem in ordine ad irregularitatem. *ibid. n*. 19. quæ doctrina poteſt impugnari. *ibid. num*. 20. & poteſt ſuſtineri. *ibid. n*. 21. *ad* 24.

Duelli cenſuram vt incurras, neceſſe eſt, vt non in rixa, ſed præmeditatè inuites ad pugnam. §. 2. *n*. 10. & §. 8. *n*. 98.

Ad duellum inuitantes poſt vnum diem, aut etiam vnam noctem à concepta ira, habentur pro excommunicatis ſecundùm praxim. §. 2. *n*. 10.

Duelli ſecundùm leges, arma ſiue frangantur, ſiue cadant, alia non exhibentur, & cadentes non eriguntur. §. 9. *n*. 47.

In duello occidens ita prouocatum, vti locus ſit excommunicationi latæ per Clementem VIII. caret immunitate. §. 8. *n*. 98. at ſi duo ex ira incontinenti ad pugnam in determinato loco ſe inuitent, & vnus occidatur, ſuperſtes nec incurrit cenſuram, nec amittit immunitatem. §. 8. *n*. 99.

In duello occidentes excludit ab immunitate Marius Italia ex illegitima ratione. §. 8. *n*. 100.

Si duellum fiat datâ operâ ex vna parte, & non ex altera, eſſe proditionem, aſſerit perperàm Peregrinus, §. 8. *num*. 101.

E

Ebrietatem probare difficile eſt. §. 34. *n*. 2.

Ebrium occidens eſt proditorius homicida, & immunitate caret. §. 22. *num*. 5.

Eccleſiæ finis in inducenda immunitate Eccleſiarum. §. 21. *num*. 46. 47. & 48.

Eccleſia quantum per ampliationem immunitatis ædificaretur, tantumdem, ſi non magis, per iuris communis prætenſam, & non probatam correctionem deſtrueretur. §. 8. *n*. 123.

Eccleſia de occiſo per ſubitas inſidias, non præſumit actuale peccatum intimiditatis, ac proinde nec formalem potentiam, ac formale debitum præcauendi ab inimico, atque adeò neque imputabilitatem impræcautionis. §. 10. *n*. 72.

Eccleſiæ, & reo an competat reſtitutio ad immunitatem, ſi reus traditus Curiæ ſeculari ab Epiſcopo ex probationibus in caſu occulto habitis pro legitimis, eò redactus ſit apud Iudicem ſecularem, vt poſſit ſolùm puniri extraordinariè, ob defectum plenæ probationis. §. 30. *à num*. 18. *ad* 26. pro affirmatiua *num*. 22. & 23. pro negatiua *num*. 24. & 25. neutralitas auctoris. *n*. 26.

Eccleſia, & reus, dum ambigitur, an

Digitized by Google

commiſſum ſit delictū exceptum, non habent interim ſtabile, & certum ius ad tutamen contra Iudicem laicum reſpectu huius delicti, ſed dependent à ſententia ferenda per Epiſcopum. §. 31. *n.* 3. *&* 8.

Eccleſiæ, & reo fieret iniuria per Epiſcopum, ſi illum excluderet Epiſcopus ab immunitate, licèt per defectum probationum ſuaderetur ſibi, exceptum delictum non fuiſſe commiſſum. §. 31. *num.* 5. ſecùs verò ſi excludat ex probationibus putatis legitimis in caſu occulto. *ibidem, num.* 4.

Eccleſiæ libertas à pollutione eſt maximè fauorabilis, ac proinde exigit præſumptiones excluſiuas pollutionis. §. 21. *n.* 24.

Eccleſia non polluitur, ſi abortus in ea procuretur, & dubium ſit de animatione fœtus. §. 21. *n.* 16.

Eccleſia non polluitur per ſepulturam pueri exiſtentis in vtero matris ante puerperium defunctæ. §. 21. *num.* 4.

Eccleſia polluitur tantummodò per actum ipſum proximè ſepeliendi propriis manibus excommunicatum, vel infidelem. §. 20. *numero* 118.

Eccleſiam non polluit, qui mortaliter complacet de pollutione habita ſine concurſu voluntatis intra Eccleſiam. §. 20. *n.* 40.

Electio includitur in inſidiis, & quid illa ſit, & quod obiectum habeat. §. 5. *n.* 6.

Electio medij eſt vltimus actus ex quinque pertinentibus ad ordinem intentionis. §. 3. *n.* 10.

Epicheiæ non eſt locus in caſu dubij, ſed recurrendum ad Superiorem, & non permittente periculo recurſum, ſeruanda eſt lex, nec per ſubditum interpretanda. §. 30. *numero* 11.

Epiſcopus, etiam ſolum electus, & cōnfirmatus, eſt Iudex immunitatis. §. 29. *n.* 45.

Epiſcopus qualiter cognoſcere debeat de commiſſione delicti excepti, in ordine ad immunitatem. Sententia prima. §. 29. *à numer.* 44. *ad* 46. eius cenſura. *ibid. à num.* 47. *ad* 76. Sententia ſecunda. *ibid. à num* 80. *ad* 82. eius cenſura. *ibid. à num.* 83. *ad* 169. Sententia tertia. *ibidem, num.* 170. eius cenſura. *ibid. à num.* 171. *ad* 236. Sententia quarta. *ibidem à numer.* 237. *ad* 240. eius cenſura. *ibid. à num.* 241. *ad* 308.

Epiſcopi iudicium circa aliqua ex delictis exceptis naturaliter arcana na poſſe in ſui latione pendere practicè à plenis probationibus, eſt caſus rarus, & ferè metaphyſicus, ac præter communem ſpem. §. 29. *numero* 60.

Epiſcopi iudicium eſt actio humana, ac proinde eſt dirigibile per legem habentem pro ſuo obiecto actiones humanas, quas dirigit ex ſuo officio. *§.* 29 *n.* 61.

Epiſcopus an poſſit in cauſa immunitatis, aut debeat ſequi proceſſum laicalem. §. 29. *à numero* 98. *ad* 103.

Epiſcopus in caſu dubij circa commiſſionem delicti, & qualitatem exceptiuam quid agere debeat. §. 29. *à num.* 131. *ad* 135. quid, ſi certum ſit fuiſſe commiſſum delictum exceptum ab vno ex duobus, ſed dubitetur, vter commiſerit *ibid.* quid, ſi motiua militantia ex parte facti pro affirmatiua, & negatiua criminis excepti, ſint æqualis probabilitatis? *ibidem à numero* 136. *ad numerum* 148. & rurſum *à numer.* 159. *ad* 166.

Epiſcopus in ſententiarum conflictu circa modum cognoſcendi in cauſa delictorum exceptorum qualiter ſe gerere poſſit. §. 30. *per totum.*

Digitized by Google

Epiſcopus quid agere debeat in caſu motiuorum vtrinque probabilium, ſed inæqualiter ad iudicandum pro affirmatiua,& negatiua delicti excepti. §.29.*n.*167.168.*&* 169.

Executori per liberam actionem ſoli conuenit denominatio *proditorij* plena. §.20.*n.*25.

Exceptio ſi illimitatè firmaret regulam in non exceptis præſenti iure, quamuis eſſent excepti alio iure anteriori, ſequerentur abſurda. §. 8. *n.* 115.

Excommunicationem incurrit,qui inſequitur Clericum adeò acriter, vt ille quaſi coactus, in aquam ſe coniiciat, vt euadat. §.21.*numer.*41. cur non amittat immunitatem, qui adigit mulierem prægnantem ad fugiendum, vt abortiatur. *ibidem, num.*42.

Excommunicatuſnè ſit, qui poſt iactam ſagittam in clericum, doluit ſubitò ante læſum clericum. §. 23. *num.* 70. & qui venenum dedit clerico, & doluit ante venenati interitum. *num.*71. & qui mandatum dedit de occidendo clerico,& reuocauit, ſed non tempeſtiuè, vel doluit. *num.*72.& qui ſcripſit ad excommunicatum non toleratum, ſed ante peruentum literarum reſipuit. *n.*73. & quid de pœnitente inobedientiæ, & obediente, vel parato obedire,ſi non poſſit,poſt cognitam monitionem præmiſſam à Iudice latore ſententiæ contra abſentem, aut præſentem.*n.*75.

Excommunicatus fit,& irregularis,qui clericum vnum percutere intendens,percuſſit alium clericum ſimilem. §.23. *num.*44.45.*&* 46. ſententia contraria. *ibid.num.*47.impugnatur. *ibidem, num.* 48. eadem propugnatur ab aliis doctiſſimis. *ibidem, num.*49. quibus auctor non poteſt acquieſcere.*ibidem,num.*50. ſicut nec aliis docentibus non incurrere caſum reſeruatum, ſi quis occidat in Eccleſia Sempronium, credens eſſe Titium. *ibid. n.*51. quo ſenſu horum doctrina poſſit verificari. *ibid. num.*52.

Expectatio in loco denominatur *inſidiæ* ab inibi inſidendo. §. 5. *numero* 11.

F

Fabricatores imaginum, qui ſint. *§.*20. *num.*53.

Facere non dicuntur in iure, niſi ij, qui faciunt, id eſt exercent actionem illam, de qua iura loquuntur, cæteri verò, conſulentes fauentes,&c. moraliter, & interpretatiuè tantùm facere dicuntur. *§.*20.*n.*24.

Falconij,exceſſiua quædam cenſura, & obiecti iſtius cenſuræ inueriſimilitudo.§.8.*n.*24.

Fama eſt bonum, quod homo etiam poſt vitam cenſetur poſſidere. §.34. *num.*12.

Faſcinatio an ſit naturalis. §. 20. *numero* 55.

Fauor iuris immunitatis eſt in ordine ſuperiori, comparatus ad fauorem iuris ad punienda delicta. §.29.*n.*162.

In fide ſuſceptum occidens, proditor eſt. §.16. *num.*7. intellige, vt *ibidem, num.*12.

Fidei debitæ ergaRempublicam violationes includunt ſpecialem deformitatem contra iuſtitiam legalem, & contra pietatem.§.9.*n.*33.

Fidei omiſſio circa articulos explicitè ſciendos ab omnibus, non eſt imputabilis quibuſdam ruſticis Chriſtianis. §.10.*n.*61.

Fidelitatis quid proprium ſit. §. 28. *num.*48. ex ea ſola vt plurimum ſe obligant homines in promiſſionibus. *ibidem, num.*49.

Filius, qui patrem, aut matrem occidit,proditor eſt.§.18.*num.*2.ſed iuxtà ea,quæ habentur in eodem.§.*n.*12.

&

& non gaudet immunitate. *ibidem, num.* 3.

Filiationis, aut alterius connexitatis ex ſola qualitate non incurritur nota *proditorij*, nec amittitur immunitas, ſi probetur facta fuiſſe diffidatio in ipſa aggreſſione, vel interceſſiſſe rixam inter filium, & patrem, ſicut & inter alios connexos. §. 18. *num.* 14.

Formido intellectualis quid ſit. §. 29. *num.* 153.

Formido eſt propria paſſio opinionis, & de intrinſeca ratione probabilitatis. §. 7. *n.* 96.

Franciſcus de Lugo non ſequendus in doctrina de electione opinionis in materia immunitatis. §. 8. *numero* 74. & 75.

Frater, qui fratrem occidit, proditor eſt. §. 18. *num.* 4. intellige, vt *ibidem, num.* 12.

Frater admittitur ad defenſam fratris, quando eius dictum nocet ſoli fiſco. §. 34. *n.* 12.

Furtum, & rapina cur ſpecie differant. §. 28. *n.* 37. & 38.

G

GAmbacurtæ refertur quædam doctrina, & impugnatur. §. 30. *n.* 8. & *ſeqq.*

Geminatio verbi in lege non eſt ſuperflua. §. 8. *n.* 38.

Germonius ſupponit id, quod probare deberet, circa originem immunitatis Eccleſiarum. §. 29. *n.* 15.

Gregorij XIV. Bulla ſuper immunitate Eccleſiarum non poteſt dici non eſſe nouum ius, ſed tantùm iuris diuini, & antiquorum canonum declaratiua. §. 8. *n.* 110. neque eadem eſt inter terminos contradictorios. *ibid. num.* 111.

Gregorius XIV. omnes alias interpretationes *capituli* 1. *de homicid.* ſuſtulit, & expreſſit homicidium proditorium, de quo dubitabatur. §. 9. *num.* 79.

Gregorianæ verba illa *iudicio ſuo* non declarantur per alia ſubſequentia *cognito prius.* §. 29. *n.* 68. 69. & 70. ſed è contrario. *ibid. n.* 74. & 75.

Gregorium XIV. voluiſſe excludere proditorium, & alia crimina non notoria ab immunitate, in odium deformitatis eorum, & voluiſſe eam excluſionem pendere à plenis probationibus, quas videbat eſſe moraliter impoſſibiles, non videtur veriſimile. §. 29. *n.* 56. & 57.

Gregorianæ textus, qui ſupponitur remittere *iudicio*, & *viſioni* Epiſcopi cauſam exceptorum delictorum, non habet certitudinem, & eſt multipliciter interpretabilis. §. 29. *à numero* 85. *ad* 90. & inuoluit dubitationem, quæ Sedis Apoſtolicæ declarationem expoſcat. *ibidem, num.* 89.

Gregoriana diſpoſitio non poteſt dici fruſtranea, ſed eſt vtiliſſima. §. 9. *à n.* 71. *ad* 79.

Gutturis vulnus eſt lethale. §. 33. *numero* 17.

H

HÆres eſſe non poteſt infans, donec in lucem prodierit. §. 21. *n.* 5.

Homicida ſui debet ſepeliri extra locum ſacrum, ſi conſtet de non furore, ſicuti conſtare poteſt ex circumſtantiis qualificantibus caſum: immò in dubio practicatur præſumptio, quòd ſui occiſor, id tædio vitæ fecerit, omiſſa præſumptione furoris, aut alterius paſſionis auferentis vim deliberatiuam. §. 10. *n.* 76.

Homicidium ſimplex, & appenſatum non differunt ſpecie, & tamen puniuntur diuerſimodè. §. 28. *n.* 14.

Homicidium quatenus præcisè liberum, & non præmeditatum, non poteſt dici proditorium, aut aliter qua-

liſicatum,ſed ſimplex,& purum.§ 2. *num.*14.

Homicidium ſimplex non caret immunitate. §.2.*n.*15.niſi fiat in Eccleſia.*ibid. num.*16.

Homicidium vnde dicatur fieri deliberatè,præmeditatè, appenſatè, appoſtatè.§.3.*num.*7.

Homicidium vnde dicatur fieri ex propoſito.§.3.*n.*8.

Homicidium factum ex propoſito, & factum deliberatè accipiuntur indifferenter apud Doctores, & cur. §.3.*n.*9.

Homicidium per ſolam induſtriam citrà inſidias patratum diſtinguitur à proditorio. §.8.*n.*3. & immunitate donatur à multis.*ibid.n.*4.

Homicidium ex mero propoſito, ſeu induſtria ſine inſidiis excluditur ab immunitate ex ſententia plurimorum. §.8.*n.6.* & ex conſuetudine varia. *ibid.à num.*7.*ad* 12.

Homicidium *ex propoſito vſquequaque* quando dicatur. §.23.*n.*3.& quando denominetur quidem voluntarium directè, non tamen factum ex propoſito. *ibid.*

Homicidium,quod ſequitur ex vulneribus directè volitis, ſed cum propoſito non occidendi,etiamſi mors ſequatur, non eſt directè volitum in conſcientia: at tale præſumitur in foro externo. ∬.23. *numer.*10.11. *&* 12.

Homicidium vt ſic, opponitur iuri ad fruendum vita: quatenus verò proditorium, opponitur iuri ad tuendam vitam, quæ iura ſunt formaliter diuerſa, ac proindè conſtituunt duas formaliter diuerſas iniurias. ∬.28. *à n.*40. *ad* 45.

Homicidium proditorium gaudere immunitate, olim docuerunt plures: ſed meritò contrarium ſcripſerunt plurimi ante Bullam Gregorij XIV. & omnes poſt eam. ∬.1. *num.* 1.

Homicida inſidioſus, & induſtrioſus, atque appẽſatus, ſolus eſt proditor: inſidioſus verò, & non induſtrioſus, neque appenſatus, non eſt proditor, & hic gaudet immunitate. ∬.11.*n.*22.23.*&* 24.

In homicidio per inſidias negatiuas commiſſo includitur vera ratio *proditorij*, quæ tamen non eſt formaliter ipſa ratio *inſidioſi.* ∬.9. *numero* 4.

Homicidium per inſidias,cum ſit proditorium, immunitate priuatur.§.9. *num.* 62. *&* 63.

Homicidium connexorum non eſt proditorium, ſi fiat in rixa. ∬.18. *num.*12.

Homicidium, vt ſit reſeruatum, debet fieri per commiſſionem, non per omiſſionem. §.24.*n.*18.

Homo ſecundùm ſubſtantiæ gradum ſibi competentem, inclinat in ſui conſeruationem, & infert licere ſibi cum vi appellere, & alia multa.§.28. *n.*26.*&* 27.

I

Iahel fuit proditrix, occidendo Siſaram contra datam fidem. §. 12. *num.*9.

Imaginis Dei ratio quomodo competat homini.§.20.*n.*70.*&* 71.

Immunitas Eccleſiarum an ſit de iure diuino. §.29. *à numero* 1. *ad vigeſimum ſecundum.*

Immunitatem noſtrarum Eccleſiarum procedere in vim legis veteris, eſſet erroneum aſſerere. §.29.*n.*16.

Immunitatis præceptum neque fuit, neque eſt morale, ſed fuit in lege veteri merè ceremoniale. §. 29. *numero* 16.

Immunitatis fauor eſt excellentior iure Reipublicæ ad punienda delicta. §.29.*num.*44.& affertur ratio *à n.*46. *ad* 50.

Immunitas hodierna præſtantior eſt

immunitate vſitata apud Iudæos. §.21.*n.*47.
Immunitas conceſſanè ſit Eccleſiis, an reis, an vtriſque, an neutris, ſed Eccleſiæ, non provt dicit materiale templum, ſed provt conſideratur tanquam perſona moralis capax iuris. §.29.*à n.*123.*ad* 125.
Immunitatis cauſa, & cauſa iudicij ſecularis ſunt omninò diuerſæ. §. 29. *num.*144.
Immunitatis cauſa eſt ciuilis. §.8. *à numero* 66.
Immunitati quænam ſit propriè contratia doctrina. §.8. *n.*60.
Immunitati non eſt propriè contraria doctrina, quæ probabiliter infert non eſſe pro aliquo caſu ſancitam in iure canonico immunitatem. §.8. *num.*59.
Immunitati an ſemper ſit locus, quandocumque non eſt locus pœnæ ordinatiæ.§.11.*à n.*10 *ad* 14.
Immunitatis Iudex reo confugæ, & Iudici laico quaſi litigantibus de puncto iuris, quam ſententiam debeat. §.8. *n.*85.
Immunitatis in materia, in caſu inæqualis probabilitatis ex parte iuris, fauot religionis non permittit Iudici ſequelam opinione minus probabilis contra immunitatem. §.8.*n.*72.
Immunitatis conſeruatio eſt maximè fauorabilis, ac proinde exigit præſumptiones, quæ quantum fieri poteſt, arceant iacturam communitatis. §.21. *n.*24.
Immunitatis Iudex operatur iuxta doctrinam Suarez, ſi in puncto de immunitate cõtrouerſo ſequatur opinionem probabiliorem, ſiue faueat, ſiue aduerſetur immunitati.§.8.*n.*69.
Ad immunitatem ampliandam potius, quam reſtringendam vt quærantur rationes, exigit fauor religionis. §.8. *num.*70.
Immunitate gaudent concurrentes ad necem proditoriam per ſolam cauſalitatem moralem, quæcumque illa ſit. §. 20. *num.* 14. conſulentes. *ibid.*aſſociantes, & aſſiſtentes armati in loco maleficij.*ibidem, num.* 15. arma dantes volenti proditoriè occidere, vel ferramenta ad aperiendam domum alicui, vt occidat latitans, vel ſcalam ad aſcendendum.*ibidem, num.*16. & alij ſimiles.*n.*17.18.19.20. 21.22.27.28.29.32.33.
Immunitate gaudet mandans homicidium proditorium. §.20.*num.*3.contra graues Doctores. *ibidem. num.* 6. quotum argumento reſpondetur. *ibidem, numero* 7. 8. 9. 10. 11. *&* 12. amplia ad iubentem. *ibidem, numero* 13.
Immunitate gaudet, qui occidit in ſomnis, aut ebrietate incautum, quem præuiderat ſe occiſurum eſſe, & omiſerat diligentiam ad vitandam illam occiſionem. §. 23. *num.*35.
Immunitatis iacturam non incurrit, nec homicidij reſeruationem, licet fiat irregularis, & ſit proditorius homicida, qui ſuffocat in lecto infantem cum præuiſione ſecuturæ probabiliter ſuffocationis. §. 23. *numero* 36.
Immunitate gaudet, qui exhibet edulium venenatum cum directa intentione occidendi vnum, & cum mera præuiſione probabilis periculi, vt alter veneneturr, ſecuta hac ſecunda venenatione. §. 23. *numero* 33.
Immunitate gaudet procurans abortum fœtus inanimati cum præuiſione, quòd ignara mater poſſit ex aborſione, ſi ſequatur hæc mors. §.23.*n.*34.
Immunitate an gaudeat, qui poſuit cauſam efficacem homicidij proditorij, & concepit pœnitentiam ante ſecutum effectum. §.23. *à num.*54. *ad octogeſimum primum*, reſoluitur.

Digitized by Google

quæſtio negatiuè. *numero* 57.

Immunitatis ad amiſſionem ex titulo homicidij proditorij, an requiratur actio externa inductiua necis, an ſufficiat omiſſio iniuſta, ex qua ſequatur mors impotentis ad ſe tuendum. §.24. *per totum.*

Ad immunitatem ſuſtinendam, & ad arcendam exceptionem delicti, ſufficit etiam minimum quid, quod ipſius delicti conditiones aliqualiter minuat. §. 21. *numer.*38. vbi applicatur doctrina.

Immunitatis ad iacturam ex titulo *proditorij*, requiritur voluntarium directè, & non ſufficit voluntarium indirectè, §.23.*n.*25.

Ad immunitatis iacturam ſufficit non ſolùm, ſi clarè conſtet de directè voluntario. §. 23. *numero* 28. verùm etiam, ſi conſtet interpretatiuè ex modo actionis, &c. *ibid n.*29.

Immunitatem non amitteret, nec teneretur pœna homicidij, qui offendiculum poſuiſſet ad ianuam ſuæ domus, vt feras prehenderet, & ingredientem furem occidiſſet. §. 20. *n.*127.

Immunitate gaudet, qui complacet de nece in delirio patrata in hominem impræcauentem. §. 20. *numero* 39.

Immunitate gaudet, qui tenet occidendum ab alio ne ſe ſubſtrahat occidenti. §. 20.*n.*93. & qui terret. *ibidem, num.* 100. contra Tancredum. *n.*101. cuius rationes ſoluuntur. *ibid. à n.*102. *ad* 105.

Immunitatem non amittit adulter dans occaſionem marito percutiendi adulteram prægnantem, vt inde ſequatur abortus, nec fit irregularis. §.21. *num.*51. amittit autem maritus, infantem per percuſſiones occidens. *ibid.n.* 52.

Immunitas non amittitur ex ſola qualitate filiationis, paternitatis, vel ſocietatis. §.32.*n.*38.

Immunitas non amittitur, nec incurritur proditorij nota ex ſola filiationis, aut alterius connexitatis qualitate, ſi probetur facta diffidatio in ipſa aggreſſione, aut interceſſiſſe rixam inter filium, & patrem, aut aliter connexos. §.18.*n.*14.

Immunitatis in materia non ſufficit æquiparatio, ſed requiritur identitas. §.20. *num.*8. nec valet argumentum à paritate, vel maioritate rationis. *ibidem, num.*9. nec fit extenſio de caſu ad caſum. *ibid.n.*10.

Immunitas non aufertur, ſi homicidio quantumcumque inſidioſo, & cadenti in impotentem ad ſui tutelam, deſit qualitas præmeditati, & procedentis à propoſito. §. 11. *numero* 26.

Immunitati fauentis opinionis prælationem in caſu æqualitatis rationum pro immunitate, & contra illam, expoſcit religionis fauor. §. 8. *num.*71.

Immunitate gaudet prouocatus ad duellum à præmeditato, ſi ſtatim acceptet, & profectus ad locum determinatum incontinenti occidat cum ira ipſum prouocatorem. §. 8. *num.*102. ſecus verò, ſi poſt tempus ſufficiens ad maturam deliberationem, vadit hora condicta ad locum acceptatum, & ibi prouocatorem interimit. *ibid.*

Immunitate donatur à multis homicidium per ſolam induſtriam citra inſidias patratum. §.8.*n.*4.

Immunitate priuatur ex plurimorum ſentẽtia homicidium ex mero propoſito, ſeu induſtria ſine inſidiis. §. 8. *num.*6. & ex conſuetudine varia. *ibidem, à num.*7. *ad* 12. & quomodo hæc ſententia fundetur in diſpoſitione Exodi. *num.*25. vbi *&* ſumitur pro *aut* more Hebraico. *n.*26. *&* 27.

Immunitate gaudet ex duobus vulneratoribus primus, ſi mors ſequatur vul

vulneratoribus primus, ſi mors ſequatur ex vulnere per ſecundum illato: non gaudet autem ſecundus, qui ſolus eſt occiſor. §.20. *num.* 106. ſicur nec ille, qui vulnus lethale inflixit, at gaudet eius ſocius, qui leue ſuperaddit. *ibidem.*

Immunitati pro omnibus locus eſt, ſi ex pluribus ſcloporum exploſoribus in impotentem ad ſe tuendum non appareat quis traiecerit, ſicut etiam ſi duo inflixerint duas plagas, & dubium maneat, vtra influxerit in mortem, an vtraque ſimul. §.20. *num.* 107. an in primo caſu incurratur irregularitas. *ibidem*, *num.* 108. *&* 109. & an pœna in foro externo. *n.* 108. *&* 110.

Immunitate non priuatur omnis cauſa phyſico-moralis homicidij proditorij, ſed ea ſola, quæ in ſtrictiſſimo ſenſu denominatur occiſor. §.20. *n.* 111.

Immunitate an gaudeant quatuor in caſu propoſito per Tancredi. §. 20. *à n.* 112. *ad* 118.

Immunitate an gaudeat homicida per venenum. §.19. *à n.* 14. *ad* 42. proponitur ratio pro affirmatiua. *eod. n.* 14. & ſoluitur. *n.* 21. ſancitur concluſio negatiua. *n.* 25.

Immunitate gaudeo, ſi te venenem per pincernam, aut coquum ſcientes venenum ineſſe: illi verò non gaudent. §. 19. *num.* 29. at ſi illi parent quidem venenum ſcienter, at non porrigant ipſi, ſed ego, fiunt irregulares, ſed non amittunt immunitatem, quam amitto ego, ſi ſequatur mors. *ibid. n.* 30. & hoc idem mihi accidit, ſi illi porrigant quidem venenum, ſed neſciant ineſſe. *ibid. n.* 31.

Immunitate non gaudet mater procurans cum effectu abortum fœtus animati. §.21. *n.* 10. *& ſeqq.*

Immunitate an gaudeat tertius abortum fœtus certò animati procurans efficaciter. §.21. *n.* 28. 29. 30. 32. 34. *&* 35.

Pro immunitate ſtat poſſeſſio, non pro delicto excluſiuo immunitatis, ſi dubium ſit de animatione fœtus, & procuretur abortus. §.21. *n.* 16.

Immunitate carere poteſt excuſatus à pœna ordinaria, licèt non ab extraordinaria. § 11. *n.* 12.

Immunitate an caream, ſi videns rixantem cum conſanguineo meo, aggreſſus ſim ſtatim ſine appenſamento à tergo, & occiderim. §. 11. *numer.* 15. *&* 18. ſed dicendum, vt concluditur. *n.* 22. 23. 24. *&* 26.

Immunitate priuatur homicidium per inſidias, cum ſit proditorium. §. 9. *n.* 62. *&* 63.

Immunitate non gaudet occidens per inſidias, etiamſi præcognitus ſit occiſo capitalis inimicus. §. 10. *numero* 78.

Immunitate non gaudet occidens ſub amicitiæ ſignis. §. 14. *numer.* 32. ſed non ſoli. *ibid. n.* 33.

Immunitate caret occidens perfidè contra fidem datam. §.12. *n.* 29.

Immunitate non caret homicidium ſimplex, niſi fiat in Eccleſia. §.2. *n.* 15. *&* 16.

Immunitatem amiſit, & fuit irregularis, qui hoſtem ſuum illigauit ſtipiti cum præuiſione, & intentione lacerationis faciendæ à lupis, ſecuto effectu. §.20. *n.* 129.

Immunitate debuit ſpoliari quidā, qui ex artificio effecit, vt ſicarius vno ictu, & ſe, & alium omninò incautos perimeret. §.20. *num.* 128.

Immunitate non gaudet, qui proditoriè occidit Petrum, quem credebat eſſe Paulum. §.23. *num.* 37. *& latè per numeros ſequentes.*

Immunitate gaudet Medicus, qui per omiſſionem curationis iniuſtam eſt cauſa, vt æger aliter impotens ad ſe tuendū à morte, moriatur. §.24. *numero* 20. quæ omiſſio ſi occurrat in Eccleſia, eam non polluit. *ibidem num.* 21.

Imperium, & vſus paſſiuus ſunt duo primi actus ex quatuor pertinentibus ad ordinem executionis. ſ. 5. *num.*7.

Impotentia ad ſe defendēdum, in quibus fundetur. ſ.4. *à num.*3. *vſque ad finem.*

Impotentia ſe tuendi intelligitur in hac de proditorio diſceptatione eſſe illa, quæ accidit extra conflictum, in puncto aggreſſionis, non quæ in ipſo conflictu. ſ. 9. *à n.*45. *ad* 50.

Impotentiæ abſolutæ ad ſe tuendum ab aggreſſore inſidioſo, capitaliſſimo inimico caſus. §.10.*num.*27.28. & 29. & §.20. *n.*46.

Impotentiæ moralis ad vlterius præcauendum ab inimico capitali caſus. § 10. *num.*30. 31. 32. & 33. rurſum. *num.*92.

Impotentiæ ad præcauendum, & defendendum, conſurgentis ex ſuppoſitione incogitantiæ caſus. ſ.10. *num.*35.

Impulſio quid ſit. §. 2. *num.* 2. opponitur propoſitio cum ratiocinatione. *ibid.n.*3.

Inceſtus in ſecundo gradu lineæ collateralis non differt ſpecie ab inceſtu in tertio, & quarto. §. 28. *numero* 14.

Indefenſio etiam contrà iuſtitiam non ſufficit ad polluendam ex parte homicidij Eccleſiam, neque ad irregularitatem, neque ad iacturam immunitatis. §. 24. *numero* 15. 16. & 17.

Indicia omnia purgantur per torturam, quæ eſt ſpecies probationis, & loco teſtium ſuccedit. ſ. 30. *numero* 14.

Indicia remota, quæ ſint. §.29.*num.*187. non ſufficiunt in cauſa immunitatis. *ibid.* & *n.*188.

Indicia ſufficientia ad torturam ſufficiunt in cauſa immunitatis ſecundùm aliquos, quam ſententiam putat non improbabilem auctor, qui tamen ex ſua ſententia nihil definit. ſ. 29. *num.* 190. conſequentiæ ex ea ſententia. *numero* 191. 192. & 193.

Indicia plura dubitata in caſibus aliàs probatu difficilibus coniunguntur ad faciendum vnum indubitatum, & ad plenam probationem, ex qua reus poſſit condemnari in pœnam ordinariam ſecundùm aliquos, ſed multò melius in ſolùm extraordinariam. §. 29. *num.*194. eadem indicia coniungi poſſunt in materia immunitatis ad formandam cognitionem legitimam ſuper delicto occulto excepto.*ibid.num.*195.& 196. Ciarlini dictum in hanc rem impugnatur. *num.*197.

Indicia indubitata ſufficiunt ad intentum Gregorij XIV. §.29. *num.*198. parificantur cum violentis præſumptionibus, immo ſunt formaliter idem, provt ſunt actus intellectus: quamuis interdum præſumptio ſumatur formaliter, indicium autem obiectiuè. *ibidem, num.*199. faciunt conſtare de delicto. *num.* 200. textus ex *l. non omnes*, §.*à Barbaris, ff. de re milit.n.*201.

Indicia indubitata quæ ſint, difficile explicatu eſt. §.29. *num.*202. an bene aſſerantur eſſe, quando poſſibile non eſt rem aliter ſe habere. *ibid.* & *à num.*207. & *præcipuè num.* 228.229. & 230. exempla indicij indubitati, ſeu vehementiſſimæ præſumptionis. *ibid. num.* 203. & 204. debetur ex illis pœna ſolùm extraordinaria. *n.* 205. qualiter deſcribantur. *n.*210. inducunt violentiam, neceſſitatem, & demonſtrationem ſecundùm id, quod accidit moraliter, & communiter. *ibidem, num.* 211. accidit, licèt rariſſimè, vt non obſtante eorum indubitatione, res aliter ſe habeat. *ibid. num.*212. non ſunt adeò indubitata; quin ſolicitam dubitationem

reci

recipiant.*num.*213.optima Bordoni doctrina de indubitatione indiciorum.*ibidem num.*214. aliæ doctrinæ. *num.*215. *&* 216. probantes indubitationem indicij ad rem moralem non debere deſumi ex neceſſitate obiecti ad ſic ſe habendum, provt apprehenditur, ſed ex neceſſitate intellectus ita debentis apprehendere, quia communiter ſic ſe habet inter homines ipſum obiectũ, cum quo tamẽ ſtat, vt aliquando, quamuis rariſſimè, aliter ſe habeat, *n.*217. neque hinc indicium demeretur indubitati titulum. *num.* 218. dubium ex iis remanens eſt leue, & pro nihilo reputatur, & ipſa habent certitudiuem. *num.*219. quòd intellige de morali, quæ deſcribitur, & conſtituitur ſecundùm ea, quæ vt plurimum eueniunt. *num.* 220. exempla. *num.*221. 223. 224. *&* 225. eius tres gradus. *num.* 231. ad indubitationem indiciorum ſufficit infimus cettitudinis gradus. *num.* 232. non habent certitudinem metaphyſicam, & quænam illa ſit. *ibid. n.*229. in caſibus, in quibus apprehenditur exceſſiuus gradus indubitationis, poteſt inueniri aliquod principium dubitandi, an res aliter ſe habeat, & affertur exemplum. *ibidem num.* 233. volentes non eſſe indubitatum indicium, ſi poſſibile ſit rem aliter ſe habere, tollunt de mundo indubitata indicia. *n.* 234. vrgentur efficaciter hi.*n.*235.

Induciarum quid ſit proprium. §. 12. *num.*34.

Induciæ, & pax, & cautio iudiciaria de non offendendo, ſunt idem quo ad effectum, ideſt ſecuritatem perſonæ, & bonorum. §.12.*n.*38.

Indultum Regium non participat proditorius homicida, ſub quacunque inſidiarum forma occidat.§.26.*n.*16.

Ex induſtria facta actio vnde dicatur. §.3.*n.*10.

Induſtria quid ſit, & quos actus includat. §.3.*n.*10.

Induſtria, conſtans ex duobus actibus intellectus, concurrit partialiter ad conſtituendas inſidias in ordine intentionis, & pertinet ad aſtutiam. §.5.*n.*6.

Induſtria malè definitur à Gizzarello, vt ſit *fallere*, & *decipere*. §.3.*n.*11.

Induſtria ex propoſito procedens, aliquando eſt citra inſidias, & trahit poſt ſe electionem diſtinctam formaliter ab ea electione, quæ complet inſidias. §.3. *num.*12. & in hoc ſenſu dicitur induſtria diſtingui ab inſidiis. *ibid.*

Induſtria ex propoſito procedens aliquando extenditur ad inſidias, & includitur in illis; & in hoc ſenſu dicitur, inſidias non poſſe eſſe ſine induſtria. §.3.*n.*13.

Induſtria, quæ includitur in inſidiis, procedit regulariter ex propoſito, & præmeditatione: at in aliquo caſu inſidiæ includunt induſtriam nõ procedentem ex propoſito, & deliberatione.§.3.*num.*14.de quo habes duo exempla. *ibid. & num.* 15.

per Induſtriam in iure exponitur, vt ſit idem, quod *ex propoſito*. §. 3. *num.*16.

ex Induſtria occidere eſt in præſenti tractatione idem, quod occidere cum appenſamento, ex deliberatione, ex præmeditato, ex propoſito, ſed citra inſidias.§.3.*n.*16.

de Induſtria aliquid facere apud Latinos eſt *ex propoſito* facere, & *dedita opera*. §.3. *n.*17.

Induſtriam eſſe *datam operam*, & *propoſitum*, eſt doctrina procedens non formaliter, ſed præſuppoſitiuè. §.3. *num.*17.

Infantes iam natos occidens eſt proditorius homicida, & immunitate caret. § 22. *n.* 1. etiamſi maiuſculi ſint, qui habeant imperfectam cognitionem finis.*ibid.n.*2.

Infantis impotentia excedit omnem aliam, efficitque, vt ille maximè õmnium proditoriè occidatur, & maiori pœna afficiatur eius occiſor, quàm qui perfectæ ætatis hominem occidit. *ſ*.22.*n*.4.

Infantem qui ſuffocat in lecto cum præuiſione probabiliter ſecuturæ ſuffocationis, licèt ſit proditorius homicida, & fiat irregularis, non incurrit reſeruationẽ homicidij, nec iacturam immunitatis. §.23.*n*.36.

Infantem non baptizatum occidens tenetur dicere circumſtantiam non baptiſmi in confeſſione. §.28.*n*.70.

Infans in vtero matris, ad quos effectus cenſeatur par viſcerum matris, & non homo, & non eſſe in rerum natura. §.21.*n*.3.4.5. eſt ſuppoſitum diſtinctum à ſuppoſito matris, & vt verus homo, denominat matrem propriiſſimè *homicidam*, ſi voluntariè abortiatur. *ibid. n.6.*

Inimicitiæ nomine in præſenti diſputatione intelligitur odium inimicitiæ, & quidem limitatum ad rancorem. *ſ*.10.*num*.4. & debet patefieri perſonæ peroſæ. *ibidem, num*. 5. & eſſe graue. *ibid.n*.7.

Inimicum occiſorem per inſidias multi à proditione liberant. §.10.*num*.9. *&* 11. *&* 13. eorum fundamenta. *ibid.n*.12.*&* 13.*&* 37. ſoluta. *n*. 38. *& ſeqq.* & immunitate donant *ibid. n*. 14. ſed repugnant *cap*. 1. *de homic. ibid. n*.21.

Inimici termino impropriè, & obſcurè vtuntur multi Doctores in præſenti difficultate. §. 10. *numero* 15.

Inimicitia occidentis per inſidias, non liberat eum à nota proditionis. §.10. *per totum*, ſed nominatim. *num*. 16. quæ concluſio procedit in caſu inimicitiæ non admiſcentis vllam ſecuritatem datam per pactum. *ibid. num*. 19. & fundatur in textu *cap*. 1. *de homicid. ibidem num*. 20. & in ratione. *ibidem n*. 25. 26. *& ſequentibus.*

Inimicitia operatur præſumptionem appenſamenti. *ſ*. 33. *n*.3. debet eſſe capitalis. *ibid. n*.4. & eſt talis, ſi fundetur in facto inhoneſto, & in atrociſſima iniuria, & nominatim in adulterio. *n*. 5. ad eumdem effectum debet non conſtare de aliqua rixa in inſtanti homicidij, vel paulò ante homicidium. *ibid. n*.6. debet probari, & probatur per coniecturas, & nominatim per probationem ſuæ cauſæ. *n*.7.

Ex inimicitiæ capite ad excludendum proditorium in iudicio, quid probari debeat. §.10. *n*.104.

Inimicitia tollit quidem colorem amicitiæ, & ponit ſimilitudinem inter latentia in animo, & apparentia in opere, at non tollit terminationem inſidioſæ occiſionis ad impotentem ad ſui tutelam, in qua terminatione conſiſtit proditorium formaliter, non in colore amicitiæ. §.10.*n*.105.

Inimicitia an probetur per teſtes ſingulares. §.29.*n*.299.

Inimicitia probatur ex iis verbis extraiudicialiter dictis: *non diligo Petrum*. §.32. *n*.30.

Inimicitiam, & proditionem implicare contradictionem, aſſerit immeritò Sperellus. *ſ*.10.*n*.102.

Inimicus, ſi alio non apparente, armatus incedens, inimicum ex improuiſo aggrediatur, præſumitur ex propoſito facere. §. 2. *numero* 6.

Inimicus vendens aliquid inimico, videtur remittere iniuriam, & ſe prius reconciliare. §.14.*n*.25.

Inimicus habetur, ſi quis amicum non ſalutauerit. §.14. *n*.30.

Iniuria quid ſit. §.28.*n*.16. & vnde ſpecificetur. *ibid. n*.17.

Iniuria prolata ſcripto eſt grauior §. 33. *num*. 20. & cum quis in ſcriptis aliquid fatetur, deliberatè dixiſ

xiſſe præſumitur. *ibidem.*

Iniuriæ remiſſio intelligitur facta quoad rancorem, per ſacramentalem confeſſionem, obtenta abſolutione, & per communionem, præſertim ex parte Sacerdotis quotidiè celebrantis. §.13.*n.*12.

Iniuriam remittere, & ſe prius reconciliare inimicus videtur, ſi vendat aliquid inimico. §.14.*n.*25.

Iniuriæ diſſimulatione tolluntur, velut ludendo, bibendo, &c. dummodò actus ſint ſpontanei: ſecùs, ſi ex quadam honeſtatis neceſſitate. §.14. *num.*18.

Iniuriæ in vitam, honorem, famam, pecuniam, ſunt inter ſe formaliter diuerſæ. §.28.*n.*19.

Iniuriæ ſpeciem neceſſe eſt explicare in confeſſione. §.28.*n.*45.

Inſidiæ diuerſimodè definitæ. §.5.*n.*1. ſed malè. *ibid.n.*2.3 *&* 4.

Inſidiarum deſcriptio. §.5.*n.*5. acceptarum ſecundùm ordinem intentionis. *ibid.n.*6.

Inſidiarum exempla. §.5. *à n.*10. *vſque ad* 22.

Inſidiarum ratio conſiſtit in quadam doloſa machinatione. §.5.*n.*6.

Inſidiæ in ordine intentionis per quid compleantur. §.3.*n.*10.

Inſidiarum ſecundùm ordinem intentionis tradita per S. Thomam deſcriptio. §.5.*n.*24.

Inſidiarum deſcriptio in ordine executionis. §.5. *numer.* 7. quæ in ordine illo includunt imperium, & vſum paſſiuum, & quid ſint hi duo actus, & quomodo appellentur à S. Thoma, & quid importet dolus. *ibidem.*

Inſidiæ vox tranſlata eſt ex accommodatione vſus ad doloſas machinationes non includentes occupationem loci. §.5.*n.*11.

Per inſidias occidere vniuerſaliter diceris, quocunque modo interficias hominem nihil tale præcauentem. §.5. *numero* 23.

Inſidiæ omnes reſpiciunt impotentiam ſe tuendi, ſed non eodem modo. §.6.*n.*10.*&* 11.

Inſidiæ omnes conueniunt in hoc, quòd in quantum pertinent ad ordinem intentionis, ſunt ordinatio ad eam impotentiam aggrediendam. §.6.*n.*12.

Inſidiæ ſtructæ per expectationem in loco, definiuntur *doloſa expectatio ad aggrediendum aliquem.* §.5.*n.*11.

Inſidiæ ad principium, & præparationem pertinent, proditio ad homicidij finem, & executionem. §.9.*n.*38. vbi quòd homicidiū nunc vocatur *inſidioſum* à præparatione, & principio, nunc *proditorium* à fine, & executione.

Inſidiæ ſe habēt præſuppoſitiuè ad differentiam vltimam proditorij, tanquam cauſæ ad effectum. §.9.*n.*39.

Inſidias, & *proditionem* eſſe ſinonyma, & importare idem, dicunt aliqui perperàm. §.9.*n.*40.

Inſidiæ non ſunt formaliter proditio §.9.*n.*40.

Inſidioſum à proditorio diſtinguere vtile eſt. §.9.*n.*71.

Inſidioſum homicidium eſſe proditorium in quo ſenſu verum ſit. §.9. *n.*42.*&* 43.

Inſidiarum diuerſus modus non diuerſificat formalem rationem proditorij. §.26.*n.*2.*&* 4. inſidiæ tamen interdum inuoluunt peculiarem malitiam, quæ adiungitur malitiæ proditorij. *ibid.n.*5. ſi fiat per promiſſionem de non offendendo, addunt proditorio malitiā infidelitatis. *ibid.* ſi per falſam ſignificationē amoris, addūt eidem proditorio malitiā vel mendacij, vel ſimilationis. *ibid. n.*7. quæ malitia eſt peccatū veniale per ſe, mortale autem ratione intentionis nocendi corporaliter. *ibid.n.*8.

De inſidiis in tota latitudine loquitur *cap.*1. *de homicid.* §.9.*n.*2.

Inſidiarum duo membra, quorum aliquæ ſint ſimplices, & non proditoriæ aliæ verò proditoriæ, perperàm conſtituuntur.§ 9.*n*.44.

Inſidiarum diuiſio in negatiuas, & poſitiuas.§.*6.n*.1.

Inſidiæ negatiuæ quæ ſint.§ *6.n*.1.& cur appellentur ſic.*ibid.n*.2.

Inſidiæ poſitiuæ quæ ſint. §.*6. numer.6.* & cur appellentur ſic.*ibid.n*.7.

Inſidiæ an probentur per teſtes ſingulares. §.29. *n*.288.

Ex inſidiis vulnerans cum intentione occidendi, ſi ſecutura ex vulnere mors inferatur anticipatè ab alia cauſa, gaudet immunitate.§.23.*n*.83. nec fit irregularis.*ibidem num*.84. nec in eo caſu polluitur Eccleſia, ſi intra illam fuerit facta percuſſio. *ibid.* & in dubio, an in caſu hoc ſit tribuenda mors vulneri, an ſuperuenienti cauſæ pronunciandum pro immunitate.*ibid.n*.85.

Ex inſidiis occidens coactè ex metu, aut alia paſſione, non gaudet immunitate. §.23. *n. 86.* & polluit Eccleſiam.*ibid.n*.87.

Intellectus *capituli* 1.*de homicid.* diuerſus ſecundùm diuerſos. §.9.*n*.74.75. *&* 76.

Intellectus poteſt aſſentiri parti affirmatiuæ,& negatiuæ,quatenus vtraque ſubſtat ſuo motiuo æqualiter probabili. §.29.*num*.150.*&* 151. nec incidit in contradictionem. *ibidem, num.* 155. quando daretur hic lapſus in contradictionem. *num*.154. *&* 156.

Interpretationes aliæ doctrinales, aliæ auctoritatiuæ. §.8. *n*.105.

Intimiditas quid ſit, & quomodo opponatur fortitudini. §. 10. *num.* 53. eſt mortaliter mala. *ibidem,num*.54. & certiſſimæ malitiæ. *ibid. num.* 55. & in quo fundetur hæc malitia.*ibid. num*.56.

Intimiditatis peccatum non eſt veriſimile admitti tam facile, & crebrò, ſicut alia de ſe illectiua humanæ voluntatis. §.10. *n.66.*

Intimiditatis peccatum non præſumitur de occiſo per inſidias ab inimico, qui occiſus debet cenſeri perpeſſus eaſdem inſidias cũ omnimoda actuali inapprehenſione inimicitiæ, periculi, potentiæ debitique de præcauendo.§ 10.*num*.59.vnde illi non eſt imputabilis omiſſio præcautionis debitæ, non cognito debito. §.10.*n*.60.& 72.

Inuaſus occidens ad defenſam, dicitur cauſa tantùm phyſica, non moralis illius occiſionis. §.21. *num.* 39. & habetur ſimilis doctrina. *ibidem, num*.38.

Ioannis Baptiſtæ Van Helmont noua doctrina.§.20.*à num*.59.*ad* 66.impugnatur. *à n*.67. *ad* 92.

Ioãnes Petrus de Ferrariis blaſphemus in canones ſancientes immunitatem, meritò correctus. §.8. *n*.13.

Ioannes Sanchez meritò correctus.§.8. *num*.73.

Ira, ſicut fumus oculos, ita infuſcat rationem. §.3. *n*.4.

Iracundiæ calor non aufert vſum rationis, ſed tantiſper impedit, neque excuſat à mortali, neque à pœna. § 2. *n*.7.

Irregularis non fit, qui libetè complacet de nece in delirio patrata. §. 20. *num*.38.

Irregularitatem videntur inſtituiſſe ſacri canones contrà vel certum, vel etiam dubium occiſorem hominis certi, non autem hominis ſolùm præſumpti, cuiuſmodi eſt fœtus in dubio de ſexu. §.21. *n*.25.

Irregulariſnè ſit, qui ante ſecutum homicidium doluit de data cauſa homicidij. §. 23. *numero 76.* 77. 78. *&* 79.

Irregulares ſunt plures ad aggreſſionem ſeſe inuicem excitantes, ſecuta nece. §.20. *num*.116. cur autem non amittant immunitatem. *ibid. n*.117.

Irregularitas eſt odioſa iuri ad ordines per Chriſtum conceſſo maribus baptizatis. §.21.n.20.

Iubens, & mandans in quo differant. §.20.n.13.

Iudas primus nouæ legis hæreticus Chriſtum non credidit Deum, ſed hominem, & ſigna facientem ex magicis artibus § 9.n.28.

Iudas fuit proditor ſecundùm omnem reſpectum.§.9.à n.23.ad 28.

Iudæ contra oſculum inuectio Raynaudi, & quantum illud execrata ſit priſca Eccleſia §.26.n.15.

Iudex immunitatis eſt Epiſcopus, etiã ſolùm electus,& confirmatus,itemque capituli ſede vacante Vicarius. §.29.n.45. ab eo deputatus, quis dicatur. ibid.n.45.

Iudex immunitatis torquere non poteſt confugam reum ſuper delicto excepto. §.29.n.52.

Iudex immunitatis operatur iuxta doctrinam Suarez, ſi in puncto de immunitate controuerſo ſequatur opinionem probabiliorem, ſiue faueat, ſiue aduerſetur immunitati. §.8.n 69.

Iudex Eccleſiaſticus poteſt ſine culpa, & dolo ſequi opinionem excludentem ab immunitate homicidam induſtrioſum citra inſidias, contra quam nihil adhuc intimatum authenticè fuit. §.8.n.41.

Iudex Eccleſiaſticus, niſi ſtylus admittendi ad immunitatem homicidas ſine inſidiis induſtrios aſſumatur in legem à Papa, aut niſi Papa declaret authenticè eamdem immunitatem competere prædictis de iure communi, poteſt ſequi contrariam opinionem, non obſtante prædeceſſorum conſuetudine. §.8. num.54.

Iudex laicus, conſummato per euentum mortis homicidio proditorio, acquirit ius, vt cenſuræ ſuæ ſubiiciatur reus, & Iudex Eccleſiaſticus contrahit obligationem ſatisfaciendi legitimè huic iuri, non obſtante qualibet retractatione, confeſſione, abſolutione, impoſitione pœnitentiæ in foro pœnitentiali. §.23. num.64.

Iudex poteſt habere certitudinem moralem ex indiciis violentis, ſufficientem ad reum damnandum ad pœnam arbitrariam. §.29. num. 227. ſatis illi eſt, vt ferat prudentiale iudicium, ad quod ſufficit certitudo moralis.ibid.n.230.

Iudex laicus in proditionibus, & tractatibus, qui ſecretò fiunt, torquere poteſt etiam ſine indiciis, ob probationis difficultatem. §. 29.numero 54.

Iudex, qui litiganti promiſit miniſtrare bonam iuſtitiam,ſi non miniſtrauit, non tenetur dicere in confeſſione hanc circumſtantiam. §. 28. num.51.

Iudices Eccleſiaſtici putantes ſe teneri ad admittendum homicidium ſine inſidiis iniuſtiſſimũ ad immunitatem, & ſic practicantes, non intenderunt inducere conſuetudinem obligantem. §. 8. num.43. vel quamuis intenderint, non potuerunt lædere libertatem ſucceſſorum in pari auctoritate. §. 8. numero 49.

Iudices Eccleſiaſtici an teneantur ſeruare figuram iudicij in cauſis matrimonialibus cum Indorum neophitis. §.29.n.305.

Iudices, qui per falſam ſententiam efficiunt, vt reus moriatur, gaudent immunitate. §.20.n.29. & ſunt proditores. ibidem.

Iudex quod præſumere debeat de occiſo per ſubitas inſidias circa periculi cogitationem. §.10. n.74.

Iudex in quæſtionibus iuris tenetur ſequi probabiliorem. §.8.n.65.

Iudicare de probabili coniunctione honeſtatis cum aliquo ſubiecto, & iu

iudicare de probabilitate huius iudicij differunt: primum iudicium eſt directum, & operatiuum: ſecundum verò eſt reflexum, & poteſt eſſe euidens. §.29.*n*.157.
Iudicare rem in ſe eſſe licitam, & iudicare probabiliter rem eſſe licitam, differunt. §.29. *n*.152.
Iudicium, & conſcientia ſunt idem. §.29.*n*.92.
Iuſtitia commutatiua ſolùm reſpicit damnum ex cauſa culpabili illatum, vt ad æqualitatem reducat, quod per meram voluntatis retractationem non compenſatur. §.23. *numero* 58.
Iuſtitiæ vindicatiuæ quodnam ſit obiectum. §.23.*numero* 60.eius finibus non ſatisfit per delicti retractationem emanatam ſiue ante effectum, ſiue poſt, nec exinde liberatur reus à pœna, nec Iudex à debito puniendi. *ibid.*
Iuridicus rigor in cauſis magni momenti ex præſentium circumſtantiarum natura temperari rationabiliter poteſt. §. 29. *numero* 306. exemplum de Indorum Neophytorum cauſis matrimonialibus. *numero* 305.
Ius Caſtellæ agnouit, ſed non ſtatuit, necem proditoriam in occiſione inſidioſa, contemnendo rationem intercedentis inimicitiæ. §. 10. *numero* 22. *&* 23. contra aliquos. *ibidem, num.*24.
Ius, cui opponitur *iniuria*, quid ſit, & vnde ſpecificetur. §. 28. *numero* 18. obiectum iuris vnde ſpecificetur. *ibidem.*
Iuris ad ordines, & iuris ad dignam tractationem ſacramentorum, & ſacrificij in concurſu, potior eſt fauor ſecundi iuris, quàm primi, ideoque præexigit præſumptiones ſibi vtiles, etſi aduerſario iuri præiudiciales. §.21.*n*.21.
Ius ad capacitatem gloriæ æternæ eſt diuerſum ab omnibus aliis iuribus, & conſtituit iniuriam ſpecie omninò diſtinctam ab aliis iniuriis. §. 28. *num*.72.
In iure non reperiri cautum, vt ad probãdum proditorium ſufficiant probabilia argumenta, id non obſtat, & cur. §.29.*n*.258.*&* 259.
Iuris ſanctio expreſſa, in omnibus neceſſaria non eſt, cum impoſſibile ſit omnes caſus legibus eſſe comprehenſos, ideoque in iure plura per ſimilia à Doctoribus determinari ſoleant. §.29.*n*.258.
De iure diuino eſt terminus æquiuocus præbens occaſionem apparenti inter ſententias contrarietati, quæ tamen nulla eſt. §.29.*n*.3.
De iure diuino poteſt aliquid eſſe variis modis. §. 29. *numero* 4. 5. 12. *&* 19.
Ius diuinum Decreta Canonica interdum vocant quidquid continetur ſiue in veteri, ſiue in nouo teſtamento, ſiue id, quod more veteris legis conſtitutum eſt. §.29.n.9.

K

KEmethus Scotorum Rex proditoriè occiſus ex ingenioſa fraude Fenellæ matris vlciſcentis mortem. Erathlinchi filij à Kemecho patratam. §.18.*n*.83.

L

PEr Laudes an maleficium fiat. §.20. *n*.54.*&* 55.
Legiſlatoris mens eſt, vt ſecludatur ab immunitate is, qui per proditionem occidit agnitum indiuiduum naturæ humanæ, nihil curãdo quòd indiuiduum ſit Petri, aut Pauli. §.23. *numero* 38. *&* 46.
Legiſlatores quando volunt compræhendere in diſpoſitione pœnali, & odioſa ratihabitionem, id exprimunt.

munt. §.20. *numer.* 37.
Legiſlatorem vnum velle irritas reddere exemptiones à prædeceſſoribus conceſſas,niſi id expreſsè enunciet, non eſt credendum.§.8.n.113.
Legiſlatrix poteſtas non poteſt eſſentias rerum mutare, ſed declarare. §.10.n.23.
Legiſtas, & multò magis Theologos mirum eſt aſſeruiſſe tam promptè, abſolutè, & ſine examine, inſidioſam occiſionem ab inimico patratam carere qualitate proditoris, eò ipſo quòd ab inimico peragitur. §. 10.*n.*65. eorum æquiuocatio. *ibidem. n.*70. abſurdum ex eorum doctrina. *ibid.n.*71.
Leges veteris teſtamenti an ſeruentur ad cauſarum deciſionem. §.29.*n.*16.
Leges illæ omnes, quas Eccleſia iudicauerit expedire ad finem ſupernaturalem, poſſunt per eam condi ſine dependentia ab approbatione,& receptione ſubditorum. §. 29. *numer.*147.
Legum confirmatio quid ſit, & quem effectum habeat. §.9.*n.*72.*&* 73.
per Leges municipales ſæpè ſancitur, vel potius declaratur id,quod eſt de iure communi,ob diuerſas circa ius ipſum opiniones.§.8.*n.* 19.20.*&* 21. ſicuti ſæpè conceditur, tanquam priuilegium, id, quod competit de iure communi, contrà opiniones, dubia, & ſcrupulos, *ibidem n.*22. & conceduntur diſpenſationes ad ſolamen ſubditorum in caſibus non egentibus diſpenſatione. *ibidem.*
Lex, vel ſtatutum habens plures intellectus, poteſt allegari in quolibet intellectu, quando quilibet intellectus probatur per bonas leges, aut rationes aliarum legum. §. 9. *numer.*78.
Lex non probatur, niſi per ſcripturam promulgetur, vel authenticè oſtendatur. §.8.*n.*55.
Lex frequentis vſus cauſa aliquid decernens non excludit caſum minus frequentem,ſed comprehendit.§.29 *n.*62.
Lex quando vult aliquid, exprimit: non expreſſit: ergo non voluit: ſi non voluit: non debemus requirere plus, quam requirat legiſlator. §.29.*n.*308.
Lex quando ſit fauorabilis, & quando odioſa.§.21.*n.*43. limita vt *n.*45.
Lex, quæ principaliter facta eſt ob fauorem, licèt conſequenter tangat odium alicuius,dicitur tamen fauorabilis, ac proinde latè interpretanda eſt. §.21.*n.*23.
Lex humana poteſt imponere excommunicationem, & aliàs iuris pœnas ob omiſſionem actus debiti. §. 24. *num.*19.
Lex immunitatis an ad vnguem ſeruanda ſit in caſibus etiam arduis. §.30. *n.*10.11.*&* 12.
Lex raros caſus non reſpicit, ſed ea, quæ frequenter accidunt. §.29.*numer.*59.
Luſitaniæ ordinationes priuant immunitate maritos occidentes animo deliberato vxores ſub prætextu adulterij.§.8.*n.*17.

M

MAchinatio ſonat in malum, & includit actus intellectus, & voluntatis. §.5. *n.*6.
Machinatio ſecundùm ordinem executionis, dicitur fieri arte verborum, & fit ex præmeditata aliqua inuentione & techna.§.5.*n.*6.
Magicorum ſuſurrorum modus,ex facto ſagæ louanienſis. §.20.*n.*50.
Maleficium perficitur ſolâ potentiâ carminis, & verborum. §.20. *n.*81. & quomodo.*ibid.n.*82.
Mandans, vt proximus ſuus occidatur per inſidias, eſt homicida, & proditor.§.20.*n.*1. at non priuatur immunitate.*ibid.n.*3.contra graues doctores.

res. *ibidem n.6.* quorum argumento reſponderur.*ibidem n.*7.8.9.10.11.*&* 12. amplia ad iubentem. *ibidem numer.*13.

Mandatum de proditoriè occidendo eſt dignum pœna priuationis immunitatis, & maiori, ſed non inuenitur de facto decreta in iure talis pœna quo ad mandatum. §.20. *numero* 12.

Mandans aliquem occidi in Eccleſia, vel mutilari,*ibidem.* ſiue mandatum detur in Eccleſia ipſa, ſiue extra illam,non priuatur immunitate,ſicut nec conſulens. §.20.*n.*5.

Maritus, qui vxorem occidit, proditor eſt. §.18.*n.*4. intellige,vt *ibidem numer.*12.

Maritus occidens deprehenſum cum vxore concubitorem, eſt homicida liber,ſed non ex propoſito. §.2. *numero* 5.

Maritus zelotypus adigens ad hauſtum veneni vxorem non valentem reſiſtere,& ſe tueri, eſt proditorius homicida. §.19. *n.*32. ſed immunitate gaudet.*ibid.*limita,vt *n.*38.*&* 39.

Maritus non excuſatur à cohabitatione cum vxore,quod timeat,ne continere poſſit ab ea necanda, ob conceptam de illa aliquantulam ſuſpicionem adulterij. §.33.*n.*63.

Marta non benè refundit atrocitatem proditorij in fidei violationem,§.16. *n.*33.

Mater prægnans, quæ ſibi efficaciter procurat abortum fœtus animati,eſt rea homicidij proditorij. §.21.*n.*1.7. *&* 8.etiamſi procuret antè octauum menſem à conceptione: ſecùs,ſi antè animæ infuſionem. *ibidem n.* 2. quando amittat immunitatem.*ibid. num.*10. 11.12. *&* 13. limita vt *n.*26. *&* 27.

Mater non poteſt iuſtificare abortum per intentionem vitandi dedecus, & vltionem parentum. §.21.*num.*2. etiamſi ſit nobilis,aut Monialis, aut aliàs Deo ſacta, aut immineat ſcandalum, & fœtus non ſit animatus. *ibidem.*

Mater occidens infantem tenetur qualitatem filiationis conſtituentis parricidium, confiteri ſacramentaliter. §.28.*n.*73.

Mater ſinens elici ſibi ſanguinem ad abortum procurandum,eſt concauſa proditorij homicidij, & an gaudeat immunitate. §.21.*n.*31.

Matrimonialibus in cauſis cum Indorum Neophytis,an teneantur Iudices Eccleſiaſtici ſeruare figuram iudicij.§.29.*n.*305.

Medicus, aut coquus tyranni iniuſtè obſidentis vrbem, non poteſt eum contra debitam fidem occidere proditoriè: in quo ſenſu intelligenda eſt quædam ſancti Antonini doctrina §.12. *n.*10.

Medicus, qui venenum ægroto propinat,proditor eſt.§.18.*n.*10.

Mendacium dicens,præſumitur in dolo. §.33.*n.*28.

Mendacium habere pro ſuo formali completiuo intentionem fallendi malè opinatur Angelus de clauaſio. §.16.*n.*30.

Miles vnius exercitus concedente duce, poteſt aggredi aduerſarios iniuſtè bellantes, & occidere dormientes aut veneno fontibus infuſo.§.12. *num.* 10.

Minæ an probentur per teſtes ſingulares.§.29. *n.*291. *&* 299.

Modi deficiendi à fide perperàm ab aliquibus dicuntur *ſpecies,*cum differant inter ſe ſolùm materialiter,conueniant verò formaliter.*ʃ.*.9.*n.*30.

Moralis, & liberi ratio eſt fundamentum imputabilitatis.§.24.*n.*12.

N

NAuarrus voluiſſet videre definitionem occaſionis proximæ traditam ab alio ob difficultatem rectè

rectè difiniendi. §. 5. *numer.* 5.
Negatiua indeterminata, & coarctata quomodo differant. §. 32. *n.* 20.
Negatio retractationis non facit voluntatem magis nunc influere, nec facit voluntatem minus influere, & cur. §. 23. *n.* 68.
Non baptizatum infantem occidens tenetur in ſacramentali confeſſione dicere circumſtantiam non baptiſmi. §. 28. *n.* 70.
Non defendere, & ponere obicē defenſioni differunt. §. 24. *n.* 22. non defendens aliàs impotentē ad ſe tuendum à morte, eā etiā ſecutā, eſt particeps immunitatis: ſecùs verò, qui ponit obicē: imò & fit hic irregularis. *ibid.*
Non eſſe, & *non apparere* æquiparantur. §. 10. *n.* 36. quod principium applicatur ad inſidioſè occiſum incogitantem de inimicitia occiſionis. *ibid.*
Non factum debet probare, qui in non facto fundat intentionem ſuam. §. 32. *n.* 20.
Non ſecutæ rixæ qualitas eſt difficilis probationis. §. 32. *n.* 23.
Non rixam expreſsè probare non eſt neceſſe, quando aliundè probatur appenſamentum. §. 32. *n.* 32. exemplum. *n.* 33.
Notorium quamuis ſit delictum eſſe ex iis, quibus negatur immunitas, requiritur tamen adhuc cauſæ cognitio. §. 29. *n.* 103.

O

OBligatio in caſibus, in quibus conſuetudo non aliter potuit inducere obligationem, quàm mediante opinione hominum, qui putarunt ſe ad aliquid teneri ſub mortali, tollitur, demonſtratā in ſubſiſtentiā illius opinationis. § . 8. *n.* 48.
Occidens in rixa, occidit liberè, ſed non præmeditatè. §. 2. *n.* 7.
Occidere in re odioſa importat concurſum immediatum, & per actionem phyſicam in genere cauſæ efficientis. §. 20. *n.* 36.
Occidendi verbum, quo vtuntur *cap. 1. de homicid.* & Gregoriana, ſignificat factum, ideſt occiſionem per actionem poſitiuam, non per negatiuam. §. 24. *n.* 14.
Occiſor in toto rigore quinam ſit. §. 20. *n.* 94. & an ſint tales quidam, de quibus. *ibid. n.* 95. & 96. 98. 99. & 100.
Occidentis nomine non venit in odioſis mandans occidi; ſed ſolùm occiſionis executor. §. 20. *n.* 4.
Occidens Petrum, licèt credat eſſe Paulum, terminat cognitionem practicam, & exinde regulatam voluntatem ad obiectum intentum à Legiſlatore. §. 23. *num.* 39. 40. 41. & 42. non excuſatur à pœna ordinaria homicidij. *ibid. n.* 43.
Occidere ex propoſito, atque ex induſtria in tota plenitudine, vti exigit odioſitas exceptionis, quid ſit. §. 23. *num.* 27.
Occidens per inſidias non diffidatum, dicitur ſecundùm communē vſum loquendi id facere *traditoreſcamente, da traditore, &c.* §. 9. *n.* 57.
Occidens ex inſidiis carceratus cuſtodem, cui nec amicus, nec inimicus erat, eſt proditor. §. 17. *n.* 25.
Occidens cōtra fidem, vel per amicitiæ prætextum, vel confidentem ex connexitate cum occiſore, vocatur cum maiori ſtomacho *proditor*, non ampliato conceptu quoad maliriam proditoriam, ſed quoad malitiam modi affidādi omninò extrinſecam rationi proditorij. §. 26. *n.* 10.
Occiſio proditoria per inſidias negatiuas facta, ingerit ſolam ſpeciē malitiæ proditoriæ non trahentis ſecum aliam malitiam, per vnionē ad quā reddatur horribilior in conceptu morali: non tamen, ideo deficit hæc occiſio à plena, atque vniuoca ratione proditorij. §. 26. *n.* 11.
Occiſio facta paulò poſt rixam, vel iuſtum dolorem, aut alium animi

affectum, licet receſſum ſit à loco rixæ, cenſetur facta in rixa, ac proinde liberè, quidem, ſed non ex propoſito, quamuis præceſſiſſet inimicitia. §.2. *n*.8.

Occidens inimicum caſu obuiam factum, eſt homicida liber, ſed non ex propoſito. §.2. *n*.6. fecùs, ſi præconceperat propoſitum de illo occidendo, quamuis caſu repertum occiderit. *ibid.*

Occidens Clericum turpiter inuentum cum vxore, vel filia, & impotentem ad ſui tutelam, quamuis mortaliter peccaret, non incurreret reſeruationem homicidij, nec excommunicationem, nec iacturam immunitatis, nec titulum proditorij. §.11.*n*.25.

Occiſo per inſidias ab inimico non eſt imputabilis omiſſio præcautionis debitæ. §.10.*n*.60.*&* 72.

Occiſus per inſidias habuit innocentem in apprehenſionem de fundamēto, potentia, & debito præcauendi ab inimico occiſore. §.10.*n*.52.

Occiſionis ſui ipſius deformitas in quo fundetur. §.10.*n*.57.

Occultationis delictorum quantam rationem habuerint iura ſecundùm Camillum Campegium, & Decium. §.29.*n*.253.

In occultis delictis exceptis, poſt habitas probationes poſſibiles ex grauibus coniecturis, poſt ſeruatam debitam in cognoſcendo formam, poteſt Epiſcopus procedere ad tradendum reum foro ſeculari, ſi ea cognitio ſufficeret Iudici laico ad puniendum eumdem. §.29.*n*.254. Papa excipit delicta ex zelo iuſtitiæ, & ideo non cenſendus alligaſſe iudicandi formā ad plus metaphyſicas, quàm morales probationes, quæ ſæpiſſimè effectu fraudētur, & voluiſſe plus in cauſa merè ciuili, quàm vniuerſus ſapientum conſenſus velit in cauſa rigidè criminali. *ibid.n*.255.

Occultis in delictis, quæ ſunt difficilis probationis, probatio præſumptiua habetur pro plena, & concludenti. §.29. *à num.* 250. occultius nihil proditione, aſſaſſinio, hæreſi, & ſimilibus. *n*.252.

in Odioſis explicandis adhibendæ interpretationes non impropriæ, & ampliores, ſed propriæ, & ſtrictæ. §.24.*n*.14.

Odium abominationis, & odium inimicitiæ quænam ſint. §.10.*n*.1.2.*&* 3. & rurſum de odio inimicitiæ. §.17. *num*.7.

Officialis, qui captum detentum apud ſe, occidit, proditor eſt. §.18. *num*.8. intellige, vt *ibid.n*.12.

Omiſſio, & commiſſio non differunt ſpecie. §.24.*n*.23. intereſt ad effectus iuris, ſitnè actus cōmiſſio, an omiſſio. *ibid.n*.24. grauius eſt delinquere cōmittendo, quàm omittendo. *ibid.*

Omiſſio defenſionis contra obligationem iuſtitiæ, ſit inde iniurioſa quidem, ſed non deſinit eſſe cauſa negatiua. §.24. *n*.13.

Operationes intellectus, phantaſiæ, & voluntatis nō poſſunt vllū effectum in rem externam ſeparatam producere, quamuis poſſint concitare ſpiritus, atque humores. §.20.*n*.69.

Opinionē de excluſione homicidæ citra inſidias induſtrioſi ab immunitate, tanquam multò probabiliorem oppoſita opinione, Epiſcopus poteſt, & debet præferre ipſi oppoſitæ. §.8.*n*.86. limitatur.*n*.87.

Opinionē probabilem ſingularis Doctoris ſuſtinentem matrimonium, debere præferri plurium ſententiæ illud impugnantium, an verum ſit vniuerſaliter. §.8.*n*.90.*&* 91.

Opinio docens diſpenſabilitatē matrimonij rati, eſt practicabilis. §.8.*n*.91. ſicuti practicabilis fuit olim docens licere Iudæis diuortiū quoad vinculi diſſolutionē. *ibid.* quod aliqui aſſerunt etiam pro his temporibus. *ibid.*

Ex

Ex opinione probabili valoris matrimonij talis, qui contrahit, & conſummat matrimonium, adimit ſibi facultatem variandi opinionem, & tranſeundi ad contrariam de nullitate eiuſdem matrimonij, ac proinde dimittendi primam, & ducendi nouam vxorem. §.8. *n*.91.

Opinio fauens immunitati non eſt ſemper neceſſariò præferenda opinioni, quæ non fauet. §. 8. *à n*. 58. *vſque ad* 97.

Opinionem contrariam deciſionibus Rotæ poſſunt, vrgente ratione, Iudices ſequi, & relicto ſtylo recepto in aliquo tribunali iudicare. §.8. *n*. 52.

Opinionis immunitati fauentis prælatione in caſu æqualitatis rationum pro immunitate, ex contra illam expoſcit religionis fauor. §.8. *n*.71.

Opinionis probabilioris, & æquè probabilis pro immunitate, vſum, reiecto vſu opinionis minus probabilis, & æquè probabilis contra immunitatem, religio exigit, & cur. §.8. *n*.81.

Opinionis contra immunitatem probabilioris vſum permittit religio, & cur. §.8. *n*.82.

Opiniones circa articulos immunitatis nō ſunt regula operandi: ſed neque ſunt obiectum electionis ex eo, quòd ſint probabiles, ſequitur, quòd ſit probabilis opinio, licere Iudici eas in praxi ſequi, ſi etiam minus probabiles ſint, quàm oppoſitæ. §.8. *n*.77.

Opinionis fauentis immunitati prælatio continua, & abſoluta non eſt conuincibilis ex aliquo titulo. §.8. *à n*.78. *vſque ad* 88. de titulo Religionis *à n*.79. *vſque ad* 82. de titulo Charitatis. *n*.83. de titulo Iuſtitiæ *à n*.84. *ad* 87. de cap. fin. *de ſent. & re iudic. num*.88.

Opinionem excludentem ab immunitate homicidam induſtrioſum citra inſidias, contra quam nihil adhuc intimatum authenticè fuit, poteſt Eccleſiaſticus Iudex ſequi ſine culpa, & dolo. §.8. *n*.41.

de Opinionis electione in materia immunitatis non eſt ſequenda doctrina Franciſci de Lugo §.8. *n*.74. *&* 75.

de Opinione aliud eſt loqui, vt habet rationem regulæ operandi, aliud vt tranſit in obiectum electionis. §.8. *n*.76.

Opinionem variare non licet in praxi, ſi ex variatione ſequatur præiudicium tertij. §.8. *n*.91.

Opinionem quamdam fortaſsè non veriorem expedit ſequi in caſibus inuoluentibus occaſionem fauendi Eccleſiæ ad vitandam pollutionem ipſius Eccleſiæ, & immunitatis iactură. §.21. *n*.17. vbi quòd ad vitationem effectuum odioſorum expedit ſequi opinionē non concedentē fœminis animationem ante 90. dies.

Opinione probabili expedit interdum vti ob magnum bonum promouendum, ſicuti ad aliquod malum impediendum vtimur interdum aliqua ſententia etiam parum probabili. §.30. *n*.4.

Opinio quædam communis ante Sotum poſtquam hic Doctor contrariam præclaro iudicio docuit, cœpit exoleſcere. §.8. *n*.46.

Opinioni nunc nouæ non vult Caramuel quidquam obeſſe vſum exiſtentē in Eccleſia tanquā obligatorium, quippe fundatum in communi huc vſque opinione. §.8. *n*.47.

Opinionum quādo adeſt varietas, non dicitur res dubia. §.8. *num*.94.

Opinio, & dubium ſunt res diuerſæ. §.8. *n*.95.

Opiniones ponūt formalem aſſenſum in intellectu: dubium verò relinquit intellectum nec aſſentientem, nec diſſentientem. §.8. *n*.96.

Oppoſitio malitiæ homicidij, & malitiæ proditionis ad eamdem virtutem, non obſtat ſpecificæ diuerſitati inter illas. §.28. *n*.12.

P

PApa ſolus in cauſa immunitatis habet ſupremam poteſtatem. §.29.*n.*23.eſt ſuprà totum ius,& totam Eccleſiam. *ibid.*

Papa quid potuerit diſponere circa modum cognoſcendi in cauſa immunitatis circa delicta excepta.§.29. *à n.*29. *ad* 35.quid diſpoſuerit de facto *ibid. à n.* 36. *vſque ad finem paragraphi.*

Papa potuit deſumere textum ex lege veteri,& relictis exemplis ipſius legis iam mortuæ, & mortiferæ quo ad ceremonialia, & iudicialia, ſtatuere aliquid nouum pro Eccleſia. §.8. *n.*40.

Parricidium explicari debet in confeſſione à Matre occidente filium,ſicut ab alio occidente patrem, matrem, fratrem,ſororem.§.28.*n.*73.

Pater videns percuti filium, & filius patrē videns percuti filium, & filius patrem, ſi percuſſorem incontinenti occidant, ſunt homicidiæ liberi, ſed non ex propoſito. §.2.*n.*4.

Pater occidens deprehenſum cum filia concubitorem, eſt homicida liber, ſed non ex propoſito.§.2.*n.* 5.

Patet, qui occidit filium, proditor eſt. §.18.*n.*2. ſed iuxta ea, quæ habentur in eodem.§.*n.*12.nec gaudet immunitate. *ibidem.n.*3.

Patris in poteſtate dici non poteſt infans antè quàm natus.§.21.*n.*5.

Pax quomodo definiatur.§.12.*n.*31.denominatur pax à pactione, quam includit,&quidem correſpectiuam, & de ratione eius eſt, quod ſit perpetua,& ſpontanea. *ibidem.*

Pax, & reconciliatio non differunt. §.12.*n.*32.

Pacti pacalis obiectum quodnam ſit. §.12.*n.*33.

Pax, & reconciliatio inimicitiam extinguit.§.13.*n.*13.*&* 14.

Pax malè definitur *finis diſcordiæ.* §.13. *n.*13. *&* 14. niſi addatur *per pactum,* quo fit, vt pax dicatur à pactione. *ibidem.n.*14.

Pax facit conualeſcere relictum, quod intelligebatur reuocatum per iniuriam grauem teſtatori factam poſt teſtamentum. §.13. *n.*14.

Pax inita demonſtratur per ſalutationes. §.14.*n.*30.

Pax an præſumatur fracta ex antiqua cauſa,non conſtito de ſuperueniente noua cauſa. §.32.*n.*39.40.*&* 41.

Paci,induciis, & cautioni iudiciariæ id commune eſt, vt pariant ſecuritatem ab offenſa. §.12.*n.*36.

Peccatum diuerſæ ſpeciei an inducatur ex hoc, quòd prohibitio ſit à diuerſis iuribus.§.28.*n.*61.exempla.*ibidem n.*62.*&* 63.

Per alium quod facimus,quomodo cēſeamur facere per nos ipſos.§.20.*n.*7.

Perfidia eſt datæ promiſcuè fidei ruptio.§.12.*n.*5.

Periuri,& falſi teſtes,qui cauſa ſunt, vt aliquis alioqui non damnandus damnetur ad mortem, gaudent immunitate.§.20.*n.*28.

Petri Franciſci Paſſerini egregia reſponſio ad auctorem circa quæſtionem de neceſſitate confitendi circumſtantiam proditionis ſuperadditam homicidio.§.28.*n.* 5.

Pœna ordinaria quæ,& quæ extraordinaria. §.11.*n.*9.

Pœnæ ordinariæ quandocunque non eſt locus,an ſit ſemper locus immunitati. §.11.*à n.*10.*ad* 14.

à Pœna ordinaria excuſatus, licèt non ab extraordinaria, poteſt carere immunitate.§.11.*n.*12.

de Pœna ordinaria homicidij quandò agitur in iure, ſermo eſt de homicidio voluntario directè. §.23.*n.*31.

in Pœnis,præſertim priuatione immunitatis, non ſufficit æquiparatio,ſed requiritur identitas.§.20.*n.*8. nec valet in eadem immunitatis materia argumentum à paritate, vel maioritate rationis. *ibid. num.* 9. nec fit

ex

Digitized by Google

extenſio de caſu ad caſum.*ibid.n.*10.
Pœna non tam propter affectum voluntatis,quàm propter effectum ex praua voluntate ortum,imponitur. §.23.*n.*65.
Pœna exceſſiua ſola non affert regulariter argumentum ſpecificæ diuerſitatis delicti qualificati, comparati ad ſeipſum non qualificatum. §.28. *num.*13.
Pœna ciuilis,& legalis non tollitur per pœnitentiam. §.23.*n.*60.
Poſſeſſionis in materia, habenda eſt cæteris patibus magna ratio antiquitatis. §.8.*n.*128.
Poſſeſſio cuiuſlibet iuris certa non eliditur per oppoſitam opinionem probabilem, & in ſpecie poſſeſſio *capituli* 1. *de homicid.* quod ad excludendam, ſaltem valdè probabiliter, ab immunitate occiſionem citra inſidias induſtrioſam, non deſtruitur per correctionem ſolùm opinatiuam.§.8.*n.*118.
Potuit, & debuit ſcire non habet ſemper vim. §.10.*num.*62. quando nam efficeret imputabilem omiſſionem præſeruationis à nece per inimicum illata inſidioſè. *ibid. n.*63. 67. 68.69. & 70.
Praxis vera in accuſatione proditorij quænam erit.§.10.*n.*103.
Praxeon tribunalium circa inquiſitionem proditorij non intendit directè euerſionem auctor, ſed candidam inueſtigationem quidditatis proditorij, quam inueſtigationem credit non pendere vnicè à praxi tribunalium, & fieri poſſe ſine iniuria eorumdem, licèt inde quaſi accidat correctio ipſius praxeos, & receſſus ab illa, quem receſſum non debet omittere in meram gratiam tribunalium contra proprium lumen. §.10.*n.*101.
Si praxim tribunalia fundarent in apertiſſima iuris ſanctione, vel ratione conuincenti, temerè conciperentur opiniones in contrariũ:at cum neutrum habeant pro ſe cauendum potius illis eſt, ne praxim non fundatam ſequantur, quam timendum auctori, ne erret, qui in hoc tribunalia non ſequitur, quæ non ſequela licita eſt.§.10.*n.*101.
Præceptorum geminatio non probat, duplicem in eodem actu malitiam eſſe, ſed duplicem tantùm cauſam eiuſdem malitiæ numericæ. §. 28. *num.*58.
Præceptum nullum à Chriſto datum eſt, præter naturalia decalogi, & ſupernaturalia Fidei, & Sacramentorum. §.29.*n.*18.
Præmeditato animo an ſit factum homicidium,à Iudicis arbitrio pendet. §.33.*n.*24.
ad Præmeditationem ſufficit ceſſatio à rixa, & tranſitus primi furoris rixæ, colligendus ex ſignis externis iudicio prudentis. §.2.*n.*11.
Præmeditationem in homicidio facto poſt vnam noctem à ſecuta rixa agnouit Vulpellus. §.2. *n.*13.
Præmeditatum non cenſetur ſecundùm aliquos delictum factum intra 30. dies à die cœptæ inimicitiæ, ſed eſt falſa doctrina. §.2. *n.*9. & repugnat ſanctum Eccleſiæ prohibentis duellum ſub arcta cenſura.*ibidem numero* 10.
Præſumptiones iuris quid ſint. §. 29. *numero* 176.videntur ſufficere ad intentum Gregorij XIV. *ibid. n.* 177. & 178.
Præſumptiones hominis quæ ſint.§.29. *n.* 180. videntur ſufficere ad intentum Gregorij XIV.*ibid.*
Præſumptiones violentæ quæ ſint. §.29.*n.*181.
Præſumptiones ; ſiue cadant ſupra actum, ſiue ſupra qualitatem actus, probari debent per duos teſtes apud Iudicem immunitatis. §.29.*n.*182.
Præſumptio, ſeu indicium, ſi ſit actui proximum, probatur per vnum te-

ſtem omni exceptione maiorem, in ordine ad torturam. *ſ. 29. numero* 182.

Præſumptio, indicium, coniectura ſunt termini æquiuoci, & quem ſenſum habeant. §.29.*n.*184.185.

Præſumptio & coniectura an diſtinguantur. §.29.*n.*186.

Princeps non videtur voluiſſe vno verbo tollere iura, quæ tot vigiliis fuerunt promulgata, & vno verbo, & quaſi aliud agens reuocare legem obſeruatam. §.8. *n.* 112.

Principes ſeculares, quantumcunque magni, nihil poſſunt diſponere circa materiam immunitatis, nec circa cognitionem cauſarum ad eamdem pertinentium, nec reos ad Eccleſiam confugas extrahere. §.29. *n.*24. idem dicendum de Principibus ſacrorum, id eſt Epiſcopis. *ibid. n.*26. qui circa hanc materiam id ſolum, & eo modo poſſunt, quod, & quo Papa illis indulget. *ibidem numero* 28.

in Probabili materia quo modo poſſit quis determinari ad alteram contradictionis partem, adeo vt retrocedere non liceat in vim contrariæ opinionis. *ſ.*8. *n.*91.

Probabilitas diſpoſitionis, *c.*1. *de homic.* etiam per ſe conſiderata ſeorſim à ratione poſſeſſionis certæ, non impugnatur per probabilitatem correctionis, & cur. §.8.*n.*122.

Probationis etiam à lege prolatæ appellatione venit, etiam ſemiplena probatio, quando ſubiecta materia repugnat. §.31.*n.*17.

Probationes plenas ad habendas, quæ iuxta materiam ſubiectam haberi poſſunt, & pro legitimis reputantur, etiamſi plenæ non ſint ſeruari poteſt ordo iudiciarius. *ſ.* 31. *numero* 26.

Probationes dilucidas quando iura requirunt, & ſic videntur excludere coniecturas, id non procedit, quando ſubiecta materia aliud ſuadet. §.29. *num.* 257. vbi habes applicatam doctrinam ab Hannibale de Canonicis, & ad caſum noſtrum.

Probetur quomodo proditorium in facto. §.32. *per totum.*

Probatio appenſamenti non cadit immediatè, niſi ſupra ſolas coniecturas de illis. §.32.*n.*11.

Probatio adulterij, & ſodomiæ non cadit ſupra hos actus, ſed ſupra coniecturas de illis. §.32.*n.*11.

Probantur confeſſione extraiudiciali, quæ conſiſtunt in animo. §.32. *num.*30.

Probatio ſemiplena ſufficit ad defenſam. §.34. *n.*11.

Probeturnè proditorium per teſtes ſingulares. §.29. *num.*176. *&* *num.* 288. *& ſeqq.*

Probatio proditorij habetur, probatis ſignis amicitiæ, & non caſu ſubito. §.32.*n.*21.

Probatio proditorij per inſidias negatiuas quomodo fiat. §. 32. *à num.*7. *ad* 14.

Probatio proditorij ſub ſignis amicitiæ. §.32. *à n.*14. *ad* 35.

Probatio proditorij inter connexos. §.32. *à n.*36. *ad* 38.

Probatio proditorij ſub promiſſione de non lædendo, & ſub pace. §.32. *à n.*37. *ad* 44.

Probari plurima ſi exactè deberent, tranſirent ſine prouiſione Legiſlatoris. §.29.*n.*251.

Probatur mors alicuius per hoc, quòd iuit ad locum peſte infectum, & non reperitur. §.29.*n.*251.

Probationes de domo rei ſumi poſſunt in ciuilibus. §.29.*n.*107.

Probatio iudicialis non requiritur, quotieſcumque aliquid committitur conſcientiæ, & prudentiæ alicuius. §.29.*num.*95. nec teſtes iurantes. *num.*96.

Probationem plenam qui dicunt requiri in delictis occultis, precludunt

dunt viam probationi horum delictorum ex Crauetta. §. 29. *numero* 58.

Probatio vera, & præſumptio differunt, & in quo. §. 29. *n.* 175.

Probationum euidentium neceſſitas excluditur in cauſa immunitatis. §. 29. *à n.* 48. *ad* 79.

Quod probatur plenè, non *videtur* eſſe, ſed clarè, firmiterque conſtat Iudici: at quod *videtur* eſſe, non clarè, nec firmiter conſtat, ſed prudenter ſolùm ſe ita habere creditur, non tamen ſine formidine oppoſiti. §. 29. *n.* 67.

Probatio per teſtes, & per propriam confeſſionem deeſt in criminibus occultis, non ſupereſt modus ad plenè probanda ipſa crimina in cauſa immunitatis. §. 29. *n.* 55.

Proceſſus an ſit publicandus reo in cauſa immunitatis. §. 29. *à num.* 108. *ad* 110.

Proceſſus publicatio in iis etiam cauſis neceſſaria eſt, in quibus proceditur ſine ſtrepitu & figura iudicij. §. 29. *num.* 109. dictum Caualcani ad rem. *n.* 110.

Proceſſui laicali Epiſcopum poſſe ſtare, poſſe non ſtare, teneri ſtare, & teneri non ſtare, differunt inter ſe: quod aliqui non diſtinguentes, allegant pro vna ſententia Doctores, qui ſunt pro alia. §. 29. *numero* 102.

Proceſſum ſecularis curiæ in cauſa immunitatis an poſſit, aut debeat Epiſcopus. §. 29. *à n.* 98. *ad* 103.

Prodere eſt terminus generalis, qui diuerſo in ſenſu accipitur ſecundùm habitudinem ad diuerſa. §. 9. *numero* 29.

Prodere ſi ſumatur per habitudinem ad fidem, quam quis alteri debet, & non præſtat, ſed violat, eſt abiicere à ſe, & procul dare fidem: vnde proditor dicitur, qui fidem alicui debitam abiicit. §. 9. *n.* 30.

Proditor per comparationem ad fidem quam multiplex ſit. §. 9. *numero* 31.

Proditor per comparationem ad fidem debitam domino Reipublicæ, ac Principi. §. 9. *n.* 32.

Proditio cur propriè dicatur in patriam, & Principem: at in priuatas perſonas dicatur crimen proditoriè factum. §. 9. *n.* 34. & 35.

Proditio in patriam, & Principem debet in Sacramentali confeſſione explicari. §. 9. *n.* 34.

Prodere ſi ſumatur per habitudinem ad aliquid, quod deberet manere occultum, eſt idem, quod *porro dare*, ideſt aperire, propalare id, quod porro dari non debebat, & hoc ſiue circa res, ſiue circa perſonas: vnde proditio dicitur, manifeſtatio occulti, nata inferre nocumentum alteri. §. 9. *n.* 36.

Proditor per comparationem ad occultum, quod propalatur, quàm multiplex ſit. §. 9. *n.* 36.

Proditione nihil execrabilius, & eſt delictum ex atrociſſimis. §. 1. *n.* 3.

Proditio ſecundùm Gribaldum, ſi conſtet, adimit reo defenſionem. §. 1. *num.* 4. quod dictum non eſt verum. *ibid. n.* 5.

Proditio auaritiæ filia. §. 17. *num.* 5. potuiſſet etiam numerari inter filias iræ. *ibid. n.* 6.

Proditio cadit in quemcunque impotentem hic, & nunc ad ſe tuendum, ſiue ſit capax ſequendi fidem alterius, & patiendi deceptionem, ſiue ſit incapax. §. 21. *n.* 12.

Proditionis malitiæ, & malitiæ homicidij oppoſitio ad eamdem virtutem, non obſtat ſpecificæ diuerſitati inter illas. §. 28. *n.* 12.

Proditio in ſuo eſſe pendet ab inſidiis, & ſine illis eſſe non poteſt: & quid operentur inſidiæ ad ſpecificandam proditionem. §. 9. *n.* 41.

Proditio in materia homicidij ſequitur

Digitized by Google

tur ad omnes inſidias,qualiſcunque ſtructuræ ſint, neque exigit ſequi ex ſolis inſidiis conſiſtentibus in prætextu amicitiæ. §.9. *n.*44.

Proditio, & *inſidiæ* ſunt nomina quæ confunduntur,& vnum pro alio accipitur, & cur. §.9. *n.*44.

Proditionem eſſe, ſi duellum fiat data opera ex vna parte, & non ex altera, perperam aſſerit Peregrin.§.8.*n.*101.

Proditionis definitio, vt ſit *deceptio contrà fidem datam*, eſt vera inadæquatè, itemque præſuppoſitiuè,non autem adæquatè, nec formaliter. §.12. *n.*7.

Proditionis tractatum puniri pœna vltimi ſupplicij, & proditionem non excuſari à pœna ob minorem ætatem, eſt ſententia Garoni. §.8. *n.*57.

Proditionis Iudæ non læditur conceptus in ratione proditionis per hoc, quòd Chriſtus, vt homo Deus,noſſet fraudes Iudæ, & diffidaretur ſine interruptione, & poſſet mille modis euadere. §.9. *n.*24. vbi ſimile habetur *n.*25.& optimus Ambroſij locus. *n.*26.

Proditionis Iudæ actio ſpecificata fuit in ratione proditionis,tanquam ab obiecto, ab impotentia ſe tuendi apprehenſa in Chriſto. §.9. *n.*27.

Proditionis circumſtantia an aggrauet homicidium intra eamdem ſpeciem malitiæ,an verò transferat idem ad nouam ſpeciem malitiæ, quæ debeat explicari in ſacra confeſſione. §. 28. *per totum*, ſententia auctoris *ibid. n.*9. fundamenta. *à numer.* 10.

Proditorij homicidij deſcriptio, traditur, & explicatur per ſingulas particulas. §. 25. *à n.* 1. *ad* 8. deſcriptio proditorij ex Caballo. *ibid. n.*9. impugnatur. *ad n.* 16.

Proditoria non eſt occiſio flagitioſi facta ex inſidiis de mandato Principis.§.25. *n.*10.*&* 11.licitè committitur à Principe cuilibet, & in quemlibet,& à ſtatuto in bannitum, & licitè executioni mandatur à quolibet. *ibid. n.* 12. & eſt meritoria, ſi fiat ex zelo iuſtitiæ. *ibid. n.* 13.

Proditorij homicidij definitiones variæ. §. 25. *n.* 17. *remiſſiuè.* continent ſæpè exempla proditionis, & verum non in ſenſu formali, ſed cauſali, & omittunt ferè omnes aliquid ex requiſitis ad proditorium. *ibid.*

Proditorium omne homicidium in ratione *proditorij* eſt eiuſdem ſpeciei atomæ. §.26. *per totum.*

de Proditorio homicidio quatenus tali, qualis ſit conceptus communis, & quæ prædicata homicidij non proditorij propria deſtruat.§.28.*num.*11.

Proditorij obiectum etiam ab imperitis apprehenditur,vt quid diuerſum multò plus, quàm ſecundùm magis comparatum ad minus, quod eſt concipi vt diuerſum quoad ſpeciem, non quoad ſolam latitudinem intentiuam intra eamdem ſpeciem. §. 28. *n.*11.

Proditorium propriè non habet ſpecies, ſed modos. §. 26. *n.*12.

Proditorij inter modos admittit Gambacurta differentiam ſecundùm magis & minus.§.26.*n.*13.in rigore vnus non poteſt dici magis, vel minus proditorius, niſi extrinſecè,à modo inſidiandi, & per habitudinem ad perſonam proditam. *ibid. n.*14.

Proditorij ratio incongruè ſtatuitur per ordinem ad defectum cauſæ præcauendi. §.10. *n.*86.

Proditorij atrocitas,non benè refunditur per Martam in violationem fidei. §.16. *n.* 33.

Proditorij vt tale eſt, tota deformitas in quo poſita ſit. §. 9. *n.*11.

de Proditionis ratione non eſt, vt proditor auferat defenſionem, cum ad proditionem ſufficiat,& omnino requiratur,vt occidatur carens defenſione; ſiue occiſor ipſe cauſet eam carentiam, ſiue ea carentia aliunde proueniat. §16. *n.*17.

Prodi

Proditionis deformitas non fundatur in impotentia præuidendi caſum mortis vt ſic, ſed in impotentia euitandi mortem, & ſe defendendi, ſiue hæc impotentia ſe defendendi oriatur ex impotentia præuidendi caſum mortis, ſiue aliunde. §. 9. *num.*50.

Proditorius homicida non ſum, ſi in eum, quem aggredi paro, dicam: *volta qua*. §.10.*n*.95.

Proditorij in definitione includunt aliqui, tanquam eſſentialem, non diſſidationem perſonæ proditoriè occiſæ. §.10. *n*.96. quæ doctrina bona eſt, ſed non adæquata. *ibid*. *n*.100.

Proditorium homicidium non erit, ſi ego te ducam inſidiosè ad locum, vbi quis præuia diffidatione te adoriatur, & ſinat te capere arma, & te defendere, & demum occidat. §.10. *n*.97.

Proditorij vera ratio includitur in homicidio per inſidias negatiuas commiſſo, quæ tamen non eſt formaliter ipſa ratio *inſidioſi*. § 9.*n*.4.

Proditorium quæ formaliter conſtituit ratio, reperitur æqualiter, atque vniuocè in occiſione per inſidias negatiuas, ſicut in occiſione ſub colore amicitiæ. §.16.*n*.13.

Proditorium per inſidias negatiuas non eſt tale largo modo, & impropriè. *§*.9. *n*.66. *&* 67.

Proditorij homicidij ratio tota perfecta completur ex inſidiis, & proditione, & hoc homicidium vtroque ſemper conſtat, nec poteſt eſſe proditorium ſine inſidiis aliquo modo præcedentibus. *§*.9. *n*.38.

Proditorij ad vltimam differentiam inſidiæ ſe habent præſuppoſitiuè, tanquam cauſæ ad effectum. §. 9. *numero* 39.

Proditionem, atque *inſidias* eſſe ſinonyma, atque importare idem, dicunt aliqui perperàm. §.9. *n*.40.

Proditio denominatur *proditio* per habitudinem ad inſidias, quæ per executionem produntur: ſortitur verò ſuam ſpecificam deformitatem per habitudiuem ad impotentiam præſentem ſe tuendi ab aggreſſore, §.9. *n*. 52. vbi quòd cum ea deformitas non accidat ſine proditione, id eſt propalatione inſidiarum, accipit inde denominationem *proditoriæ*.

Proditorem largo modo, & non proprie vocantes illum, qui occidit ex inſidiis, ſupponunt id quod eſt in quæſtione, & dictum non probant etiam tenuiter. §.16.*n*.60.

Proditorium ad propoſitum præſentis tractationis vnde dicatur tale. §. 9. *num*.37.

Proditorium etiam dici poteſt tale per comparationem ad fidem, quæ erga proximum vel explicitè, vel implicitè debita abiicitur in omni proditorio. §.9. *n*.54.

Proditoris ethimologia benè tradita ab Anonymo, ſed ordinata ad illegitimum intentum. §.9. *n*.55.

Proditorius homicida denominatur talis tum in ordine ad fidem, quam prodit, tum in ordine ad inſidias, quas indebitè porro dat, tum in ordine ad ius non inuadendi impotentem ad ſui defenſam, quod violat. §.9. *n*.56.

Proditorium an eſſentialiter ſecum trahat animum deliberatum. §. 11. *per totum*. diſcurritur pro parte negatiua *à n*.3. *ad* 19. pro affirmatiua. *n*.20. *&* 21.

Proditorij conceptus formalis eſt omnino abſtractus ab omni diſpoſitione animi, quæ poſſit eſſe inter aggreſſorem, & aggreſſum. §.17. *num*.1.

ad Proditorij rationem impertinentes ſunt combinationes, quòd amicus occidat amicum, quòd inimicus inimicum, quòd inimicus amicum, quòd amicus inimicum. §.17. *num*.2.

Proditorium de facto conſiſtere poteſt cum diſpoſitione neutra, vt nimirum nec amicus, nec inimicus occidat inſidiosè, nec amicum, nec inimicum. §.17. *n*.3.

Proditoris ab odio tanquam à prima radice, pendet aliquãdo impotentia ſe tuendi, ſed non ſemper. §.17. *n*.4.

Proditor eſt, qui occidit eum qui de ipſo confidebat, eſt bona doctrina, ſed vera ſolùm in cauſali ſenſu, & eſt inadæquata. §.16. *n*.44. *&* 45.

Proditorij rationem non alligari ad amicitiam, demonſtratur. §.16. *latiſſimè, per totum.*

Proditorij rationem alligantes ad amicitiam, loquũtur emphaticè, & non probant dictum. §.16. *n*.7.47. *&* 48.

Proditorij ratio non alligatur ad colorem amicitiæ, aut ad ſigna amicitiæ ab initio veræ, & poſtea ex interna proditoris mutatione falſificatæ. §.16 *n*.8. ſed excutrit ad occiſionem contra fidem de non lædendo, & ad occiſionem per inſidias negatiuas. *ibid. n*.9. *&* 10.

Proditorij alligationem ad amicitiam ſi velis conuincere, quid tibi ſit probandum. §.16. *num*.39.40.41.42. *&* 43.

Proditorium non poteſt conſiſtere in hoc quòd quis alium occidat cum mendacio, & ſimulatione vt ſic. §.16. *num*.22. vbi habes argumentum à pari.

Proditor eſt, qui aliud gerit in corde, aliud in opere, eſt impropria locutio. §.16. *n*.22.23. *&* 24.

Prodere malè definierunt aliqui. §. 16. *numer*. 25. neque in ſenſu formali procedunt aliqua de proditione, dicta per alios. *ibidem num*. 26. abſurdum, quod ſequitur ex definitione proditionis. *ibidem, num*. 27. *&* 28. impugnatio eiuſdem definitionis. *ibidem, num*. 29. 30. 31. 32. *&* 33.

Proditorium homicidium, vbi nullus præcedebat rancor, ſed potius ſimulabatur amicitia, quandonam ſit. §.17. *num*.8.

Ad proditorium ſub colore amicitiæ nõ requiritur, quòd in proditore ſit inimicitia, quamuis hæc plerunque præcedat, & ſit motiuũ ad ſe applicandum ad proditionẽ, nec requiritur, quòd præceſſerit inter eos amicitia, cum ſufficiat ſtatus neuter: ſed benè requiritur, quòd vel præceſſerit, vel actu interueniat ipſe color amicitiæ creditus à prodito non quidem color, ſed vera amicitia. §.17. *num*.9.

Proditoriè occidere aliquẽ quomodò quis dicatur, qui ſimulata amicitia, vel diſſimulata inimicitia illum incautum occidit. §.17. *n*.10.

Proditorij homicidæ, & immunitatis expertes iudicati ſunt duo, qui nec amicum, nec inimicum, cui nec ipſi erant amici, nec inimici, occiderunt ex inſidiis, vt rem gratam facerent inimicis occiſi. §.17. *n*.12. aliter iudicaſſet Thomas del Bene. *ibid. num*.13.

in Proditorio commiſſo per inſidias negatiuas, & in commiſſo ſub colore amicitiæ poteſt accedere ſtatus neuter. §.17. *n*.13. ad quem fortaſſe reſpexerunt multi in variis de proditorio enunciatis. *ibid. n*. 14.15.16. 17.18.19. *&* 20. & clarè hunc ſtatum, indicat Pequera. *ibid. n*. 21. eiuſque perfecta imago habetur in eo, qui ad inſtantiam prægnantis procurat efficaciter abortum fœtus animati, in quo caſu inter occiſum, & occiſorem neque amor, neque inimicitia interuenit. §.17. *num*.22.

Proditorium poteſt eſſe cum tenerrimo amore prodentis erga perſonam proditam. §.17. *n*.23.

Proditorium eſt compoſſibile cum inimicitia capitali occidentis in occiſum. §.10. *per totum.*

Proditionem, & inimicitiam implicate

contradictionem aſſerit immeritò Sperell. ſ.10. n.102.

Proditorij rationem ab inſidioſo homine, quàm indebitè remoueant aliqui vniuerſaliter per hoc, quòd inſidioſus aggreſſor ſit inimicus aggreſſi, conuincitur per Gambacurtam.§.10.n.92.

Prodirorium latè,& impropriè,non autē ſtrictè,& propriè, eſſe homicidiū ab inimico factum per inſidias,aſſerunt aliqui malè. §.10. n.93.

Proditorij notā ſi vitare vult aggreſſor inimicus, non debet niti præciſo titulo inimicitiæ, ſed debet hanc intimare aggreſſo in ipſo articulo aggreſſionis per diffidationem ita opportunè factam, vt relinquat alteri locum ad ſe tuendum.§.10.n.94.

Proditorij nota nō poteſt prætendi deſtructa, niſi per comparationem ad moralem, & humanam potentiam præcauendi exiſtentē in paſſiuè aggreſſo,non ad metaphyſicam, & nō moralem.§.10.n.40.& 45.quod debuiſſent aduertere quidā Doctores in ſuis aſſertionibus. ibid.n 44.iunctis numeris 38.39.41.42.& 43.& 46.

Proditorij ad vitationem non ſufficit, quòd aggreſſus haberet fundamentum,potentiam,& debitum in re ad præcauendū.§.10.n.47.48.49.50.& 51.

Proditor indagat articulū, in quo perſona prodenda, immemor fundamenti, potentiæ, debitique de præcauendo ab illo, tanquam infenſiſſimo,non cogitat quidquam. §. 10. n.51.vnde colligitur ſolutio argumenti criminaliſtarum. ibid.

Proditorij in inquiſitione nō eſt neceſſe dicere,quòd nulla præcedēte inimicitia offendit.§.10.n.101.& praxis cōtraria fundatur in ſententia apud auctorem improbabili, & ferè euidenter falſa. ibid.

Proditoriam necem in occiſione inſidioſa agnouit,ſed nō ſtatuit ius Caſtellæ, contemnendo rationem intercedentis inimicitiæ. §.10.n.22. & 23.contra aliquos. ibid.n.24.

Proditorius homicida, ſi occidit ex odio, debet explicare odiū in cōfeſſione.§.28.n.46. & aſſumptionē medij mortaliter mali ad conſtituendas inſidias negatiuas.ibid.n.47. nō verò tenetur dicere ſe occidiſſe cōtra datam fidem.ibid n.48.quid in ſententia quorumdam? ibid.n.64.& in ſententia auctoris in hoc caſu? n.65.nec tenetur dicere ſe per mendacia aſſecuraſſe prodendum. ibid. n.66.an ſit confitendum propoſitū prodendi. ibid.n.67.& 68. an cōfitēda carentia baptiſmi in infante occiſo? ibid.n.70.

Proditor quis non dicitur ex eo, quòd per dolum decipiat, vt ſic, ſed quia aggreditur impotētem ad ſe tuendum hic, & nunc, vndecunque ea impotentia oriatur. §.21. n.13.

Proditoriam labem ab aggreſſione non aufert diffidatio, ſi diffidatus non ſit habilis ad ſe defendendum. §.10. num.100.

Proditoriū non attenditur cōmuniter in aliquibus caſibus, ſed non ideo deficit ipſa proditorij ratio.§.9 n.51.

Proditorium homicidium poteſt dici factum ex propoſito, & non ex propoſito,& quando. ſ.23. n.25.

Proditoria occiſio,quæ excipitur in iure,& in Gregoriana,debet accipi in toto rigore,vt quàm minimum fieri poteſt ſalua verbi proprietate recedatur ab immunitate ad non immunitatem. §.20. n.93.

Proditorij homicidij proceſſus practicus deſcribitur à primo actu appenſamenti ad vltimum executionis. §.27. per totum.

Proditorij regulam non reſtringunt allata per Bartolum in l.reſpiciendum. §.delinquunt, ff.de pœna exempl. §. 14. num.23.

Proditorius homicida eſt occidens quemcunque in eas coniectum anguſtias hic, & nunc ex aliquo accidenti,

denti,vt etiam planè intelligens aggreſſionis imminentiam,tamen nec fugere, nec petere defenſores, nec obluctari poſſit. §.22. *n.*7.

Proditorius homicida eſt, qui ebrium necat, & immunitate caret. §. 22. *num.* 5.

Proditorius homicida eſt occidens dormientem, & immunitate caret. §.22.*n.*6.

Proditorius homicida eſt occidens furioſum,ſeu amentem,& immunitate caret. §.22.*n.*3.

Proditoriarum machinarum tranſmiſſor, aut ad eas deductor quando vel gaudeat,vel careat immunitate. §.10.*n.*84.& 85.

Proditoriè occidit, qui facie ad faciem occidit, ſi aggreſſus non diffidatus, non poſſit præcauere. §.9.*n.*8.& qui fraudulenter eligit arma ſibi apta, inepta autem aduerſario non monito. *ibid.num.*9. & qui in ſtadio tribules ſpargit, aut aliis vtitur, quæ vni ex pugilibus defenſionem adimant. *ibid.*

Prodirorij homicidæ ſunt, qui ex præuia doloſa pactione incipiunt rixam, vt alium inter ipſos mediantem occidant ſecurè.§.9.*n.*10.

Proditorius homicida eſt aggreſſor, ſi cum pluribus ſociis opprimat aliquem, non relinquendo locum defenſioni. §.9.*n* 49.& 50.

Proditorij homicidæ,& deliberati,ſunt ſorciarij occidentes ex magica arte homines. §.20.*n.*41. vnde moueantur ad infanticidia. *ibid. num.*44. occidunt adultos indiffidatos. *ibidem n.* 45. occidunt tum infantes, tum adultos vel immediatè, & per ſeipſos *ibid.n.*47. applicando venena. *ibid.n.*48. in quo caſu non gaudent immunitate, ſi de delicto difficili conſtare poſſit, & ſequatur mors. *ibid.num.*49. vel mediante Diabolo, tanquam inſtrumento. *ibid.n.*50. in quo caſu non amittunt immunitatem.*ibid.n.*57.imputantur ipſis occiſiones maleficiatorum tanquam iubentibus.*ibid.* ſimiles ſunt mandantibus aſſaſſinium.*ibid.n.* 57.tanquam athei ſunt. *ibid.n.*58.

Proditorius homicida eſt ex ferè omnium ſententia, qui proximum veneno necat.§.19.*per totum.*

Proditorium in venenatione non reſtringitur ad eam,quæ fit ſub colore amicitiæ. §.19.*n.*8.

Proditionis nota homicidis per venenum inuritur à pleriſque Doctoribus, non facta vlla exceptione inimicitiæ.§.19.*n.*9.12.& 13.

Proditorius homicida eſt maritus adigens ad hauſtum veneni vxorem, non valentem reſiſtere, & ſe tueri, ſed immunitate gaudet.§.19.*n.*32.limita vt.*n.*36.& 39.

Proditorium nō concluditur in veneficio per id dictum: *grauius eſt necare hominem veneno,quàm gladio.*§.19.*n.*2. per quid concludatur. *ibid.n.*3.

Proditorij homicidæ rea eſt mater, quæ ſibi prægnanti procurat efficaciter abortum fœtus animati. §. 21. *num.*1.7.& 8. etiamſi procuret ante octauum menſem à conceptione:ſecùs, ſi ante animæ infuſionem. *ibid.n.*2. nec incurrit reſeruationem homicidij. *ibid.*

Proditorius homicida eſt, qui terroribus incurſis adigit prægnantem ad præcipitem fugam, vt ſequatur abortus, ſi re ipſa ſequatur,& an gaudeat immunitate, §.21. *à n.*36.*ad* 50.

Proditorius homicida eſt tertius procurans efficaciter abortum fœtus certò animati,& an ſit immunitatis expers.§.21.*n.*28.29.30.32.34.& 35.

in Proditorio per abortum non attenditur communiter ad hanc rationem, eaque de cauſa pœna homicidij proditorij pro illo non imponitur:at ea non attentio nō operatur non exiſtentiam obiecti,quòd attendi poteſt. §.21.*n.*14.

Digitized by Google

Proditorij homicidæ ſunt infantium iam natorum occiſores,& immunitate non gaudent. §.22. *n.* 1. etiamſi maiuſculi ſint, qui habeant imperfectam cognitionem finis. *ibid. n.* 2. hac enim inſpecta,non poſſunt noſſe inſidiarum ſtructuram contrà ſe, & neceſſitatem ſe tuendi, & mediorum proportionem ad hunc finem. *ibid.*

Proditorij homicidæ ſunt illi inimici, qui per vſum lignearum pyxidum ſeu ſcattolarum archibuſettis oppletarum inſidioſè occidunt aduerſarios. §. 10. *n.* 81. exempla harum inſidioſarum occiſionum. *ibid.n.*82. & 83.

Proditorius homicida eſt, qui ex affectu, vt homo infallibiliter pereat, deducit nihil tale cogitantem ad decipulas letales, ſecuto effectu. §.20. *n.* 119. vel collocat decipulas in eo loco, per quem præuidit tranſiturum eſſe hominem incautum, vt in eas illabatur ex ſe, atque ab alio non deductus. *ibid. n.* 120. immunitate quando hic homicida gaudeat, & quando non *ibidem n.* 121. 122. & 126. & quid de cooperante ad necem per vſum harum decipularum. *ibid. n.* 123. quid de ſubtrahente tabulam cæco tranſeunti pontem.*ibid. n.* 124. quid de præcipitem dante aliquem appenſatè de ponte, vnde ille pereat. *ibidem. n.*125.

Proditorius homicida eſt ſecundùm omnes, qui occidit ſub amicitiæ ſignis. §. 14. *per totum.*

Proditorium vniuerſaliter eſt homicidium, quod fit contra eum, cui erant data ſigna ſecuritatis,& pacis. §.14. *n* 27.

Proditorium homicidium ſub amicitiæ ſignis quàm multiplex. §. 14. *à n.* 10. *ad* 27.

Proditor non minus eſt,qui occidit affidatum per ſigna amicitiæ ab initio veræ, quàm qui occidit affidatum per ſigna amicitiæ ſemper falſæ.§.14. *n.*6. & 7.

Proditorium ad inferendum non requiritur, quòd actus ſimulatæ amicitiæ ſint contemporanei cum ipſo actu proditionis. §.15. *per totum.*

Proditorium vt ſit homicidium ſub amicitiæ ſignis, debet fieri inſidioſè contra incautum ex durante in ſe confidentia erga occiſorem, ſecus verò erit, ſi per rixam fuerit ſublata affidatio & poſita diffidatio. §. 14. *n.*35.

Proditorium eſt homicidium, ſi fiat præcedente etiam vnica ſalutatione, §.14. *n.*30.

Proditor eſt pater,qui occidit filium,& filius, qui patrem, aut matrem. §.18. *n.* 2. ſed iuxta ea, quæ habentur in eodem. §.*n.* 12. nec prædicti gaudent immunitate. *ibidem n.* 3.

Proditorij nota non incurritur, nec amittitur immunitas, ex ſola qualitate filiationis, aut alterius nexus, ſi probetur facta diffidatio in ipſa aggreſſione, vel intercepiſſe rixa inter filium, & patrem, aut aliter connexos.§.18.*n.*14.

Proditor eſt frater,qui fratrem,maritus, qui vxorem, vxor,quæ maritum occidit. §.18.*n.*4. intelligo, vt *ibid.n.*12.

Proditor eſt propinquus, qui propinquum, ſeruus, qui dominum, diſcipulus, qui Magiſtrum, ciuis, qui Magiſtratum occidit. §. 18. *n.* 5. intellige vt *ibid. n.* 12. item dominus, qui ſeruum. *ibid. n.* 6. & qui alium ſuſceptum in fide.*ibid.n.*7.& officialis, qui captum detentum apud ſe. *ibid.n.* 8. & tutor, qui pupillum, curator, qui minorem, aduocatus, qui clientem. *ibid. n.* 9. & medicus, qui veneno ægrotum occidit. *ibid. n.* 10. & vno verbo quicunque alium ſibi aliqualiter connexum,&in hac connexitate ſecurum interimit.*ibid n.*11.

Proditorium non eſt homicidium connexorum, ſi fiat in rixa. §.18.*n.*12.

Proditorius homicida eſt, qui per quancunque promiſſionem de non lædendo, aſſecurauit aliquem, & occidit. §. 12. *n.* 2. etiam hoſtem, niſi prior ipſe fidem fregerit. *ibid. n.* 8. etiam bannitum, cum quo facta eſt pax tempore banni, niſi & ipſe prior illam violauerit. *ibid. n.* 11. quamquam probabile eſt, quòd lædens bannitum poſt pacem tempore banni factam, non ſit proditor. *ibid. n.* 12. 13. 14. 15. 18. *&* 19. niſi bannitus ſit roleratus, vel habeat ſaluum conductum à Principe, vel ſecuritatem ad modicum tempus à Iudice, vel ſit captus, & in poteſtate familiæ, vel in carceribus, etiam poſt condemnationem. *ibid. n.* 16. at nullo modo eſt proditor qui bannitum offendit, ſi pax cum illo ſit inita antè bannum. *ibid. n.* 20. licet interceſſerit iuramentum de non lædendo. *ibid. n.* 23.

Proditorium delictum, & exceptum in omnibus caſibus, in quibus delicta proditoria excipiuntur, patrat fractor pacis, fideique ſub verbo, & fide Regis. §. 12. *n.* 39.

Proditorius homicida eſt, qui occidit te, contra fidem datam tertio de te non offendendo. §. 12. *n.* 25.

Proditorij nota conuenit illi, qui pendente prouocatione, & die, ad quam deſtinatum eſt duellum, offendit aduerſarium ſuum. §. 12. *n.* 26. *&* 27.

Proditor ſum, ſi poſt reconciliationem, lædam te ſine rixa, & caſu ſubito. §. 13. *n.* 6. & confirmatur à paritate rationis in alio caſu. *ibid. n.* 7. 8. *&* 9.

Proditorius homicida eſt, & immunitate caret occiſor partis reconciliatæ, & deprehenſæ incautæ ſub tutamenro fidei datæ. §. 13. *n.* 18. *&* 19.

Proditorius homicida es eodem modo, ſiue aggrediaris ſecurum ex pace, ſiue ex obligata extra pacem fide, vel per inducias conuentionales, vel per actum Iudicis cogentis ad cautionem. §. 12. *n.* 37.

Proditorius homicida eſt ille officialis, qui apud ſe detentum captum non reſiſtentem, etiamſi aliàs inimicum, occidit. §. 10. *n.* 29.

Proditor eſt carceratus, qui occidit ex inſidiis cuſtodem, cui nec amicus, erat. §. 17. *n.* 25.

Proditorium homicidium, ſub quacunque forma inſidiarum fiat, excludit reum non ſolùm à participatione immunitatis, ſed Regiorum indultuum. §. 26. *n.* 16.

Proditor appellatur etiam, qui mouet bellum in alterum ſine diffidatione. §. 10. *n.* 98.

Proditori poſſunt alimenta negari, & non poteſt eſſe teſtis. §. 1. *n.* 9.

Proditor ſolus non gaudet immunitate per laicam auctoritatem conceſſa palatiis quorumdam Principum, ſed ex illis extrahi poteſt. §. 1. *n.* 10.

Proditores omnes miſere perierunt. §. 1. *n.* 11.

Proditores etiam nobiles non eximuntur à ſuſpendio. §. 10. *n.* 33.

Proditoriè vulnerans leuiter ex intentione occidendi, ſi præuideat inde ſecuturam mortem ob adiunctas circumſtantias, an gaudeat immunitate §. 23. *n.* 89. *&* 90. & an fiat irregularis. *ibid.* medicorum eſt iudicare, an mors ſit imputanda vulneri, an cauſæ extrinſecæ. *ibid. n.* 92. & in dubio pronunciandum ſicut pro non pollutione Eccleſiæ, ita & pro immunitate. *ibid. n.* 93.

Proditoria per vulnera occidens non intendendo mortem, an gaudeat immunitate. §. 23. *n.* 82.

Proditoriè vulnerans admittitur ad immunitatem. §. 8. *n.* 57.

in Proditorio homicidio ſufficiunt probationes per coniecturas. §. 29. *n.* 244. in proditoria per venenum nece id ſuſtinent multi ad effectum criminalem. *n.* 245. ergo & id dicendum

dum

dum de aliis proditoriis necibus,ob paritatem rationis : vel oſtendenda à contradictionibus diſparitas. *ibid. n.* 246. & 248.

Proditoriis in aliquibus interuenit dolus, fraus,ſimulatio,quæ probari directò non poſſunt, ſed ſolùm per indicia. §. 29. *n.* 247.

Proditorium in facto quo modo probetur. §. 32. *per totum.*

Proditorij per inſidias negatiuas probatio. §. 32. *à n.* 7. *ad* 14.

Proditorij ſub ſignis amicitiæ probatio. §.32.*à n.*14.*ad* 35.

Proditorij probatio inter connexos. §.32.*à n.*36.*ad* 38.

Proditorij ſub promiſſione de non lædendo, & ſub pace probatio. §.32. *à n.*39. *ad* 44.

Proditorij in cauſa debent contenti eſſe appenſamenti probatione ſolùm præſumptiua etiam illi, qui ad cognitionem cauſæ immunitatis requirunt plenas probationes. §. 32. *num.* 10.

ad Proditorium excludendum in iudicio ex capite inimicitiæ, quid probari debeat. §. 10. *n.*104.

Proloquium Iuriſtarum, quòd neceſſariæ ſunt probationes luce meridiana clariores ad condemnandum, quo modo procedat. §. 29. *n.*256. & 257.

Proloquium illud : *amicus reconciliatus æquipollet inimico* : impugnatur ex diſpoſitione canonis. *de Benedicto.* 32. *q.*1. iubentis adulteram reſtitui marito, præſtita cautione non offendendi. §.13. *n.*17.

Propinquus, qui propinquum occidit, proditor eſt. §. 18. *n.* 5. intellige vt *ibid. n.*12.

Promiſſio datur obligans ex iuſtitia. §.28. *n.* 52.

Per promiſſionem ſimplicem factam circa rem aliàs debitam ex iuſtitia commutatiua an conferatur nouum ſpeciale ius promiſſario. §.28. *n.*53. & 54. & an, data hac collatione, qui promiſit non lædere aliquem, ſi læſit,teneatur hanc circumſtantiam in confeſſione explicare. *ibid. n.*56.

Promiſſio de non offendendo an probetur per teſtes ſingulares. §. 29. *n.* 301.

Promiſſio de non lædendo, & pax faciunt præſumptionem rixæ in homicidio. §. 32. *n.* 41. vnde eorum probationi debet addi probatio non rixæ, vel alias appenſamenti ex nouis coniecturis. *ibid.* quarum vna refertur. *n.* 42.

Propoſitum eſt propriè intentio finis, & eſt ſecundus actus ex quinque pertinentibus ad ordinem intentionis. §.3. *n.*8.

Propoſitum moralizans homicidium ſimplex, & propoſitum denominans homicidium *ex propoſito*, & qualificatum, quo modo differant. §.3. *n.*8.

Propoſitum præſumitur, ſi inſultantis verba præcedant, quæ malum animum, vel iniuriam præcedentem indicent. §. 33. *n.*25.

Puero, ſi ſit maiori ætate, competit cognitio finis perfecta, imperfecta verò, ſi ætate minuſcula. §. 22. *n.*2.

Pupillus non poteſt dici infans, ante quàm natus. §. 21. *n.*5.

Q

QVies animi, in qua reſidet deliberatio,poteſt accidere ſine præceſſione iræ, aut doloris. §. 3. *n.*2. vel etiamſi præceſſerit ira, cuius calor tranſierit. *ibidem. n.* 3.

R

RAncoris non interceſſio haud infert ſimulationem amicitiæ ex parte percuſſoris. §. 16. *num.* 50. *latè.*

Rancor leuis, qui præceſſerit, non excuſat

cuſat in omnium ſententia, occidentem à proditione, ſi cætera concurrant. §. 10. *n*. 8.

Rapina, & furtum cur ſpecie differant. §. 18. *n*. 37. *&* 38.

Ratam habens, immo & muneribus compenſans necem proditoriam, non amittit immunitatem. §. 20. *numer*. 33. *&* 36. etſi dicatur proditor. *ibid. num*. 34. eſt enim interpretatiuè. *ibidem. num*. 36.

Ratum habens non concurrit ad factum vt cauſa efficiens, ſed vt finis *cui*. §. 20. *n*. 34.

Ratum habentes homicidium intuitu eorum factum non tenentur reſtituere, nec fiunt irregulares. §. 20. *num*. 35.

Ratihabitio eſt mandatum virtuale & appellatur mandatum per fictionem iuris. §. 20. *n*. 36.

Ratiocinatio quid ſit. §. 2. *n*. 3.

Rebellis non dicitur quis, etſi punitur vt rebellis, ſi non committit rebellionem. §. 20. *n*. 97.

Reconciliata amicitia ſufficit ad proditorium ſub ſpecie amicitiæ. §. 34. *n*. 82.

Reconciliatæ compartis deprehenſæ incautæ ſub datæ fidei tutamento occiſor, eſt proditorius homicida, & non gaudet immunitate. §. 13. *n*. 18. *&* 19.

Reconciliati animi ſignum eſt retinere aliquem in domo poſt rancorem. §. 14. *n*. 13.

Regij conſilij, & Regiæ Cameræ declaratio circa qualitatem vulneris proditorij. §. 16. *n*. 4.

Reipublicæ finis in puniendis, delictis eſt inferior fine immunitatis, & illi ſubordinatur. §. 21. *numer*. 49. *&* 50.

Remiſſio liberrima, quam aſtruunt aliqui, ad Epiſcopi iudicium in cauſa immunitatis, videtur moraliter impoſſibilis. §. 29. *numer*. 114. *&* 115. remiſſio hæc facta eſt prudentiſſimè circa alia obiecta non periculoſa, etiamſi non ſeruetur ordo iuris. *ibid. num*. 116. exemplum ex Tridentino. *n*. 117. inculcatio doctrinæ. *ibid. n*. 118. 119.

Reo iuſtè damnato ad mortem non licet ſe defendere per vim contrà publicam poteſtatem. §. 28. *numer*. 30.

Reus iniuſtè damnatus ad mortem, tenetur fugere, & ſi fugerit, non redire, etiamſi ad reditum ſe iuramento obtrinxiſſet. §. 10. *numer*. 54.

Deus an poſſit ſe opponere executioni declarationis factæ ab Ordinario ſumper incompetentia immunitatis. §. 29. *numer*. 122. habet ius tutaminis intra Eccleſiam contra iudicem ſecularem, & reſtitutionis ad Eccleſiam, ſi abſtractus ſit, quæ abſtractio eſt iniuſtè ſacrilega. *ibidem numer*. 126. non fit illi præiudicium, ſi non offertur libellus, nec fiat litis conteſtatio. §. 29. *n*. 128.

Reus, ſi non citatus compareat, & petat audiri, audiendus eſt in hac cauſa immunitatis. §. 29. *num*. 106. poteſt conſtitui, & interrogari, non obſtante quòd id videatur ſumere probationes de domo rei. *ibid. numer*. 107.

Reo dari debet copia indiciorum. §. 29. *num*. 110. & concedendæ dilationes. *ibid. n*. 112.

Reo fauorabilis pars ſequenda in crimininalibus, & in cauſa immunitatis, ſi partium iura ſint æqualia ex parte facti. §. 29. *n*. 165. exemplum in cauſa pollutionis Eccleſiæ. *ibidem*.

Reus ad Eccleſiam confuga teneri non debet in compedibus, niſi ob eius inſolentiam, aut aliam cauſam aliud videatur expedire, nec alio modo vexari. §. 29. *numer*. 53.

Reorum extractio à templis, attento etiam naturali iure; repugnare non videtur. *paragrapho 29. numero 15.*

Reſcriptum quoddam Clementis VIII. an confirmet ſententiam in illo ſe fundantem. *paragrapho 29. à numero* 80. *ad* 84.

Ad reſtituendi obligationem ſufficit dediſſe cauſam voluntariam efficacem damni contra iuſtitiam. §. 23. *n.*58.

Retentio in domo poſt rancorem, eſt ſignum animi reconciliati cum retento. §. 14. *n.*13.

Rixa quid, ſit. *paragrapho ſecundo, numero ſeptimo*, vbi quòd occidens in rixa, occidit liberè, ſed *non præmeditatè.*

Rixam non adfuiſſe, aut ſedato animo factum eſſe, aut non præceſſiſſe caſum ſubitum qui dicit, probare debet. *paragrapho* 32. *num.* 19. quæ negatiua probari poteſt, & debet. *numero vigeſimo.* ſi non per teſtes, at certè per probationem animi præmeditati in accidente. *ibidem numero* 22. qui animus præmeditatus præcipit præſumptionem rixæ, & ſubiti caſus. *ibidem numero* 23. *&* *paragrapho* 33. *numero* 55. ex non rixa, & non caſu ſubito præſumitur appenſamentum. *paragrapho* 32. *n.* 21.

Rixam affectat, qui occidere intendit. §.33. *n.*10.

Rixæ caloris duratio per 30. dies, & non diuerſio ad alios actus, vnde impediatur præmeditatio, non videntur poſſibiles: *paragrapho* 2. *num.* 12.

S

Sacramenta miniſtrans ex probabili ſententia de eorum valore, ſed minus tuta, non peccat contrà reuerentiam debitam ſacramento. *paragrapho octauo*, *numero* 79.

Sagittarij, ſeu balliſtarij qui ſint. §. 20. *num.* 52.

Salomonis ſententia in *cap. afferte, de præſumpt.* non fuit criminalis, ſed ciuilis. §. 8. *num.* 68.

Saltem eſt particula diminutiua. §. 16. *n.* 52.

Salutationes inducunt effectum amicitiæ, adeo vt, ſi fiat homicidium, præcedente etiam vnica ſalutatione, ſit proditorium. *paragrapho* 14. *n.* 30.

Salutationes tollunt inimicitiam, odium, & iniuriam, & demonſtrant initam, pacem. §. 14. *numero* 30.

Salutando me, oſtendis te viuere de me affidatum. §. 14. *n.*4.

Scire, & *ſcire debere* paria ſunt ad probandum non admitti in foro externo ignorantiam ſtatutorum, & conſuetudinum, non autem ad imputandum prodito, quòd ex culpa ſua non præcauerit ab inimico, & quæ ſit diſparitas. *paragrapho* 10. *numer.* 73.

Scribere ſolemus cum maiori deliberatione, quàm *loqui. paragrapho* 33. *num.* 20.

Scripto prolata iniuria eſt grauior. *ibidem.*

Senatus ſententia eſt merum placitum virorum doctorum, per quòd etiamſi ſenatus ſit ſupremus, non efficitur lex, ſicut nec per ſententiam Principis. *paragrapho* 15. *numer.* 7.

Sententia contumacialis non ſufficit ad extrahendum à loco immuni delinquentem. §.29. *n.*189.

Sententia ſenatus eſt merum placitum virorum Doctorum, per quòd, etiamſi ſenatus ſit ſupremus, non efficitur lex, ſicut nec per ſententiam Principis. §. 15. *numer.* 7.

Sententia olim lata per Curiam Neapolitanam pro inſidioſo vxoris occiſore non imitanda. *paragrapho decimo, numero* 87. ſicut neque illa, quam Ciarlinus paratus fuit ferre pro inimicis ex feneſtra lethalem glandem iaculatis in aduerſarium ementem, & comedentem ceraſa. *ibidem n.*89. *&* 90. at bene imitanda lata per Vicarium Curiæ ſalernitanæ in caſu ſimili cum præcedente. *ibid. n.* 91.

Sepeliri debet extrà locum ſacrum homicida ſui, ſi conſtet de non furore, ſicuti conſtare poteſt ex circumſtantiis qualificantibus caſum: immo in dubio practicatur præſumptio, quòd ſui occiſor, id tædio vitæ fecerit, omiſſa præſumptione furoris, aut alterius paſſionis, auferentis vim deliberatiuam. §.10. *n.*76.

Sepeliri non debet in ſacro, qui occiſus eſt in actuali peccato furti. *paragrapho decimo, numero* 71. ſecus ille, qui occiſus eſt per ſubitas inſidias à notorio capitali inimico, quia de eo non præſumitur ab Eccleſia intimiditatis peccatum actuale. *ibid. n.*72.

Sepultura Eccleſiaſtica donauit ſuſpenſum à ſeipſo quidam Epiſcopus ex præſumptione furoris. §.10. *n.* 75.

Seruus, qui dominum occidit, proditor eſt. §.18.*n.* 5. intellige vt *ibidem, n.* 12.

Simulatio definitur. §.16.*n.*30.

Simulamus, quod non eſt, diſſimulamus, quod eſt. *paragrapho* 17. *numero* 10.

Simulatio, & mendacium eſt proditionis cauſa inſtrumentalis, & quo modo. *paragrapho decimoſexto, numero* 20. eſt quid prius proditione *ibidem, num.* 21.

Simulatio an probetur per teſtes ſingulares. §. 29. *n.* 292.

Singularitas obſtatiua quænam ſit. *paragrapho* 29. *numero* 274. deſtruit probationem. *ibidem* 275. in caſu proditorij. *numero* 276. limita vt *numero* 277.

Singularitas adminiculatiua quandonam accidat. *paragrapho* 29. *à numero* 278. *ad* 285.

Singulariras diuerſificatiua quæ ſit. *paragrapho* 29. *numero* 286. egregius S.Thomæ locus de ſingularitate teſtium. *n.* 287.

Singularitatis adminiculatiuæ data doctrina applicatur ad proditorium per partes ad ipſum concurrentes. §. 29. *n.*288. *& ſeqq.*

Sinonymorum multiplicatio in lege non eſt ſuperflua. §. 8. *n.*38.

Societas communis humana, & quaſi ius cognationis à natura inſtitutum, apprehenſum per intellectum, efficit, vt communiter viuamus cum confidentia, vel ſaltem ſine diffidentia de aliis, & nullo modo nobis nocendum ſuſpicemur. §. 19. *n.* 5. pulchra dicta in hanc rem. *ibidem, numero ſexto & ſeptimo.*

Sortiarij, ſi homines ex arte magica occidant, ſunt homicidæ deliberati, & proditorij. *paragrapho vigeſimo, numero* 41. vnde moueantur ad infanticidia. *ibidem numero* 44. occidunt adultos indiffidatos. *ibidem numero quadrageſimo quinto*, occidunt tum infantes, tum adultos, vel immediate, & per ſe ipſos. *ibidem numero* 47. applicando venena. *ibidem numero* 48. in quo caſu non gaudent immunitate, ſi de delicto difficili conſtare poſſit, & ſequatur mors. *ibidem numero* 49. vel mediante diabolo, tanquam inſtrumento. *ibidem numero quinquageſimo* in quo caſu non amittunt immunitatem. *ibidem numero* 57. imputantur ipſis occiſiones maleficiatorum tanquam iubentibus, *ibid.*

ibid. num. 55. ſimiles ſunt mandantibus aſſaſſinium. *ibidem numer.* 57. tanquam athei ſunt. *ibidem numero* 58.

Sperellus non rectè infert ex dicto Franciſci Suarez ſequendam ſententiam fauentem immunitati. §.8. *n.*64.

Statutum de remiſſione facienda homicidis non habet locum in homicidis proditoribus. *paragr.* 1. *numer.* 8.

Stylus Curiæ facit ius, & quid ſit. *paragr.* 8. *numero* 50. & quando faciat ius circa interpretationem legum, aut difficultatum occurrentium in iudicio. *ibidem*, *numero* 52.

Ad ſtyli, & deciſionum, quæ à Iudicibus fiunt, translationem in eſſe legis, cur non ſufficiat taciturnitas, & tolerantia Principis eum ſtylum ſcientis: ad conſuetudinis verò confirmationem ſufficiat tacitus conſenſus legiſlatoris. *paragrapho octauo numero* 52.

Stylum in rigore non inuoluit præſens materia, ſed potius conſuetudinem circa interpretationem iuris in definiendis cauſis. *paragr.* 8. *n.* 51.

Stylus Romanæ Curiæ ſæpè fundatur in probabilitate vnius ſententiæ, neque ideo tollit probabilitatem alterius, nec declarat eam falſam. *parahrapho octauo*, *numero* 51.

Stylo recepto in aliquo tribunali relicto, poſſunt iudicare Iudices, & ſequi contrariam deciſionibus Rotæ opinionem, ex ratione. *paragrapho octauo*, *numero* 52. quod idem dicendum de ſtylo introducto in Curiam ex ſolo Iudicum conſenſu circa modum prodendi. *ibidem.*

Stylus, niſi approbetur à potente condere legem, non habet vim legis, ſicut nec conſuetudo. *paragrapho* 8. *n.* 52.

Styli Curiatum ſæpius variant, & modò albi, modò nigri appellantur, & ſtylus Romanæ Curiæ eſt mutabilis ad mutationem Iudicum, nec debemus dicere. *ita ſeruat Curia Romana:* niſi illa obſeruantia ſit firmata conſtitutione Apoſtolica. *paragrapho octouo numero* 52.

Subiecta materia multum operatur, & efficit, vt verba improprientur. §.29. *num.* 257.

Superfluitas in diſpoſitionibus vitatur, quando repetitio diſpoſitionis ordinatur à legiſlatore ad effectum modo aliquo magis vtilem, quàm ſit ſimplex diſpoſitio. *paragrapho octauo*, *numero* 38.

Superfluam eſſe clauſulam, eſt abſurdum, nec ferendum in Legiſlatore. §.29. *n.*64.

Superſtitionis ratio in inuocatione Dæmonis non diuerſificatur per aſſumptionem rerum inter ſe diuerſarum in genere entis. *paragrapho vigeſimo ſexto*, *numero tertio.*

Suſpenſum à ſe ipſo admittit ad Eccleſiaſticam ſepulturam quidam Epiſcopus ex præſumptione amiſſi vſus rationis. *paragrapho* 10. *numero* 75.

Suus appellari non poteſt infans, antequam natus. *paragrapho* 21. *numero* 5.

T

Taxatiua de dictione *tantùm* quæ dicuntur, quo modo verificentur. *paragrapho octauo*, *numero* 117. vbi quòd doctrina de taxatiuis tradita à quibuſdam ad conuincendam correctionem

iuris antiqui per Gregorianam, nihil probat, quia nimis probat.

Temporis ſimultas inter actus ſimulatæ amicitiæ, & actum proditionis non requiritur, ad inferendum proditorium. §.15.*per totum.*

Tentationis Dei peccatum interuenit, ſi abſque neceſſitate exponatur vita periculo, aut non euitetur ipſum periculum certum. §. 10. *numero* 74.

Termini relatiui, contrarij, & ſeparati quinam ſint. §. 16. *n.*51.

in Teſtamentis valet conſequentia: non dixit: ergo noluit. §. 29. *numero* 308.

Teſtis vnus ſufficit ad defenſam. §. 34. *n.* 11.

Teſtes, qui deponunt per verbum *videtur*, non probant. §. 29. *n.*67.

Teſtis falſus, ob cuius dictum quis damnatus eſt ad mortem, non eſt proditor ſecundùm Bordonum: at eſt verè talis, & cur. §. 9. *n.* 50.

Teſtes ſingulares an faciant fidem, quando teſtificantur de pluribus actibus habentibus vnam originem. §. 29. *n.*303.

per Teſtes ſingulares probatio in genere non admittitur in criminalibus in ordine ad pœnam ordinariam. *numero* 294. etiamſi eſſent nobiles, & egregiæ perſonæ, & quantumcunque dignæ, bene autem ad extraordinariam. *ibidem numero* 297.

per Teſtes ſingulares probari aliquem in genere eſſe hæreticum, an rectè dixerint aliqui. *paragr.* 29. *numer.* 296.

Teſtes in cauſa immunitatis quales ſufficiant. §. 29. *à numer.* 263. *ad* 273. an debeant eſſe omni exceptione maiores. *ibidem numer.* 263. *&* 264. doctrina Ciarlini in hanc rem. *numer.* 266. & aliorum. *n.* 267.

Teſtes aliàs inhabiles, & criminoſi, immò & ſocij criminis admittuntur, quando agitur de homicidio ciuiliter, v. g. ad effectum docendi de irregularitate alicuius. §. 29. *numer.* 265.

Teſtes etiam inhabiles admittuntur in delictis exceptis. §. 29. *numer.*269. & ratione difficilis probationis, & quando aliter veritas haberi non poteſt. *ibidem numer.* 270. & in ſubſidium admittuntur etiam fœminæ de iure canonico in cauſis criminalibus. *numer.* 271. & admiſſi ſunt duo pueri in crimine vxoricidij ab Hippolyto de Morſiliis. *ibidem*, & laici ſum idonei teſtes contra Clericum, & Monachum in cauſa criminali, vbi alij non ſunt, aut eſſe non poſſunt. *ibidem*, & admittuntur fœminæ, & minores. 20. annis in crimine hæreſis, ob clandeſtinitatem delicti, quæ ratio ob identitatem eſt applicabilis proditioni, & ſimilibus. *ibidem numer.* 272.

Teſtibus in cauſa immunitatis an obſtet ſingularitas. §. 29. *à numer.* 274. *ad* 303. & reſtringitur quæſtio ad proditorium. *numer.* 276. *&* 288. *&* *ſeqq.*

Tortura inferri non poteſt reo confugæ ſuper delicto excepto. §.29. *n.* 52. in cauſa merè ciuili reus homo liber non torquetur. *ibid. n.* 53.

Tortura purgat omnia indicia, cum ſit ſpecies probationis, & loco teſtium ſuccedat. §. 30. *n.*14.

Tutor, qui pupillum occidit, proditor eſt, §. 18. *n.* 9. intellige vt *ibid. n.* 12.

Tutor infantis nondum nati facere non poteſt pacem interfectoribus patris. §. 21. *n.* 5.

Tutor infanti nondum nato dari non poteſt. *§.* 21. *n.* 5.

Variare

V

VAriare non licet opinionem in praxi, ſi ex variatione ſequatur præiudicium tertij. §.8.*n.*91.

Veneno qui proximum necat, eſt proditorius homicida ex ferè omnium ſententia.§.19.*per totum.*

Veneficium eſt è numero criminum atrociſſimorum.§.19.*n.*1.

Veneno nihil difficilius euitari poteſt. §.19. *num.*10. dictum elegans Lucæ de Penna in hanc rem.*ibid.n.*11.

Venenator quomodo propriè occidat venenatum.*n.*21.22.23.*&* 24.

Venenum non ſolet propinari, niſi per familiares, vel per eos, de quibus venenatus Confidit.§.19.*n.*3.

in Veneficio proditorium non concluditur per dictum illud:*grauius eſt necare hominem veneno, quàm gladio.* §.19. *num.* 2. per quid concludatur. *ibid.n.*3.

per Venenum homicida an gaudeat immunitate. §.19.*à n.*14.*ad* 42.proponitur ratio pro affirmatiua.*eodem n.*14. & ſoluitur.*n.*21. ſancitur conclusio negatiua. *n.*25.

Venenans ſe voluntariè, quamuis coactè, occidit directè ſeipſum, & mortaliter peccat. §.19.*n.*36. *&* 37. vbi impugnatur dictum Ioannis Chapeauille.

Venenare intendens vnum per exhibitam ficum, quæ præripiatur ab alio non monito, & exinde moriente, nec eſt homicida, nec irregularis, nec immunitate priuatur. §.19. *n.*40.41.*&* 42.

Veneni præparatio an probetur per teſtes ſingulares.*ƒ.*29.*n.*289.

Veneficiis ferè ſemper coniuncta hæreſis,& atheiſmus. §.20.*n.*58.

Verba ſemper operari debent aliquid, etiam in materia ſtricta, odioſa, & correctoria: ad obtinendum hanc aliqualem operationem, interpretãda ſunt etiam impropriiſſimè:nec ſolùm clauſulæ, ſed etiam minimum verbum,immo & ſyllabæ debent aliquid operari: quod procedit in qualibet Conſtitutione Papali.§.29.*n.*65.

Verba,ſi ſcripta ſint in rem, extendunt diſpoſitionem ad mandantem: ſecùs,ſi in perſonam ſcripta ſint.§.20. *num.*11.

Verba *c.1. de homic.* & Gregotianæ,ſcripta ſunt in perſonam : *ſi quis occiderit : & occiderint.ibid.*

Verba , & carmina nihil ſunt aliud, quàm voces,& meri ſoni cum ſignificatione, quæ eſt denominatio extrinſeca ab inſtitutione hominis. §.20. *n.*82. non poſſunt iuuare ex ſe quidquam ad phyſicam actionem, ſed ſolùm ad moralem, quæ fit alliciendo naturam intelligentem, ad aliquid ex pacto efficiendum. *ibid. & n.*84.

Verba præcedentia declarari per ſubſequentia quando ſit verum. *ƒ.* 29. *num.*75.

Vicarius capituli ſede vacante, eſt Iudex immunitatis.§.29.*n.*45.

Videtur non importat veritatem, ſed præſumptionem, quæ eſt quid minus veritate, & ſcientia, & denotat improprietatem.§.29 *n.*67.

Vita exponi non poteſt periculo ſine cauſa,aut non defendi, alioqui tentatur Deus.§.10.*n.*74.

Vitæ prodigalitas, quæ liberat à nota proditorij occiſorem inſidioſum, vix poteſt in praxi occurrere, aut habere motiuum, vt exerceatur. §.10 *n.*64.

Vitam non defendens peccat grauiter, ſi ruente domo, aut inuadente tauro, aut appropinquante incendio, non fugiat, vel ſine rationabili cauſa permittat ſe occidi ab hoſte iniquo,vel à latronibus,vel à Iudice iniuſtè damnante. §.10.*n.*54.

Vnguentum paganum quid.§.20.*n.*44.

Voluntarium,quod eſt idem cum libe-

ro, in quo conſiſtat. §.2. *num.* 1.
Voluntarium formaliter, & ex ſeipſo non eſt homicidium, ſed denominatur extrinſecè *voluntarium* ab ipſo actu voluntatis circa ſe verſantis. §.23. *n.* 1.
Voluntarium directè homicidiũ quando dicatur. §.23. *n.* 2.
Voluntarium directum in homicidio requirit duas tendentias voluntatis, vnam in cauſam præuiſam efficacem ad necem, alteram in necem ipſam. §.23. *n.* 5. quando adſint eæ tendentiæ. *ibid. n.* 6. 7. *&* 8.
ad Voluntarij directè conſtitutionem requiritur, & ſufficit ſola expreſſa inhæſio voluntatis circa effectum, ſiue effectus pendeat à cauſa neceſſariò, ſiue contingenter. §.23. *n.* 9.
Voluntaria directè nō poteſt dici mors de qua cogitatum non fuit à vulnerante. §.23. *n.* 14.
Voluntaria imputabiliter, ſed indirectè eſt mors, quam præuideo operandam ab agentibus naturalibus omiſſione actionis debitæ ex iuſtitia, ſed non intendo. §.24. *n.* 3. *&* 4. exemplum. *n.* 6. ſi verò intendam eſt voluntaria directè. *n.* 7. nec tamen excludit immunitatem. *n.* 8. & cur. *num.* 9.
ad Voluntatem pertinere moraliter vnde dicatur euentus. §.24. *n.* 10. 11. *&* 12.
Voluntarius vt denominetur effectus ſequens ex omiſſione, quale debitum requiratur, & ſufficiat, moralenè, an phyſicum. §.24. *n.* 5.
Volitum directè, & volitum expreſsè non differunt. §.23. *n.* 15. 16. *&* 17.
Voluntarij directè ratio in homicidio præſumitur in foro externo, non ſolùm, quando quis vulnerauit, quantum potuit, & in qua parte potuit, ſed per alia ſigna. §.23. *n.* 18. quando ſecus præſumatur. *ibid. n.* 19.
in Voluntarium directum cadit aliquãdo interpretatio moralis. §.23. *n.* 13
Voluntarium directè præſumitur homicidium, ſi de procuratione cauendi à lethali vulnere non conſtet, quod tamen errante manu inflictum fuit. §.23. *n.* 20.
Voluntarium indirectè homicidium quando dicatur. §.23. *num.* 21. euenit præter intentionem agentis, non tamen præter præuiſionem. *ibid. n.* 22. quæ præuiſio ſufficit ad tribuendam ſpeciem actui, & ad denominandum homicidium in eadem ſpecie, licèt circumſtantia nocumenti non ſit expreſsè volita. *ibid.*
Voluntarium indirectè dicitur voluntarium implicitè, remotè, interpretatiuè. §.23. *n.* 23. quæ ratio voluntarij ſufficit, vt effectus necis imputetur agenti, non tamen ad hoc, vt irregularitas ex tali nece occulta reddatur indiſpenſabilis per Epiſcopum. §.23. *n.* 24.
Voluntarium directè requiritur, & non ſufficit voluntarium indirectè, ad amiſſionem immunitatis ex titulo proditorij. §.23. *n.* 25. componitur ex duobus quaſi gradibus volitionis, inſuperque exigit habitudinem ad appenſamentum. *ibid. n.* 26.
Voluntarium requiſitum à iure ponit, qui occidit proditione Petrum, quem credebat eſſe Paulum, & non gaudet immunitate. §.23. *num.* 37. *&* *latè per ſequentes numeros.*
Voluntas coacta, eſt tamen voluntas. §.19. *n.* 33. *&* 34.
Vſus communis quantum attendi debeat. §.9 *n.* 58.
Vſus cõmunis an habeat locum dumtaxat, quando lex concepta eſt eadem lingua, & iiſdem verbis, ſuper quibus adeſt ipſe vſus loquendi. §.9. *n.* 59. 60. *&* 67.
Vſus rationis in pueris dignoſcitur ex eo, quòd eos pudet malefacti. §.34. *num.* 3.
Vſum rationis quando cenſeatur quis habere. §.34. *num.* 3.

Vulnus gutturis eſt lethale.§.33.*n*.17.
Vxor, quæ maritum occidit,proditrix eſt.§.18.*n*.4.intellige,vt *ibid.n*.12.
Vxoricidij à Fulano facti narratio.§.33. *num*.1. coniecturæ appenſamenti in Fulano.Prima.*ibid.n*.3.Secunda.*n*.12. Tertia.*num*.16.*&* 17. Quarta.*n*.18. Quinta.*num*.19. qualitas proditoria in eodem ex dictis *à n*.39. *ad finem paragraphi*. capita affidationis vxoris. Primum *num*.41. Secundum *num*.44. Tertium *num*.47.Quartum *num*.50. Quintum *num*.52. Sextum *num*.53. Septimum *num*.57.mentitus eſt Fulanus.*ibid.n*.28. impotens fuit vxor ad illi reſiſtendum.*ibid.num*.58. habuit eadem motiuum ad non apprehendendum capitaliſſimum odium Fulani contra ſe.*n*.59.debuit non apprehendere.*num*.60.non apprehendit de facto. *num*.61.non debuit petere ſecuritatis cautionem. *num*.66.

Z

Zelotypia quid ſit.§.34.*n* 46.
Zelus Pontificum effulſit æquè in fauorem iuſtitiæ vindicatiuæ in excipiendis ab immunitate quibuſdam delictis atrocibus, & in fauorem Religionis in ſancienda immunitate ipſa, quo fit, vt cautiſſimè procedendum ſit, ne alterutri zelo temerè, aut ſupinè reluctemur. §.30.*num*.6.

Finis Indicis Anatomes necis proditoriæ.

Digitized by Google

ADDITIONES
AD ANATOMEN NECIS PRODITORIÆ.
HIPPOLYTI GRASSETTI E' SOC. IESV.

Ad Synopſin analyticam.

1 AVCTORIBVS per me allegatis in comprobationem repetiti toties principij, quòd deformitas proditoriæ conſtituatur per habitudinem ad impotentiam inuaſi ad ſe tuendum ab iniuſto aggreſſore, adducuntur.

Scipio Rouitus *ſuper pragmatica* 11. *de abolitionibus num.* 58. vbi ait.

Si interuenerit diffidatio, ille potuit ſe defendere, *& ſic ceſſat proditio.*

Bouadilla *de la politica lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 37. *ad finem*, vbi ait.

Porque en realidad de verdad como la muerte, o herida ſe haga de manera, que el herido ſea ſobre ſaltado, o inſidiado, o que le maten, o hieran por detras, o ſin poderſe reparar, *es aleuoſia* [id eſt proditio] *y no le vale la Yglesia al matador.*

Ioannes Dicaſtillo *de iuſt. lib.* 2. *tract.* 11 *diſp.* 10. *dub.* 12. *num.* 154. mutuatus ſententiam, & ferè verba à Paulo Laymann.

Solet etiam aggrauari homicidium ex occidendi modo. Primò quando ex inſidiis [& conſequenter proditoriè] *homo interficitur, ita vt ſibi cauere non potuerit; tunc enim admitur illi ius naturale* ſuæ defenſionis. *Hac ratione interficitur quis veneno. L.* 1. *C. de malef. & mathem. vbi dicitur: plus eſt hominem extinguere veneno, quàm gladio.*

Marius Cutellius *Cod. legum ſicularum. ad leges Martini R. S. tert. concord. num.* 3. *pag. mihi* 503.

Ex propoſito, ac per inſidias [& conſequenter proditoriè] *quod tunc euenit, quando quoquo modo* defenſionis *facultas præripitur.*

Sarpus apud Dianam *parte* 6. *tract.* 1. *reſol.* 12. deſcribit inſidias, ex quibus conſequitur proditio, vt ſuo loco probaui:

Quæcunque artes, quibus hominem ita aggredimur, vt incautus, & incogitans opprimatur, ſuiquemet defendendi *ratio quomodolibet impediatur.*

Præfati Doctores loquuntur in terminis impotentiæ ad ſe defendendum, cum quibus vtique ſentiunt alij plurimi refundentes proditionem in impotentiam ad præcauendum, è quibus vnum libet afferre Farinaccium, virum planè admirabilem, qui *in append. immun. num.* 139. loquitur ſic:

Multò magis proditrices nuncupari putauerim matres illas, quæ partum exponendo, filios occidunt infantes; grauius enim multo eſt occidere infantes, qui ſe præcauere nullo modo poſſunt *à matris proditione, quàm alios, quidquid ſecus dixerit Franciſc. Leo in Theſauro fori Eccleſiaſtici parte* 1. *cap.* 13. *num.* 25. *& ſeq.* Ita Farinaccius.

Vide, mi Lector, an labem proditoriam temerè, & mihi ſoli confiſus, refuderim in impotentiam præcautionis, & defenſionis.

Ad §. I.

Ad num. 8. §. 2. Recedentem à rixa, vt arma accipiat, verſari in eadem rixa, & eodem impetu, vel calore, tradit Marius Giurba *conſ. crimin.* 82. *num.* 46. 2

Ad §. III.

Ad num. 1. §. 3. *Apoſtata mente*, latinè 3

appenſatè, præcedentem notat ſedati animi conſuitationem, tepentino alio affectu non impellēte. Giurba *conſ. crimin.* 82. *num.* 48.

Ad §. VIII.

4 *Ad num.* 5. §. 8. Dianam aſſerentem, quòd prohibitus fuerit Pettns Gambacurta à S. Congreg. ob id, quòd contrariam ipſi Dianæ ſententiam docuerit, confutat egregiè Tancredi *tomo de relig. tract.* 1. *lib.* 4. *diſp.* 8. *quæſt.* 2. *num.* 16. *pag.* 122. *&* 123. vbi ait *num.* 17. quòd ſi verum eſt, quod dicit Diana, nimirum Gambacurtam fuiſſe prohibitum ob id, quod docuit, ob alia crimina attociora his, quæ in inte ſunt excepta, non gaudere reos immunitate, debuerunt etiam cotrigi Petegrin. *tract. de immun. cap.* 12. *num.* 6. Guazzin. *tomo* 1. *defenſ.* 1. *cap.* 38. *num.* 44. qui explicatur pet Guazzinum filium *tract. morali ad defenſam. lib.* 2. *defenſ.* 1. *cap.* 14. *num.* 47. *& ſeqq.* Marius Italia *lib.* 1. *cap.* 5. §. 3. *num.* 56. *&* 57. qui incendiarios putant non frui Eccleſiaſtica immunitate, cum tamen conſtet delictum eſſe minus graue poſitis in Bulla Gregorij, & Franciſcus Martinus, quem citat ipſe Diana *reſol.* 26. *dicta parte* 6. *tract.* 1. qui docet excommunicatum non gaudere immunitate Eccleſiarum, cum nec in iure communi, nec in Bulla Gregorij ſit id expteſſum, quia parium eadem debet eſſe iutis diſpoſitio.

Addo ego debuiſſe etiam cotrigi Epiſcopum Venerum, qui poſt Gregorianam *in ſuo exam. Epiſcopor. lib.* 9. *cap.* 37. *num.* 32. excludit ab immunitate raptores virginum, *indiſtinctè* homicidas, adulteros, ſacrilegos: itemqnè debuiſſe cottigi alios multos, qui ſimilia docuerunt.

5 *Ad num.* 99. §. 8. Requirentibus ad proptiam rationem duelli animum deliberatum, addo Marcellum Vulpe *in praxi iudiciali cap.* 1. *num.* 49. Lucam Floronum *in tract. de prohibitione duelli cap.* 1. *num.* 9. poſt Plotum *tract. de in litem iurando* §. 42. *num.* 3. 4. *&* 5. & Ioſephum Ludouicum *deciſ. Lucenſ.* 11. *num.* 11. *& ſeq.*

6 *Ad num.* 114. §. 8. dicentibus, quòd vbi lex aliquos caſus excipit, non firmat tegulam in non exceptis, qui alia lege ſunt excepti, immò ſuppletur per illam, addo Doctorem Martam *tract. de iuriſdict. parte* 2. *cap.* 51. *num.* 10. vbi allegat *cap. ad audientiam de cler. non reſid.*

7 *Ad eundem num.* 114. §. 8. Dictio *tantùm* taxatiua in ſtatuto expteſſa, altetius ſtatuti correctionem non inducit. Giurba *conſ.* 25. *num.* 12. vbi alios allegat.

Ad §. IX.

8 *Ad num.* 45. §. 9. Dixi ad conſtituendum proditorium attendi impotentiam inuaſi ad ſe defendendum in puncto iniuſtæ inuaſionis, non impotentiam eandem, quæ accidat in ipſo conflictu duornm inter ſe dimicantium, & confirmo dictum, meliúſquè explico per ſequentem ratiocinationem.

9 In hominis vitam ſolus Deus habet dominium: ipſe autem homo habet ius fruendi eadem vita, & eandem defendendi, vt dixi *in* §. 28. *num.* 20. 22. *& ſeqq.*

10 Quando ergo duo homines ſe diffidant de bono ad bonum, ſiue præmeditatè, ſiue in rixa, aut caſu ſubito, & conſentiunt in conflictum, non renunciant quidem per hoc iuri Dei, quod eſt alligatum, ſed renunciant iuri, qualecumque ipſis competit in eandem vitam, & reciprocè volunt pet implicitam conuentionem, vt alter conari poſſit ad ſpoliandum alterum vitâ in conflictu, itemquè volunt poſſe fieti in eodem conflictn tum pet congreſſoris artificium, tum per caſualem aliquam contingentiam impotentẽs ad tuendam eandem vitam.

11 Sicuti duo colluſores paciſci mutuò poſſunt de agendo inuicem fraudulenter in ludo, de quibus Leſſius *de iuſt. lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 15. Azot. *lib.* 3. *cap.* 4. *dub.* 3. *part.* 3. *inſtitut. moral.*

12 Hinc eſt, vt ſi vnus in conflictu occidat alterum redditum impotentem vel ex arte, vel ex caſu ad ſui tutelam à congreſſore, hæc occiſio non ſit iniurioſa ipſi occiſo, quippe volenti, & conſentienti, ac proinde nec proditotia, quamuis ſit iniurioſa Deo, quippe non conſentienti in violationem ſui iuris non renunciati.

13 Poſſe autem renunciate te iuri ad vitam tuam, quatenus in tui fauorem eſt, ex qua renunciatione occiſio tui deſinat eſſe iniuſta in ordine ad te, docet Leſſ. *cit. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 12. qui hoc contra quoſdam egregiè probat *num.* 13. Thom. Tamburin. *in decalog. lib.* 6. *cap.* 4. §. 3. *num.* 2. Catdin. de Lugo *de iuſt. tom.* 1. *diſp.* 1. *num.* 19. quamuis fortaſſe ininſta remaneat eadem occiſio contra alios; quornm intereſt, vt tu viuas, & aliquo modo contra rempublicam, vt tradunt iidem Leſſ. *num.* 12. De Lugo *cit. num.* 19. & certo remaneat iniuſta in ordine ad Deum, vt traduut iidem de Lugo *diſp.* 10. *num.* 17. *&* 19. Leſſius *cit. num.* 12. Molina *de iuſt. tract.* 1. *diſp.* 11. & iuſtiſſimè puniatur legibus ciuilibus. Molina *l. c.* & quidem pænâ ordinaria. Gomez de Ameſcua *tract. de poteſt. in ſeipſum lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 1.

Sicuti

14 - Sicuti poteſt maritus renunciare iuri ſuo ad matrimonium, conniuendo adulteris, vnde ceſſet iniuria in ordine ad ipſum maritum, quamuis ceſſare non poſſit in ordine ad Deum, propter alligationem iuris coniugalis, vt tradunt idem de Lugo *cit. diſp.*10. *num.*19. Leſſ. *cit. num.*12. *&* 13. Thom. Sanch. *de matr. lib.*10. *diſp.*9. *num.*30. *verſ. ſicut coniux.* Mallet. *in Auro Theol. malleat.* 25. *tract.* 2. Tancredi *de matr. lib.*10. *diſp.*5. *num.*1. quamuis etiam in hoc caſu fieri iniuriam marito conſentienti contendant citati, & optimè impugnati per Leſſium *cit. num.* 13. cum quibus ſentiunt Gaſpar Hurtad. *de matrim. diſp.*11. *difficult.* 3. *num.* 12. & fortaſſe Martin. Perez *de matrim. diſp.* 37. *ſect.* 13. *num.*6. *verſ. tum quia.*

15 Et quando duo ſeſe inuicem prouocant propria ſponte, neutrum teneri reſtituere damna, ſi aduerſarium occidat, quia non interuenit propriè iniuria, propter pactum implicitum, quo ſinguli permittunt aduerſario pugnam, & occiſionem, qui eſt in terminis meus caſus, tradunt communiter Doctores apud cit. de Lugo *diſput.*11. *num.*66. Thomas Tamburin. *cit.* §.3. *num.*2. & optimè Carafa *de duello tract.*2. *ſect.*3. *quæſt.*48.

16 At quando vnus iniuſtè aggreditur alterum inuentum affectatè in ipſo puncto aggreſſionis impotentem ad ſe tuendum ab iniuſto aggreſſore, tunc nulla eſt ex parte aggreſſi renunciatio ſuorum iurium ad vitæ fruitionem, & defenſionem, ideoque occiſio eſt violatiua prædictorum iurium, ac proinde homicidialis, & proditoria, id quod erat à me demonſtrandum.

17 Conformiter ad prædicta, cogor ex parte recedere ad Illuſtriſſ. D. Caramuele, quem ſecutus ſum *eodem* §.9. *num.*23. vbi dixi, quòd Chriſtus D. quatenus homo, non potuiſſet ſe occidere, nec licentiam ſe occidendi concedere, & facta illi fuiſſet iniuria, etiamſi, quod impoſſibile fuit, quà homo, ſe præcepiſſet occidi, aut licentiam conceſſiſſet.

18 Nunc autem dico, quòd Chriſtus, quatenus homo, potuiſſet renunciare iuri proprio ad vitam, qua renunciatione ſuppoſita, non fuiſſet illi facta iniuria, ſi fuiſſet occiſus, & in hoc recedo à D. Caramuele.

19 Non potuiſſet verò idem, quatenus homo, ſe occidere, nec licentiam ſe occidendi concedere, ſicuti non potuit Saül talem licentiam ipſummet occidendi tribuere Amalecitæ, ideò iuſtè punito à Dauid, vt notarunt Leſſ. *de iuſt. lib.*2. *cap.*7. *num.*11. Molina *cit. tract.* 1. *diſput.* 11. *&* *tract.* 3. *diſp.*1. *num.* 2. Laymann. *lib.*3. *tract.* 3. *part.*3. *cap.*1. *num.*3.

Quia talis occiſio, & occidendi licentia fuiſſet iniurioſa Deo, quippe habenti dominium in ipſius Chriſti D. vitam priuatiuè ad ipſum, & in hoc maneo cum D. Caramuele.

20 *Ad num.* 51. §. 9. Quòd non attendatur proditorium in multis caſibus, id fortaſſe eſt, quia quando quod de iure eſt naturali, occultam, ſubtilem, & non facile peruiam habet rationem, in id cadere poteſt ignorantia inuincibilis, vt optimè aduertit Molina *de iuſt. tract.*3. *diſp.*10. *num.*5. inde inferens non improbabile eſſe, ignorantiam excuſaſſe à culpa lethali actum, quo Lucretia ſeipſam interfecit, ſimiléſque alios actus ab ethnicis hominibus factos.

21 At ratio formalis, ſeu quidditas homicidij proditorij, ſecundùm quòd illud iuri naturali repugnat, eſt ſatis occulta, ſubtilis, & non ita facile peruia, vt patet ex magna fructuatione ipſorum doctorum circa hoc argumentum: ergo non eſt abs re dicere, quòd in eandem rationem ſæpè cadat ignorantia etiam apud alioqui eruditos.

Ad §. X.

22 Cum concluſerim in toto hoc §. 10. non abſtergi labem proditoriam ab occiſione per inimicitiam aggreſſoris inſidioſi, moneo dictum procedere de aggreſſore inimico, cui aggreſſus non ſit inimicus; vel ſi ſit inimicus etiam capitalis, & ab altero cognitus, ſciatur tamen non illaturus alteri mortem ex aliquo impedimento, v. g. ex Imperitia tractandi hominum lanienas, ex inopia ſicariorum, ex vilitate animi, &c.

23 Nam ſi tu mihi ſis verè mortem illaturus, & hoc idem ſciam certò ego inimicus tuus, qui tamen alioqui non agebam de te occidendo, & ad primam ſcientiam tuarum contra me machinationum ineam conſilium de te præueniendo per inſidioſam tui occiſionem, quæ ſola mihi ſuppetat vt medium ad me præſeruandum à te, iam ſi te de facto occidam per inſidias, neque ſum proditor, neque homicida, id eſt iniuſtus occiſor: verbi gratia, ſi tibi propinem venenum, vt in terminis Corduba *in ſuo quæſtionario lib.*1. *quæſt.*38. *dub.*1. *pag. mihi* 323. *col.*1. *verſ. Poterit tamen.* Vega *in ſumma cap.* 126. *caſu* 9. & colligitur ex Couarr. *relect. de homic. parte* 3. §. *vn. num.*3. *pag. mihi* 622. *col.*2.

24 In his enim circunſtantiis ſublatio vitæ tuæ eſt medium mihi vnicum ad conſeruationem meæ, ac proinde neceſſarium, tuquè ex culpa tua voluntate ſcilicet declaratâ me iniuſtè occidendi, amittis vtrumque ius quod alioqui haberes & ad fruendum vita,

& ad defendendum vitam, & ne impotens ad hanc defenſam occidaris.

25 Quo fit, vt actio mea, quamuis ſit charitatis violatiua, quatenus habet coniunctum odium contra te, non ſit tamen iniurioſa, cum abſint iura violanda, per ordinem ad quæ conſtituitur iniuria, ac proinde eadem actio neque ſit proditoria, neque homicidalis, ſed ſit omnino iuſta ex obiecto, cum ſit ex iure, quod habeo ad tuendam vitam meam.

26 Loquor ergo in hoc §. de capitali inimico aggrediente per inſidias iniuſtas, non per iuſtas, conformiter ad tradita per me in deſcriptione proditorij §.25.*num.*3. vbi quòd, ſi occidas in neceſſariam tui defenſionem, non es homicida, nec proditor, etiamſi à tergo, vel per alias exquiſitas inſidias id præſtes.

27 Inſidiæ ſiquidem in hoc caſu ſunt iuſtæ, & innocentes, quippe fundatæ in titulo iuſto, & quamuis occiſio ex illis ſecura habeat apparentiam proditionis, non habet tamen ſubſtantiam, atque adeò punibilis non erit in foro iudiciario, ſi in eodem tu probes neceſſitatem tuam defendendi te per eaſdem inſidias, tanquam per vnicum medium.

28 Quanquam ad euitandam pœnam delicti, non requiri, quòd probetur expreſsè neceſſitas defenſionis, ſed ſufficere quòd probetur inſultus, aut eius præparamenta, docet Alexander Trentacinquius *variar. reſol. lib.* 1. *ſub titulo de defenſione reſol.* 1. *num.* 20. *pag. mihi* 154.

29 Loquor item in hoc eodem §. de capitali inimico aggrediente per inſidias, quæ ſint non conuentionales: ſecus de aggrediente per conuentionales.

30 Explico me, & volo dicere, non eſſe proditorium homicidium, quod fit ex inſidiis inter duos inimicos capitales vtrinque declaratos, qui ſibi reciprocè intimauerint conceptum propoſitum efficax de vtendo in aduerſarium omnibus mediis, & artibus ad eum de mundo ablegandum, & ſic quaſi conuentionem fecerint, vt hic vſus ſit vnicuique permiſſus.

In hoc enim caſu ambo inimici verſantur vnus contra alium in actuali conflictu quo ad virtutem agendi per inſidias ad necem, & inuicem ſibi anticipatè remiſerunt iniuriam ipſius actionis inſidioſæ, ſi ſubſequatur: quo fit, vt actio ipſa ſit quidem iniuſta in ordine ad Deum retinentem immobiliter ius ſuum in vitam horum inimicorum, ſit tamen non iniuſta, & conſequenter nec proditoria in ordine ad ipſos inimicos, qui per præcedentem conuentionem renunciauerunt iuribus ſuis & ad fruendum vita, & ad defendendum vitam, ſeu ne impotentes ad eam defenſionem occidantur, ſicuti dixi de ineuntibus ex compacto ordinarium conflictum præſentialem, conſerendo manus in campo.

31 Ex dictis colligo, quòd quando ab aliquibus Doctoribus dicitur non eſſe proditorium homicidium, ſi per inſidias occidatur inimicus, id verum eſt, ſi loquantur non de inimico paſſiuè, id eſt de illo, cui occiſor eſt inimicus, ſed de inimico actiuè, id eſt de illo, qui eſt inimicus occiſori, ſi ſit capitalis, & de facto moliatur alteri mortem, & hoc alter cognoſcat;

In hoc enim caſu ideò inimicitia verè abſtergit labem proditoriam ab occiſione inſidioſa iſtius inimici, quia hic inimicus per hanc inimicitiam efficaciter determinatam ad nocendum alteri, conſtituit ſe iniuſtum actualem aggreſſorem alterius, & conſequenter per hoc ſubminiſtrat alteri iuſtum titulum occidendi quocumque modo, etiam per inſidias, ad defenſam vitæ ſuæ alioqui perituræ.

32 Mea ergo doctrina his duabus propoſitionibus comprehenditur.

Ego cum proditorius homicida, ſi ſim tibi capitalis inimicus cognitus, & ex hac præciſè inimicitia permotus occidam per inſidias te vel non inimicum mihi, vel coinimicum quidem, ſed cognitum à me omnino deſidem, & non parantem me aggredi.

33 Non ſum proditorius homicida vel primò, ſi ſim tibi capitalis inimicus, ſed cognitus à te vt non deuenturus ad moliendam tibi mortem ex mea præciſè inimicitia: cogar autem deuenire ad occidendum per inſidias te mihi coinimicum, quia cognoſco te parare contra me aggreſſionem ad mortem ex tua præciſè inimicitia.

34 Vel ſecundò, ſi ambo ſimus inuicem inimici capitalis declarati, & inuicem conuenerimus de curando, vt per induſtriam, quæcunque illa ſit, vnuſquiſque noſtrûm aduerſario necem inferat, & ego vnus meliori ingenio, & fortuna, te de facto per inſidias occidam.

Quare in his duobus caſibus, in quibus ſum quidem homicida contra quintum præceptum Decalogi, ſed non proditorius, venio admittendus ad immunitatem, id quod debuiſſem obſeruare in mea tractatione.

35 *Ad num.* 54.§. 10. Si quis ſine detrimento aggreſſoris, poſſet vitam propriam conſeruare, tunc niſi aliud poſtularet cauſa fidei, ac religionis, teneretur illam conſeruare, alioqui enim prodigus, ac contemptor plus iuſto eſſet propriæ vitæ ſine emolumento aliquo, ad quod Deus facultatem non conceſſit.

Molina

Molina *de iuſt. tract.* 3. *diſput.* 14. *num.* 1. *ad finem.*

36 *Ad num.*79 §.10. Addo ibi citatis Molinam *cit. diſp.*14.*num.* 1. uprimè diſſerentem.

Ad §. XI.

37 *Ad num.*20. §.11. Concluſi meritò cum communi ſententia præmeditationem eſſe de ſubſtantia homicidij proditorij quatenus talis, & refudi *num.* 21. totam rationem concluſionis in communem prudentum æſtimationem.

38 Addo nunc, videri eam communis æſtimationis rationem, quòd qui occidit in rixa, aut ſubito caſu hominem inuentum impotentem ad ſe tuendum in ipſa rixa, aut ſubito caſu, ſolet totus tendere per furioſam, & temerariam voluntatem in occiſionem, & aut nihil intendere ex magna intellectus offuſcatione, malitiam circunſtantiarum homicidij, & nominatim impotentiæ occiſi ad ſe tuendum, vel intendere quidem, ſed ſemiplenè ob ſemiplenam aduertentiam; aut plenè quidem ob aduertentiam plenam, at quaſi carptim, & ad momentum.

39 Quo fit, vt hæc vel nulla, vel imperfecta, vel perfecta, ſed momentanea adhæſio intentionalis ad obiectum non quæſitum, ſed ab extrinſeco hîc, & nunc oblatum, non habeatur apud homines in conſideratione, iuxta dictum commune apud Roland: *conſil.* 15. *n.*35. *lib.*1. quòd *momentanea non habeatur in conſideratione:* quod tamen dictum patitur ſuas limitationes.

40 Qui verò occidit cum præmeditatione hominem per inſidias, ille tum intendit prius ſecum ipſe per otium, & cum omni quiete, & intellectus luce, ac voluntatis plenitudine occiſionem, tum idem vltrò, & affectatè repræſentat ſibi perſonæ occidendæ impotentiam ad ſui defenſam, ſecum ipſe tractatum habet, eandemquè demum impotentiam pacatus in frigido ſanguine, & cum mora non impulſæ voluntatis eligit vt medium efficax ad finem occiſionis intentæ.

41 Hinc eſt, quòd hæc moroſa, quieta, & quaſi viſcoſa ad obiectum vltrò accerſitum adhæſio habeatur meritò in conſideratione apud homines, & ex illa iidem moueantur ad tribuendam occiſioni denominationem *proditoriæ*, quæ ex ipſius obiecti natura proficiſcitur.

Ad §. XII.

42 *Ad num.* 13. §. 12. Dixi bannitos poſſe impunè occidi etiam à Clericis, & citaui Riccium, cui poſt lectum in hac materia erudit iſſimum reſponſum datum à D. Doctore Petru Franciſco Paſſerino hoc anno 1660 & Placentiæ impreſſum, addo eundem D. Paſſerinum, apud quem citantur Marſil. *conſ.*11: *num.* 9. *&* 15. *lib.* 1. *& in pract. crimin.* §. *pro complemento num.* 3. Foller. *in Neapol. pragm.* 1. *de exulibus num.* 3. *in fine.* Carpan. *in comment. ad cap. Homicida. notar. conſtitut. Mediol. tit. de pœnis. num.*645. Baiard. ad Clarum *in pract. crimin.* §. *Homicidium num.*259. *verſ. item adde.* Bonacoſſa *qq. criminal. in V. Bannitus verſ. ſtante ſtatuto.* Farinac. *quæſt.* 103. *num.* 142. Carolus de Graſſis *de effect. Clericatus effectu* 2. *num.* 374. Petr. Anton. de Lazar. *in addit. ad ſum. Nauarri in V. Bannitus num.*9. *in fine* Ambroſin. *deciſ.*23. *Peruſin. num.*12. *parte* 1. Finell. *de caſib. reſeru. caſu* 4. *num.*41. Lezana *in ſum. in V. Bannitus num.* 11. Valerus *in differ. vtriuſque fori. V. Homicidium differ.* 7. Baſſæus *in Flor. Theol. in V. Bannitus num.* 1.

Et affero rationem dicti, quia Bannitus eo ipſo, quod eſt generaliter diffidatus [ſic enim nuncupatur, vt notat Molina *de iuſt. tract.* 3. *diſp.* 7. *ad initium*] à legitimè banniente, amittit ius ad vitam in ordine ad omnes intra territorium bannientis, qui conſtituuntur quaſi lictores, ſeu vindicatiuæ iuſtitiæ miniſtri contra eundem bannitum, Molina *l. c.* Petr. Paul. Guazzin. *tract. moral. ad defenſam lib.*2. *defenſ.* 6. *cap.*50. *n.*16. Valerus *de differ. vtriuſque fori. in V. Adulterium differ.* 1. *n.*4. *&* 7. Homobon. *in reſponſis ſelectior.* 119. *part.* 2. 43

Bannire etenim, ac ponere in banno, ſeu diffidare, eſt idem, ac præcipere, vt quis impunè occidi poſſit, ſeu tribuere vnicuique licentiam illum necandi. Illuſtriſſimus D. Spercellus *deciſ.* 102. *n.* 63. qui tamen numerus mendoſè ponitur in meo libro, vt patet legenti totam deciſionem. Marta *de iuriſdict. parte* 4. *caſu* 129. *n.*24. 44

Quo fit, vt eius occiſio intra dictum territorium non ſit contra iuſtiam, quicunque illam exerceat, ſiue laicus, ſiue Clericus. Carolus Anton. Theſaur. *in praxi de pœnis. p.*1. *c.*38. *in fin.* Petrus Nauar. *de reſt. lib* 2. *cap.*3. *n.*218. 45

Cum bannum generale non reſeruauerit bannito ius, ad vitam in ordine ad Clericos, ſed ſine exceptione illum diffidauerit in ordine ad omnes, effeceritquè proinde, vt inſequens occiſio banniti non ſit obnoxia pœnis temporalibus, etiam in foro Eccleſiaſtico quò ad Clericos. Marta *de iuriſdict. parte* 4. *caſu* 67. *n.* 11. vel in regulari quò ad regulare, ſi bannitum occidant. Baſſæus *l. c.* proceſſit enim occiſio auctoritate regiâ iuſtè conceſsâ, vt ſupponit in ordine ad Clericos bannitum occidentes Squillante *de obligat. Cleric. parte* 6. *n.*98. 46

Digitized by Google

47 Quamuis prædicti irregulares fiant, vt omnes fatentur,itemquè contra canones *cap. ſententiam ſanguinis. & toto titulo. Ne Clerici, vel Monachi.* peccent mortaliter. Petrus Nauarra.Baſſæus ll. cc. quod intellige, ſi ſint inſacris. Thom. Tamburin. *in Decal. lib. 6. cap.*1.§.4.*n*.4. Marta *cit. caſu* 67.*n*.15.Molina *de iuſt. tract.* 3. *diſp.* 8. *n.*12. *tomo* 4. Tolet. *in ſum. lib.*5. *cap.*6.§.*quinta eſt neceſſaria.fol.mihi in paruo* 632.& alij ſecuti Sotum *de iuſt. lib.* 5. *q.* 1. *art.* 4. *ad medium,verſ. Nam qui.* vel ſint beneficiati Molina, & Theſaurus *ll. cc.* venialiter verò, ſi ſint Clerici primæ tonſuræ. Valentia *tomo* 3.*diſp.* 5.*q.*18.*puncto* 3.*ad finem*, vel in minoribus tantùm ordinibus, ſed ita vt ſeruent requiſita ad gaudendem priuilegio fori. Molina *l. c.* ſic intelligens Sotum *l. c.* damnantem de nonnullo peccato conſtitutos in minoribus, & ſe cruentantes vti miniſtros iuſtitiæ,nam omnibus, inquit Sotus, interdita eſt ſanguinis effuſio. Vel abſolutè conſtituti in minoribus. Valerus *l.c.*Guazzin. *cit. cap.* 50. *num.* 15. Thom. Tamburin.*cit. num.* 4.

At nullum erit peccatum quò ad Clericos in minoribus non beneficiatos, occidentes bannitum, ſi attendatur aphoriſmus Emanuelis Sà *in.V. Clericus. num.* 2. vbi quòd cum Clericis in iure aliquid prohibetur, aut præcipitur, intelliguntur ſolùm, qui ſunt in ſacris, aut beneficiati,quod dictum directè oppouitur dicto Soti paulò ante allegati.

48 Qui verò Clerici peccauerint mortaliter in hoc caſu occiſionis banniti,erunt puniendi per Epiſcopum. Marta *cit. caſu* 67. *n.* 11. & quidem pœna homicidij. Marta *cit. n.* 15. qui pro dicta pœna citat Bernardum Diaz *in ſua pract. crimin. canon. cap.*94. *in meo libro* 97.vbi tamen *n.*1.dicit Diaz ſupra dicta per ipſum de pœna, venire intelligenda, quando iniuſtè, & voluntariè eſt commiſſum homicidium.

49 At homicidium in bannitum non eſt iniuſtè,ſeu contra iuſtitiam commiſſum,vt ſupra dixi,nec eſt propriè homicidium,ſed occiſio hominis non contra iuſtitiam, quamuis contra decentiam ſtatus Clericalis, & ideò crederem Clericum banniti occiſorem debere puniri pœna per Epiſcopum arbitranda.

50 Aduerto etiam prædicta procedere quo ad occiſionem banniti, dummodò ſit bannitus pro delicto,pro quo veniebat imponenda pœna mortis. Marta *cit.caſu* 67.*n*.4. itemque dummodò ſit bannitus per iudicem ſecularem: ſecus verò quo ad occiſorem laici banniti per Epiſcopum pro cauſa ſpirituali,vel in alijs caſibus, in quibus habet iuriſdictionem.Marta *cit.caſu* 67.*num*.9.& multo minus Clerici item banniti per Epiſcopum, vt optimè idem Marta *vbi ſupra à n.*2.cum in dubio nemo videatur eos voluiſſe comprehendere in ſua diſpoſitione, de quibus expreſsè diſponere non poteſt. *cap. à nobis. de ſent. excommun.* Non poſſint autem ſtatuentes expreſsè diſponere de occidendis impunè Clericis bannitis, tum quia in eos nullam habent iuriſdictionem: tum quia Clerici non potuerunt banniri, vt occiderentur, cum Eccleſia ſanguinis pœnam non imponat. *cap. ſent. ſangu. Ne Clerici,vel Monachi.* 51

*Ad eundem n.*13. §.12.Dixi poſſe bannitos occidi etiam proditoriè, & per venenum,& per aſſaſſinum pecunia conductum. 52

Quòd poſſint occidi proditoriè in genere, tradunt, vltra citatos à me,D.Paſſerinus *in cit. reſponſo.* Azor *parte* 3.*lib.*2.*cap.*2.*dub.*4. Naldus *in ſum.in V. Bannitus. n.* 5. Collegium aduocatorum curialium *in conſ. quod eſt inter criminalia diuerſorum tomo* 1. *conſ.* 150. *n.* 48. Diana *parte* 5.*tract.*4.*reſol.*25.Lezana *in ſum. in V. Bannitus. n.* 9. Farinac. *conſ.* 113. *n.* 12. Maſtrill.*Deciſ.*104.*n*.10. 53

Ethinc eſt,quòd poſſūt banniti ſe ipſos inuicem proditoriè occidere, attento prœmio propoſito à Principe.Diana *cit.reſol.*25. Petr. Paul.Guazzin. *tract. morali ad defenſam cap.* 50.*n.*18.*defenſ.*6.*lib.*2.Thom. Tamburin. *in decal. lib.*6.*cap.*1.§.4.*n.*2. Lezana *cit.n.*9. vbi quòd approbant plures Theologi vſum quorundam Principum, qui proponunt præmium occidenti illos. 54

Quòd poſſint occidi veneno, tradunt D. Paſſerin.Collegium aduocator. Nald. & Lezana *ll. cc.* 55

Quòd per aſſaſſinum, tradunt. Farinacc. *cit.conſ.*113. *n.*12. & alij laudati per Alexandrum Ambroſin.*Deciſ.Peruſin.*23.*n.*23.*parte* 1.licèt contrarium teneat Decian. *tract. crimin.lib.*9.*cap.*30.*n*.19. 56

Et quòd poſſit, quis ſuſcipere mandatum, etiam pecunia mediante, vt bannitum occidat, licèt turpiter faciat, dicit de Franchis *deciſ.*276.*n*.4. ex Nello, & Afflicto.

Obiter autē notare placet, quòd in prædictis caſibus occiſionis contra bannitum ſecutæ, 57 poteſt tertius comparere pro eo, qui occidit bannitum potentem occidi, & exhibere bannum, & Iudex tenetur occiſorem abſoluere abſque eo quòd ipſe perſonaliter compareat,quia ei liquet offenſionem prædictam non fuiſſe delictum.Hieronym. Buccaron. *de differ.inter iudicia ciuilia, & crim. differ.* 145.*n.*10. ex Bartholo *in l. vbi pactum. num.* 10. *C. de tranſact.* vbi reddit rationem, quòd ideò ille tertius admittitur ad id allegandum,

gandum,eo quia illud continet publicam vtilitarem,ſcilicet vt banniti poſſint offendi. D. Paſſerin. *in cit. reſponſo*, vbi allegat Marſil. *conſ.3. num.76. & conſ.95. num.24.* Io.Anton. de Nigris *in cap. Regni Neapol. cap. miſericordiam.num* 31. Gozadin. *conſ.61.num.* 14. Gabriel. *commun. concluſ.lib.7. de criminalib. concluſ.9.n.28.*larè Io. Turrium *in addit.ad conſ. 61 inter criminal.diuerſor.tom.* 2.Baiardum,ad Clarum *in pract. crimin. q. 32. num.51.& 52.* Eugen.*conſ.22.n.87.lib.1.* Anton. Scapp.*de iure non ſcripto lib. 3. cap. 24. num. 6.* Bertazzol. *conſ.crimin.223.numer.10. tomo* 1. Ambroſin. *deciſ.Peruſ.23.num.*18.de Franchis *deciſ.276. num.* 2. Mantuam *conſ.200.n.6. parte* 2. Matthæum Brunum *conſ.65.num.1. lib.1.*

58 *Ad num.16. eodem* §. 12. Dixi poſſe occidi impunè bannitum,niſi ſit roleratus.

59 At nunc viſo cit. D.Paſſerini reſponſo,dico requiri tres conditiones ad eam rolerantiam, vt ea poſſit bannito præſtare ſecuritatem,& reddere illicitam eius occiſionem, & conſequenter proditoriam, ſi fiat per inſidias.

60 Prima eſt, vt toleretur in ciuitate, non enim ſufficit, ſi in villis tantùm, aut in locis parum habitatis. Felin.*in cap.quæ in Eccleſiar. de conſtit.*Foller.*cit.pragm.de exulibus.num.*10. Graff.*deciſ.aur.parte 1.cap.62.lib.2.numer.*56. Berous *conſ.183.num.25.vol.3.* Farinac. *cit. q.* 103. *numer.*291. Ambroſin. *deciſ.Peruſin.* 23. *num.* 29.

61 Secunda eſt, vt tolerantia approbetur à Principe, ita vt appareat illius banniti habitationem in ciuitate approbaſſe. Quare ſimplex toleratio de facto non ſufficeret. Menoch. *de arbitr. lib.1.q. 90.n.* 57.& debet eſſe toleratio procedens ab eo, qui poſſit ei gratiam Facere.Berous *cit.conſ.183.num.25.verſ. ſecundò reſpondeo.* Laderch.*conſ.105.n.2.* laudatus per Paſchalem *de viribus patriæ poteſt. parte 4.cap.3.n.16.*

62 Tertia eſt, vt tolerantia approbetur à Principe non quomodocunque, ſed per aliquem actum affirmatiuum, & poſitiuum. Ruin.*conſ.85. num. 9. lib.4.* Surd.*conſ.270.n. 18.& ſeqq. vol.2.*Gratian *diſcept. forenſ. cap. 309.num.32.& ſeq.*vbi ait ſecus eſſe,quando Princeps per actum negatiuum tantùm, ſeu ſimpliciter patitur bannitum habitare, Martius Medices *deciſ.42.num.6.* Iul.Cæſar Caluin. *de æquitate lib.2.cap.110.num.69.& ſeqq.* vbi quòd requiritur Principis tolerantia non per ſolam patientiam,ſed per actum affirmatiuum abſolutè,& indefinitè in loco,& tempore. Ambroſin.*deciſ.Peruſin.23.num.* 37. vbi exemplificat de actu affirmatiuo, vt puta, inquit, quia bannito vtitur in officio, vt etiam dicit Medices *loco cit.*

Ad eundem num. 16. §. 12. Dixi occidi 63
poſſe bannitum, niſi habeat ſaluum conductum.

Sed addo probabile eſſe, quòd excuſetur 64
occidens bannitum, non obſtante ſaluoconducto eiuſdem, de quo ſaluoconducto occidens non inueſtigauerit.Paul. Caſtrenſ. *conſ. 199. vol.1.& conſ. 48. num.28. inter criminal. diuerſor.à Ziletto collecta* vbi quòd non tenetur quis inueſtigare delinquentis conditionem.

Addit Aſcanius Clementinus *tract. de* 65
patr. poteſt. cap. vlt. num. 48. pag. 206. quòd ſaluiconductus regulariter non dantur à Principe, ſed ab aliis inferioribus, & ſunt limitati, ac ad perſonnas officialium referuntur: & ideò ſi bannitus habens ſaluumconductum, etiam à ſciente ſaluumconductum fuerit occiſus, licuit interficienti illud impunè facere,& allegat Nellum,& Gozadinum.

Ad §. XIX.

Ad num.1. §. 19. Dicentibus homicidium 66
per venenum eſſe proditorium, addo Trullenck *in decal.lib.1.cap.11.dub.3.numer.* 19. Ioann. Tatium Iuſtinopol. *de optimo regim. magiſtrat. pretory lib. 3. cap. 10. pag. 228. & pag. 229.*

Et dicentibus homicidam per venenum 67
excludi ab immunitate, quos citaui *n.25.* addo eundem Trullenck *eodem n.* 19.

Ad §. XX.

Ad num.7. §. 20. In materia odioſa, ideóque ſtrictè intelligenda, & propriè,non dicitur feciſſe, qui per alium fecit. Herculan. *tract. de caus.de non offend.cap.26.n.3.* 68

At talis eſt materia immmunitatis.

Et quod ad priuationē immunitatis non 69
ſufficiat æquiparatio, ſed requiratur identitas, docet vltra citatos à me, Petr. Paul. Guazzin. *tract. morali ad defenſ. lib.2.defenſ. 1. cap. 14 num.* 29.

*Ad num.*107. §. 20. 70

Votum.

In cauſa immunitatis Eccleſiarum, occa- 71
ſione necis ſecutæ in perſona Capolini de Tonnis dalla rocca delle Ferriere, per exploſionem trium ſcloparum,initâ pauló ante pace, factam à Petro Figonio confugâ poſtmodùm ad Eccleſiam, & à duobus ſociis eiuſdem, contra dictum de Tonnis exinde mortuum, quæſiuit à me Illuſtriſſimus, & Reue-

rendiſſ.

Digitized by Google

rend. Dominus meus D. Marchio Ioſephus Zandemaria Placentiæ Epiſcopus, & in ea cauſa Iudex, an Petrus, & eius ſocij ad immunitat s bene ficium admittendi eſſent.

71 Reſpondi necem Carolini fuiſſe prodiroriam, cum iniuſtè, & appenſatè commiſſa foret in hominem affidatum ex pace, & redditum ideò impotentem ad ſe tuendum, iuxta firmata per me *in* §.12.*&* 13 *mea anatomes*, & per Ciarlin. *controverſ. forenſ. cap.* 116. *num.* 29. *omiſſo in meo libro.*

72 Addidi tamen Petrum, & ſocios ex huiuſmod i nece non eſſe priuandos immunitate.

Quod dictum prima facie durum, & quaſi improbabile, vt rationi conſonum eſſe demonſtrarem, neceſſe habui præmittere aliqua, & quidem

Præmiſi primò, quòd homicidium ex om-
73 nium ſententia, quæ colligitur ex S. Thoma. 2.2.*q.*64.*art.*5.*in initio. & ad.*1. eſt *iniuſta hominis occiſio ad homine facta.*

Quæ occiſio conſiſtit in hoc, quòd homo
74 per actionem liberè, ac proinde imputabiliter factam, applicet immediatè, & per ſeipſum homini cauſam phyſicam inſtrumentariam ad deſtruendum compoſitum phyſicum ipſius hominis per effectiuam ſeparationem animæ tanquam formæ, à corpore tanquam ſubiecto: quomodo intelligi debet Giurba *conſ.*46.*num.* 18. vbi quod *occidere* eſt *animam à corpore ſeparare.*

Dicta autem applicatio fit v.g. transfigen-
75 do pectus enſe, impingendo fuſtem capiti, vel aliis modis, de quibus *in l. qua actione.* §. *occiſum.ff.ad l.Aquil.* & aliis iuribus apud Farinac.*q.*119.*n.*9.10.*&* 11.

76 Et qui immediatè manibus ſuis vtitur aliquo ex his modis ad hominem de mundo proſcribendum, cenſetur in communi æſtimatione, & denominatur *homicida* propriè, & verè, idest iniuſtus occiſor, vt ego in hoc §.20.*num.* 94. ſecuta tamen morte, vt ego pariter *in* §.23.*num.*54.

77 Vnde inferebam, quòd ſi quis circa deſtructionem compoſiti hominis alicuius non participet plenè conditionem immediati applicatoris cauſæ phyſicæ inſtrumentariæ, ille, quantumcunque, & quocunque modo concurrat cum alio, qui ſit verè, & rigoroſè *occiſor*, ad eam deſtructionem, & quamuis quoad Deum æquè peccet.

78 Non poteſt tamen dici verè, & propriè *homicida*, ſed ſolùm cum addito *moraliter, interpretatiuè, remotè, metaphoricè, per fictionem iuris*, vt v.g. ſi ſit mandans, conſulens, aſſiſtens, & c. quidquid hos eſſe *verè, ac propriè homicidas*, ſi euentus ſequatur, dicat Thom. Tamburin.*in Decal.lib.*6.*cap.*4.§.5.*num.*2.*&* 3. qui verum dicit in ordine ad hominum exiſtimationem, & imputationem, ſecus quoad rei naturam.

Hoc enim differt phyſica à morali, quòd 79
illa eſt talis, attentâ rei naturâ, hæc verò ex hominum exiſtimatione, & imputatione, vt optimè obſeruat Tancredi *tomo de relig. tract.*1.*lib.*4.*diſp.*8.*q.*5.*num.* 24.*pag.*139.

Præmiſi ſecundò, quòd in caſu duorum 80
vulnerum letalium à duobus illatorum, qualia ſunt, quæ ictus ſclopeti ſecum affert. Giurba *conſ.*82.*num.*36. quod intellige, ſi per ſclopetum, vel etiam per enſem, aut quid ſimile infligantur in cerebrum, gulam, pectus, inteſtina. Boer. *deciſ.*323. *num.* 3. vel in veſſicam, cor, ſeptum tranſuerſum, iecur. Hippocrat. *6.aphor.*18. apud Sennert. *in pract. medicina.lib.*5.*parte* 4.*cap.*3.*pag.mihi* 438. vel in pulmonem, folliculum fellis, renes. Marian. Sanctus *in Theſauro Chirurgia Petri Vffenbachij pag.mihi* 932.

Poteſt accidere, vt vulnus vtrumque ſit 81
æqualis efficaciratis, & celeritatis ad deſtruendum compoſitum phyſicum hominis vulnerati, quatenus vtrumque eſt æquè aptum, vt per ipſum vitales ſpiritus vel ſubitò ſuffocentur, vel ſubitò diſſipentur, & corrumpantur & inde ſequatur extinctio caloris innati, & conſequenter mors, in qua ſuffocatione, & diſſipatione conſiſtit influxus cauſalis vulnerum in mortem violentam. Sennert. *vbi ſupra pag.* 436.

Ac proinde vel vtrumque vulnus ſeorſim 82
ab alio in eodem temporis puncto ſit totalis cauſa mortis eiuſdem vulnerati, quæ ſcilicet procedat à duabus cauſis totalibus, è quibus vnaquæque ſufficiat ſingulariter, & de per ſe abſque alterius concurſu ad eam operandam, vel vtrumque ſimul, communicata inuicem partiali virtute, concurrat ad integrandam cauſam vnam totalem ipſius mortis, vt egregiè more ſuo notauit Illuſtriſſimus ingenio, & dignitate D. Caramuel, *in Theol. fundam. num.*1014.

Addebam poſſe etiam in eodem duorum 83
vulnerum lethalium caſu contingere, vt vulnus vtrumque ſit quidem de ſe, & ſeorſim ab alio, aptum ad cauſandam deſtructionem phyſici humani compoſiti, ſeu mortem, ſed tamen ſit inæqualis celeritatis, ratione partium læſarum nobiliorum, vel ignobiliorum, magis, vel minus patibilium, magis, vel minus aptarum ad ſuffocandos, diſſipandoſve, ſpiritus vitales, vel etiam ratione eiuſdem partis quidem, ſed læſæ in ſitu diuerſo, & magis, vel minus idoneo ad dictam ſuffocationem, & diſſipationem, v.g. cordis, quod ictum in ventriculo, ſiniſtro præcipuè, ſtatim cauſat mortem,

Digitized by Google

mortem, ictum autem in ſola ſubſtantia, re-
tinet aliquandiu vitam, ſed poſtea neceſſa-
riò amittit. Sennert. *vbi ſupra pag.* 437.

84 Quo fiat, vt vnum ex dictis vulneribus,
exerendo prius ſuam efficacitatem, quàm
aliud, præueniat de facto aliud in agendo
contra vulneratum, atque eidem inferat
mortem de facto ex vi ſua, & ſine vllo con-
curſu alterius conuulneris tardioris.

85 Et hoc ponderarunt Menoch. *de arbitrar.
caſu* 362. *num.* 17. *&* 18. & poſt eum Farinac.
q. 96. *n.* 31. *pag.* 213. in caſu, quando plures in
rixa plura lethalia vulnera alicui intulerunt,
vbi quòd licèt vulnera mortifera omnia ſint,
attamen cum homo ſemel tantùm mori poſ-
ſit, qui primum vulnus intulit, is verè occidit,
cæteri verò, qui deinde percuſſerunt, non
hominem, ſed cadauer poties percuſſiſſe di-
cuntur. Ita Menochius ad verbum.

86 Quanquã ego non videbam, cur ab his ma-
gnis Doctoribus imputetur determinatè pri-
mo vulneri occiſio, cũ ex ſuppoſitione, quòd
vnum vulnus poſſit eſſe efficacius altero ad
citius agendum in vulnerati vitam, hic ex-
ceſſus efficacitatis poſſit eſſe in vulnere po-
ſteriori v.g. illato in cor, ac proinde veniat im-
putanda ipſi vulneri poſteriori mors, non
autem priori v.g. illato in iecur, id quod ego,
vltra naturalem meam ratiocinationem, ac-
cepi etiam à peritiſſimis chirurgis, & puto à
nemine poſſe negari.

87 Dicebam inſuper non repugnare, vt ex
inſpectione vulnerum A. B. & C. Titio illato-
rum factâ per peritos, iudicetur determinatè
Titium obijſſe ex vulnere A. in corde, non
ex B. in epate, non ex C. in inteſtinis exempli
gratia: difficillimum tamen eſſe, & quaſi im-
poſſibile aſtantes aduertere ſignatè in explo-
ſione trium ſclopetorum in eodem ferè in-
ſtanti facta à tribus, hunc ſclopetarium vul-
neraſſe cor, illum iecur, tertium inteſtina.

88 Præmiſi tertiò, quòd ex eo, quòd non poſ-
ſit ſciri ab hominibus, ſed à Deo ſolo, quo-
nã pacto plura vulnera lethalia concurrerint
ad mortem vulnerati, an ſcilicet ſimul omnia
vt cauſę totales, an ſimul omnia vt cauſę par-
tiales, an ſeorſim vnum vt cauſa totalis, & hoc
an fuerit illud, quod eſt illatum prius, an quod
illatum poſterius, & quiſnam ex pluribus
conuulneratoribus lethalibus extiterit auctor
illius vulneris, quod ſupponatur ex perito-
rum iudicio determinatè intuliſſe mortem
vulnerato.

89 Conſequens eſt neceſſariò, vt detur caſus,
in quo inter plures humanæ cognitioni cer-
tos lethaliter in eodẽ accidenti vulneratores
incertus ſit eidem cognitioni ille, qui fuerit
determinatè verus occiſor hominis vulne-
rati, quamuis certum ſit eidem humanæ cog-
nitioni, quòd determinatè vel hîc, vel ille,
vel vterque ex parte obiecti fuerit talis.

Et hoc vltra Menochium, & Farinacium 90
nuper citatos, tradunt paſſim alij *in l. item
Mela. §. ſed ſi plures. ff. ad l. Aquil.* è quibus
plurimos allegat Giurba *conſ.* 2. & ego aliquos
hoc §. 20. *n.* 110. quibus addo Iulium Cæſarem
Caluinum *ſingulari* 1090. quidquid dicat Bo-
nacina *de cenſ. in particulari diſp.* 7. *q.* 4. *puncto*
8. *n.* 31. in tali caſu occiſum præſumi obiiſſe
ex omnibus vulneribus, quod falſiſſimũ eſt.

Eſt enim multo veroſimilius, quòd obierit 91
ex vno tantũ nobis incognito, vt infra oſten-
dam, ac proinde præſumptio non poſſit, niſi
temerè, imputare effectum obitus omnibus
vulneribus determinatè, cuius determinatæ
imputationis nullum pro putis hominibus in
incerto cæcutientibus adeſt fundamentum.

Præmiſi quartò, quòd immunitas Eccle-
ſiarum, quippè quæ inſtituta eſt in honorem 92
Dei, continet fauorem ex Doctorum com-
muni ſententia contra paucos, & nominatim
contra Decianum *tract. crimin. lib.* 6. *c.* 25. *n.*
14. *& cap.* 28. *n.* 6. Pacis Iordani *in elucubr. lib.*
11. *titulo* 3. *de immun. Eccleſ.* Pauli Laymanni
lib. 4. *tract.* 9. *c.* 3. *n.* 8. §. *ſed controuerſia.* Dianæ
parte 1. *tract. de immun. Eccleſiar. reſol.* 5. *ad fi-
nem.* Caſtro Palai *tom.* 2. *de relig. tract.* 11. *diſp.
vn. de reuer. debita locis ſacris puncto* 3. *n.* 3. Thc-
mæ del Bene *de immun. & iuriſd. Eccleſ. parte*
2. *cap.* 16. *dub.* 3. D. Sperelli *deciſ.* 101. *num.* 44.
Ciarlini *controuerſiar. forenſ. parte* 2. *cap.* 198. *n.*
18. Tancredi *vbi ſupra diſp.* 5. *q.* 2. *n.* 4. *pag.* 98.
verſ. cum materia. poſt Farinacium, Amb o-
ſinum, Genuenſem, Italiam, de Franchis, Ca-
ſtilium, Guazzinum patrem, & ipſum De-
cianum ſibi contrarium.

Ac proinde immunitas eadem refundit 93
odium in delicturum exceptionem, quæ in
caſibus commiſſionis ipſorum delictorum
elidit, & quaſi præfocat eandem immunita-
tem, non ſinendo eſſe locum pro illa.

Vnde Conſtititutio Gregoriana, ſicut &
antiqui canones inducentes exceptionem ab 94
immunitate, ſunt quid odioſum.

Hinc deducebã, quòd quando agitur de de- 95
lictis exceptis in materia immunitatis, neceſ-
ſe eſt accipere ſignificationẽ delictorum ip-
ſorum in rigore omnino ſtricto intra limites
proprietatis verborum. Trulenck *in decalog.
lib.* 1. *cap.* 11. *dub.* 3. *n.* 18. Laymann. *cit. n.* 8 *verſ.
ſed potius ſtrictè.* Suarez *tom.* 1. *de relig. lib.* 3.
de reuer. deb. locis ſacris. cap. 11. *n.* 13. *verſ. & po-
teſt confirmari iuncto n.* 14. *verſ. leges autem hu-
manæ.* Tancredi *vbi ſupra diſp.* 8. *q.* 5. *n.* 2. *p.* 135.
& n. 8. *pag.* 136. *& n.* 19. *pag.* 138.

Vnde infertur, quòd quando *cap.* 1. *extra.* 96

Digitized by Google

de homic. dicit: *Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias, ab altari meo euelles eum, vt moriatur:* itemque quādo Gregorius XIV. in ſua celebri Bulla *ſuper imman. Eccleſiar.* excipiendo quoſdam flagitioſos à participio immunitatis, dicit: *aut qui proditoriè proximum ſuum occiderint.*

96 Verba *occiderit*, & *occiderint*, ob fauorem immunitatis, & ob odium exceptionis delicti, debent accipi in ſenſu ſtricto, rigoroſo, & vſquequaque proprio, vt quam minimum fieri poſſit, ſaluâ verbi proprietate, recedatur ab immunitate ad non immunitatem, contra quam venit exceptio, iuxta latè inculcata per me paſſim in hoc eodem §. 20.

Sicuti verba *occiſio*, & *homicidium* debent accipi in ſignificatione propria, quando agitur de caſuum reſeruatione. Iacob. Graff. *de caſib. reſerua. lib. 3. cap. 9. n. 1. & 2. & lib. 1. cap. 14. n. 1.* itemquè quando agitur de pollutione Eccleſiæ. D. Paſſerin. *tract. de pollut. Eccleſ. diſp. 5. c. 1. n. 4.* idque ob odioſitatem tum reſeruationis, tum pollutionis, atque ob fauorem facultatis abſoluendi, & libertatis Eccleſiæ ad ſacrorum exercitium intra illam.

97 Et conſequenter dictum verbum *occidendi* debet accipi in hac materia immunitatis de occiſione phyſica, non de ſolùm morali, vt ex textu Gregorianæ excipientis duntaxat *occidentes* in Eccleſia, vel *occidentes* proditoriè, colligunt optimè Caſtro Palaus, & Thomas del Bene à me citati §. 19. *num.* 14. quod etiam ponderat Petrus Paul. Guazzin. *tract. ad defenſ. lib. 2. defenſ. 1. cap. 14. n. 18. & 20. & n. 27. & n. 29.* Tancredi *vbi ſupra num. 24. pag.* 139. Bonacina *diſp. 3. q. 7. §. 4. n. 11.* Mallet. *in Auro Theol. malleat. 35. bractea* 8.

98 Iuxta quod irrefragabile principium deducitur admittendos eſſe ad immunitatem tum mandantes homicidium proditorium, tum illud conſulentes, tum aſſociantes ad illud, etiamſi verbis, & præſentia reddant audaciorem principalem, tum arma dantes volenti occidere proditoriè, ex allegatis per me in hoc §. 20. *n.* 3. 15. & 16.

99 Hi enim, & ſimiles quocunque modo cooperatores, dicuntur quidem *homicidæ*, & *occiſores*, ſed cum addito *moraliter tantùm*, cum liberè influant ſuo modo in mortem, quatenus ipſum verè, & propriè occiſorem applicant ad occiſionem, vel per imperium, vel per rationes præmonſtratas, vel fouent per adiectam audaciam, vel inſtruunt per miniſtrationem inſtrumentorum ad occidendum, vel aliis modis iuuant ad occiſionem, non tamen ipſimet per phyſicam, & immediatam actionem attingant deſtructionem compoſiti phyſici, applicando cauſam deſtructiuam, ſicuti attingit ille, qui verè, propriè, & phyſicè occidit, & ideò ſolus denominatur abſolutè *occiſor*, & dicitur percuſſiſſe, & interfeciſſe, vt apud Molinam *de iuſt. tract. 3. diſp. 33. membro 7. num.* 1. vbi allegat optimum textum *in l. 1. verſ. ſin verò. C. de falſ. monet.* ibi: *qui ad hoc miniſterium præbuerant, cum eo, qui fecit*, vbi vides fieri differentiam inter *præbere miniſterium*, & *facere*. Videantur quæ dixi *in hoc* §. 20. *n.* 112. & *ſeqq.* vbi confutaui Tancredum.

Deducitur item ex eodem principio, quòd immunitate donandi ſunt, qui proditoriè ſolùm vulnerarunt, non ſecuta morte ex illo vulnere, ex allegatis per me §. 8. *num.* 57. quibus addo Petr. Paul. Guazzin. *cit. cap. 14. n.* 28. 100

Neque enim hi ſunt *occiſores*, ad quam denominationem requiritur conſummatio actus, nec ſufficit mera eius attentatio, atque inceptio deſtituta ſuo vltimo termino.

Præmiſi vltimò, quòd cum iura ad excludendam immunitatem requirant, vt quis proditoriè *occiderit*, hæc enunciatio importat certitudinem, non dubietatem, vt dixi §. 23. *n.* 85. ac proinde in dubio de occiſione, non eſt decernenda amiſſio immunitatis, quia pœna ſtatuta delicto certo, non eſt imponenda delicto dubio. Scortia *in ſelect. Pontif. Conſtitut. theorem. 388. ad finem*, vt propterea dixerit meritò Molina *de iuſt. tract. 3. diſp. 33. membro 7. n. 3. col. 202. poſt medium lit. D.* pœnam homicidij ordinariam imponi nō debere, niſi homicidæ doloſo omninò *indubitato*. 101

His præmiſſis, deueni ad caſum, de quo agebatur, & dixi, quòd quamuis certiſſimum eſſet in ordine ad cognitionem humanam, quòd Petrus, & ſocij Carolino de Tonnis intuliſſent lethalia vulnera, & quidem proditoria, & quòd ſibi inuicem per coniunctam aggreſſionem animos addidiſſent, atque ad vulnerandum cooperati fuiſſent, & homicidæ morales extitiſſent, & determinatè, vel hic, vel ille, vel omnes ex parte obiecti *occiſor*, vel *occiſores* in toto rigore fuiſſet. 102

Quia tamen quòd ex ipſis, vel determinatè hic, vel determinatè ille, vel determinatè omnes fuiſſent *occiſor*, vel *occiſores* dicti Carolini occiſione phyſica rigoroſè accepta, qualem deſcripſeram in præmiſſo primo, non erat certum in ordine ad eandem humanam cognitionem, ob pluralitatem vulnerum lethaliū, vt probaueram in præmiſſo ſecundo, & tertio, & fuiſſe determinatè occiſorem talem, eſt aliquid facti, quod non præſumitur, ſed probari debet, & ſine hac denominatione *occiſoris* occiſione phyſica rigoroſè ſumpta non amittitur immunitas, ita vt ad eam amiſſionem nec ſufficiat occiſio in lata ſignificatione, & cum addito 103

per

per ſolum moralem influxum , nec vulnerario carens effectu mortis, vt probaueram in præm ſſo quarto , nec occiſio dubia, vt in præmiſſo vltimo.

104 Conſequens erat, vt quamdiu non probaretur, quòd determinatè vel hic, vel ille, vel omnes phyſicè, rigoroſè, & proprie occidiſſent, poſſeſſio ſtaret pro immunitatis regula, contra odioſam exceptionem *occiſionis*, & ſic pro dicto Petro, & ſociis , id quod expreſsè docui hoc §. 20. *numer.* 107. cui addo hoc vorum.

105 Quòd ſi obiiceretur , in caſu etiam rixæ, quando multi iaciunt lapides, & neſcitur quis eorum occiderit, incurri irregularitatem, non obſtante incertitudine occiſoris , ex traditis per Leandrum *parte* 5. *tract.* 2. *quaſt.* 61. & alios, quos citat, & ſequitur Bonacina *de cenſur. in particulari diſp.* 7. *q.* 4. *puncto* 8. *n.* 31. vbi quòd percuſſus præſumitur obiiſſe ex omnibus vulneribus, vt notaui, & reprobaui ſupra.

108 Reſpondebam primò , aſſeri contrarium quo ad irregularitatem ab Emanuele Sà *in Aphoriſm. Confeſſ. in V. Irregularitas ex deformatione illicita num.* 4. *in antiquis.* & ab Illuſtriſſ. D. Caramuele *in Theol. fundamentali nouiſſima n.* 2015. laudante dictum Cottonij *in ſumma Diana in V. Irregularitas. n.* 61. quòd ſcilicet in dubio facti , ſi agatur de homicidio , non eſt cenſendus irregularis ex communi ſententia , & ſtylo Datariæ, & Pœnitentiariæ obſeruato infallibiliter.

107 Et meritò quidem , quia pro ſententia Leandri non allegatur textus indubitati tenoris, ſed dicitur ſolùm, quòd colligi *videtur* ex quibuſdam Canonibus, quod non ſufficit.

Irregularitas enim non incurritur , niſi in caſibus in iure expreſſis, *cap.* 15. *qui de ſent. excommun. in* 6.

108 Expreſſi autem non poſſunt dici caſus , qui enunciantur ab interprete per verbum *videtur* , cum non poſſit dici contineri clarè in iure, quod poſt diligentem iuris inſpectionem non poteſt certò ex eo colligi. Ægid. de Coninck *tomo* 2. *de ſacram. diſp.* 18. *n.* 11. verbum *videtur* , cum denotet improprietatem. Villius *deciſ.* 451. *n.* 21. non inſeruiat certitudini argumentationis.

109 Quarè ego potius, inferebam, quòd ſicut in dubio facti de homicidio , non incurritur irregularitas , ita neque incurritur in ſimili dubio amiſſio immunitatis, ob paritatem rationis.

301 Reſpondebam ſecundò , retentâ etiam Leandri ſententiâ , negandam eſſe conſequentiam ob manifeſtum defectum paritatis.

111 Supponitur enim à Leandro, quòd ſancita ſit in iure irregularitas in illo caſu incertitudinis occiſoris, & allegantur textus.

At ſupponi non poteſt ſancitam eſſe in eodem caſu amiſſionem immunitatis, cum allegari non poſſit textus vllus, vbi de hoc ſit vlla mentio : quæ tamen allegatio contradictoribus neceſſaria eſt ad conuincendum eorum intentum.

Nam dicitur etiam, quòd priuatio immunitatis non incurritur , niſi in caſibus in iure expreſſis. Paces Iordanus. *vbi ſupra num.* 317. 112
Mallet. *in Auro Theol. malleat.* 35. *bractea* 7. & quòd immunitas ſuffragatur in omnibus caſibus tam ciuilibus, quàm criminalibus, exceptis caſibus in iure expreſſis. Maller. *cit. Malleat.* 35. *tract.* 4.

Dato autem etiam, & non conceſſo, quòd percuſſus præſumatur obiiſſe ex omnibus vulneribus, vt aiebat Bonac. *l. c.* nullo tamen allegato textu, aut argumento. 113

Adhuc nego exinde bene inferri ad amiſſionem immunitatis.

Vel enim primò ſupponimus communiorem ſententiam , quam primo loco recenſuimus in §. 19. *n.* 44. volentem ſcilicet adhiberi claras , & demonſtratiuas probationes commiſſionis delictorum exceptorum ad amiſſionem immunitatis.

Et dico, quòd ſicut non ſufficit probabilitas 114
mortis Titij ad dandum Bertæ eius coniugi ius tranſeundi ad ſecundas nuptias, quia poſſeſſio actualis, quæ ſtat pro matrimonio cum Titio, non poteſt vinci, niſi à rationibus clarè contrarium conuincentibus, vt egregiè dicit Thom. Tamburin. *in Decal. lib.* 1. *cap.* 3. §. 7. *in V. mors coniugis, pag. mihi in folio* 45.

Ita neque ſufficit ad me priuandum im- 115
munitate præſumptio, quæ demum eſt idem, quòd probabilitas , de occiſione à me ſimul commiſſa per vulnus lethale illatum alteri ab aliis lethaliter conuulnerato , quia poſſeſſio actualis , quæ ſtat pro gaudio immunitatis, non poteſt vinci , niſi à rationibus clarè contrarium conuincentibus , à certo ſcilicet influxu mei vulneris in alterius necem ſimul cum vulneribus per alios inflictis , non autem ab influxu ſolummodò nitente præſumptionibus, quæ non faciunt conſtare clarè, & verè de re, vt dixit Giurba *conſ.* 50. *n.* 6. vbi plures more ſuo allegat.

Vel ſecundò ſupponimus ſententiam, 116
quam recenſuimus eodem , §. 29. *num.* 170. volentem, quòd ſufficiant coniecturæ , indicia, & præſumptiones.

Et dico, quòd præſũptio, quòd quis ex omnibus vulneribus obierit, eſt multò debilior, quàm præſũptio, quòd obierit ex vno tãtùm, cũ facillimũ ſit, vt inter duo vulnera lethalia

Digitized by Google

vnum ſit efficacius , & velocius , altero ad
agendum in vitam vulnerati ob diuerſita-
tem partium læſarum,& ſic iſtud efficacius,
& velocius ſolum,& de per ſe cauſet mortem
eiuſdem,ſit autem difficillimũ, vt duo letha-
lia vulnera ſint omnino æqualis efficacitatis,
& velocitatis ad agendum in vitam vulnera-
ti, & ſimul in eodem inſtanti, & in eadem
corporis parte vniantur ad cauſandam eiuſ-
dem mortem, vel tanquam duę cauſę totales,
vel tanquam duæ cauſæ partiales integran-
tes vnam totalem.

117 Cum autem præſumptio fortior deſtruat
debiliorem ex communi axiomate apud
Giurbam *conſ.* 51. *num.* 31. conſequens eſt, vt
in noſtro caſu maneat deſtructa præſump-
tio, quòd percuſſus obierit ex pluribus vul-
neribus, & vincat præſumptio, quòd obierit
ex vno tantùm, cuius quiſnam fuerit auctor
inter plures vulneratores cum ſciri non poſ-
ſit ab hominibus, ſit conſequenter, vt ſtante
hac omnimoda incertitudine, nemo ex con-
vulneratoribus ſit deturbandus ab actuali
poſſeſſione immunitatis.

118 Quòd ſi aliter argueretur contra meam
principalem concluſionem pro immunitate
Petri,& ſociorum,& diceretur,fauorem Ec-
cleſiæ, & fauorem reipublicæ circa delicto-
rum punitionem eſſe æqualis conditionis, ex
Remigio de Gonny *tract. de immun. Eccleſiar.*
q. 2. *num.* 7. *§. ſed quid dicemus pag.* 262. ac pro-
inde non eſſe reſtringendam amiſſionem
immunitatis ad ſolam occiſionem rigorosè
acceptam, & eſſe extendendam etiam ad
cooperantes.

119 Sicuti non reſtringitur illatio pœnæ pro
foro externo ad eandem occiſionem, ſed ex-
tenditur eadem pœna etiam ad cooperantes,
ita velocus ſit pœnæ extraordinariæ,quando
in rixa plures aggrediuntur vnum, qui re-
manet occiſus,& neſcitur à quo. Gomez. *va-*
riar. tomo 3. *cap.* 3. *num.* 36. *concluſ.* 3. *iuncto ver.*
ſu. Vnde teneo. Farinac. *q.* 96. *num.* 31. Giurba
conſ. 2. *num.* 4. ſit verò locus ordinariæ pœnæ,
quando id non in rixa, ſed communicato
conſilio, & ex propoſito accidit. Bartol. *in l.*
item Mela. §. ſed ſi plures. in verbo plures. ff. ad
l. Aqui. num. 1. & alij per me citati *in hoc* §. 20.
num. 110. quamuis Riccius *collect.* 138. ex
Teſſauro *deciſ.* 31. apud Giurbam *cit. conſ.* 2.
n. 20. velit eſſe locum ſoli extraordinariæ.

Reſpondebam falſum eſſe aſſumptum
120 Gonny, & dicebam deberi Eccleſiæ maio-
rem fauorem,quàm publicæ vtilitati ex Ge-
nua citato per me *in* §. 29. *num.* 162. & fauo-
rem immunitatis fundatæ in religione,& di-
rectæ in honorem Dei ſupernaturaliter cog-
niti, pertinere ad ordinem ſupernaturalem,
cum tamen reipublicæ fauor quo ad iuſti-
tiam vindicatiuam directam ad publicam
tranquillitatem, ſpectet ad ordinem natura-
lem, iuxta alibi dicta à me.

Quòd autem illatio pœnæ extendatur
etiam ad cooperantes, dicebam id prouenire 121
ex iuris expreſſa ſanctione, apud Giurbam
conſ. crimin. 7. *num.* 14. alios Doctores afferen-
tem *conſ.* 2. *num.* 50. id quod de pœnâ mortis,
ſociis, ſeu cooperantibus, vires, & animum
principali aggreſſori per ſuam aſſiſtentiam
præbendo,ad necem proditoriam, debitâ ei-
dem principali, deducunt ex variis iuribus,
quæ allegant, Gomez *variar. tomo* 3. *cap.* 3.
numer. 6. & poſt eum Molina *de iuſt. tract.* 3.
diſp. 23. *num.* 9. quæ deductio rectè procedit
ob fauorem iuſtitiæ vindicatiuæ.

At nulla adeſt ſanctio immunitatis pro
ſociis,ſeu cooperatoribus ad necem prodito- 122
riam; cum in iure veteri, & in Gregoriana
nulla fiat mentio de perſonis acceſſoriis, vt
de Gregoriana notarunt Gambacur. *lib.* 5. *c.*
34. *num.* 14. & ex eo Giurba *conſ.* 50. *num.* 42.
cuius doctrina *num.* 44. de excluſione auxilia-
torum in aſſaſſinio ab immunitate ſociorum,
& complicum mihi eſt improbabilis.

Neque legitima eſt deductio dictæ amiſ-
ſionis ex quibuſcunque iuribus, cum fauor 123
excellentiſſimus immunitatis, qui ſupra fauo-
rem iuſtitiæ vindicatiuæ longè eminet, tali
deductioni reſiſtat, & per ſolos claros textus
eandem amiſſionem pro caſu cooperationis
inducentes vinci poſſit.

Addebam conſequenter reddi mihi im-
probabile votum Ciarlini *parte* 1. *controuerſ.* 124
forenſ. cap. 12. adiudicantis foro ſeculari duos
confugas ad Eccleſiam poſt interfectum per
duas ſclopetarum exploſiones quendam Ca-
pitaneum nihil tale cogitantem, quamuis per
excuſabilem inaduertentiam ad mea princi-
pia illud perperam approbauerim §. 17.
n. 12. ſicut & ſimilem ſententiam Vicarij Cu-
riæ Salernitanæ §. 10. *num.* 91.

Neque enim in caſu Ciarlini potuit præ- 125
tendi amiſſa immunitas ex occiſione, cum
incertus maneret quo ad iudicium huma-
num verus proditorius occiſor Capitanei ex
duobus ſicariis viſis in illum duplici ſimulta-
nea exploſione lethali, quod idem dicendum
in caſu Salernitano.

Neque potuit prætendi amiſſa eadem im-
munitas pro certâ, & apud homines deter-
minatè ſcitâ cooperatione ad occiſionem
factâ per eoſdem ſicarios in vtroque caſu,
cum non ſit ſancitum in iure, quòd coopera-
tores ad necem proditoriam, etiam certi, &
determinatè ſciti apud homines, amittant
immunitatem, quidquid ſit de pœna mortis,
&

Digitized by Google

& eodem modo qualificata, de qua Molina *de iuſt. tract. 3. diſp. 23. n. 9.* poſt Gomez. *cit. cap. 3. n. 6.*

Sicuti neque potuit prætendi amiſſa immunitas ob vulnerationem proditoriam, neque ob occiſionē dubiam: id quod Ciarlinus in ſuo caſu, & Vicarius Salernitanus in ſuo nō penderunt, ideóque ſine fundamento, & contra efficacem rationem ſicarios immunitate fraudarunt.

126 Sic etiam iudicandum quidem fuiſſet proditorium illud homicidium, de quo *in §. 10. num. 90.*

At debuiſſent admitti ad immunitatem illi inimici, qui ſcloperos exploſerant ſimul de feneſtra hoſpitij in hominem ſibi peroſum, ementem tunc, & comedentem ceraſa, cum incertum maneret humano iudicio, quis eius necis ſecutæ verus auctor fuiſſet.

127 Itaque tota vis meæ reſponſionis ad quæſitum Illuſtriſſimi Antiſtitis ſita erat in hoc ſyllogiſmo.

Si dictus Petrus amiſerat immunitatem, id erat maximè, vel quia proditoriè occiderat occiſione rigoroſè accepta Carolinum:

Vel quia cum aliis ſociis cooperatus fuerat ad eius talem occiſionem, aſſiſtendo ſibi reciprocè:

Vel quia vulnus lethale proditorium intulerat:

Vel quia quamuis nobis incertum foret, an omnes vt cauſa totalis, an vnus determinatè, vt cauſa ſola totalis occidiſſent, certum tamen erat vel omnes, vel ex illis vnum à parte rei determinatè occidiſſe:

Neque enim ſuppetebat aliud caput, ex quo Petrus potuiſſet amittere immunitatem.

At non amiſerat ob occiſionem, cum incertum nobis eſſet, quòd ex pluribus vel hic determinatè, vel ille, vel omnes ſimul occidiſſent occiſione rigoroſè accepta, cui ſoli adimitur in iure immunitas ob fauorem ipſius immunitatis, atque ob odium exceptionis.

Neque amiſerat ob cooperationem, cum aduerſus meram cooperationem non ſit ſancita expreſsè in iure amiſſio immunitatis, & ab odio exceptionis, ac fauore immunitatis omnino prohibeatur extenſio prædictę amiſſionis ad ipſam cooperationem.

Neque amiſerat ob ſolam vulnerationem proditoriam ſiue effectu mortis determinatè imputabili, cum textus expreſsè loquatus de occiſione, non de inceptione occiſionis ſuo vltimo termino deſtitutæ.

Neque amiſerat ob certitudinem obiectiuam occiſionis ſecutæ vel ab omnibus ſimul, vel ab vno, vel à duobus, coniunctam cum incertitudine formali, ideſt, ſe tenente ex parte intellectus humani, cum neque huic caſui ſit decreta in iure amiſſio immunitatis.

Ergo nullo modo amiſerat, quod erat à me demonſtrandum.

Obiicienti autem ſecuturum ex data doctrina abſurdum hoc, quòd quis vt occidat proditoriè, & impunè, aſſumet ſocios ad multiplicandas lethales plagas, & excitandam inde incertitudinem occiſoris, vi cuius incertitudinis ſit neceſſariò donandus immunitate, ſi confugiat ad Eccleſiam. 128

Reſpondebam, abſurdum hoc non oriri ex conditione legis, quæ ſanctiſſimè ſanciuit amiſſionem immunitatis pro occiſione certa, ſed ex malitia hominum, qui legis verba examinant, & ciuentes ad euitationem legis ſufficere, quòd lex non comprehendat hunc caſum, vel hanc perſonam, *l. cum Prætor. ff. de iudic. cap. ſanè. de priuil. cap. Tua. de prabend. in 6.* Ciarlin. *controuerſ. forenſ. cap. 198. n. 13.* ponunt aliquid induſtrioſè, vt vel caſus, vel perſona extra legis diſpoſitionem pœnalem fiat.

Addebam militare idem abſurdum quò ad alios caſus, qui tamen, non obſtante abſurdo, admittuntur ſine vlla contradictione. 129

Exemplum. Lex exceptionis à participatione immunitatis agit de ſolis occiſoribus proditoriis; ac proinde de ſolis executoribus, qui ſoli propriè *occiſores* dicuntur. Poterit ergo aliquis ſciens doctrinam Giurbæ *conſ. 41. num. 3* & aliorum, quòd ſcilicet ſtatutum loquens in perſona delinquentis, non comprehendit mandantem, ex propria verborum ſignificatione, ſed ex interpretatione, cum id, quod ſtatutum non dicit, velle non præſumatur, etiamſi in reipublicæ fauorem tenderet, cuius intereſt, ne delicta remaneant impunita. 130

Poterit inquam, vt cum ſecuritate obtinendæ immunitatis occidat, adhibere mandatarios, qui per ſeipſos proditoriè occidant, & ſic mandantem, qui moraliter tantùm occidit, vt alibi dixi, & in terminis tradit Tancredi *cit. n. 24. pag.* 139. eximant à iactura immunitatis.

Neque tamen à quoquam damnatur exinde doctrina inferentium ex verbis Pontificiæ diſpoſitionis *occiderit*, & *occiderint*, quòd mandantes homicidiū proditorium, cum nō ſint in rigore *occiſores*, gaudeant immunitate.

Eſt enim notiſſimum, quòd legi vix ortæ adiungitur pediſſequa fraus, & mala, quę per fraudem ſequuntur, ſunt per accidens, ideſt præter intentionem legiſlatoris, ideóque de illis optimè dicitur per Aſcanium Tamburinum 131

num *de iure Abbatum tomo. 2. diſput. 2. quaſt. 30. numer.* 8. quòd mali euentus ſecundùm regulam iuris *l. inter ſtipulam.* §. *ſacro. ff. de verb. oblig.* cum per accidens eueniant, non veniunt in conſiderationem.

131 Et alióqui ſi ad euitanda eadem mala, vellemus verba Pontificis impropriare, & nomine *occiſionis* in præſenti materia intelligeremus *occiſionem incertam* inter plures certos cooperatores,aut etiam lethaliter cõuulneratores, aut *occiſionem moralem*,in fine nota fieri non poſſet.

133 Non debemus enim, vt optimè dicit Tancredi *cit. diſp.* 8. *quaſt.* 1. *num.* 16 *pag.* 117. *tomo de religione.* à proprietate verborum, niſi ex graui cauſa recedere;aliàs nihil eſſet certum in legibus,nec per illas regulari poſſent actiones humanæ, immò nec ſacra ſcriptura poſſet habere ſuam vim, vt Patres docent cum Auguſtino, niſi verba in proprio ſenſu accipienda eſſent.Ita ille.

Hæc fuit mea ſententia, & meum votum in cauſa dicti Petri,& ſociorum,contra quos inſuper non fuit probata proditio, ſicuti oportebat.

Ad §. XXIII.

134 *Ad n.* 53. §. 23. Addo ibi citatis Thomam Tamburin. *in decalog. libr. 6. cap.* 4. §. 3. *numer.* 29.

135 *Ad n.* 86. §. 23. Voluntas coacta *voluntas* eſſe dicitur, licèt imperfecta,quæ ad præmeditatum ſatis non eſt,vt pœnæ ordinariæ locus ſit. Giurba *conſ.* 85. *n.* 15.

136 Sed hæc doctrina mihi non probatur,quia coactio nihil tollit de lumine intellectuall circa obiectum prauum, obiectique circunſtantias, ac proinde nihil tollit de ſimplicitet, & vſquequaque voluntario, ſed addit ſolummodò extrinſecam imperfectionem conſiſtentem in nolleitate inefficaci, vt dixi *hoc n.* 86.

137 Alióqui enim ſi daremus coactioni, vt voluntatem redderet imperfectam, & præmeditati qualitatem tolleret, dandum id quoque eſſet illectioni, quæ fit per amorem lucri, vel per certitudinem placendi, ſi fiat homicidium, & ſic de aliis, quæ tamen in communi æſtimatione nec tollunt præmeditatum,nec minuunt voluntarium.

Ad §. XXVI.

138 *Ad num.* 16. §. 26. Proditorium homicidium non gaudet indultu. Giurba *conſ.* 57. *numer.* 13.

Ad §. XXVIII.

Ad num. 71. §. 28. Occiſio fœtus animati anima rationali eſt peccatum grauiſſimum, eo quòd hominem ita occiſum in æternum priuet viſione diuinæ eſſentiæ,propter originis peccatum, quod in eo erat, eritque ſimul parricidium, ſi pater, aut mater cauſa fuit abortus. Molina *de iuſt. tract.* 3. *diſp.* 3. *n.* 2. 139

Vnde infero, quod qui procurauit abortum, tenetur in ſacramentali confeſſione dicere,an putauerit fœtum eſſe animatum, vel non animatum, vt explicet peccatum, quod fecit. 140

Si enim putauit animatum, iam patet ex modò dictis qua ſpeciali malitia fuerit infecta actio præter malitiam homicidialem: ſi verò non animatum credidit, actio fuit quidem ex ſuo genere graue peccatum lethale, cum impeditum fuerit, ne homo generaretur. Molina *l. c.* at caruit aliis malitiis, homicidiali ſcilicet, & alia conſiſtente in fraudatione beatitudinis.

Ad §. XXIX.

Ad num. 14. §. 29. Præceptum immunitatis in lege veteri,vel nõ adfuit,vel ſi adfuit, fuit ceremoniale. Bonac. *diſp.* 3. *quaſt.* 7. *de immun. Eccleſiar. num.* 2. Mallet. *in Auro Theol. malleat.* 35. *bractea* 2. *tomo* 1. Tancredi *tomo de relig. tract.* 1. *lib.* 4. *diſp.* 5. *quaſt.* 1. *numer.* 3. *pag.* 98. & nullo modo morale. Fagundez *in* 2. *Eccleſ. precept. lib.* 4. *cap.* 4. *numer.* 59. Tancredi *vbi ſupra diſp* 9 *quaſt.* 5 *numer.* 34. *pag.* 143. qui *num.* 35. optimè docet, quòd præceptum immunitatis, vt continebatur in teſtamento veteri ſi quis,vt debet, fateatur fuiſſe iudiciale, planè fateri debet cum Catholicis, non amplius illud, prout eſt ius diuinum, obligare, ac penitus ceſſaſſe,nec vim aliam habere, niſi de iure canonico,voluit enim Pontifex, ad imitationem illius præcepti iudicialis, hoc ius canonicum ſtatuere. Vnde Abulenſis *in cap.* 21. *Exodi quaſt.* 16. *&* 21. bene ait legem illam Exodi fuiſſe canonizatam, nempe eſſe iam ius canonicum poſitiuum præceptum, id quod etiam docent Fagundez *cit. numer.* 59. Mallet. *cit. tract.* 2. Trullenck. *in decal. lib.* 1. *cap.* 11. *dub.* 1. *num.* 1. 141

Ad num. 24. §. 29. Reum criminis de Eccleſia non poſſe extrahi, inconſulto Prælato, etiam per Regem, ſiue Imperatorem, tradunt vltra citatos à me, Giurba *conſ.* 20. *numer.* 17. Marta *de iuriſdict. parte* 2. *cap.* 50. *num.* 6. 142

Ad

143 *Ad num.* 25. §. 29. Ad cognoſcendum, an quis ſit aſſaſſinus, vel proditor, non attenduntur leges particulares, ſed tantum ius commune, & prius ius canonicum, quàm ciuile, cum in hac materia ſumenda ſit vbique interpretatio à iure canonico, vt per Caſtro Pal. *parte* 2. *tract.* 11. *diſp. vnica de reuer. deb. locis ſacris. puncto* 5. *num.* 4. alioqui poſſent leges ciuiles, & ſtatuta formare noua delicta, & antiqua ſic qualificare, vt ferè delinquens remaneret priuatus immunitate, quod tanquam abſurdum non eſt dicendum. Ita optimè Ciarlin. *controuerſ. forenſ. parte* 2. *cap.* 162. *num.* 13. 14. *&* 15. Giurba *conſ.* 50. *n.* 23. *& ſeqq.*

144 *Ad num.* 38. §. 29. Addo dictis in hoc *num.* 38. quòd non ſufficit ad S. Congregationis declarationum promulgationem, relatio de illis facta per Doctorem quantæcunque auctoritatis, id quod in caſu declarationis à magno Doctore Martino Nauarro relatæ ſuper mente Pij V. in quodam motu proprio aſſerit Franciſcus Suarez *tomo* 4. *de relig. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 9.

145 *Ad numer.* 45. §. 29. Officialis Epiſcopi in hac cauſa eſt ſolùm Vicarius generalis Epiſcopi, non aliquis Archipresbiter. Ciarlin. *controu. forenſ. parte* 1. *cap.* 10. *numer.* 35. aut Præpoſitus. Marius Antonin. *variar. lib.* 3. *reſol.* 15. *num.* 9. §. *Tum quia dictus Præpoſitus.*

146 *Ad num.* 104 §. 29.

Votum.

An citanda ſit à Iudice immunitatis mater occiſi proditoriè, vel alij eius conſanguinei, aut aliquis alius prætendens intereſſe in hac cauſa.

CEnſebam olim neminem in hac cauſa eſſe citandum, ſecutus in terminis D. Epiſcopum Eugubinum Alexand. *deciſ.* 101. *num.* 53. vbi quòd articulus immunitatis poteſt coram Ordinario In paucis diebus terminari, eo quòd plena probatio coram eo fiat dumtaxat per teſtes deponentes in proceſſu informatiuo, ab eo exarato, illis non repetitis, & *parte non citata:* pro qua doctrina Sperellus allegat Giurbam *conſ.* 50. *num.* 7. & Guazzinum patrem *defenſ.* 1. *cap.* 31. *n.* 9. cuius Guazzini placitum non eſſe reprobandum, firmat pluribus non minus doctè, quàm piè Guazzinus filius *tract. morali ad defenſam lib.* 2. *defenſ.* 1. *cap.* 12. *à num.* 36. *ad* 43. & concordat cum oppoſita *numer.* 44. contra Dianam, cui ego addo Ciarlinum *controuerſ. forenſ. cap.* 10. *num.* 150. & Thomam del Bene *de immun. & iuriſdict. Eccleſ. parte* 2. *cap.* 16. *dub.* 44. *ſect.* 1.

Mouebar ex eo, quòd in his, quæ Iudex poteſt ex officio facere, citatio aliqua non eſt neceſſaria. Lancellot *de attentat. parte* 3. *cap.* 25. *num.* 49. Borell. *in ſumma deciſ. tit.* 44. *num.* 343. *&* 383. Giurba *conſ.* 39. *num.* 49. & alij, quos congerit Baron. *de citat. tomo* 1. *quæſt.* 18. *numer.* 32. *& tomo* 2. *in addit. ad d. quæſt. numer.* 71. 147

Ex officio inquam, ad ſuam ſcilicet informationem, vt citati per Baronium *vbi ſupra*, ac proinde ex officio nobili, quòd cum radicetur in libera Iudicis poteſtate, nec pendeat ab inſtantia partium. Molina *de iuſt. tract.* 5. *diſput.* 5. *numer.* 4. Layman. *lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 5. *num.* 7. excludit neceſſitatem citandi partes, vt patet.

At in cauſa immunitatis Iudex Eccleſiaſticus procedit ex officio. Beoleus, Pacinellus, & Benaſſaius *conſ.* 169. *num.* 63. *apud Farinacium.* Caſtro Palaus *parte* 2. *tract.* 11. *diſp. vn. de reuer. deb. locis ſacris, puncto* 13. *num.* 14. Thom. del Bene *vbi ſupra dub.* 45. *n.* 3. 148

Et ſine dubio ex officio nobili hoc fieri credebam, cum non fiat ad inſtantiam accuſatoris, qui nullus interuenit in hac cauſa. Beol. Pacinell. Benaſſ. Caſtro Pal. Del Bene *ll. cc.* 149

Quod officium nobile cenſebam eſſe merum imperium, cum iuxta doctrinam Moliuæ de mero imperio *cit. diſp.* 5. *num.* 5. Laymann. *ſupra num.* 8. eſpiciat directè publicam vtilitatem, ſitam ſcilicet in conſeruatione immunitatis, ſi delictum non ſit de exceptis, vel in promotione iuſtitiæ vindicatiuæ, ſi ſit de exceptis. 150

Ergo non tenetur Iudex Eccleſiaſticus in cauſa immunitatis ad citationem matris occiſi proditoriè, vel aliorum eius conſanguineorum, aut cuiuſcunque alterius.

Sic ego diſcurrebam, & quidem eo fidentius, quòd apud nullum Doctorem vidiſſem aſſertam, immò ne tactam quidem neceſſitatem citandi in hac cauſa parentes occiſi proditoriè, alioſvè eius conſanguineos, & legiſſem in initio *citati conſilij* 168. compoſiti ab illis tribus eruditiſſimis inſtitui dubitationem, *an in cauſa immunitatis ſit neceſſaria citatio, & cuius*, & ſubinde addi: *videlicet Eccleſiæ, ſeu ſiſci pro ea, an Rei, vel vtriuſque:* & nihil dici de parentibus occiſi, aut de aliis, quaſi verò ij nullatenus ad claſſem pertineant illorum, de quorum citabilitate diſceptari poſſit. 151

At poſtquam obſeruaui in cauſa immunitatis quatuor habere intereſſe. 152

Primò Eccleſiam, quæ habet ius, & debitum

Digitized by Google

tum tutandi reum confugam ad ſinum ſuum, ob Dei honorem, ne extra caſum commiſſorum criminum exceptorum conſignetur vindici Curiæ ſeculari, de quo iure omnes Doctores, & de debito Carolus Maranta *in Medulla Decreti V. Immunitas. verſ. Eccleſia namque.*

153 Secundò reum ipſum, qui item ſecundùm omnes habet ius exigendi ab Eccleſia tutamentum illud, & defendendi ſe ab oppoſitionibus Curiæ ſecularis, Caius fiſcus meritò dicitur durus aduerſarius à Ciarlino *controuerſ. forenſ. cap.* 163. *n.* 39. *parte* 2.

154 Tertiò eandem Curiam, quæ habet ius procurandi, vt expediatur ſua iuriſdictio, impedita per Rei confugium ad Eccleſiam, & probandi, quòd non obſtante tali confugio, eadem iuriſdictio debet habere liberum exercitium ad procedendum criminaliter contra confugam prætenſum reum delicti excepti à participio immunitatis.

155 Quartò demum partem, quæ diſtinguitur ab inſtigatore eum dicatur pars, qui accuſat, non qui inſtigat, niſi prius querelam propoſuerit, cum inſtigatio non habeat vim accuſationis, niſi præcederet querela. Giurba. *conſ.* 57. *numer.* 17. *&* 18. vnde inſtigatoris citatio in proceſſu non requiritur, niſi proteſtetur, quòd velit citari. Idem Giurba *n.* 17. Hippolyt. Bonacoſſa *opin. crimin. in V. Inſtigator.* eſt enim inſtigator ſimplex, qui oneri probationum non ſe alligauit, ſed ſimpliciter inſtat inquiri. Giurba *cit. conſ.* 57. *num.* 10. & miniſtrat teſtes, contra inquiſitum, & proteſtatur, quòd non intendit facere partem. Grammat. *deciſ.* 39. *n.* 8.

156 Quartò inquam partem, quæ & ipſa habet ius enitendi, vt expediatur, & ſuæ libertati reſtituatur facultas quam habet ad agendum criminaliter ad pœnam contra eundem confugam, quæ facultas non poteſt in ſuum actum educi, quandiu confuga manet in ſinu Eccleſiæ.

157 Itemque poſtquam aduerti non poſſe vllo modo elici prudens iudicium in cauſa immunitatis ab Epiſc. Iudice circa delictorum exceptorum commiſſionem, vel nõ commiſſionem, niſi audiat, & conſequenter niſi citet & Eccleſiam, & pro ea promotorem fiſcalem, & reum, & Curiam ſecularem, & partem, quæcunque illa ſit, vel etiam inſtigatorem, ſi audiri velit, vt nimirum ab his idem Epiſcopus diſcat quæ ſint pro reo, & pro immunitate, & contra reum, & contra immunitatem, & demum iuxta merita ſententiam ferat.

158 Propterea receſſi omninò, & recedo ab opinione D. Sperelli, & dico citandum in cauſa immunitatis, & Eccleſiam, & reum, vt firmaui *in hoc* §. *num.* 104. & inſuper Curiam ſecularem, & pro ea ſuum promotorem fiſcalem, inſuperque partem, immò & ſimpliceem inſtigatorem, ſi proteſtetur, quòd velit citari.

Eſt enim optimum generale principium traditum per Alexandr. Peregrin. *tract. de immun. Eccleſiar. cap.* 3. *num.* 16. quòd vbi de tertij præiudicio agitur, fieri debet probatio, & cognitio non ad ſolam Iudicis inſtructionem, ſed etiam reſpectu partis, & ſic in forma iudicij, & citato eo, cuius intereſt. 159

Sunt namque citandæ partes in omni actu, ex quo eis præiudicium generari poſſit. Marta *de iuriſdict. parte* 4. *caſu* 173. *num.* 4. & citandum Iudicem ſecularem in hac cauſa docent expreſsè Thom. Sanchez *conſil. moral. lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 3. *num.* 2. quem allegat, & ſequitur Trullenck *in decal. lib.* 1. *cap.* 11. *dub.* 3. *n.* 33. & praxis obſeruat.

Et infero hinc, quòd immunitatis cauſa, quatenus ordinatur ad tradendum reum Curiæ ſeculari iudicandum criminaliter ad pœnam eſt talis ex ſua natura, vt in ea Epiſcopus iudex non debeat procedere ex officio nobili, & motu proprio, ſed bene ex officio mercenario ad inſtantiam partis, iuxtà doctrinam de officio mercenario traditam per ſcribentes, & in ſpecie per Molinam *de iuſt. cit. diſp.* 5. *numer.* 3. & per Laymann. *vbi ſupra num.* 7. de qua inſtantia, nominato delicti excepti titulo, facienda penès Eccleſiaſticum iudicem per dictam partem, cuius nomine in præſenti materia intelligitur fiſcalis promotor Curiæ ſecularis, tanquam per primam motricem iudicij immunitatis, agit Ciarlin. *cit. cap.* 10. *n.* 29. 160

EPISCOPVM NON POSSE procedere in cauſa immunitatis ad Rei traditionem, niſi requiſitum à Curia ſeculari, in terminis Gregorianæ, & iuris communis, & ſi procedat, & tradat irrequiſitis, fieri irregularem.

Confirmo autem præterea dictum vltimum de debito procedendi ad ſolam inſtantiam partis, ideſt fiſci laicalis, ex claro textu Gregorianæ *ſuper immunit. Eccleſ.* §. *Hac itaque*, mandantis Epiſcopis, *vt quando à Curia ſeculari fuerint requiſiti, & quilibet eorum fuerit requiſitus à miniſtris Officialibus Curiæ ſecularis*, tradi, & conſignari curent, & faciant reum criminis excepti. 161

Et noto particulam *quando*, quæ tunc importat conditionem, cum iungitur verbo futuri 162

turi temporis. Barboſa *de dictionib. vſufrequentiorib.* 307. *n.* 1.

163 At iungitur hic verbo futuri temporis *requiſiti fuerint*:ergo poteſt Epiſcopus,& debet negotium immunitatis tractare in ordine ad traditionem Rei,ſi interueniat requiſitio Curiæ ſecularis per Pontificem præſcripta, vt

164 dicit in terminis Scortia *in ſelect. Pontif. Conſtitut.theorem.*385. §.*Vult igitur.* aliàs verò id non debet in ordine ad dictam traditionem vnquam,in hoc enim caſu loquor, quidquid in contrarium ſcripſerit Gambacurta *lib.* 6. *cap.*26. *num.*3. vbi quòd licèt Prælati non teneantur præcepto extrahendi reos de Eccleſiis, eoſque, vbi aliquod horum delictorum commiſiſſe cognouerint,conſignandi prædictæ Curiæ ſeculari,niſi quando à dicta Curia fuerint requiſiti, & ordinariè nihil horum facere debeant, niſi poſt dictæ Curiæ requiſitionem,tamen ſi aduerterent Curiam ſecularem[id quod non facilè ſuccedet]negligentem eſſe, magnique fierent huiuſmodi criminoſorum ad Eccleſiam concurſus, qui in ipſis etiam Eccleſiis parum reuerenter ſe gererent, & ex hoc fierent procliuiores cæteri ad hæc immania delicta committenda, poſſent,eos ad carcerem Eccleſiaſticum tradere, de eorum immunitate cognoſcere,& quos in his verè culpabiles eſſe cognoſcerent, ſeculari Curiæ facere conſignari, tanquam non ad ſe, ſed ad illam Curiam pertinentes. Ita illc.

165 Et puto locum eſſe meæ contra Gambacurtam ſententiæ etiam in terminis iuris antiqui ante Gregorianam, vi cuius iuris Epiſcopus dicitur præcedere in hac cauſa ex poteſtate ordinaria.Peregrin.*de immun. cap.*33. *num.*33.§.*ſed hæc facultas.* vbi allegat aliquos canones,*&* *num.*35.§.*Primò quia* Gambacurta *lib.*6.*cap.*12.*num.*5. non obſtante quòd dicatur cognitio iſtius articuli demandari ſpecialiter per dictam Bullam ordinario. Peregrin.*cit.cap.*3.*num.*2. §. *Probatur ſecundò.* Vulpe *in praxi iudiciali c.* 3. *n.* 22. Alexand. Ambroſin. *de immun.c.*11. *n.*3.§.*Rurſus conſiderat.*

166 Hoc enim ſpeciale mandatum operatur certam excluſionem Iudicis ſecularis ab hac cognitione, quam aliqui contenderant eſſe mixti fori ante Gregorianam, vt videre eſt apud Martam *de iuriſd. cit. cap.* 50. & Thomam Sanchez *cit. dub.* 13. & Farinacium *in appendice de immun.num.*366.ſed poſt Gregorianam certiſſimè conſtat pertinere ad Iudicem Eccleſiaſticum priuatiuè ad ſecularem. Ambroſin.*cit. cap.*11. Thom.del Benc *de immun. & iuriſd. Eccleſ. parte* 2.*cap.* 16.*dub.* 41. Giurba *conſ.*20.*num.*17.Caſtro-Pal. *cit. tract.* 11. *diſp. vn. de reuer.deb. locis ſacris, puncto* 13. *num.*1. Peregrin. *cit. cap.* 3. *num.*1.Petr.Paul. Guazzin.*tract. morali ad defenſam lib.* 2. *defenſ.*1.*cap.*14.*num.*50.Farinac.*num.*366. Tancredi *cit.lib.*4.*diſp.*11.*quæſt.*1. *num.* 4. *pag.*169. *tomo de relig.*Trullenck *in decal. lib.* 1. *cap.*11. *dub.* 3. *num.* 33. Thom. Sanchez *cit. dub.* 13. *num.*2.Ciarlin.*controuerſ.forenſ. cap.*10. *n.* 44. vbi quòd apud Catholicos id controuertere non bene oleret,*&* *rurſum cap.*162. *num.*7.*&* *cap.*163.*num.*17.*&* *cap.*197.*num.*19.

Ratio autem meæ contra Gambacurtam doctrinæ ea eſt,quia cum adſint hinc ius aſyli pro Eccleſia,illinc ius vindictæ publicæ pro Curia ſeculari, & primi illius iuris patronus, & defenſor ſit Epiſcopus ex officio ſuo, ſecundi verò iuris, & defenſor ſit item ex ſuo officio Iudex laicus, incongruum omnino eſſet, vt idem Epiſcopus ex proprio motu, & irrequiſitus ab otiante, & deſide legitimo patrono iuris vindicationis publicæ, aſſumeret onus inquirendi,an in reum pro ſua ſecuritate confugam ad Eccleſiæ ſinum ſit locus excluſioni ab eodem ſinu, & exercitio vindictæ pro Iudice laico, & comperto quòd ſit locus, vellet ipſe affectatè monere dictum Iudicem de competente ſibi iure ad vindicandum,& quaſi incitare ad hoc per Rei traditionem. 167

Qua ſtante ratione, puto Gregorium 14. dum locutus eſt de requiſitione facienda per Curiam ſecularem, non induxiſſe de nouo debitum, ſeu neceſſitatem talis requiſitionis ad effectum,vt tradatur reus,ſed confirmaſſe illud, quod præexiſtebat ex rei natura exigente, vt Epiſcopus immunitatis cuſtos non induat zelum vindicis laicalis, neque eius officium præoccupet. 168

Quòd ſi de facto id præſſet, & reum tradat vindici ſeculari ab eo irrequiſitus, exiſtimo fieri irregularem, ſecuta poſtmodùm Rei morte, contra Gambacurtam *cit. num.* 3. cum hæc vltronea, & affectata traditio contineat defectum lenitatis, & formalem cooperationem ad ipſam mortem poſtea inferendam, quæ cooperatio ſufficit ad irregularitatem iuxta diſpoſitionem canonicam, & communem ſententiam Doctorum. 169

Et certè ſi cenſetur cooperari ad mortem Rei Epiſcopus, & ideò dicitur ponere ſe in periculo irregularitatis, ſi iudici ſeculari proceſſum ſuum tradat,vt dicit, D. Sperell.*deciſ.* 101.*num.*52. *vol.*2. pro qua ſententia faciunt deducta per Antonium Maceratenſem *variar.reſol.lib.*3.*reſol.*2.*num.*15. 170

Cur nun cenſeatur cooperari ad candem mortem, & non ſit dicendus ſubire periculum irregularitatis Epiſcopus, ſi reum delicti excepti, v.g. homicidij proditorij, vltrò, &

C non

Digitized by Google

non requiſitus, tradat ex ſe Iudici ſeculari forraſſe illum ſuſpenſuro.

Hoc ſenſerunt Doctores, qui anre Gregorianam perciri metu irregularitatis monuerunr Epiſcopos, & alias perſonas Eccleſiaſticas, vt ſolùm patiantur, & ſinant reos extrahi per laicos, neque ipſi in aliquo eiſdem laicis ad extractionem cooperantur, vt teſtatur ipſe Gambacurta *cit.cap.26.num.*1.

Er videtur iam indubitara concluſio de incurrenda irregularitate, ſi abſque præuia requiſitiune Curiæ ſecularis reus confuga traderetur eidem Curiæ ab Epiſcopo, cum traditio horum reorum, quæ ſit futura *abſque irregularitatis nota, aut alicuius cenſuræ Eccleſiaſticæ incurſu*, limitetur expreſsè in Gregoriana ad caſum, quando à Curia ſeculari fuerint requiſiti, id quod videtur velle Scortia *cit. theorem.* 385.§.*Vult igitur.*

171 Quòd ſi ex non traditione reorum per Curiam ſecularem frigentem non petitorum immineant incommoda recenſira per Gambacurtam, habẽr Epiſcopi recurſum, ad Summi Pontificis zelum, & ſapientiam, quæ de opportuno remedio prouidcbit; niſi fortè velit aliquis Epiſcopos ordinario iure poſſe non requiſitos à Curia ſeculari cognoſcere de immunitate non in ordine ad reorum traditionem in manus eiuſdem Curiæ, ſed ad eiectionem meram ab Eccleſiis, ſi reperiantur indigni, & per moram ſuam intra Eccleſias aliquid incommodi afferant, quem caſum apud neminem vidi, ſed oblatum mihi à doctiſſimo D. Petro Franciſco Paſſerino diſcutiendum ſapientioribus relinquo.

172 Sum autem locutus in præcedentibus de reo laico, qui ſubiectus eſt iuriſdictioni laicæ, non aurẽ de reo Clerico, in ordine ad quẽ cũ Epiſcopus ſit iudex tum criminalis, tum immunitatis, qua etiam Clerici gaudent. Gambacurta *lib.4.cap.*11.*n.*5. *& ſeqq.* & alij plures apud Ciarlinum *controu. forenſ. c.*10.*n.*17. deber idem Epiſcopus, vt iudex criminalis excitare ſe ipsũ, & quaſi requirere, vt cognoſcat, an ſit immunitati locus pro Clerico, necnè.

An in cauſa immunitatis mater proditoriè occiſi, aut alius prætendens intereſſe poſſint de per ſe & ſeorſim à fiſco ſeculari facere partem.

173 INfero aurem vlreriùs ex dictis, quòd cum agatur in Gregoriana de ſola requiſitione facienda per Curiã ſecularẽ, & per miniſtros Curiæ ſecularis, & nullus alius nominetur.

Iam dicta mater, aut alij conſanguinei, aut qnilibet prætendens intereſſe, non interueniũt in cauſa immunitatis, vt principales, ſed ſolùm vr adhærenres fiſco, & acceſſorij, vel tanquam inſtigatores fiſci laicalis ad ſubminiſtranda indicia, & teſtes per ſpontaneam comparationem in iudicio laicali, de qua Clarus § *fin.q.*10.*num.*3.

174 Ac proinde non poſſunr eadem mater aut conſanguinei, aut alius vllus facere de per ſe, & ſeorſim à fiſco laicali vllam figurã, ſeu partem in iudicio ipſius immunitaris, nec de per ſe curare carcerandos ab Ordinario reos confugas ad Eccleſiam, nec proreſtari ſe velle citari de per ſe à fiſco Eccleſiaſtico ad ſubminiſtranda indicia, quę omnia reſcripſit ad me D. Petr. Bonacurſius, Eccleſiaſticę ſapientiæ conſultiſſimus vir Cremonenſis Eccleſiæ per decenniũ olim generalis Vicarius, & nunc in eadem Canonicus Pœnitentiarius, addens has proreſtationes fieri poſſe per fiſcum laicalem, iuxtà aliquos Doctores, cum illi permittatur ſubminiſtrare interrogatoria ſed non interrogatorem.

Ex his ſequitur, quod ſi fiſcus laicalis nolit agere in iudicio immunitatis contra reum confugam, non poſſir vllus alius inſtituere actionem in eodem iudicio, cum deficiente principali, neceſſe ſit, vt deficiar acceſſorium.

Citandos eſſe fiſcum laicalem, & adhærentem, ſed ad quæ.

175 INfero præterea, quòd cum per Bullam cõcedatur in cauſa immunitatis inſtantia, ſeu requiſirio Curiæ ſeculari, ad cuius fiſcalem attiner probare delictum cum ſua qualitare, qua non probata, reus eſt Eccleſiæ reſtituendus. Ciarlin *controu.forenſ.cap.*10.*n.*53. & conſequenter beneficium inſtantiæ transfundatur in matrem proditoriè occiſi, tanquam adhærenrem fiſco, ſicur & in quemlibet inſtigatorem fiſci, quippe qui faciunt vnam quaſi perſonam cum ipſo fiſco, cum eius intentionem, delictorum ſcilicet punitionem, adiuuent, in quo ſenſu credo locutum Gambacurtam, quando ſupponit interuenire in eadem cauſa immunitatis actorem, quem diſtinguit à fiſco *lib.6.cap.*17.*num.*1.*pag.*545. *& cap.*21.*in capituli rubrica, & in eodem cap.num.*5.*& c.*26.*n.*4.*pag.*579.*col.*1.*ſub initium.* ſicut & Thomam del Bene *cit.cap.*16.*dub.*42.*ſect.* 3. *num.* 1. Sperellum *deciſ.*65.*num.*1. *qui n.* 5. *expreſſè loquitur de actore adhærente fiſco.* Giurbam *conſ.* 50.*num.* 4. *vbi condiſtinguit partem à fiſco, cui tamen fiſco ſub nomine Curiæ ſecularis, non nominata parte, dicit non dandum terminum ad probandum n.*5.*quod repetit.n.*15.

Conſequens eſt id quod ſupra dixi vt concedatur etiam neceſſitas, vt & fiſcus laicus, & mater occiſ., aliiquè conſanguinei, aut alius, ſi adhæſerint

[illegible] in fiſco laicali, vel tanquam pars, vel [illegible]quam ſimplices inſtigatores, qui tamen ſe [illegible]lle citari proteſtentur, à fiſco Eccleſiaſtico [illegible]tentur ad eum planè modum, quo diſponitur *in cap. Si Iudex de ſent. excommun. in 6. iunctâ gloſſâ in verbo intereſt.* vt quando Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit de clericatu capti à laico, & aſſerentis ſe clericum, debeat vocari. Iudex laicus, vel alius, cuius intereſt, puta, inquit gloſſa, aduerſarius, qui illum fecit detineri, & pro maleficio fecit puniri.

176 At ſicuti non improbabiliter hæc citatio non eſt facienda in ipſo proceſſu probatorio clericatus, ſed quando fieri debet declaratio, an Clericus debeat remitti ad forum Eccleſiaſticum, necnè, ex allegatis per Carolum de Graſſis *de effectib. Clericatus. effectu* 1. *num.* 1272. *&* 1273. quibus videtur accedere Baron. *de citat. quæſt.* 19. *num.* 44. *tomo* 1. licèt repuguet Illuſtriſſ. Sperell. *deciſ.* 17. *num.* 12.

177 Ita non improbabiliter in cauſa immunitatis, id quod ad me reſcripſit D. Bonacurſius, cuius auctoritatem plurimi facio.

178 Quia tamen docui citandum fiſcum Eccleſiæ, & reum confugam in cauſa immunitatis, eo quòd habent tutaminis ius hic paſſiuum, ille actiuum intra Eccleſiam, & debeant permitti manutenere idem ius.

Iam ſi volo conſequenter diſcurrere, debeo dicere citandum eſſe fiſcum ſecularem, & adhærentem eodem prorſus modo, quo citantur fiſcus Eccleſiæ, & reus confuga, cum etiam fiſcus ſecularis, & adhærens habeant ius, ille quidem ad exercendam iuriſdictionem vindicatiuam in reum delicti excepti prætenſi commiſſi, hic verò ad petendum, vt idem reus puniatur pœnis iuris, quorum iurium manutentio & ipſis permittenda eſt.

179 Quarè vel dicendum, quòd ſi fiſcus laicus, & ei adhærens ſunt citandi ad ſolam declarationem faciendam à Iudice immunitatis & non in proceſſu probatorio, etiam fiſcus Eccleſiæ, & reus confuga ad ſolam declarationem citandi ſunt.

180 Vel dicendum, quòd ſi fiſcus Eccleſiæ, & reus confuga citandi ſunt in proceſſu probatorio, vt exactè inſtructi de omnibus iis, quæ ſiunt, poſſint meliùs procurare ſuorum iurium defenſionem, etiam citandi ſunt eodem modo fiſcus ſecularis, & ei adherens, vt & ipſi ex plena inſtructione meliùs incumbant ad perſequenda ſua iura, & hoc cenſeo multò probabilius, quàm illud primum, & practicatur in hac Curia Epiſcopali Placentina.

Non competere in hac cauſa conſanguineis offenſi de per ſe & ſeorſim à fiſco exceptionem tertij audiri volentis.

Obiiciebat mihi quidam, quòd ſicuti in 181
aliis cauſis ciuilibus datur exceptio tertij audiri volentis, de qua Carocius *tract. de remed. except.* 69. ita & debet dari in ciuili cauſa immunitatis pro conſanguineis proditoriè offenſis, v. g. pro matre, fratre, qui debent audiri de per ſe, & ſeorſim à fiſco.

Reſpondi non eſſe paritatem inter cauſam 182
immunitatis, & alias cauſas ciuiles, quia in aliis tertius meritò vult audiri ſuper eadem re, ſuper qua alij agunt, eo quòd ſuper eadem prætendat & ipſe habere ius, v. g. habere dominium, vel poſſeſſionem rei per creditorem diſtrahendæ: quo caſu ſi doceat in promptu de iure ſuo, impedit inſtrumenti executionem. Antonin. de Amato *variar. reſol.* 94. *n.* 5.

At in cauſa immunitatis dicti conſanguinei 183
de per ſe, & à fiſco ſeiuncti, volunt immeritò audiri ſuper re, ſuper qua tractant Iudex immunitatis, & ſecularis, res enim hæc eſt competentia, vel incompetentia Iudicis laici ad cognoſcendum, & puniendum delictum rei confugæ ad Eccleſiam, cum pronunciare in cauſa immunitatis nihil aliud ſit quàm pronunciare, an Iudex laicus ſit Iudex competens ad procedendum criminaliter contra reum, qui ad Eccleſiam confugit. Giurba *conſ.* 50. *n.* 11. mutuatus ad verbum à Gambacurta *lib.* 6. *cap.* 15. *n.* 6.

At non poſſunt vtique prætendere con- 184
ſanguinei prædicti ſuper hoc articulo tangente Iudicem ſecularem directè, cùm non fuerit ipſis ſuper eodem articulo, quatenus etiam prætendatur inuoluere indirectè aliquod peculiare eorum intereſſe, conceſſa vlla facultas inſtandi ſeorſim à fiſco ſeculari in iudicio immunitatis.

Et meritò quidem non eſt facta illa conceſ- 185
ſiò; quia finis principalis, quo nititur Iudex ſecularis, & eius promotor fiſcalis in procedendo criminaliter in cauſa homicidij, quod eſt de criminibus publicis. Molina *de iuſt. tr.* 3. *diſp.* 44. *num.* 1. & in inſtando apud Iudicem immunitatis de relaxando ſibi reo ad Eccleſiam confugâ, vt ſit locus dicto proceſſui, nihil aliud eſt, quàm publica vindicatio, vt homines in officio contineantur, ac reipublicæ bonum melius conſeruetur, vt colligitur ex S. Thoma. 2. 2. *q.* 68. *art.* 1. *in corp.*

At ad eundem principalē finem, publicam 186
ſcilicet vindicationem, ordinatur omninò, & præciſè accuſatio criminalis de homicidio ex lege Cornelia de ſicariis. Gomez *variar. tomo* 3. *c.* 6.

3.c.6.n.14.*ad initium*. & conſequẽter ad eundem finem ordinatur inſtãtia facienda apud Iudicem immunitatis per occiſi proditoriè conſanguineos, ſi velint obire poſteà munus accuſatoris:quo fit,vt omnis facultas competens ipſis conſanguineis, & cuicunque alteri intendenti procurare punitionem occiſoris, ſit ſubordinata facultati quæ competit contra ipſum reũ Iudici ſeculari, & ad illã ſe habeat omninò acceſſoriè,&,vt ita dicã *famulariter*.

187 Ergo non debuit concedi in iudicio immunitatis conſanguineis occiſi, inſtantia contra confugam ſeparata ab inſtantia prædicti Iudicis,ſeu promotoris fiſcalis eiuſdem Iudicis, alioqui enim cõſanguinei occiſę perſonę volentes accuſare ad publicam vindictam occiſorem, ſtarent æquè principaliter, ac Iudex ſecularis,&eius promotor fiſcalis,non autem acceſſoriè, & adhæſiuè, quod tamen dicendum non eſt, ſpectato Bullæ Gregorianæ tenore, & rei natura.

188 Non hic autem ſe habet facultas competens reo, vt retineatur intra Eccleſiam, ad quam confugit,& facultas competens Eccleſiæ ad eam retentionem.

Sunt enim facultates omninò diſparatæ, & per ſe ſubſiſtentes vna independenter ab altera, cum nitantur diuerſis finibus qui ſunt cultus diuinus,quem Eccleſia procurat in retentione Rei,& in defenſione immunitatis, in eum cultum inſtitutę.Gambacur.*lib*.3.*c*.1. *n*.17.& conſeruatio propriæ vitæ,quam conſeruationem procurat reus per moram intra Eccleſiam. Quo fit,vt reus,tanquam habens intereſſe proximum omninò diſtinctum ab intereſſe Eccleſię in cauſa immunitatis,poſſit velle citari,& audiri ab Epiſcopo Iudice,quãuis non citaretur Eccleſia in eadem cauſa.

IN CAVSA IMMVNITATIS *non competere matri,immo nec patri occiſi proditoriè ius querelandi in iudicio Eccleſiaſtico.*

189 OBiecit mihi non nemo, decipi me in quodam meo ſcripto, & ſupponere, quòd matri occiſi proditoriè non competat ius querelandi:& allegatis auctoribus decentibus competere tale ius eidem matri, intulit tanquam neceſſarium conſequens, quòd eadem mater citari debeat ad quoſlibet actus tanquam actrix diſtincta à fiſco ſeculari, & allegauit *conſ*.168. *n*.62. *apud Farinacium*,vbi tamen nihil de hoc articulo agitur.

Confirmauit verò dictum ſuum ex eo,
190 quòd alioqui iudicium non eſſet plenum, quæ tamen plenitudo requiritur in cauſa immunitatis.

Sed vt Domino meo impugnatori ſatisfa- 191
ciam,& meum ſcriptum iuſtificem.

Præmitto, quòd ex iniuria duplex oritur actio,ſeu querela,ciuilis ſcilicet,&criminalis.

Ciuiliter agitur, quando petitur æſtimatio iniuriæ, per applicationem ſcilicet pecuniæ faciendam parti.

Criminaliter autem, quando petitur iniuriantem puniri pœnis iuris,vt docent omnes, ſecuti Clarum *in V.Iniuria.n*.4.& in alio libro *numer*.5.

Si ergo ſit ſermo in caſu noſtro de que- 192
rela,ſeu actione ciuili ſumpta vt paulò ante.

Ego dico hanc non competere matri in foro laicali, cum hæc actio permittatur in eo foro iis ſolùm, qui iniuriatum habent in poteſtate,vt pater, Dominus,*l*.1.§.*fin*.*ff*. *de iniur*. & ibi Doctores.Surd.*deciſ*.89.*numer*.11. Philippus Paſchal.*de viribus patriæ poteſt. parte* 1. *cap*. 10. *n*. 16. Pater inquam, etiam Iudæus. Paſchal. *ibid*.*c*.7. *n*.9. niſi ſit bannitus. Aſcan. Clementin.*tract.de patr.poteſt. cap*.3. *num*. 2.

At mater non habet filium in poteſtate. 193
Clementin.*cit*.*cap*.3.*num*.15.D.Sperell. *deciſ*. 89.*num*.10.& alij omnes.

Ergo matri non permittitur hæc actio ad priuatum ſuum cõmodum, vel ad effectum, vt ſibi pœna, vel aliquid aliud applicetur.

Ergo nec permittitur eadem actio vlli alteri, etiam de agnatione, quamuis ob iniuriam conſanguineo illatam dicatur offenſus, immò neque filio pro iniuria facta patri,cum patrẽ non habeat in poteſtate. Surd.*cit*.*n*.11.

Adde ex Gomez.*cit*.*cap*.6.*numer*.14.*ad fi-* 194
nem neque patrem ipſum, neque dominum poſſe intentare actionem iniuriarum, ſi filius,vel ſeruus ſit mortuus ex iniuria,id quod generaliter tradidit etiam Baiard.ad Clarum §.*Iniuria num*. 44.

Idem dic de hærede, ſi offenſus egit actio- 195
ne iniuriarum, & pendente proceſſu, ſecuta eſt mors; non debet enim in eo procedi per hæredem,ſed Iudex poteſt reiicere libellum, & iubere, vt procedatur in accuſatione legis Corneliæ *de ſicariis* ex eodem Gomez *cit*. *numer*.14.

Si igitur matri, & prædictis omnibus ne- 197
gatur actio iniuriarum etiam in foro laicali, negatur multo magis in foro immunitatis.

Si verò ſit ſermo de iure, ſeu actione, & querela criminali ſumpta, vt exponitur à Claro *vbi ſupra*.

Ego nunquam negaui competere illud ius matri, vt ſupponit impugnator, ſed aſſerui, & aſſero competere matri illud ius, tam in vita filij iniuriati, quàm poſt eius necem. Viuius *lib*.4.*deciſ*.521.*num*.22.rectè allegatus per

Digitized by Google

per eundem impugnatorem, Molina *de iuſt. tract.* 3.*diſp.*44.*numer.*9.*verſ. & conſanguineis.* cum immò ius idem ad accuſationem legis Corneliæ *de ſicariis*, propter homicidium competat, cuilibet de populo, nedum matri, patri, domino. Gomez *cit numer.* 14. Diaz *in praxi crimin.canon. cap.*6. *num.* 11. Molina *cit. diſp.* 44.*num.*1.

198 Negaui autem competere dictum ius matri, patri, domino, cognatis, hæredibus, popularibus ſignatè in cauſa immunitatis, & rurſum nego, ſecutus tum auctoritatem Benedicti Beolei, Auguſti Pacinelli, Stephani Benaſſai *in cit.conſ.*168.*numer.*63. *apud Farinac.* Caſtro-Palai *cit.puncto* 13.*num.vlt.*& Thomæ del Bene *cit.cap.*16.*dub.*45 *num.*3. dicentium procedi in hac cauſa, nullo interueniente accuſatore, qui eſt idem cum querelante, vt ſtatim dicam, tum rationem.

199 Cauſa enim immunitatis eſt formaliter ciuilis, vt dixi §. 8.*num.* 66. cum non ordinetur ad punitionem delicti, vt dicunt omnes, ſed ad declarationem articuli de competentia Iudicis, requirente tamen eodem Iudice laico ex natura rei, & ex Pontificis confirmatione, & in ordine ad hanc ciuilem declarationem cognoſcatur per eandem cauſam de crimine ſolùm incidenter, ſecundariò, & per modum cauſæ, & eadem cauſa ſit præambula ad cauſam criminalem, & ab illa diſtinguatur omnino, & neceſſariò finiatur, antequam incipiat cauſa criminalis, pro qua expeditur iuriſdictio per ſententiam Iudicis immunitatis, ſi exceptum delictum ſit commiſſum à reo confuga [vnde cauſa immunitatis dicitur præparans, & cauſa criminalis dicitur præparata, apud Martam *de iuriſdict. cit.cap.*50.*numer.*21.] & eadem cauſa immunitatis dicatur expreſsè cauſa iuriſdictionis inter laicum, & Eccleſiaſticum à Ciarlino *controuerſ.forenſ.cap.*163.*n.*17.

Quæ omnia conuincunt non attinere ad cauſam, & forum immunitatis querelas partis offenſæ.

200 Quæ querelæ quamuis differant ab accuſatione ob defectum quarundam ſolemnitatum ad accuſationem requiſitarum. Clar. §. *fin.quæſt.*10.*num.*2. quas recenſet Silueſt. *in V. Accuſatio num.* 2. vnde qui querelam proponit, non eſt verus accuſator. Azor. *parte* 3.*lib.* 13.*cap.*16.*poſt initium.*

201 Sunt tamen hodiernis temporibus ſubrogatæ in locum accuſationis. Ægid. Boſſ. *tit. de inquiſ.num.*14. Cepolla relatus à Deciano *tract.crimin.lib.*3.*cap.* 2.*numer.*14.*ſub medium.* Grammat. *deciſ.* 39. *numer.* 7. *ſed melius in ſummario.* Clar.*cit. quæſt.*10.*numer.*2. Farinac. *quæſt.*12.*num.*4. eum qua conueniunt quo ad finem, id eſt publicam corporalem punitionem Rei, cum Iudex, illis propoſitis, non minus quàm propoſita ſolemni accuſatione, quæ eſt ius vlciſcendi ſolemni, ac pœnali iudicio iniurias, ac delicta. Decian.*cit. tract. crimin. lib.*3. *cap.*1. *numer.*3. & in rigore reſpicit pœnam corporalem. Decian.*ibid.numer.*6. & 7. & in ea accuſator ſe obligat ad probandum, & ad pœnam talionis. Tabien.*in V. Accuſatio. num.* 2. procedat ex officio ſuo ad teſtes, & informationes aſſumendas. Azor.*cit. lib.*13.*cap.*17. *dub.*1. ac proinde ſpectant omnino ad proceſſum criminalem, & euidenter colligitur ex eodem Azor.*cit. cap.* 17. *ſub initium.verſ.ſed re vera.* Boſſio, Claro, Grammatico, aliiſque Doctoribus accenſentibus querelas ad materiam criminalem, & conſequenter in tribunal Iudicis immunitatis, qui procedit tantùm ciuiliter, neque ad criminalia per Pontificem eſt deputatus, non poſſunt cadere querelæ.

202 Quis enim dicat deputatum eſſe à Pontifice Iudicem immunitatis, vt contra reum confugam ad Eccleſiam dicat ius intentanti querelas, quæ ſunt propriiſſimè illud duplex ius, vel accuſatio ad vindictam, quod, & quæ oritur ex delicto homicidij apud Gomez *cit.cap.*6. *numer.*14.*ad initium.* & reſtringuntur demum in praxi ad accuſationem legis Corneliæ *de ſicariis*, cum omnino, & præcisè debeat, vt dicit *ibi* Gomez, intentari accuſatio criminalis ex prædicta lege propter homicidium ad vindictam publicam?

203 Conſentio autem, iuxta ſupradicta, quòd mater occiſi proditoriè, & quilibet alius admitti debeant in iudicio immunitatis vt adhærentes fiſco ſeculari ad ſubminiſtranda indicia, & teſtes.

204 Quo caſu ſicut fiſcus non poteſt dici *querelans*, cum agat directè ad meram expeditionem ſuæ iuriſdictionis in confugam prætenſum reum delicti excepti, vt poſſit ipſum ſibi relaxatum punire ex dictamine iuris in ſuo foro.

Ita & mater proditoriè occiſi, & quilibet alius, ſi adhæſerint fiſco, non debent dici *querelantes*, ſed *coagentes* fiſco ad prædictam expeditionem, vt & mediante, poſſint poſtea ſe conſtituere partem in cauſa accuſationis, intendentes ad pœnam accuſati, id quod facit accuſator ex S. Thoma 2.2.*quæſt.*68.*art.*4. *in corp.*

205 Addidi autem peti principium à meo impugnatore in ſuo dicto, & ſupponi, non verò probari, ſicut oporteret, id, quod eſt in quæſtione.

Quæritur enim, an in cauſa immunitatis mater occiſi proditoriè habeat ius querelan-

di, & ego partem negantem probaui ex eo, quòd *querela* ſpectet ad cauſam criminalem, & pœnam corporalem immediatè reſpiciat, & ſit idem, quòd *accuſatio*, & cauſa immunitatis non ſit criminalis, ſed ciuilis, & immediatè circà articulum iuriſdictionis verſetur, ideóque incapax querelæ, & accuſationis exiſtat.

106 Ad rationem de plenitudine iudicij, dico iudicium immunitatis cenſeri poſſe plenum ſine querela matris occiſi proditoriè, cum hæc plenitudo, quæ per habitudinem ad plenas probationes ex ipſo proceſſu informatiuo Eccleſiaſtico, non repertis teſtibus, nec citata parte, conſideratur per Illuſtriſſ. D. Sperell. *deciſ.* 101. *num.* 53. poſſit ſubſiſtere per habitudinem ad actionem fiſci ſecularis, quæ tamen non habet rationem querelæ, ſed actionis omnino ciuilis.

107 Addo, quod ſi plenitudo iudicij immunitatis exigit neceſſariò querelam, & in quolibet actu citationem querelantis ſeorſim à fiſco ſeculari, inferri poteſt, quòd ex paritate rationis exiget etiam conteſtationem litis, oblationem libelli, & facultatem torquendi reum confugam ad Eccleſiam ſuper delicto excepto, ad habendam veritatem delicti excepti.

At hæc non exiguntur, vt probaui in hoc §. 29. *numer.* 52. *&* 128. etiam in ſententia requirentium concludentes, & in rigore plenas probationes in cauſa immunitatis.

Ergo neque exigitur *querela*, & citatio *querelantis* ſeorſim à fiſco in quolibet actu.

108 Obiiciebatur, quòd Ciarlin. *cit. cap.* 10. *num.* 150. *&* 152. dicit procedi in cauſis immunitatis, ſicut fieri ſolet in cauſis criminalibus, & ad inſtar cauſarum criminalium, cum de crimine agatur ſaltem incidenter, quatenus iudicium pendet ex eo, an reus delictum in Bulla exceptum commiſerit, vt notarunt Beoleus, & ſocij *in cit. conſ.* 268. *numer.* 29. *apud Farinac.*

109 At ego dixi, quòd per id non conuincitur, debere eſſe planè eandem menſuram, & regulam cauſarum immunitatis, quæ eſt cauſarum criminalium, ac proinde in cauſis immunitatis debeat eſſe querelans, qui figuram faciat, & partem ſeorſim à fiſco.

110 Alioqui enim ſequeretur, quòd liceret tenere in compedibus reum confugam ad Eccleſiam, & illum torquere ſuper delicto excepto in ordine ad ſententiam immunitatis, quod tamen Ciarlinus negat eodem *cap.* 10. *numer.* 29. *&* 107. quamuis immeritò facultatem ponendi in compedibus, & catenis per vtrumque Iudicem, Eccleſiaſticum, & ſecularem concedat Doctor Marra *de iuriſdict. parte* 2. *cap.* 50. *numer.* 20. quod tamen temperat Stephan. Fagundez *in* 2. *Eccleſiæ præcept. lib.* 4. *cap.* 4. *numer.* 55. & ex eo Trullenck. *in decal. lib.* 2. *cap.* 11. *dub.* 4. *numer.* 4. in caſu grauiſſimo, & vt euitentur maiora ſcandala: & Farinac. *in append. immun. numer.* 298. in caſibus exceptis, in quibus Rector Eccleſiæ, & ſacerdos debet confugam cuſtodire, ne fugiat.

Vult ergo Ciarlinus procedi in cauſis immunitatis cum aliqua analogia ad modum procedendi in cauſis criminalibus, ſed non exactè iuxtà criminalium modum, cum attendatur præſcriptum Gregorianæ, & finis ipſarum cauſarum immunitatis, qui illas ſpecificat, & conſtituit in ratione cauſarum ciuilium, cum directè tendant, vt toties dictum eſt, ad merè decidendum, an reus confuga ad Eccleſiam ſit tradendus, necnè, Iudici ſeculari, agenti, & prætendenti illum ratione confugij non eſſe liberum ab eius vindicatiua iuriſdictione, de qua prætentione verſante circa meram iuriſdictionem Alexander Ambroſin. *de immun. cap.* 11. *numer.* 3. *pag.* 90. §. *Tanto magis.* Maller. *in Auro Theol. malleat.* 35. *bractea* 27. Ciarlin. *controuerſ. forenſ. cap.* 151. & prius *cap.* 10. *ante numerum* 47. *verſ. Verumtamen. & numer.* 51. *&* 56. qui conſequenter *numer* 50. optimè notat agi in cauſa immunitatis ad diuerſum effectum, & ad diuerſum finem dirigi actionem, quàm fieret in foro laico, ſicut & Beoleus, aliique duo in *cit. conſ.* 168. *num.* 27. vbi quòd in iudicio ſeculari agitur principaliter de homicidio ad illud puniendum, in Eccleſiaſtico autem principaliter de immunitate ad effectum cognoſcendi, an reus ea frui debeat, necnè. 111

Cauſæ autem iudicantur ciuiles, aut criminales ſecundùm finem. Menoch. *de arbitrar. quæſt.* 82. *numer.* 2. *ſed melius in ſummario.* 112

Stat ergo non competere matri occiſi proditoriè ius querelandi in cauſa immunitatis, nec eſſe neceſſariò citandam vt ſubſiſtentem per ſe, & facientem figuram aliquam in eadem cauſa ſeorſim à fiſco ſeculari, in hac enim ſubſiſtentia, & figura eſt ſita tota vis controuerſiæ. 113

Quòd ſi meus impugnator velit competere prædictæ matri ius adhærendi fiſco ſeculari, & inſtigandi fiſcum, & ſubminiſtrandi indicia, & teſtes, vt ſubinde idem fiſcus eadem proponat in iudicio immunitatis, & inſtet relaxari ſibi prætenſum reum delicti excepti, & hoc ius appellet ius querelandi reum in eo iudicio, iam ſumus concordes, & non eſt quæſtio de re, ſed de nomine. 114

Conſequenter

215 Conſequenter autem ad prædicta, ego dico, quòd ſi Iudex immunitatis fabricet proceſſum ad inſtantiam ma[illegible]is occiſi proditoriè, aut alicuius alterius agentis apud eundem Iudicem ſcorſim, proceſſus eſt illegitimus, & nullus, cum non ſit conceſſa prædidictis facultas inſtandi in iudicio immunitatis contra reum confugam, niſi in quantum quis adhæret fiſco ſeculari.

216 Hæc eſt mea ſententia in hoc difficili, & per nullum, quem viderim, diſcuſſo articulo, quam ſicuti ſubmiſi iudicio doctiſſimorum, & præſertim D. Doctoris Petri Franciſci Paſſerini, qui illam approbarunt, ita & ſubmitto nunc iudicio aliorum à quibus doceri cupio.

217 *Ad numer.* 126. §. 29. Dicentibus confugas ad Eccleſiam reos poſſe defendere ſe armis à Iudice laico volente illos extrahere ſine licentia Epiſcopi, addo Ciarlin. *controuerſ. forenſ. cap.* 10. *numer.* 1. *&* 31. Petr. Paulum Guazzinum *tract. morali ad defenſam lib.* 2. *defenſ.* 1. *cap.* 14. *numer.* 1. Malletum *in Auro Theol. malleat.* 35. *bractea* 28. Baſſæum *in flor. Theol. V. Immunitas. numer.* 14. Tancredum *tomo de relig. tract.* 1. *lib.* 4. *diſp.* 10. *quæſt.* 2. *numer.* 8. *pag.* 167. & dico hanc defenſionem competere eiſdem reis contra Epiſcopum volentem extrahere, non ſeruatâ Bullæ formâ. Ciarlin. *cit. numer.* 31. Marius Ital. apud Farinac. *in append. immun. n.* 46.

218 *Ad eundem numer.* 126. §. 29. Dum confuſa manet in loco ſacro, non poteſt renunciare beneficio immunitatis, vel conſentire, vt loco ſacro capiatur. Ciarlin. *controuerſ. forenſ. cap.* 163. *num.* 16. *& rurſum num.* 35. Farinac. *de immun.*

219 *Ad num.* 131. §. 29. Epiſcopum ancipitem in cauſa immunitatis debere ſententiam ferre pro reo, & immunitate, concludit meritò Thom. Tamburin. *in decal. lib.* 1. *cap.* 3. §. 7. *in V. Immun. Eccleſiar. pag. in mea Lugdunenſi editione* 40. ex ea optima ratione, quia prius fuit Eccleſiam eſſe refugium delinquentium, & poſtea exceptio à Gregorio facta: poſſidet ergo ius refugij pro reo, quod ſuperari non debet à ſuperueniente incertitudine exceptionis.

220 *Ad n.* 177. §. 29. In delictis atrocibus leuiores ſufficiunt probationes, immò ſatis ſunt coniecturæ. Giurba *conſ.* 7. *n.* 14. at proditoriũ homicidium eſt de atrociſſimis: ergo, &c.

Ad numer. 278. §. 29. Teſtes non ſunt ſingulares, ſi ad eundem finem tendant in actu, maximè reiterabili. Giurba *conſ.* 79. *num.* 32. 221

Ad numer. 288. §. 29. Cum aſſaſſinium ſit difficilis probationis, teſtis ſingularis in eo probat, ſi alia concurrant adminicula. Giurba *conſ.* 71 *numer.* 30. ergo & idem dicendum de proditorio homicidio, cum ſit difficilis probationis. 222

Ad §. XXXII.

Ad numer. 17. §. 32. Interficiens amicum, caſu potius, quàm dolo interfeciſſe præſumitur. Giurba *conſ.* 51. *n.* 9. 223

Ad num. 23. §. 32. Rixa omne præmeditati animi indicium excludit. Giurba *conſ.* 63. *num.* 9. 224

Ad numer. 41. §. 32. Dicentibus offenſum quem præſumi ex noua, non ex antiqua cauſa, addo alios, quos allegat, & ſequitur Ciarlin. *controuerſ. forenſ. cap.* 116. *num.* 59. & Martam *iuriſdict. parte* 2. *cap.* 22. *num.* 22. 225

Ad §. XXXIII.

Ad num. 31. §. 33. Dicentibus induci argumentum deliberati animi ex vulnerum reiteratione, addo Hieronymum Buccaronum *de different. inter iudicia ciuilia, & criminalia. differentia* 35. *num.* 3. Ioannem Tatium Iuſtinopolitanum *de optimo regimine magiſtratus prætorij lib.* 3. *cap.* 10. *pag.* 227. 226

Hæc habui, quæ adderem meæ de homicidio proditorio tractationi, in qua omitti non debuiſſent præſertim addita *ad* §. 9. de impotentia inuaſi ad ſe tuendum in puncto iniuſtæ inuaſionis, non in progreſſu conflitus, & addita *ad* §. 10. de inimico aggreſſore per inſidias, tum iniuſtas, tum non cõuentionales & addita *ad* §. 11. & alia multa: & moneo me in argumento obſcuro, & arido non potuiſſe omnia ſtatim habere obuia, & ideò coactum fuiſſe aliqua omittere ſpecialia, quæ poſtmodum occurrerunt: id quod accidit eximio Doctori Surdo, qui cum aliquid ſpeciale omiſiſſet in ſuo tractatu alimentorum, concludit *deciſ.* 120. *in fine num.* 16. difficile eſſe, & verius dixerim, impoſſibile omnia complecti. 227

Laus Deo, & SS. ſemper Virgini.

ANT 1314376

Digitized by Google

Digitized by Google

H 12.

Digitized by Google